CRIMINALIS DECRETORUM PRAXIS

PLURIMIS, AC RECENTISSIMIS REGIORUM TRIBUNALIUM DECISIONIBUS ILLUSTRATA.

ET IN TRES LIBROS DISTRIBUTA,

Quorum Tertius Criminales Resolutiones M. C. V. complectitur.

AUCTORE

D. CAROLO ANTONIO DE ROSA, SIVE DE ROSIS

Ex Dominis Castri Rosæ, & Feudi Gaurani, Originario Nobili Aquilano

Olim in quamplurimis hujus Regni Provinciis Regio Auditore, Judice Magn. Cur. Vicariæ in Criminalibus, tum Sacræ Regiæ Audientiæ Lyciensis Decano, Regiæ Revisionis, & ejusdem Magnæ Curiæ Vicariæ per Sac.Cæs.Maj. Fisci Patrono, Regii Consilii Sanctæ Claræ Decano, Atque ejusdem Sacri Regii Consilii Propræside, & a Serenissimo CAROLO II. Hispaniarum Rege ob sua, & Prædecessorum servitia titulo Marchionatus Villæ Rosæ decorato.

DEMUM COLLATERALIS CONSILII REGENTE

CUM ADDITIONIBUS, ET OBSERVATIONIBUS U. J. D. LEONARDI RICCII.

ILLUSTRISSIMO, AMPLISSIMOQUE VIRO

ALOYSIO PETRONIO

PATRICIO SENENSI, ATQUE EX MARCHIONIBUS NESIDIS IN M.C.V. VIGILANTISSIMO FISCI PATRONO.

DICATA.



NEAPOLI Apud Typographum JOSEPHUM RAYMUNDI CIↃIↃCCL.

UTRIUSQUE POTESTATIS PERMISSU.

SUMPTIBUS THOMÆ ALPHANI.

ILLUSTRISSIMO, AMPLISSIMOQUE VIRO

ALOYSIO PETRONIO

PATRICIO SENENSI, ATQUE EX MARCHIONIBUS NESIDIS
IN M. C. V. VIGILANTISSIMO FISCI PATRONO.

DUBIUM non est, Vir Amplissime, quin plerique eorum, qui animi mei erga Te significationem norunt in Altero Cl. CAROLI ANTONII DE ROSA *Volumine, quod Tibi inscripsi, miraturi sint, cur ego alterum hoc Tuo cum nomine in lucem prodire non sine aliarum laudum Tuarum cumulo nunc sinam, quandoquidem utrumque Volumen Tibi inscribere ibidem significaram. Non opus quidem mihi esset veniæ præsidio, ut quidquid id esset criminis, expiarem. Nam satis mihi videretur eos monere, Laudatissimos Viros, interquos Tu etiam Jure ab omnibus censeris, numquam sat commendari, cum virtutum, quarum infinita prostant merita, innumeras in cultoribus suis laudes quoque creent. Atqui cum nonnisi certam ob causam expeditum id a me sit, hanc ipsam rei veritatem timaturis Tua cum venia proponere non gravabor.*

Es

Et quidem palam cuique sit, me cum tot nominibus Tibi plurimum deberem, jamdin conari cœpisse, ut aliquod meæ in Te observantiæ Testimonium publicum extaret. Sed tandem, quod contendebam, effeci, ac Tibi utramque Praxim Doctissimi Car. Ant. de Rosa, *quam meis sumtibus non sine Ictorum Neapolitanorum commodo paravi, dicatam malui. Quo certe nihil mihi fuit Jucundius, dulciusque. Prodiit igitur prius Volumen, Tibique cum altero, quod Tibi nunc Sisto, Praxim Criminalem complectens, Nuncupavi. Verum id effecisse mihi sat non fuit, cum pro Tua singulari morum honestate ad manus habere numquam potuerim, quidquid Tu perbelle collegisti ex probæ Fidei historicis hinc inde corrasum, ut Antiquissimæ Tuæ Gentis Illustres Viros, dignitates, ac quidquid eo redit, pro more illustrares. Nam mihi pensi ducebam, meis qualibuscumque chartis, quoad possem, ea omnia decora perennare. Nunc autem cum per Optimum Adolescentem* Paschalem Ferrignum *in Academia Neapolitana Regium Juris Civilis Professorem, qui multum apud Te gratia, sapientiaque valet, ad manus habui perelegantem Libellum a Te perscriptum nec auro contra nec gemmis permutandum, qui mire Familiæ Tuæ Claritudines secundum varias temporum vices distinctas complectitur, & meo officio deesse, & publici muneris exequendi fide vacare ratus sum, ni data occasione majorum Tuorum nomina, ac gesta longe lateque enarrarem. En igitur causam habes, cur denuo Te paucis tenere opus mihi esse putaverim. Sed plura sunt, Illustrissime Vir, quæ me heic turbant heu nimium. Nam tam spisso agmine decora, atque ornamenta tua circumstant, ut unde incipiam, aut quo desinam, satis decernere nequeam. Ac principio tam confertim mihi se plura offerunt, atque ut ab se ordiar, invitant, ut non minima hæc me cura circumstet, unde potissimum Initium Orationi ducam. At vero ne res alla intacta prætereatur, mihi habeo ea, quæ enarrare mihi datur, recto temporum ordine digesta perhibere. Ac si quid porro desiderabitur, supplebunt, qui rerum suarum me minus cupidi sunt, qui profecto multo me labore levabunt, meamque simul Orationem adjuvare vel maxime poterunt.*

Ac primum mihi sese offert decus illud, quod in Familiæ Tuæ Vetustate versatur. Nimirum tantam ea præsefert Antiquitatem, ut vel sub Initium, quo Equestris Ordo inclarescere cœpit, compertum mihi sit, fuisse Petronios *Viros, qui præclarum nomen suum inter ceteros Cives in Urbe Roma gererent. Unde factum ut primum inter equites fuerint descripti, tum ad Senatoriam dignitatem, uti mos Romæ per ea tempora ferebat, assumpti, atque in Senatu cum ceteris Senatoribus parem virtute, ac dignitate potestatem sibi addixerint cum in Comitiis vocandis, tum in iis muneribus persequendis, quæ ab hujusmodi civibus erant omnino obeunda, ut Imperium Romanum non sine Majestate ac splendore regeretur. Atqui fortasse erunt, qui tantorum Virorum seriem a me heic desiderent, sed nil mihi curæ est, Te tamdiu in his morari, quæ non tantum Tibi, sed iis quoque, qui externarum familiarum Originibus student, sat perspecta esse debent.* (I) *Verumtamen unum saltem præterire sine piaculo qui possum, Clariss. illum* Petronium *Arbitrum* (II) *sub Diro Nerone maximi Nominis Poetam, qui laudi sibi potius duxit versibus haud inelegantibus, impolitisque Neronis nefandos mores carpere, ac mortis pœnam, quam ideo subivit, in se pertrahere, quam inhonestam vitam agere, aulicorumque ejus temporis morem gerere, quorum cura, industriaque fuit, effrenes Neronis cupiditates prosequi, secundisque caris provehere.*

Sed nil quidem profuisset, tot distincto agmine Viros antea habuisse, in quibus cujusvis generis virtus, dignitasque effloruit, ni idem decus Tuis Decessoribus stetisset post Constantini Imperatoris tempora, qui Idololatrico abjecto vita, ac subversis Gentilium Deorum Templis nitori suo Christi Ecclesiam restituit. Atqui turmatim prodiere per hæc quoque sem-

(I) Plurimi ad manus haberi poterunt Scriptores ab iis, quibus cupido est, qui sat superque de Petroniis, repetitis inde usque a primis temporibus Reipublicæ Romanæ originibus, agunt. At minime obvios mittam, potiores, quique ad manus sunt, tantum heic referam. Nimirum habe Sambucum in *Vita Petronii Arbitri*, Pithæum *de Petronio, ejusque Scriptis*, Baronium in *Annalibus Ecclesiasticis* Tom. I. Ann. LXIX. & Tom. III. an. CCCIX. Rinaldum in Compend. Baron. anno LXIX. Hofmannum in *Lex Universali tom.* 3. *Lit.P.*, Gammurrinum *in Historia Genealogica tom.* 1. *pag.* 36. qui ad nauseam usque de Familia Petronia pertractant. His addantur alii duo, qui gentem Petroniam sua qua pollent fide, & auctoritate Illustriorem faciunt, quorum alter est Ursinus in de *Romanis Familiis in Familia Petronia*, apud quem prostant decem Nummi, in quibus Petroniorum insculptæ pro more Imagines, alter est Cl. Janus Gruterus, qui sibi laudi quoque vertit in Indice Cognominum tom. 2. part. 2. quamplurimas Inscriptiones Petroniorum claritudines domesticas illustrantes referre, suisque Perelegantibus notulis, uti ceteroqui est ei mos, clariorem lucem eis affundere.

(II) Is est Petronius Arbiter *Satyrici* Author, cujus præstantiam quis umquam ignorat cum ad manus omnium sit Arbitri liber, eorum præsertim qui ea, quæ de Nerone differuntur, *exquisitius* expendere volunt. Adisis Tacitum *Annalium lib. XIV. n. XVIII.* & eundem Petronium Arbitrum *Editionis Coloniensis*, in quam plura alia antiquorum Petroniorum Poetarum fragmenta a Præclarissimo Viro Johanne Mercerio collata, puta eorum, qui idem a Familia nomen Sortiti fuere.

tempora præstantissimi PETRONII *Viri bono Reip. unice nati. In quibus tam alte insedit virtus, ut in quam se cumque partem dederint, in ea facile Principes evaserint, ac ipsos provectiores post se reliquerint. Hinc nulla gens Romæ fuit Natalium splendore clara, quacum cognationis necessitudo arctior non intercesserit. Porro nulli fuere Viri rerum publicarum Regimine Primi, quibuscum consuetudinem intimam, ac pene quotidianum sermonem non habuerint, ut dissidia vel Ecclesiasticorum, vel civilium Finium regundorum caussa exorta pacate, sive rixa, strepituque componerentur, quæ a Fide quandoque populos transversos egerunt. Sane* HYACINTHUS PETRONIUS (III) *utriusque Potestatis finium peritissimus omni ævo maximum feret sibi, suisque decus, existimationemque. Is est, qui post plurimos annos inter Dominicani Ordinis Fratres, quem professus fuit, non fine dignitate emensos ad Episcopatum Urbis Mesicti elatus. In quo munere prosequendo tantam sibi gloriam paravit, ut a Gregorio P. XV. Romam difficilioribus curis prosequendis advocatus fuerit, apud quem consilio maxime valuit. Ut demum eundem Neapolim mittere haud inutile Tanto Pontifici visum fuerit, ut Jura Pontificia tueretur, primasque gereret inter eos, quos Pontifex rebus sacris in Regno Neapolitano administrandis præfecerat.*

Verum eccui dubium esse poterat, an momentosiora negocia Acutissimi Ingenii Viro HYACINTHO *essent credenda, quod sat perspectum habebatur, quos antea* PETRONII *effloruerant sanctitate, & sapientia illustres, quorum Fides indubia. Profecto minime ignorabatur* PETRONIUS *ille Episcopus Bononiensis prope medium IV. sæculum, cujus egregia Pietas effecit, ut paulo post suum obitum de more in Canonem Sanctorum referretur* (IV). *Porro a Nemine aberat alterius* PETRONII *notio, cui* HIERONYMI *nomen, qui a* GREGORIO XIII. *Episcopus in Umbria creatus fuit* (V). *Nec deerant sexcenti alii Viri, quorum fide, ac præstantia rerum ingentium spes maxima erat in* HYACINTHO *ponenda, cui interiores literæ, ut ceteras animi sui dotes præteream, ad animum optimis doctrinis imbuendum tantum ornamento erant. Immo hæc in caussa fuere, cur ii, qui pro fide tuenda aliquot abhinc sæculis sese in Orbe Catholico excitarunt, peculiaresque constituerunt Ordines Virorum Delectu Clarissimos sibi duxerint,* PETRONIOS *tuos decessores in suum Collegium adsciscere, suosque Canones* PETRONIORUM *nominibus insignire, ne fortasse sibi invidiam crearent. Et ne te obtundam, sat heic mihi videtur, in medium proferre* LUCAM ANTONIUM PETRONIUM *Inter Equites Hierosolymitanos adscriptum, Alexandrum* (VI) *ejusdem cognominis, quem suffragiis omnibus Equites S. Stephani præclaro Ordinis suo titulo decorarunt. Horum quidem virtus, & honestas tanti fuit, ut iis pares deinceps defuturos palam illos professos fuisse memoriæ proditum sit, qui rem cum iisdem per id tempus habuere.*

Atqui longa, prodifficilisque quidem mihi heic paratur dissertatio, quam negligerem, ni vel ullam criminis notam avertere a me mallem. Quos plane mihi illustres viri obsistunt, postquam ex tuis majoribus plurimi multis abhinc Sæculis relicto Urbis Romæ Domicilio ad Senensem urbem non sine civium illius Urbis gratulationibus convolarunt (VII) *Tum novo veluti agmine a tuis majoribus denuo cœptum, domesticarum claritudinum fines Longius protendere. Unde factum, ut tot eorum studiis, quæ pro virili perficere duxerunt, augustior, Latiorque per Italiam omnem cœperit esse* PETRONIÆ *gentis color. Nonne oculos omnium ad se converterunt Sirus, Gulielmus, Petrus, Jacobus, ceterique (qui enim heic producere præ-*

(III) Legantur Plura de Hyacintho Petronio apud Ughellium *Italia Sacra Tom. 1. pag.* 019 Mandosium in *Bibliotheca Rom. Cent. 5. num. XXVIII* de Magistris in de *Statu Ecclesiæ Neapolitanæ pag. 167.*, & in *Theatro Pro Regum tom.2. pag. 195.* & Authorem *Historiæ Civilis Neapolitanæ tom. IV. pag.* 342. Atque mihi persuadeo, plura Scriptores istos excripsisse, ut tanti viri gesta non sine fide enarrarent, ex duabus Fusissimis Inscriptionibus, quæ etiam hodienum prostant in Valvis Ecclesiæ Majoris Mesicti. Quod autem idem facile in re Scholastica suo ævo Princeps fuerit, plurimaque Aristotelicum in morem scripserit, quotquot supersunt opera in eam sententiam scripta, recensere, ut quam debeo fidem, penitus exequar, non gravabor. Hujusmodi igitur sunt Cl. Hyacinthi operum tituli *Dialecticarum Institutionum Libri III. Epitome Dialecticæ Institutionis, In Universam Aristotelis Logicam Quæstionum Tomi III. De Necessitate conversionis aquæ in vinum in Sacramento Sanguinis Christi*. Quibus mira exultat notitia Tricarum omnium, quibus Peripatetica Philosophia suum per id tempus extollebat caput.

(IV) S. Petronii vitam perbelle edidit Cl. Comes Valerius Zani; quamvis de eodem bene longum sermonem faciat Card. Baronius in Notis ad *Martyrologium* ad diem IV. Octobris, quem vide, si cupido est.

(V) De Hieronymi Petronii dignitate, ac Sapientia Testes tibi do Ughellium *Italiæ Sacræ tom. 1. pag.* 764. & Mandosium in *Theatro Pontificum pag.* XIV.

(VI) De Luca Antonio Petronio equite Hierosolymitano, & Alexandro equite S. Stephani plura qui volet, adeat Commendatorem Puteum in *Historia Equitum Hierosolymitanorum*, Araldum in *Italia Nobili*, Gammorrinum in *Historia Genealogica* tom.V. pag. 38.

(VII) Non est, cur fuse agam de tempore, caussisque, quibus Petroniis ea urbe Roma ad Senensem convolare placuerit; sat enim, quibus cupido est, hac de re plura dabunt Borghinus in de *Origine Florentiæ part. 1. pag.* 191. Gammurrinus in *Historia Genealogica tom. 1. pag.* 36. Unum tamen teneas hic volo, per hæc tempora Petroniis Viris cessisse Arcem Sallanam, quæ describitur in Territorio Volaterrano apud Albertum in *Descriptione Italiæ pag.* 51. quamvis sint probæ fidei historici, qui ejus Arcis Initium ad eosdem referant.

multitudine tanta possum? (VIII) *qui vigent adhuc in hominum memoria, ac perpetuo vigebunt. Hi sane opibus, sapientia, fide, & si quæ sunt his similia, tantum sibi procrearunt decus, nomenque, ut nullum fuerit ea ætate negotium gestum, nullum in re publica administranda negotium perfectum, quod antea ipsimet suis suffragiis non adprobassent. Quis unquam historicorum Senensium silet singularem scientiam, Æquitatem, probitatemque Cl. Heroum Petri, & Jacobi* (IX) *quorum tam mira fuit apud supremum Senensem Senatum in rebus agendis dexteritas, ut toto temporis spatio, quo clavum tenuere, nulla officii pars in tam negocioso munere potuerit in iis desiderari. Quod ratio Regina, ac legum scita imperarent, ab eo in publicis legationibus exequendis, rebusque publicis curandis ne latum quidem unquem discesserunt.*

At vero agmen modo claudant (ut mittam, ne plus justo te ab iis abstineam, quæ Tu sollicite curas, tot alia domus tuæ ornamenta, quæ omnium in se ora, vultusque convertemur) Riccardus, & Aloysius Petronius, *quorum virtutes omni ævo memorabiles quis dicere, qua opus est arte, valet? Sint earum argumenta tot præstantissimorum Virorum judicia, qui rerum summam per ea tempora gerebant, a quibus, sicuti eorum merita expostularunt, ad Summa Dignitatum fastigia elati. Sane quem fugit,* Riccardum Petronium *Neapolim adventasse, ut Caroli I. genio indulgeret* (X) *qui sibi duxit, eumdem advocare, ut publice in Nostra Regia Academia Neap. Jus Canonicum doceret. Qua in re tam mire profecisse, talemque sibi existimationem comparasse compertum est, ut Bonifacio VIII. visum fuerit, Jure ei uni Decretalium epistolarum collectionem mandandam, quam is uno perfecit Libro, qui Sextus nuncupatus fuit, quod Gregorianæ Collectioni in quinque Libros divisæ accesserit. Hinc factum, ut tot consumtis laboribus in id unum omnes consentire viderentur, nil præstantius, jucundiusque futurum, quam ad eam dignitatem* Hyacinthum *eximiæ Doctrinæ virum extollere, quam sibi jam virtus, laborque suus peperere. Et quidem horum omnium votis satisfecit Bonifacius idem, qui primum Vice-Cancellarium creavit, tum ad Cardinalatum evexit. Porro maximum quoque domui tuæ affulsit Decus ex Altero* Aloysio Petronio. *Is enim eloquentia, ac dicendi genere mirum in modum præcelluit. Ut in eum unum Senenses omnes haud immerito conjecerint oculos, cum legato indigerent, eo potissimum tempore, quo Legatio toti Reipublicæ minime inutilis futura apud Alphonsum Regem Aragonensem, & apud Pium P. II. esset explenda. Quo munere tanta sese gessit felicitate, dexteritateque, ut (paucis rem transigam) primum Serenissimus Franciscus Sfortia Dux Mediolanensis ad se vocarit, ut sibimet a Consiliis esset, Tum plurimis Privilegiis Pius P. insigniverit, plurimisque dignitatibus ornavit* (XI) *Atque heic quidem opus mihi esset eximia dicendi arte, qua* laxa-

(VIII) Quid immortalis famæ Viri Sirus, Gulielmus, Petrus, Jacobus profecerunt, sat superque rerum Italicarum historici descripserunt. Ac primum constat, Sirum Petronium anno 1293. plurima accepisse Feuda a Principe Achaiæ, cui sat perspecta fuit ejus Fides, quod habes apud Gighum in *Diario Senensi part. 1. pag. 84.* Tum Patrimonii Familiæ suæ fines protendit Gulielmus, qui suæ ditioni, eodem Giglio Authore, subjecit Arces duas prope fines agri Mediolanensis positas. Qui longe alius fuit ab altero Gulielmo Petronio, qui sua virtute honestateque sequioribus temporibus ab Urbano VI. ad Archiepiscopatum Barensem elatus fuit, testibus Beatillo in *Historia Barensi lib.* III. Ugurgierio in *Pompis senensibus part. 1.* & Ughellio in *Italia Sacra tom. 7. pag. 645.* Præstitit porro Christianarum virtutum Imitatione XIV. ineunte sæculo Petrus Petronius, qui cum vivens ceteris exemplo in Familia Cartusianorum fuerit, post obitum in canonem Beatorum referri meritus est, cujus vitam perelaganter descripsere B. Thom. Colombini, & Simoncellus, quos vide. Atqui per idem ferme tempus vitam egit alter, coi idem Nomen fuit, Poetica arte celeberrimus, Petrarcæque amicissimus, cujus Opera Poetica non sine elegantia jampridem edita recensent Crescimbenius *tom. 4. Italica Poesia* pag. 4. & Lud. Muratorius *Poesia Italicæ Historia* tom. 1. pag. 14. Demum his accedat (Late quidem vagarentur Petroniæ gentis annales, si viros omnes, qui in ea fuere, complecti heic vellem) Jacobus Petronius maximi Nominis Vir, cujus in rebus agendis felicitas effecit, ut ei unice datum fuerit medias tenere partes inter Cardinalem Ottobonum, qui sub Nomine Adriani V. Supremum Ecclesiæ regimen postea suscepit, & Rempublicam Senensem, ut Senenses ab Interdicto Liberarentur, quod subiverant, quippe Manfredi, & Conradini vices tenuerant. Adi Thomasium parte 2. lib. 7.

(IX) Vide Thomasium in *Historia Senensi part. 1 lib.* 1. ubi de Petro, & Jacobo Petronio plura habet.

(X) Confer huc, quæ de Riccardo Petronio habent Ciacconius in *Vitis Cardinalium tom. 2. pag.* 331. Panciroluss de *Claris legum Interpretibus cap.* 40. Thomasius *Parte 2. lib.* 8. Ugurgierius in *Pompis Senensibus parte 1. pag.* 75., & 416. Gesnerus in *Bibliotheca pag.* 582. Moretius in *Dictionario Historico lit. P.* Gravina *Origin. Jur. Civ. lib. 1. num.* 157. Porro ignorari minime volo, hunc diem suum obiisse in Liguria, dum Legati Clementis V. munus ibidem impleret. At vero ejus Cadaver non sine funebri pompa ad Ecclesiam M. Senensem translatum scribit Malavoltus in *Historia Senensi part. 2. lib. iv. pag.* 73. honoratiorique, uti oportebat, sepulchro collocatum, cui adjectum marmor prægrande, quo bene longa adpicta inscriptio, posteritati perbelle mandans, quæ idem Immortalitate omnino digna effecit. Ut non immerito uno ore eruditi Viri Doctissimum Bernardum Montfauconium collaudarint, cui placuit integram in suo *Diario Italico*, describere, ne quid in publica commoda in rebus Italicis enarrandis peccasse videretur.

(XI) Plurima alia tibi modo dare possem de Aloysio Petronio immortalis memoriæ viro. Verum ne longior, quam par est, evadat Oratio. Ac porro ne videar mihi uni præclara Petroniæ domus decora innotescere, missa facere duco. Atqui delego, quibus cupido rerum harum est, ad Malavoltum in *Historia Italia part. 3. lib. 2.* Ugurgierium *Part. 2. pag.* 50. Giglium in *Diaria Senensi Part. 1. pag.* 83. *aliosque.*

laxatis habenis Longum de Viris hisce sermonem facerem, quo & mihi satisfacerem, & tibi ullo modo placerem. Sed deest mihi ex integro tota dicendi vis. Id vero unum me consolatur, alios ex his, quæ narro, rite recteque de eorum gestis, tuaque Nobilitate judicaturos, meque ideo non parum artis dicendi imperitum esse pro virili adjuturos.

Hic autem locus id sibi velle aperte videtur, ut qua valeam Fide, Integritateque paucis proponam, eccur factum, ut tandem Nostra hæc urbs Te, tuosque inter suos Nobiles viros numerare dignata sit. Jamque in eum me locum delapsum nec opinantem sentio, quem declinare, si qua possem, cupivissem. Dicendum est enim de iis, qui sua Integritate doctrinaque, qua ad miraculum imbuti, majoribus nostris admirationi semper fuere. Quis plane Cl. BALDI PETRONII *alacritatem in rebus exequendis percensere sibi adroget, quæ tanta in eo fuit, ut res numero, & magnitudine maximas tam brevi tempore, quantum vix ad earum rerum explicanda consilia satis erat, absolverit, perfeceritque. Et quidem sub eo primum dies illuxit, qua Tuos Majores tenere honori nostro datum fuit; id quod sub Aragonensibus accidisse Tu ipse probe scis* (XII). *Quem porro latet* DOMINICUS PETRONIUS *Ingeniosissimus Vir, cujus generis Nobilitas, Sapientiaque adeo Potentissimi Philippi IV. animum excitarunt, ut primum inter Supremi Consilii Neap. Senatores gradum dederit. Tum ad Fisci Patrocinium extulerit. Demum Collaterali Consilio Regentem optimum daturus in eum potissimum conjecerit oculos, cujus sc. singularem scientiam, justitiam jamdiu sibi perspectam habebat. Verum is licet tot curis obrueretur (en vides, quo tanti viri præstantia protendatur) ne tamen rerum suarum memoria esset unquam intermoritura, id maxime contendit, ne ulla ei abiret dies, quin chartas illineret, sicque in scriptis suis immortale nomen suum ad Posteros omnes transferet. Unde factum est, ut Tu ipse adhuc plurimos Tanti viri MSS. Codd. in Tua selectissima Bibliotheca adserves, quibus quidquid digestum est, solidæ Jurisprudentiæ fundamenta, ac rationes exhibet. Præterea quem fugit Celeberrimi Nominis Vir* ANTONIUS PETRONIUS, *quem Tu Patrem sortitus es, cujus sapientia, probitasque ita moverunt Carolum II. & VI. acres ingeniorum æstimatores, ut sine mora gravioribus negociis Reip. Neapolitanæ administrandis admoverint, & pro virili parte ejus dignitatem adauxerint. Is sane Primus Marchionem Nesidis eundem nuncupavit, quam Insulam profecto antiquissimam multo antea tui sine eo perillustri titulo sibi habere cœperant. Hic vero inter Regiæ Cameræ Præsidentes assumsit, Fiscique Patrocinium pro tempore ei uni commisit, ea præsertim ætate, qua Fisci rationibus administrandis Viris Fide, Doctrina eximiis maxime opus erat.*

Pro Deum Immortalem! Mirum ne videri minime debet, ut quum tot Principes Italiæ Familiæ ex summo repente loco sic deciderint, vix ut impressam orbitam tantæ magnitudinis post se reliquerint. Contra domus tua post tot sæcula sibi constans, ac veluti stataria suum habuerit gradum, eumdemque adhuc tueatur? Nimirum modum aliquem tuo generi non fuisse ex hoc mihi persuadeo, quod non aliunde, quam ex literis hausit, quidquid excellentiæ habuit, tum domi excolendis, tum etiam fovendis, ac promovendis foris: ex utroque enim immortalem omni ævo sibi gloriam peperit, hoc est eisdem, quibus quæsita est, artibus duraturam.

En igitur Oratio ad Te vel invitum me modo trahit. Ecquis enim potest, quotquot in Te sunt decora, complecti, & simul quidquid in Tuis majoribus tam mire eluxit in Te uno admirari, ac id omne palam stylo haud impolito facere? Quum autem virtutes tuæ non modo meam infantiam, sed omnem eloquendi vim, atque exercitationem excedant, desinas quæso in tantam me existimationis aleam, ac dimicationem conjicere. Verum pauca quædam, ne ulla officii mei pars desit, in medium heic proferam, quæ licet impolite enarrabo, placebunt tamen iis saltem, qui tuarum cupidi sunt laudum.

Et quidem silentio præterire illud sub initium nequeo, te prima ætate majorum imaginibus, opibus, deliciis minime irretitum in Musarum Sinum, ac literarum secessum abdere potius maluisse, immo doctissimis stipatum viris sermonibus eruditissimis noctes, diesque lætiorem, quam in convivio traducere cœpisse. Hinc factum, ut decurso scientiarum stadio sic ingentis spei tyrocinia posueris, ut inde vir tantus prodieris, quantum res præclaræ a Te gestæ declarant tum in iis muneribus, quæ tu admodum Juvenis per Provincias Regni Neapolitani prosecutus es, tum vel maxime in eo, quod in M. C. nunc exequeris, in qua Fisci Patrocinium sustines, cujus quoque jura adversus veneficos tueris apud Sanctissimum Quin-

que-

(XII) De migratione Senensium Petroniorum ad hanc nostram urbem, quam sub Aragonensibus accidisse exploratum est, plura scribunt Eugenius in *Descriptione Regni pag.* 203. Balcap. in *Ephemerid. Sacr. Mails tom.v. pag.*670. Beatillus in *Historia Barensi lib.* ta *pag.* 194. Quibus accedit quoque robur ex iis, quæ de variis Familiis Senensibus, quibus hanc nostram Urbem colere per eadem tempora maxime placuit, referunt Vincentius de *Protonotariis Regni pag.* 188. Summontius in *Historia Neapolitana tom.* 3. *lib.* 5. Zazzara de *Nobilitate Italiæ part.* 2. quos adi, si Lubet.

quevirale Concilium ad venéficos arcendos ab Invictissimo Rege Nostro destinatum. Atque ab his dignitatibus Te propediem ad alias elatum iri omnes haud Obesæ naris viri augurantur. Nil dicam porro de eo, quem habes in litteras ardore. Nam præter ea, quæ de adolescentia Tua a me paulo supra dicta sunt, ei rei confirmandæ sat argumento est selectissima Bibliotheca, quæ licet domi tuæ nata, tuis vero sumtibus plurimis MSS. Codd. doctissimorumque Librorum copia quotidie ditatur. Accedit, quod Tibi vitio vertas, vel nova Librorum copia in dies non augere, vel noctu diuque Libris perlegendis minime adlaborare. A quo crimine vel facile omnes te absolverent, cum negociosissimum tibi datum sit munus exercere, quo fit, ut nulla abeat dies, quo aliud tibi efficere permittatur præter id unum, quod munus tuum spectas. Denique de Te præclarior per se existet oratio hæc, si hoc unum advertatur (quod minime ignorant, qui te etiamsi per transennam noverunt), Te id potissimum contendere, ut Reip. Literariæ viri Laudibus suis decorentur, eorumque cum opus sit merita percensendo Patrocinio tuo exultent maxima Fide, Justitiaque perpensis omnibus, a cujus orbitis vel latum unquem deflectere tam sacrilegum a te semper est habitum, quam templa, atque sacraria spoliare.

Hæc habui, quæ tibi dicerem, Vir præstantissime, nec enim curo heic te amplius tenere, ut memorem nobilissimam, Honestissimamque MARIAM *Capyciam ex Antiquissimo Nobilissimoque genere ortam, quam tibi conjugem adjunxisti,* IGNATIUM PETRONIUM *Germanum, cujus bellica virtus sic eluxit, præsertim in Gisalpino, nuperrimoque Bello Velitrensi, ut non solum sapientissimo Regi nostro carior esse cœperit, sed etiam ad Militum tribunatum evehere eidem rectum, justumque visum fuerit, ac postremo loco Diploma illud, quo mutuæ successionis, & cognationis jura adgnita, confirmataque Inter te, tuosque, qui Neapoli subsistunt, atque eos, qui etiamnum inter Romanos Patricios, & Senenses post tot sæcula suum gerunt gradum. Nam hæc omnia per se clara sunt, nec est qui ignorat. Rogo igitur, ut quam singularem humanitatem in me prætetulisti, eadem semper complectaris. Ac porro benigne, humaniterque patiaris obsecro, si tantum mihi tribuerim, ut utriusque praxeos Cl. Caroli Antonii de Rosa Editionem tuo sub nomine apparere siverim. Id namque effeci, ut ullam vicissim pro mea virili parte grati animi significationem ederem, tuoque nomine major editioni existimatio conciliaretur, quam sane, ut ait Halicarnassensis Dionysius conciliat* προσωπεῖον τηλαυγὲς προκείμενον του λόγου.

Addictissimus Obsequentissimusque
Thomas Alphanus.

CRIMINALIS DECRETORUM PRAXIS

AUCTORE

D. CAROLO ANTONIO DE ROSA, SIVE DE ROSIS.

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

De Decretis, quorum erit. I. Capiatur Informatio. II. Partes veniant coram. III. Ex quo renitentes ducantur. IV. *tandem:* Stante pace facta coram me non molestentur; *vel si oportuerit, addat:* Verum relaxentur cum mandato ad invicem de non offendendo.

SUMMARIUM.

1 *Diligentia omnia consequimur.*
2 *Initia semper a Domino.*
3 *Informatio in occultis festinanter recipienda non est. Circa plura verò quanam expenditur diligentia*, ibidem.
4 *Processus criminalis duobus continetur terminis.*
5 *Delictum in genere in crimine veneni.*
6 *Delictum in genere in vulneribus.*
7 *Vulnerans quando de occiso tenebitur?*
Referuntur duo casus cum decis. M C.
8 *Delictum in genere stupri praepostera Venere.*
9 *Delictum in genere in facto, quod evenire potest cum scelere, & sine scelere.*
10 *Practica M. C. Circa delictum in genere stupri praepostera Venere.*
11 *Delictum in genere declaratur, quomodo probetur in criminibus facti transeuntis*, ibidem.
12 *Delictum in genere in adulterio, & incestu.*
13 *Delictum in genere in pluribus casibus falsitatis: & plura circa falsitatem.*
14 *Delictum in genere in crimine monetae. In quatuor distinguitur casus cum interpretatione* Pragmaticae XII. de monetis.
15 *Delictum in genere in receptatione exulum.*
16 *Delictum in genere in ictu scoppictae effectu non sequuto, nec ullo remanente vestigio.*
17 *Delictum in genere in armorum asportatione.*
18 *Delictum in genere in fuga Carceratorum.*
19 *Delictum in genere in Crimine Receptatis.*
20 *Delictum in genere in furto. Quomodo probetur in furto pecuniae, & in via publica.* ibid.
21 *Delictum in genere quomodo probetur in occiso, si corpus non reperiatur, & quomodo in homine ignoto? Referuntur decisiones, & cautela traditur ab Auctore in procedendo, & judicando.* ibid.
22 *Delictum in genere prius constare, & Judici innotescere debet: juribus, & rationibus demonstratur.*
23 *Delicto in genere non constito poenae locus non est etiam confessione accedente, & exemplum Jesu recensetur.*
24 *Delicto in genere non constito Judex reum interrogare non potest nec citare, & nec minus torquere.*
25 *Probatio legitima in duorum testimonio consistit, & de ratione.*
26 *Testes quomodo deponere debent, ut reus condigna puniatur poena, & recensentur quinque requisita, Item quando dicantur singulares, & de testium singularitate, ac probationis difficultate attenta ratione loci, temporis, & criminis atrocitate, quando dicantur habiles? Cum pluribus decisionibus*, ibid.
27 *Reus non solùm testibus de visu, verum etiam, & praesumptionibus convinci potest.*
28 *Probatio duplex, vera, & praesumpta.*
29 *Praesumptiones juris, & hominis, juxtà Authorem non distinguuntur.*
30 *Indicia juxta P. Sanchez, & D. Cardinalem de Lugo sunt in triplici gradu, sed in quinque secundum P. Lessium.*
31 *Indicia indubitata, quae dicantur? Cum Authoris sententia.*

32 *Moralis certitudo, qua dicatur.*
33 *Indicium quodlibet duos requirit testes.*
34 *Indicium duplex, perfectum, & imperfectum.*
35 *Indicia remota probata per testes singulares an ad torturam conjunguntur.*
36 *Indicia prædicta ut probentur, an testes omni exceptione majores requirantur? Auctor tenet contra Farinacium.*
37 *Probatio duplex plena, & semiplena.*
38 *Indicia plura in homicidio.*
39 *Reus ex causa etiam quæritur.*
40 *Causa criminis fundamentum est.*
41 *Causa non existente, quando inquisitio corruat.*
42 *Locus est circumstantia in delicto, & ratione loci pœna augetur, ut in furto in via publica, & in Ecclesia patrato.*
43 *Injuria non solùm ratione personæ offensæ, & offensoris, sed ratione loci atrox dicitur: & injuria pœna usque ad mortem extendi potest.*
44 *Alapa gravior est, quàm pugno percutere, & de ratione.*
45 *Tempus quoque ut atrox reddit delictum, ut in fure nocturno, ac cum rebus furatis descendente, qui occidi potest, diurnus vero, & sine periculo minime.*
46 *Animus in delicto est examinandus: & declaratur exemplis.*
47 *Animus duplex deliberatus, & præmeditatus, vel simplex deliberatus.*
48 *Animus simplex deliberatus, ut homicida mortis pœna puniatur in consideratione non est, & in duobus restringitur casibus.*
49 *Animus in criminibus, & non eventus consideratur.*
50 *Occidens Cajum volens occidere Titium, qua pœna plectatur? Distinguuntur duo casus, & referuntur decisiones cum Auctoris opinione.*
51 *Textus in* l. quoniam multa facinora C. ad L. Jul. de vi publica *expenditur.*
52 *Modus, quo delinquitur etiam considerandus est, & referuntur exempla.*
53 *Decretum* Capiatur informatio, *expenditur.*
54 *Practica circa testium audientiam, cum Auctoris admonitione.*
55 *Decretum*, Vocentur partes coram me *Ac Decretum*, Ex quo teneantur ducantur. *ibid.*
56 *Decretum*, Stante pace facta, coràm me, non molestentur, verum relaxentur cum mandato ad invicem de non offendendo.
57 *Judex quando partes ad concordiam compellere valet.*
58 *Judex contra criminosos dupliciter procedere potest ex officio uno, ad partis instantiam altero.*
59 *Judex quando tuta conscientia inquirit.*
60 *Inquisitio duplex generalis una & specialis altera, & qua dicatur.*
61 *Judex Regulariter accusatore non existente procedere nequit & expenditur doctrina D. Thomæ.*
62 *Judex in Regno quibus casibus ex officio procedere potest.*
63 *Judex in adulterio quere procedere, debet, & de ratione, & quibus querela competat.*
64 *Judex in adulterio notorio inquirere potest & quando dicatur notorium.*
65 *Judex in quocunque crimine, accusatore desistente, procedit.*
66 *Judex ex officio in supradictis casibus procedit, etiam fama non præcedente.*
67 *M. C. in inquirendo habet arbitrium, & Reg. Aud. ubi pœna arbitraria est.*
68 *Jus accusandi hodie competit ei, qui suam, vel suorum injuriam prosequitur, idem cui ab intestato defertur successio, & de ratione cum declarationibus, Regni constitutione* In aliquibus *attenta, & Consuetudine Civitatis*, Sed si morienti, *& n. 69.*
70 *Masculus fæmina in accusando præfertur, & de ratione. Referunt decisiones cum limitationibus.*
71 *Judex Potest compellere partem offensam ut saltem coràm ipso declaret offensorem.*
72 *Informationem capere, magni laboris est.*
73 *Indicia contra potentes, quamvis levia, urgent.*

1. HOminum machinationes, & fraudes diligentia aperimus, naturæ incommoda vincimus, ac omnia consequimur diligentia, Cicer. 2. de *Orat.* Hac idcirco initus & in inquirendo satagat Judex, ut in-
2 nocens salvus fiat, & reus pereat; atque Dei prius invocato auxilio, *cujus omne consilium, & prudentia sunt sermo ignitus, & clypeus, sperantibus in se,* Proverbiorum. *c.* 30. *num.* 5. totis viribus veritatem exquirat, ut in *cap. Judicantem* 30. *quæst.* 5. *cap. occidat* 23. *quæst.* 3. *l. testium*, C. *de testib. & glos. in* §. 1. *auth. de tabellionibus, vers. veritatem*. maximè in occultis delictis, in quibus veritas errore, aut vulgi imperitia, sive ingeniorum pravitate latet. Quam-
3 obrem Judex ut diligens reputetur morosus esse debet, quia, ut inquit Politicus *lib.* 2. *Analium: Veritas visa, & mora falsa incertis, & festinatione valescunt*; ac alibi: *falsa tempore, & spatio vanescunt.*

Hæc autem ut ego arbitror diligentia circa plura extenditur, vz. *An factum verum sit, a quo, qua de causa, qua loco, quo tempore, quo animo atque quo*
4 *modo actum?* Juxta varia delictorum genera ut ex his quæ dicturus sum facilius intelligetur. *Primum* delicti corpus, sive delictum in genere dicitur. *Secundum*, delictum in specie vocatur. Cætera istud quoque respicium cum ad delinquentis ooci ationem, vel ejusdem exonerationem pertineant, in quibus duobus terminis processus criminalis continetur.
5 *PRIMUM* explicando dico, quod si Titius accusatus est, quod Cajum veneno necavit, Judex videre debet, an Titii scelere, veneno vz. an potiùs aliquo alio morbo Cajus perit? In ipsius morte peritos examinare eorumque dicta, quæ ex symptomatis, & signis regulantur in actis redigere. Et licèt hæc cognitio difficilis a pluribus existimetur, tùm quia in humano corpore venenum quoque generatur, uti rabies in Cane. Cardanus *lib.* 1. *de venenis, cap.* 2. tum etiam, quia signa eadem administrato, & ingenito veneno communia sunt, sicut scripsit Follerius *in pract. crim. tit. Cupiat informationem num.* 24. *& seq.* facilis tamen erit, si homo validi corporis, bono cibo assumpto derepente in mala symptomata incidat, eique vomitus, ardor in stomacho, syncopis, sudor, ac alia supervenere, eique post mortem capilli sine violentia defluant, ungues denigrentur, livores, tumoresque in corpore appareant, sive spumæ ex ore dilabantur: hæc enim inter veneni signa connumeraverunt DD. & præsertim eruditus Casonus *in præmissis cap.* 4. Foller. *tit. item quod fororem venenavit. numer.* 4. Scaccia *de judiciis cap.* 83. *nn.* 3. Gaballus *de omni genere homicidii num.* 626. & late Paulus Zacchias *quæst. medico legal. lib.* 2. *tit.* 2. *de venenis quæst.* 7. Probatur quoque crimen hoc, si infirmus sanus efficiatur, remedio contra venenum auxiliatus, de quo Medici deponere debent. & quia Medicorum dicto credendum est, an Cajus ex proprioto, an ex ingenito veneno mortuus sit, Sicuti fatentur Alexand. *consf.* 116. *lib.* 3. Præs. Bossius *tit. de delict. num.* 7. Foller. *d. tit.* Clar. *qu.* 4. *num.* 5. & Mascard. *de probat. concl.* 1037. *num.* 7. *vol.* 2. Mura *decis.* 1. idem Zacchias *ubi supra quæst.* 1. Honded. *cons.* 78. *lib.* 2. ubi *num.* 14. *&* 15. inquit quod confessio homicidii commissi propinato veneno quoad pœnam ordinariam insufficiens est, si judicio peritorum non est confirmata, ea ratione, quia impossibile est, inexpertos in arte medicinæ, & sic idiotas scire operationem, quam facit in corpore res, quæ sumitur per os, quando etiam cum difficultate id sciunt Medici. De quo dicto dubio, si testes priùs de signio veneni deposuissent. Unde ne tam sævo crimine impunitus remaneat Titius in hujus criminis cognitione, Judex probus, & doctos Medicos adhibebit, corumque consilio, & voto adhibito procedet, Gaballus *de omnig. homic. num.* 615. Farinac. *consf.* 168. *n.* 16. Hi enim solent corpus aperire ad finem videndi, si in gutture, & stomacho adest corrosio aliqua, quæ in omni veneni genere non habetur.
6 Rursus progrediendo, dico quod si Titius accusatus esset quod Cajum vulneravit, Judex videre debet, an Cajus vulnus passus sit, adeoque Chirurgos examinare ac de duobus interrogare, de vulnerum vide-

videlicèt qualitate, & quo armorum genere fuerint facta: quoniam si lethalia sunt vulnera, Titius de Caii morte tenebitur; at si non fuere lethalia, in isto casu Cajus sui culpa, & ex mala medela mortuus est, Titium non de morte, sed de vulnere tantum teneri videtur, ut constat ex *text. in l. qui occidit, §. fin. in fine, & in l. si ex plagis in principio ff. ad l. Aquiliam*.

7 In dubio autem vulnerans de occasione tenebitur, si vulnerati culpa non apparet, secus in casu contrario. Florianus in *d. l. Anania, in cap. significasti, num. 14. extra de homicidio*, Socinus *in cap. Presbyter. eod. tit.* Abb. *in cap. 2. de Cleric. percuss.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2. num. 46.* Grammatic. *consil. 46.* Larath. *cons. 120. num. 10. & 11.* Dom. Reg. Revert. *decis. 55. num. 2.* Et quidem in facti contingentia, Antonius Manganus de Catanzario inquisitus de vulneribus in personam Joannis Baptistæ Servatiello, & morte indè sequuta, etsi condemnatus per Regiam Audientiam ad remigandum vita durante, me tamen referente in Magna Curia, ex quo in processu Chirurgorum attestationes de vulnerum qualitate non apparebant, & ex actis constabat, quòd ex mala medela, & sui culpa perierat, fuit per decennium, non autem in vita condemnatus ad remigandum: & Magna Curia moderavit decretum Regiæ Audientiæ. Cæterum de his casibus tractat Grammaticus *cons. 2.* & Clarus §. *homicidium num. 42.* ubi ex Soccino *cons. 178. lib. 2.* tenet, *quòd quando ab initio vulnus illatum fuit mortale, in hoc casu vulnerans (si vulneratus culpa sua, aut aliorum periit) non excusatur*: sicut etiam affirmat Dom. Reg. de Marin. *ad dictam decisionem* Dom. Revertern *num. 2.* quod meo judicio locum habebit, cum vulnus tale fuerit, ut ab initio nulla evasionis species considerari potuerit.

Oportet quoque, ut referatur, quo armorum genere, videlicet ictu scoppictæ, an cultro, an alio instrumento fuerit, scilicet, vulneratus? Ut ex inquisitione in genere inquisitio in specie formetur, & tam in procedendo, quàm in condemnando modus observandus deligatur, quoniam si ictu scoppictæ, Magna Curia, ac Regiæ Audientiæ procedunt uti delegatæ cum abbreviatione termini dierum quindecim in forjudicatione, & pœna ducatorum mille, juxtà *Regias Pragmaticas 24. & 28. de armis*. De jure autem in proposita cognitione, quo Medici intervenire debent, si in loco vulnerati reperiuntur, de consuetudine tamen periti Barbitonsores sufficiunt.

8 Insuper si accusetur Titius, & quòd mulierem præpostera Venere stupravit, si mulier pubes est, matronæ illius podicem observare debent, si ille est vitiatus, quia fibræ diminutæ, si cum rubore, si cum sanguine, aut hominis semine. Et in hoc casu deponant, quòd invenerunt de recenti mulieris podicem stupratum, ex quo fibræ sunt dilatatæ, cutis diminuta a membro virili; si sine rubore, cutis tamen diminuta apparet, quia fibræ, quæ coronam constituunt, sunt dilatatæ, deponere debent, quòd mulieris podicem invenerunt non in statu primævo naturali, quia podex ab antiquo dilatatus, & cutis diminuta, quæ dilatatio, sive fibrarum diminutio evenire potuerit ex membro virili, aut alia causa. Et licèt matronæ in hoc casu cum certitudine non deponant, quòd ex virili membro factum contigerit, pro delicto tamen in genere hæc cognitio sufficiens est.

9 Quoties enim factum tale est, ut vel ex crimine, vel ex natura, aut ex accidenti evenire potuerit, & figuram delicti habere, quia hominis facto, & cum scelere, & figuram non delicti, quia natura, sive ex aliquo accidenti, & sine scelere, uti in suffocato in puteo, reperto infossato, & in flumine, qui casus contingere potest ex alterius culpa, aut morbo, & vi aquæ, aut aliquo alio inopinato modo, delicti corpus per conjecturas probatur, Clarus *in pract. quæst. 4. in fine*, Farinac. *quæst. 2. num. 29.* & ut contingit in podicis dilatatione, sive continuorum diminutione, quæ partus causa contingere potuit innupta, ac etiam ex antiquo stupro, tunc dubia probatio sufficiens est, teste Dom. Reg. Sanfelic. *decis. 28. in fine*. Et quia aliquando contingit, puellam ab alio prius stupratam fuisse, & delatum nefandum crimen sine stupro commisisse, in hoc casu delictum in genere conjecturis probari arbitror, & in eo aut in aliis dicti criminis speciebus loquutum fuisse Mastrillum *in decis. 295.* qui in dicta *decis. num. 2. 46. & 47.* dicit, quòd in dicto crimine non oportet constare de corpore delicti. De hoc etiam delicto in genere scripsit Joannes Baptista de Plotis *cons. 132. nu. 21. inter consilia criminalia*, Farinac. *quæst. 2. nu. 24. vers. Ad id quod attinet*, Jul. Clar. *quæst. 4. num. 4. in fin.* Muscatell. *de cognit. & probatione delictor. Rubr. de adulterio, num. 8. 9. & 10.* Scaccia *de judiciis. c. 83. num. 3.* Sanfelic. *decis. 13. num. 27. nec aliquid facit*, D. Reg. Sanfelic. *decis. 354. num. 1. vers. satis probatum dicatur per inspectionem ani vitiati*. D. Reg. Capye. Latr. *decis. 163. n. 8. & 61.*

10 Sed si mulier impubes est, & vilis, in Magna Curia a Medicis Curiæ cognitionem hanc fieri praxis docet. De reliquo nemo ignorat, quòd hoc crimen pessimum vocatum, ut in *lib. Genesis cap. 37. num. 3.* & quòd Jurisconsultus *in l. cum vir, ad l. Juliam de adulteriis*, non ausus est, illud aperto sensu describere, & ego de illo, ut de tali crimine infames pœnam non evadant, prætextu, quòd delicti corpus deficiat, non sine erubescentia scripsi.

11 Cognitio igitur ejus, quod delictum repræsentat, delictum in genere dicitur, & in criminibus, quæ vestigia relinquunt, verificatur per testes, sive peritos, qui de dictis vestigiis deponant; in illis verò delictis, quæ hæc non relinquunt, & cum facto transeunt, per testes, qui deponant cum circumstantiis, ex quibus crimen conjecturatur, atque præsumitur, probabitur juxtà praxim traditam a Marsilio *in §. principium*, Bossio *tit. de delicto*, Follerio *tit. copia informationem*, Julio Claro *quæst. 4. & 66. in princ.* Farinac. *quæst. 2.* Mascard. *de probat. conclus. 830. lib. 2.* Guazz. *ad defensam defensa 4. &* Mascatell. *in pract. crim. in proœmio*.

12 Hinc ad majorem declarationem, in adulterio violento probatur delictum in genere, mulieris conquestu, & fama, ac legitima, & concludenti probatione matrimonii, qualitèr tali vim matrimonio conjuncta est, & incestum probatum dicitur probata affinitate, aut consanguinitate.

In falsitate, & in sequentibus frequentioribus casibus, Primo casu v. g. quando in instrumento, aut in alia scriptura apparet interlineatio, literarum cancellatio, sive rasure, de qua falsitate loquitur *tex. in l. 2. & in l. Paulus ff. ad l. Cornel. de falsis*. Et in hoc casu capiatur informatio de dicta vitiatura, examinando actuarios, aut notarios; & productio dictæ scripturæ, ac peritorum recognitio erit delictum in genere; rasure enim statim apparebit, si inter Solem, & oculos interponitur, ut advertit Muscatell. *in rubric. de falsis, ex glossa in cap. licet de crim. falsi*: nec non interlineatio, atque cancellatio in loco substantiali, falsitatem arguit, Consil. Staiban. *resol. lib. 1. resol. 21. nu. 9. & 10.*

Secundo casu, quando in rasura, aut alio loco scripturæ apparet additio, de qua falsitate loquuntur dicta jura, & *text. in cap. inter dilectos de fide instrum. cap. quam sit grave crimen falsi*, & ex *decis. Sac. Cons. 404.* capi debet informatio de dicta additione, examinando dictos peritos, qui deponant, qualitèr recognoverunt scripturam, quæ incipit, &c. de litera ad literam, de syllaba ad syllabam, de verbo ad verbum, & qualiter literæ verborum dictantium, e. g. *ducati mille*, quæ sequuntur in versiculo *decimo*, sunt dissimiles in charactere, ut recentiores quam aliæ (cum possit idem Auctor denuò scribere). Et hic nota, quòd præsumitur falsitas, quando charta est antiqua, & scriptura recentior, juxta *tex. in cap. per dilectos §. sed contra privilegia de fide instrumentorum*, ibi: *Secundo quia cum charta vetustissima videretur, recentior apparebat scriptura*, & ibi *glos. in verb. videretur*, aut quando scriptura, de qua dubitatur, est exarata in charta fœdata aut fumo infecta, aut antiquior appareat, secundùm *glos. in l. jubemus, C. de probationibus, in verb. suspecta in l. fin. C. de ad l. Cornel. de falsis, in verb. scripturam*, ibi: *quæ sit prima facie maculata, & in l. si quis ex argentariis, §. 1. ff. de edendo, in verb. de fide, ubi, vel quia librum fœdatam edidit*, Monticell. *reg. crimin. 15. num. 128.* Farinac. *quæst. 143.*

num. 65. vel quando scriptura apparet facta in charta abrasa, secundum *tex. in d. cap. inter dilecto*, §. *instrumentorum*, & ibi *glos. in verb. litera*, & dictam *glos. in l. jubemus*, ibi: *Vel ratione chartæ ipsius, ut quia sit abrasa*, Farinac. *quæst.* 153. *num.* 63. quod limitat, si est scriptum eadem manu *num.* 66. & declarat *num.* 82. abrasionem, & cancellationem, falsitatem non arguere, si ex præcedentibus, & sequentibus verbis sensus colligitur, & quòd scriptura debet stare, ut ratum est, vel quando literæ sunt dissimiles ab aliis, & non ejusdem characteris, Menoch. *conf.* 99. *num.* 7. *lib.* 2. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 20. *num.* 19. Decian. *conf.* 99. *num.* 18. & 19. *lib.* 2. Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 740. *num.* 11. & 18. Consil. Staiban. *resol. lib.* 1. *resol.* 11. *num.* 19. 20. & 21. Et hæc diversitas maximam falsitatis præsumptionem inducit, quòd limitat Farinac. *d. quæst.* 153. *num.* 115. nisi diversitas fuisset causata propter status mutationem, cum non ita scribat senex, uti juvenis, vel quando literæ recentiores appareant, quam aliæ, & maximè si diverso atramento, ut quia non ejusdem nigredinis, *glos. in cap. memoriam* 19. *distinct. in verb. falsam*. Mascard. *concl.* 740. *num.* 18. Ceph. *conf.* 287. *num.* 27. & 28. D. Reg. Valenz. *conf.* 121. *num.* 11. Pratus *resp.* 5. *num.* 55. aut in charta diversum signum habente: ex diversitate enim signorum, chartarum falsitas quoque arguitur, Jason. *conf.* 168. *vol.* 4. D. Reg. Sanfel. *dec.* 61. Pratus *num.* 56. & alii supracitati.

Tertio casu, quando alterius manus imitatur, quæ falsitas frequentiùs committitur in subscriptione ob scripturæ brevitatem: & in hoc casu delictum in genere probatur comparatione scripturarum, sive subscriptionum, comparando suspectam cum vera: quæ comparatio in M. C. duobus committitur Actuariis, in Regiis Audientiis duobus Notariis integræ fidei: scriptura enim, qua facienda est comparatio, oportet, ut sit certa, indubitata, & clara, ita ut non egeat alia probatione, juxtà *l. comparationes C. de fide instrumen.* Afflict. *dec.* 181. Trivis. *decis.* 52. Surd. *conf.* 187. *num.* 29. ac cæteros, ut videre est. Quarè si privata est, prius judicio recognosci debet, Paulus Rubeus *resol. practic. cap.* 31. *num.* 623. Item hæc comparatio fieri debet cum dicta scriptura, signis, & tractibus, quibus is, cujus manus apparet falsificata, scribere consuevit; undè si principalis solitus erat scribere suum nomen, e. g. *Joannes* cum adspiratione *H*, & scriptura suspecta habet subscriptionem sine dicta adspiratione, ex hoc etiam arguitur falsitas, idem Pratus *dicto responso*, *num.* 44. & 45. ubi alios allegat. Et amplius circa hoc delictum in genere advertu, quòd tàm scripturæ falsificata, quam scripturæ vera inseri debent in depositione periti, qui deponere debet, qualitèr legit, & recognovit scripturam, quæ incipit, &c. & finit, &c. ac ipsius subscriptionem dictantem, &c., & illam ponderavit de litera ad literam, de syllaba ad syllabam, de verbo ad verbum, nec non scripturam, quæ incipit, & finit, & ipsius subscriptionem dictantem, &c. atque testari hanc subscriptionem ponderatam modo prædicto esse dissimilem, & diversam a subscriptione posita in scriptura, quæ incipit, & finit, &c. quia literæ nimirum *J. O. H. Johannes, &c.* quæ construunt verbum, sunt diversæ lineaturæ, a literis *J. O. H.* &c. quæ faciunt dictum verbum subscriptionis, quæ est in dicta scriptura, quæ incipit, &c. & ita quia legit, & recognovit, ut supra; & hanc declarationem in recognitione subscriptionis manus facere debet, quia scriptura subscriptionis brevis est. Cæterum, in recognitione aliarum scripturarum satis est, quod deponat de characteris diversitate, nec prætermittit, quòd si adest principalis, illam prius recognoscere debet, ut procedat inquisitio: & ita delictum in genere benè probatum dicitur, quod contra eum, in cujus beneficium falsitas redundat, Farinacius *quæst.* 163. *nu.* 209. Albericus de Rosate, *in l. Divus ff. ad l. Corn. de falsis.* Honded. *conf.* 99. *nu.* 68. *l.* 2. & alii relati ab ipso tenent, quòd concurrente mala fama, aut alio adminiculo faciat indicium ad torturam, sine adminiculis non ea ratione, ut cogito, quia comparatio fallax est, cum sæpissimè mutatio calami, atramenti, ætas, infirmitas, aut celeritas in scribendo, manus diversitatem inducat, & nihilominus, meo judicio, opinio Farinac. & aliorum procedit, non concurrente recognitione principalis, ut dicta comparatio sine adminiculo non faciat indicium ad torturam, ea concurrente sine adminiculo sufficiat.

14 In crimine monetæ, quod distinguitur in fabricationem, tonsionem, monetarum expensionem, & resegminum emptionem, corpus delicti probatur per inventionem, & recognitionem falsarum monetarum, resegminum, & instrumentorum cum Judicis interventu, juxta *pragm.* 13. *num.* 3. *de monetis*, quæ loquitur de dicta inventione, & indistinctè procedit tàm in casu ubi diligentia fit cum denunciatore delinquente, ut evitetur fraus, quæ indultus causa committi potest, quam ubi Curia inquirit cum denunciatore non delinquente; attento quòd in hoc crimine fraus faciliter committitur, etiam ut evitetur propter æmulationem; verùm si actuarius, vel scriba Curiæ in diligentia ad alium finem ordinata coràm testibus extraguardiam falsas monetas, vel incisuras, & instrumenta reperit, puta quod sit legitima inventio, maximè si prædicta reperta fuerunt in aliquo loco clauso, & diligentia sequuta sit in itinere, vel in hospitio extra Civitatem: quoniam *pragm.* propriè loquitur, quando Curia procedit cum denunciatore indultum petente, & in relato casu fraudis suspicio abesse videtur. In primo igitur crimine fabricationis, primò testes deponere debent, qualiter de ordine Judicis se contulerunt in domo Talis de Tale; in qua facta diligentia coràm ipsis, & Judice, in tali loco domus, fuerunt reperta instrumenta, idest cunei, sive stampæ, quibus monetæ cuduntur; item dictæ monetæ, aùt fusum argentum, sive materia pro fabricandis monetis, nec non deponere de monetarum quantitate, & impressione, seu imagine. Secundò dicta reperta recognosci debent in hac Civitate ab expertis Regiæ Siclæ, & in Regno ab aurificibus, qui deponere debent, qualitèr recognoverunt dicta instrumenta apta ad cudendum monetas talis imaginis: nam instrumenta imperfecta, in quibus nondum sunt impressi cunei, non formant delictum, *D. Ricc. decis.* 385. *pag.* 3. & quòd recognoverunt monetas falsas, aut in cuneo, aut in materia, aut in pondere: moneta enim tria requirit ad ejus perfectionem, materiam, formam, & pondus, ut colligitur ex *text. in leg.* 1. C. *de veteris numismatis potestate lib.* 11. idcircò in forma, materia, & pondere vitiari potest, juxtà notata a Cavalcano *de indultu* c. 28. n. 17. & à Mascardo *de probat. lib.* 1. *conc.* 1070. Et si in forma, quia non impressæ cuneo Regis, cui soli licet monetas cudere, & non privato, quia est de regalibus, D. Reg. Capycius Latro *decis.* 179. *num.* 17. D. Reg. Sanfel. *decis.* 16. experti non debent deponere de judicio, quod eis non videtur monetas fuisse impressas cum verò cuneo, sed debent affirmativè, vel negativè referre impressionem dictarum monetarum esse falsam idem D. Reg. Capyc. Latro *num.* 56. si monetæ apparent falsæ respectu materiæ, quia non perfecti argenti, & auri, illas experti incidere debent, ut recognoscere possint: & si in pondere deficiunt, illas recognoscere, & deponere, quòd illateræ experimento recognoverunt: etenim corpus delicti falsæ monetæ ita clarè probari debet, ut non sufficiat de eo constare per conjecturas, nec per confessionem, Honded. *conf.* 91. *num.* 10. & 11. *lib.* 2. Conciol. *resol.* 1. *num.* 3. Guazz. *defensa* 4. *cap.* 9. de Luca *in observ. ad decis.* 401. D. de Franchis *num.* 4. Insuper dicti experti deponere debent, qualitèr dictæ monetæ recognitæ in eisdem instrumentis percussæ fuerunt. Itaque hæc duo formant delicti corpus, vz. instrumenta, & materiam pro componendis monetis: sola enim monetarum inventio, & recognitio instrumentorum illud non constituit, ut notat Thorus *in comp. dec. tom.* 4. *par.* 2. *in verb. monetarius*, *l.* 2. de Luca *in decis.* 440. Dom. de Franch. n. 5. & evidens est ratio, quia materia, & forma exigitur in fabricatione monetæ. Cæterum instrumentorum detentio delictum est separatum; & probata scientia contra detinentem, si est nobilis, relegationis pœna per decennium, si ignobilis, triremis pœna afficitur; ut in *prag.* 2. *de monetis num.* 14. Scientia autem ad inducendam pœnam, vera esse debet, & non præsumpta,

ut

ut decisum refert idem Thor. *in d. verbo*, & consuluit Hond. *in cons.* 88. *num.* 35. *lib.*2. in casu receptationis bannitorum.

In secundo crimine testes deponere debent, quòd invenerunt resegmina argentea, & forcipes, sive limas; vel quòd invenerunt monetas incisas, & forcipes, & caperti Regiæ Siclæ deponere, quòd dicta resegmina, sive fragmenta sunt Regiarum Monetarum, & quòd dictæ forcipes, vel limæ sunt aptæ ad incidendas monetas. Sed quia quasi tota Regni moneta est incisa, hoc secundum dictum procedit, si monetæ apparent de recenti incisæ, & non adhuc expolita, & si expolita inveniantur, deponere quòd in lateribus sive limpis appareant signa dictæ expolituræ, nec non forcipibus fragmenta incisuræ, vulgò dictæ *rebave d'argenta*, & eo magis si urceolus ac fusum reperiatur argentum. Resegmina itaque, & forcipes, aut monetæ incisæ, cum circumstantiis considerata, delictum in genere constituunt.

In tertio crimine, testes periti deponere debent, qualitèr invenerunt monetas, & de illarum quantitate, ac illas recognoverunt falsas, aùt informa, aùt in materia, aùt in pondere modo prædicto; Et quamvis *prag.* 2. *t.* 3. *de monetis*, decernat, quòd is, penès quem dictæ monetæ incisæ, aùt falsæ inveniuntur, si est vilis, malæ conditionis, & famæ, sit obligatus authorem ostendere; & de authore non docto, dicta inventio faciat indicium ad inquirendum contià Dominum, tanquam incisorem, & falsatorem, nihilominus affirmo, quòd hoc corpus delicti regulatur ab indiciis, quæ concurrunt contrà eum, prout magis ad unum, quàm ad aliud crimen conferunt, ut ex verbis dicti capitis colligitur, v3. *E se per sorte la detta persona sarà stata altre volte inquisita di tonsione, espensione, fabricatione de falsa moneta, basti contro di quello per indizio a tortura*.

Contingere enim potest, quòd unus monetam fabricet, & alius expendat, de authore non doceat, & quòd unus monetam incidat, alius incisuras emat, prout in pluribus processibus observavimus.

In quarto testes similitèr deponere debent, qualiter invenerunt resegmina argentea, ac periti, qualitèr prædicta sunt regiarum monetarum.

15 In receptatione, & practica contumacium forjudicatorum, & exulum delictum in genere probatur, constito de prædictarum liquidatione per nomina, cognomina, & patriam ac constito de contumacia, forjudicatione, ac incessu, producta nimirùm fide Curiæ in qua contumacia fuerit contracta, & forjudicatio promulgata, Giurba *cons.* 27. *num.* 8. Ciarl. *tom.* 3. *contr. cap.* 229. vel fide de incessu aùt informatione producta, in qua personæ receptatæ, & modo prædicto liquidatæ apparent, quòd ibant per sylvas, & nemora in comitiva armatæ, cum aliis qualitatibus requisitis a Regiis *Prag. de exulibus*.

16. In ictu scoppictæ effectu non sequuto, nec aliquo signo remanente ut quia in campanea ictus fuit emissus, Muscatellus *de cognitione & probatione delictorum rub. de ictu scoppictæ. num.* 5. *&* 6. dicit, quod casu prædicto informatio assumi debet, qualitèr fuit auditus sonus, seù strepitus illius ictus, seù visus fumus, visaque flamma: quia probata remissione, ut inquit *num.* 16. *&* 17. ex illa insurgit præsumptio, quod animo nocendi ictus sit emissus, in qua qualitate hoc corpus delicti fundatur. Quæ quidem præsumptio saltem sufficiat ad ponendum inquisitum in tortura, ut declaret quonam animo fecerit, & quando hoc quod dictum est, non procederet, delictum in genere probari dicit aùt per confessionem judicialem, aùt extrajudicialem: quòd tu intellige capta informatione de ictu. Verùm D. Reg. Rovit. *sup. prag.* 1. *de ictu scoppictæ. num.* 2. & D. Reg. de Marinis *resolut. juris c.* 323. tenent, quòd constare debet qualitèr, realitèr pila inhæreat in corpore scoppictæ, & sic quod realitèr scoppicta sufficientem munitionem ad nocendum continebat, & ità decisum refert idem de Marinis.

Quidam verò moderni prædicto casu tenent, probari delictum in genere per informationem, qualitèr fuit auditus sibilus, & strepitus pilæ; sed horum opinio potiùs procedit in ictu tormenti magni; nàm cum illius pila magna ponderis sit, strepitus, qui fit per aeris verberationem, facilitèr auditu percipi potest; cæterum, ut pœna *pragmaticæ de ictu scoppictæ* locum habeat, duo requiruntur, ictus nimirum nocibilis, & animus nocendi, quo ictus emissus sit: animus enim pluribus modis probatur, ut per Follerium *super pragmat.* 1. *de ictu scoppictæ. n.*25.

17 In armorum asportatione, cognitio in genere est ipsa affectualis apprehensio cum armis, & informatio de captura cum armis, atque eorum recognitio, juxtà tradita a Bernardino Muscatello *titul. de prohibita armorum asportatione*, & a Prato *respons. fisc. resp.* 9. *num.* 53. *&* 54. & nota quòd testes deponentes in casu, quo aliquis est captus cum sclopo onusto, qui coràm eis exoneratur quamvis in exercitio armorum non sint periti, probant delictum in genere, si deponunt de dicta captura, & armorum qualitate. Cæterum artifices, vel armigeri tamquàm periti recognoscant dicta arma: nimirùm si culter est punctutus, & ultra palmum, si cum acie in utraque parte, si scoplus est cum focili apto ad emittendum globum, aut de alia qualitate, in qua fundatur prohibitio, & inquisitio.

18 In fuga carceratorum, sicuti casus acciderit, periti testes adhibeantur, si cum parietis fractura, aut cancellorum lumen præbentium sive lignorum sectione, sive ferreorum limatione deponant de dicta fractura, aut sectione, aut limatione, & foraminis latitudine peracta, qua ex aperta è foramine carcerati aufugerunt; nam quilibet ex eo ingredi, & exire poterat: si cum januæ discassatione, recognoscant, si sera, seù clavatura violanter, & ictibus alicujus ferri apparebat rupta, vel ablata, aut repagulum limatum, & propterea janua aperta, si januæ incendio combustæ, deponant de foraminis latitudine, per quod foramen carcerati exierunt, & dicant facto incendio, quia vestigia, & signa apparebant, videlicèt ignis, fumus, cinis, & nigredo: si fuga cum scala fuit sequuta; Prius modus observandus est qui, ad parietis cacumen carcerati pervenerunt, postea examinentur testes de inventione scalæ tali loco repertæ, de illius altitudine deponant, & attestentur, quòd per illam carcerati descendere potuerint, quia dicta scala ad parietem apposita, ad parietis summitatem perveniebat: & eadem diligentia uti debet, si cum fune fuga sequuta fuit: si vero cum clavibus adulterinis, testes examinentur de commentariensis diligentia, quòd is erat solitus januam claudere, & clavem secum deferre, ac de judicio, quod clavibus adulterinis janua fuit aperta, quia in ejus sera non apparet discassatio, & maximè si in dicta sera fragmentum ceræ reperiatur: inde enim clavis signa eruuntur, & adulterina clavis componitur; ut autem fuga hoc modo probata carcerato fugitivo noceat, processus suæ inquisitionis in hac informatione reproducendus est: nàm delictum fugæ ex justa carceratione resultat.

19 In crimine recaptus examinantur testes de deficientia N. de N. à tali loco ejus patria, & de fama (si non adest testis de visu) qualitèr N. de N. loco fuit captus ab exulibus causa extorquendi pecuniam, ac de credulitate, quòd ob dictam causam fuit captus, ex quo deves item examinatur is, qui recaptus nuncium refert, aut exulum epistolam ducit, in qua exules pecuniam, aùt aliam rem pro recaptu postulant, & debet recognoscere epistolam, atque testari esse eamdem receptam ab exulibus: epistola etiam ita recognita poni debet in processu, & quia exules consueverunt nuncia, & epistolas mittere per Monachos, & Presbyteros, a quibus depositiones non habentur, hoc casu, aut examinantur testes de eorum dicto, aùt Actuarius, sive Scriba de hoc dicto faciat fidem, quæ ponitur in actis. Item si epistola est scripta à captu, a testibus, qui ejus manum notam habent, recognosci debet, & recognita poni in actis, & si principalis captus aufugit, examinatur de captura, & mora, cujus depositione remanet perfectionum delictum in genere, verum si brevi tempore aufugit, examinantur testes, qui deponant, qualiter N. & N. fuit captus, & a tali loco abductus causa prædicta.

20 In furto quod vestigia non relinquit, ipsius criminis corpus conjecturis probetur existentia v3. rei, & deficientia a loco, quo manebat, scalæ appositione ad domum, parietis fractura, arcæ, ubi bona erant reposita

sita, discassatione Derobati, ut dicunt, sive furtum passi conquestu, ac ejus bona vita, & fama, quæ licèt certè extra crimen sunt, ex eis tamèn crimen præsumitur, atque probatur; quinimò in furto pecuniæ, quia res est, quæ sui qualitate, & hominis industria non de facili manifestatur, delictum in genere probatum dicitur, concurrente domini conquestu, probata bona vita, fama, & qualitate, ac quod poterat habere summam pecuniæ deperditæ; quod procedit maximè in furto in via publica commisso, ut de hoc crimine indiciatus torqueatur, & confessus condemnetur, sicut decidit Regia Audientia Calabriæ Citrà, procedens ad modum belli contra tres inquisitos de furto in pecunia, quorum duo in tortura confessi laqueo fuerunt suspensi, ut refert Thorus *ad Joannem Grandem speculi* 93. undè ità in Regiis Audientiis pluries practicavimus contra latrones viarum, & huic preai confert dictum P. Lessi *de justitia, & jure lib. 2. cap.29. tit. de jud. dubit.* 25. n.138. ubi refert, quòd si crimen relinquit vestigium, ut incendium, homicidium, perfossio domus, debet Judex ea prius inspicere, vel curare inspici, prout fert rei conditio vel querela ad capiendam informationem de Auctore; & adverto quod locus, in quo furtum fuit commissum constare debet in processu; nempè quod sit iter publicum; cum hæc qualitas hoc speciale crimen inducat.

21 Sic etiam si ex accidenti criminis vestigia non extant, quia corpus occisi projectum est in mare, aùt in flumine, vel combustum, aut in aliquo loco absconditum, ideòque non reperitur, tùnc, nè delinquens in sua malitia glorietur, & impunitus remaneat, delictum in genere probatur, probata deficientia, ac fama de occiso, videlicèt per testes, qui deponant, quod Cajus tali die exiit de domo, & in Civitate non fuit ampliùs visus, nec audiverunt, quòd exter in aliquo loco; item quòd non erat homo vagabundus, quòd in Civitate erat publica vox, & fama inter Cives, & in locis finitimis, quòd dictus Cajus fuerit occisus, & ejus corpus projectum in flumine, aut combustum, sive occisoris malitia aliquo loco absconditum: ita Baldus *ad speculatorem tit. de sententiis in fine, & tit. de confessis, vers. Titius confitetur*, Marsilius *in l.1. ff. de quæstionibus n. 2. secundo signo manus. cons.* 8. *num.* 2. & *cons.* 40. *num.* 6. Gabriel. *communium conclus. tom.* 1. *lib.*7. *tit. de malefi. n.* 11. Blancus *in l. fin. ff. de quæst. num.* 17. & 18. Rolandus *cons.* 51. *num.*13. *vol.* 1. Beccius *cons.* 70. *nu.*11. Guazzin. *ad defensam defensu* 4. *cap.*4. Dom. Reg. Salernitanus *decis.* 29. qui loquuntur in eo casu, quo quia delictum confitetur, Bald. *in l. cum probatio, ff. de probat. nu.* 5. Foller. *in tit. capiat informationem n.*24. Bernardinus Muscatellus *tit. de recognitione delictorum. nu.* 41. Dom. Reg. Sanfelic. *decis.* 28. & isti loquuntur in eo casu, quo quis est tantùm indiciatus, *ut tortura inferatur, certè sufficit, quod aliquis non reperiatur, & fama, quod sit occisus.* Et Muscatellus *d. num.* recenset factum in quo ipse fuit Judex: nam probata fama, quamdam mulierem veneno periisse, quia Medici ob naturalem cadaveris corruptionem ejus recognitionem fecere, & de veneni signis testari nequiverunt, inquisitum de crimine torturæ subjecit, & hic licèt de plano veritatem confessus fuisset, & confessionem legitimè ratificasset, quia tamèn appellavit ad Magnam Curiam opponendo, quod inquisitio nulla erat, ex quo deficiebat corpus delicti, quod per rei evidentiam, & testes de visu probari debebat, attamèn per Magnam Curiam fuit pronunciatum, benè fuisse processum, atque causa fuit remissa. Alia adducit eadem Dom. Reg. Sanfelic. *in decis.* 28. Et in utroque casu, scilicet tàm in confesso quàm in indiciato doctrina locum habet, cum in utroque nullum inconveniens consideretur. Non in primo, quoniam natura a malo nititur aufugere; quare crimen Reus, ob quod pœnam patitur, ex mala conscientia confiteri præsumitur, sicut consideravit Grammaticus in hoc proposito *cons.* 40. n. 28. & Brunus *de indiciis, & tortura quæst.* 6. 2. *par. nu.*15. neque in secundo quoniam si ex tortura sequitur confessio, ut ex ea sequatur condemnatio, oportet, ut ex causa, & circumstantiis verificetur juxta *text. in l.* 1. *§. Divus, & in §. ultrò, de quæst.* probat Petrus de Anchar. *cons.* 24. ubi argumento *text. in l. qui sententiam C. de pœnis*, in condemnando confessionem, & convictionem desiderat: idest, quòd confessio in suis circumstantiis verificetur, ità *text.* interpetrando Calonus *de torm. cap.* 2. ibi: *Judex petat à Reo aliquod certum signum*, Brun. *quæst.*6. *nu.* 13. *vers. Quinimò*, Paris *de syndicatu in verb. Confessio, nu.*7. Grammat. *decis.*2. n. 13. *vers. & tantò magis: & cons.* 60. *nu.*8. Bertaz. *cons. crim.*29. *nu.* 5. *lib.* 1. Farinac. *quæst.*2. *nu.* 15. *vers. Verùm si sequatur confessio*, Guaz. *de defensa* 23. *lib.*2. *nu. ult.* Itaque ex signis, & circumstantiis verificata confessione, nullum consideratur inconveniens. Eò magis quia rarissimè contingit, quòd innocens facinus non patratum fateatur, uti consideravit Gramat. *cons.*40. *nu.* 28. & 29. quando hac ratione attenta, si tortura locum non haberet sæpissimè contingeret, quod impunis evaderet Reus, qui facinus committendo studuit occultare, nè innotesceret, aùt cadaver comburendo, aùt in flumine projiciendo sive in nemore occultando, comprobat Faber. *lib.* 9. *tit.* 21. *def.* 17. ibi: *Sed tamen non debet ea res facere, ut si gravissimis indiciis reus urgeatur, eò minus quæstioni subjiciendus sit, quod de corpore mortuo non dum appareat, & si enim is potissimum habendæ quæstionis usus est, ut extorta per vim tormentorum confessione rei, sequatur mortis naturalis, aut civilis condemnatio, tamen fieri potest, ut ea reus tormentis fateatur, ex quorum cognitione sciri possit, ubinam cadaver esset, ut de corpore delicti constet, nec quicquam ad condemnationem plenam.*

Ampliùs in primo casu, aùt Aliquis confitetur se certum hominem occidisse, & in mare projecisse, de quo casu loquuntur DD. supracitati, quia de ejus vita facile liquere potest delicti corpus probata deficientia, & fama rectè probatur, concurrente maximè aliquo adminiculo, ut in casu Petr. Cab. 225. ubi sufficiens pro delicto in genere fuit occisi armorum inventio, & in casu Cassanei *in Consuet. Burgund. rubr.* 1. §.5. n.40. ubi sufficiens fuit sanguinosum signum propè flumen repertum. Item in secundo casu, aut Aliquis confitetur se ignotum hominem occidisse, & in flumine projecisse, & illo casu, ut probetur delictum in genere, duo concurrere debent, fama de occiso, aùt adminiculum, & mala vita ejus qui confitetur, ut ordinaria pœna puniatur, ità Augustinus de Arminio *in Addition. ad Angelum in verb. Vestem Cælestem, in fine*, & Farinac. *qu.*2. *nu* 11. *verb. Verum hæc limitatio*. mala enim vita confessionem reddit verisimilem, ut in puncto consideravit Ruin. *cons.*80. *nu.*6. Et in hoc secundo casu omnes Criminalistæ, quorum Antesignanus Angel. *in l. certum ff. de confessis*. referunt, quòd Præses Perusii Nicolaus de Torellis de Prato condemnavit tres ad mortem, qui in flumine Casarum tres ignotos mercatores projecerunt, licèt illorum corpora reperta nunquam fuerint, quia erant malæ vitæ. Verumtamen Farinacii opinio, ut cum mala vita concurrat etiam fama de crimine, magis tuta est, præcipuè si agatur de unius confessione. sed si plures crimen confitentur, & unius vitæ sunt, suspicio abest, ac procedit decisio Nicolai de Torellis.

Undè in tertio casu Antonius de Petro Sorice de Gravina confessus fuit, quòd in comitiva aliorum quatuor Sacerdotum Franciscum-Antonium Scarimola de Grassano in Nemore Montis Pelusii pecunia accepta ab illius inimico occidit, & quòd a loco patrati sceleris unus ex sociis asportavit occisum ad alium locum, quem ignorabat, quia in processu aderat vehemens fama, quòd Sacerdos interfectus fuerat, & concurrebat illius deficientia a longo tempore, verificata confessione in circumstantiis, me referente in M. C. & in Reg. Coll. Consilio fuit morti traditus.

Hinc, quòd fama de occiso uniusque anni deficientia currente, corpore non reperto, confessione sufficiens sit ad condemnandum, judicavit etiam Sacrum Consilium, condemnando ad mortem quemdam juvenem de homicidio alterius juvenis confessum, refert D. Reg. Salernit. *d. decis.* Consil. Paschalis *in de virib. patr. potest. par.* 3. *cap* 1. n. 72. *in fine*, & ad eundem Additionator, qui pluribus rationibus decisionem comprobat, & præcipuè *vers.* 7. considerando, quòd si hoc casu confessio insufficiens esset, privilegium malis homini-

minibus concederetur, impunè homines occidendi, sub tali prætextu, quem numquàm leges consideraverunt, & DD. dicere voluerunt; & esset quam perniciosissimum exemplum. Verùm in proposito unum adverto, quòd hæc deficientia longi temporis esse debet, nè fortè innocens condemnetur, sicut accidit Romæ in casu relato a Valerio Maximo *lib. 8. cap. 4.* & in Gallia, in eo quem refert Annæus Robertus *rerum judicatarum cap. 4.* ubi de cujusdam mulieris morte quidam inculpatus, ex quo illa non reperiebatur, in judicio interrogatus, adverso fato vitam negligens, quamquàm innocens, crimen agnovit, & morti traditus, biennio posteà decurso domum mulier rediit. Et in hac Civitate Neapolis anno 1650. ubi cum quædam mulier cum ejus Amasio a patris domo aufugisset, quia non reperiebantur, insurrexit fama, quod furti causa nautæ ex Burgo Plagæ mulierem, & amasium in mare projecissent, constructo processu, tres illorum, quamvis insontes, crimen agnoverunt, & morti miserrimè traditi fuere, decurso posteà anno mulier, & amasius vivi Romæ fuerunt reperti. Quæ quidem minimè contigissent, si temporis requisitum servatum fuisset. Temporis verò spatium prædicto casu Judicis arbitrio committitur, qui considerata hominis, qui non reperitur, conditione, rei qualitate, indiciorum gravitate, sive confessionis verisimilitudine, de cæteris circumstantiis accuratè perpensis, in torquendo, aut in condemnando procedat. Et advertat, quòd nullaquàm de hominis morte cunctatio longa est: *Celeritatem enim pœnitentia, atque eadem immdis sequitur, nàm præcipitata raptim consilia neque revocari, neque in integrum restitui possunt*, ex Livio & Plut. *in Apoph. Lacon.* est in proposito de Rubeis *cent. 22. num. 125.*

22 Insupèr delicti corpus utcumque probetur, nempè, aut ipsius rei evidentia, aùt conjecturis, & fama, prius constare, & innotescere debet, quoniam naturalis ordo est, ut priùs factum, posteà a quo factum sit, exquiratur, & cum delinquens ad delictum referatur, priùs de delicto, ex quo delinquens arguitur, apparere debet, ut dicit *tex. in l. 1. ubi causa fiscales, in l. ejus qui 29. §. verum oportet ff. de jure fisci, in l. Divus ff. de re militari, text. in l. si quis legatam, 6. §. prius enim. ff. ad l. Corneliam de falsis, l. inde Neratius, §. ult. ff. ad l. Aquil.* & est tex quem omnes sciunt *in l. 1. §. item illud ff. ad Senat. Consult. Syllan.* Facilè enim quivis, aùt alterius odio inculpatus, innocens condemnaretur, uti advertunt Angelus *de malef. in verb. Vestem Cælestem, Parif. de syndic. in verb. Confessio*, Foller. *in pract. par. 2. verb. studeat se ornare, num. 58.* Grammat. *decis. 2. num. 39. & in cons. 60.* ac cæteri Criminalistæ: & in potestate hominis esset vitam perdere, quando nemo quidem membrorum suorum dominus est *l. liber homo ff. ad l. Aquiliam, & l. non tantam ff. de appellat.* Div. Thom. 2. 2. *q. 64. art. 4.* Deus enim solus hoc jus occidendi habet, *Tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatem*, Sapientiæ 16.

23 Eo igitur non constito, locus pœnæ non est, Dom. Reg. de Marin. *quotid. juris lib. 1. cap. 323. num. 6. 9. & 10.* ubi quòd nec Judicis arbitrium accomodari possit, etiam quòd Rei accedat confessio, Honded. *cons. 29. num. 10.* Josue *cap. 7.* ubi exemplum reperies, ex quo praxis orta est, ut Judices recepta Rei confessione illam ad capiendum delicti corpus mittant, testantur Baldus *in l. unica C. de confessis*, Angelus *in l. certum ff. eod.* Bartol. *in l. Divus, ff. de testam. militari*, Hippolytus de Marsiliis *in practica in §. postquam, in §. principium, & in cons. 8.* Gramm. *cons. 17. num. 5. & in decis. 2.* Farinac. *quæst. 2. num. 7.* Layman. *de just. & jur. lib. 3. tract. 6. cap. 5. num. 7.*

24 Quinimo delicto in genere non constito Judex reum de crimine interrogare nequit, D. Cardin. Caietan. *in Commentario Divi Thomæ 2. 2. quæst. 69. art. 1. & 2.* Farinac. *cons. 23.* Scacc. *tract. crim. quæst. 83.* Guazz. *defensa 4. c. 1. num. 14.* Cartar. *de reorum interrogatione cap. 2. num. 4. verb. Capere*, Guazz. *cap. 3. nu. 36.* Sesse *decis. Aragon. 111.* Nec citare Hond. *cons. 107. & cons. 88. vol. 1.* Cartar. *loc. cit.* Et ideò nec citare, ac multo minus torquere, ut ex *Text. in l. 1. ad Syllanianum.*

25 *SECUNDUM* a quo factum sit: constito enim de facto, de faciente exquirat legitima probatione, quæ in duorum, vel trium testimonio consistit; nam dicitur Deuteronom. 17. *In ore duorum, vel trium testium peribit, qui interficietur, nemo occiditur uno contra se dicente testimonio*, & in *cap. 10. non stabit unus testis contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit, sed in ore duorum, vel trium stabit omne verbum.* Hæc certè probatione de Reo probabilis certitudo habetur, quia raro a veritate deficit, & in pluribus veritatem attingit. Idcirco hæc probatio sufficiens est, S. Thomas *quæst. 60. art. 2.* ubi D. Card. Cajetan. D. Card. de Lugo *de just. et jur. disp. 29. sect. 2. de testibus, ac eorum obligationibus nu. 17.* & Pater Lessius *eod. tit. lib. 2. cap. 30. tit. de accusatore, & teste dubitat. 4. nu. 25. 26. & 40.* etenim probabile est, quod magis veritatem contineat duorum testium dictum, quàm unius, idest Rei, qui negat, & difficile est duos pervertere testes, ut conformiter loquantur, & est *text. in l. ubi numerus ff. de testibus, cap. si quis testes, §. numerus 4. quæst. 3. cap. in omni negotio extrà de testib & cap. nullum §. sed hoc in fin. 2. q. 4.* Clarus *q. 66.* Mascard. *de prob. lib. 1. concl. 461.* Farinac. *qu. 63. num. 233.* ac omnes Criminalistæ.

26 Ut autem Reus condigna criminis pœna plectatur, quinque requiruntur. Quoad *Primùm*, ut isti testes sensu externo deponant, quo crimina percipiuntur, in vulneribus, percussionibus, furto, & similibus de visu, in injuriis, blasphemiis consiliis de auditu, ac de visu, quia utroque sensu percipiuntur, Bald. *cons. 100.* Bart. *cons. 89.* Anchar. *cons. 235.* Bursat. *cons. 216. vol. 2.* Mascard. *de probat. concl. 560. num. 5.* D. Card. Tuschus *lit. T. conclus. 271.* P. Lessius *eod. tit. num. 54.* Laym. *d. cap. num 4.* Dictum enim per credulitatem non valeat, nisi testis credulitatem sensui conjunctam deponat Tindar. *de test. cap. 5. num 6.* Quoad *Secundum* de facto, & facti circumstantiis substantialibus deponant videlicèt de loco, tempore, & specie delicti, anthore eodem Tuscho *lit. T. conclus. 262.* Quoad *Tertium* ut in eodem facto contestentur, videlicet, ut alter alterius dictum confirmet de delicti specie, de loco, & tempore, quia ut dixi, difficile est duos pervertere testes, ut conformiter loquantur, ne usque se falsitas prodat, sicut de Senibus Susannæ Danielis *cap. 13.* Lessius *d. num. 25.* Laym. *de just. lib. 3. tract. 6. cap. 4. de Judiciis tit. de probat. num. 3.* Quare si unus dicit crimen fuisse patratum tali tempore, & loco, alter alio tempore, dicuntur singulares, & non probant; non tamèn præjudicatur testimonio, si unus determinatum tempus, alter se non benè recordari dicat. Domin. Cardin. Tuschus *conclus. 163. num. 16.* aùt unus dicat, fuisse factum hora decima, alter undecima, D. Card. de Lugo *eod. num. 18.* Lessius *num. 33.* Div. Thom. *d. q. vers. Ad secundum dicendum*, ubi docet, quod testes, quando sunt in circumstantiis ad facti substantiam non pertinentibus singulares, quod non præjudicetur testimonio: putà si tempus fuerit nubilosum, vel serenum; vel domus picta aut non, sive aliquid hujusmodi, quia homines circa talia solliciti esse non consueverunt, & ex Chrysostomo *hom. 1.* Matthæi, quæ incipit, *Oportuerat nos quidem*, dicit, quod singularitas in talibus facit testimonium credibilius, & tandèm Judicis prudentiæ totum discernendum relinquit, quando enim testes dicantur singulares, aùt non, & quando singularitate testimonio præjudicatur? Latè Dom. Cardin. Tusc. *d. conclus. 163. & 174.* & Farinac. *q. 64.* qui *num. 4. 5. 6. & 7.*, dicit, quod testium singularitas triplex est, obstativa, adminiculativa, & diversificativa. Obstativa est, quæ in actu non reiterabili testium contrarietatem continet, ut in exemplo adducto a Glos. *in cap. nihil 3. quæst. 9.* & hac singularitate testimonio præjudicatur. Adminiculativa, quando testium depositiones per diversa media tendunt tamèn ad unum, puta unus testis directè deponit de facto, alius de fama, alius de missis, alius de fuga. Diversificativa dicitur, quando testes deponant de diversis actibus, qui diversitatem inducunt in re, in effectu, & in substantia, pu-

tà

tà, quando unus testis deponit de mutuo facto in uno loco, & certo tempore, alius in alio loco, & tempore; sive unus de falsitate in aliqua re commissa, alius de alia, &c. & de illis tribus speciebus singularitatis loquitur etiam Tuscus *in d. concl.* 164. *n.* 49. Quoad *Quartum*, ut sint omni exceptione majores, ut in *l. fin. C. de probat. in l. singuli C. de accusationib. in l. addictos C. de appellation.* quia in criminali causa agitur de fama, & hominis vita, ideircò cautiùs est agendum, & hac ratione testantur Bald. *in d. l. fin.* Anton. Gom. *tit. de probatione delictorum tom.* 4. *cap.* 12. *num.* 9. Mascard. *de probat. conclus.* 297. *&* 460. Farinac. *quæst.* 62. *num.* 21. *cons.* 61. *&* 78. Cavalcan. *de testib. par.* 3. *num.* 94. Guazz. *defensa* 33. *n.* 4. P. Lessius *d. tit. num.* 33. *& in fine*, D. Card. Lugo *num.* 18. ac cæteri omnes; verùm in criminalibus difficilis probationis ratione temporis, loci, & quia secretè committuntur, testes inhabiles admittuntur, & probant, uti in *textu in. l. consensu §. super plagis C. de repudiis*, *in l. servi ff. de testibus*, *in l. non omnes §. barbaris ff. de re militari*, *in l. Divus ff. de quæstionibus*, *cap. veniens*, *il secondo*, *extrà de testibus*, *cap. finali de testibus cogendis*, Glos. *in cap. cum dilectus*, *in verb. etsi tres de electione*, & Glos. penult. *in cap.* 1. *de arbitriis*. Et in casu, quo actu, & habitu, alii testes intervenire non poterant, integri censentur, & plenè probant, Felinus *in c. tertio loco*, *num.* 3. *extra de probat.* Decius *in d. cap. num.* 8., *& in cons.* 342. *num.* 3. Cæphal. *cons.* 110. *num.* 29. *&* 30. *lib.* 1. Gargarius inter consilia Criminalia diversorum 126. *num.* 18. *&* 23. *lib.* 1. Gramm. *cons.* 45. *num.* 11. Albericus de Rosate *in l.* 7. *ff. de incendio*, *ruina*, *& naufr.* Caball. *casu* 128. *num.* 12. Dom. Reg. Capye. Latr. *decis.* 163. *num.* 26. D. Reg. de Marin. *in observ.* ad D. Reg. Revert. *decis.* 121. *n.* 2. Et quamvis etiam in hoc casu quamplures DD. teneant, quòd testes non sint pro ordinaria pœna integræ fidei, ut Roland. *cons.* 124. *num.* 69. Gramm. *cons.* 39. *num.* 12. Riminald. inter Consilia diversorum *cons.* 64. 120. 175. 183. 360. *lib.* 4. Bertazzol. *cons.* 30. Carerius *in §. item ergò num.* 38. Glossa *in l.* 3. *§. dum autem sunt caussa*, *in verb. Non eadem*, *ff. de Carboniano edict.* Bajard. ad Clarum *q.* 24. *num.* 118. & Farinac. *q.* 62. *num.* 78. Prima tamen opinio Reipublicæ servandæ aptior est, & magis mihi placet, quia semper hic criminosi student occultè committere crimina, & patrata de postribulo, ludo, domo, & nemore, remanerent inulta: in his enim casibus lex contenta est de his probationibus, quæ haberi possunt, & propter necessitatem a regulis juris receditur, *l. quæ per necessitatem ff. de regulis juris*. Eo magis ubi frequentia sunt delicta: & sine difficultate procedit, si testium dicta sunt verisimilia, sive aliis adminiculis coadjuvata, juxtà notata ab eodem Farinac. *d. q.* 62. *num.* 335. 336. 337. 338. *&* 339. *& q.* 58. *num.* 52. Undè Antonius Roya inquisitus de homicidio in personam Thomæ Prato commisso mense Julii 1678. circa unam horam noctis in hac Civitate, & in Platea Castrinovi sclopo parvo, uti tres testes deponebant de visu, quia Luna lucebat, & eum confrontaverunt, quia ejus nomen ignorabant, quamvis unus testis erat socius itineris, & ad animum injuriam revocaverat, nam ense persecutus, & ejus acclamationibus dictus Antonius eodem tempore fuit captus, ideircò inhabilis, alii duo famuli Thomæ Prato, & unus annorum quatuordecim, & alius sexdecim, attamen quia agebatur de crimine noctis tempore, & cum sclopo parvo in hac Civitate, & Platea Castrinovi, ac de alterius mandato patrato, quod valdè aggravabat dictum Antonium Roya, dum quamplures testes deponebant, quòd nulla inter ipsos erat inimicitia; nec non testium dicta verisimilia, & conjecturis coadjuvata erant: nam alii testes deponebant, quòd eodem die dictus Roya insequebatur Thomam Prato, & in loco criminis sclopus parvus sine abaco repertus fuit; & iste penès ipsum Antonium justæ mensuræ sclopi, ac in ejus manu dextera vulnus aderat vehementia ictus causatum, quamvis dicti testes de visu erant de nocte, qui ut dicit Farinac. *q.* 62. *num.* 40. ad condemnandum non concludunt, quia Luna habet radios lucubres, Sol autem claros; nihilominùs ea omnibus supra consideratis, videlicet, quia verisimiles, uti integri reputati fuerunt, & a Magna Curia dictus Antonius morti traditus; ipse enim in tormento, tamquam cadaver fuit confessus, quod verè alterius mandato hæreditatis causa adipiscendæ misertimum occidit, ut penes Scribam Capiblancum. Itèm in delictis exceptuatis testes inhabiles admittuntur, & probant Farinacius *q.* 62. *num.* 81. *&* 82. Mascard. *de probat. lib.* 3. *conclus.* 1359. & licet Æmilius Ferretto *in l.* 3. *ff. de testib.* ac eruditus Dominus de Rubeis *certam.* 12. *num.* 8. dicant, quòd hæc doctrina locum habet, quando cum delicti atrocitate probationis difficultas quoque concurrat: itaut actu, & habitu alii testes intervenire non potuarint; credo tamèn, quòd criminis atrocitate attenta procedat etiam si actu alii idonei non fuissent. Cæterùm inhabiles testes in criminibus exceptis, & difficilis probationis admittuntur, quando inhabilitas ex defectu personæ, *infamia*, videlicèt, *criminis*, *sexus*, *ætatis*, & similium inesset, secus si ratione *injuriæ*, *& inimicitiæ* quia uti partes hoc casu reputantur, Grammat. *cons.* 45. Thorus *in supplemento decisionum in verb. torturum*, *il terzo*, quod limitatur contra latrones publicarum viarum, si principales furtum passi, seu derobati sunt in numero, & quoad pœnam extraordinarium; maximè si in confrontatione recognoscant latrones, quia certè, præsenti casu falsitatis suspicio abest, & veritatis urgentis ratio inest: & dicta ratione attenta Onuphrius Blanco de Terra Candelæ, qui solus, & armatus plures viatores derobavit, ab eisdem confrontatus a Regia Audientia Capitanatæ, procedente ad modum belli, & ibi me existente, ad inserviendum in Regiis triremibus per decennium fuit condemnatus: & Aloysius Veri a Turcis mancipatus, qui ut se redimeret eisdem excubiam fecerat in mancipando miserrimos homines de Vernula Hydruntinæ Provinciæ, uti quamplures redempti coram me deposuerunt, videlicèt tractatum ipsius Aloysii ex ore Turcarum, & quod ipsum insimul cum Turcis in Territorio Vernulæ viderunt, nèc non quòd eodem tempore Turcæ dimiserunt, & eum confrontaverùnt, quià cognomen ignorabat, a S. Reg. Audientia Lyciensi per decennium ad Regias triremes fuit condemnatus; hæc enim praxis contra latrones descendit in hoc Regno ex Pragmatica Regni Siciliæ Ultra pharum Ill. Ducis Feriæ, qua tres principales denunciando proprium interesse contra latrones, *ibi*, plenè probant: & de ea fit mentio a Muta *dec.* 60. & ad propositum Alber. de Rof. *in l.* 7. *ff. de incendio*, *ruina*, *& naufragio*, considerando, quod mercatores, & alii transeuntes per aliena territoria communiter secum non habent testes, & quod non deficit jus, sed probatio contrà latrones, & ut ea facilior sit, *arg. tex. dictæ legis*; admittit ad probandum famulos, & alios domesticos: nil igitur mirum, si principales ad pœnam extraordinariam convincunt, quando inimicitia non ex alia causa, sed ex furto provenit. Quoad *Quintum*, ut visus causam, & de eorum dictu congruam scientiam reddat, *textus est in auth. de Testibus*, *§. licet*, *textus in l. sola*, *C. de testib.* ubi glossa, *textus in c. cum causam*, *extrà de testib.* Grammat. *cons. crim.* 12. Clarus *q.* 53. *num.* 22. Farinac. *q.* 70. plures referens, videlicèt si testis deponit, vidisse Cajum vulnerasse Sempronium, exprimere debet, quod ipse interfuit, & quòd erat de die, & si de nocte, quod Luna lucebat, aut quod aliquod lumen artificiale aderat, nec non quod Cajum cognovit, quia illum priùs in practica habebat, vel erat concivis.

27 Si tamen testes non reperiuntur, & hujusmodi probatione certitudo de deliquente haberi non possit, de ea per indicia Judex investiget, juxtà *textum in l. indicia C. de rei vindicatione*, *textum in l.* 2. *C. quorum appellationes non recipiuntur*, *textum in l.* 3. *§. a Barbaris de re militari*, & argum. text. *in auth. ut liceat Matri*, *& Aviæ*, *§. quia vero collat.* 8. ubi alloquens uxorem alterius de adulterio punitur, si ter fuit denunciatum, nè alloqueretur, *textus in l. Consiliarios C. de assessoribus*, ubi, si officialis tempore syndicatus fugit pro confesso habetur *text. in cap.*

parre-

Ela, *de confirmatione utili*, *vel inutili*, ubi ea præ-
sumptione tamquam fallarine punitur, ex quibus, &
ea aliis penès Glossae crimina præsumptionibus ple-
nè probantur.
28 Probatio enim, teste Episcopo Sarmiento *lib.* 5.
cap. 1. *num.* 9. aùt vera, aùt præsumpta est: prima
immediatè corporeo sensu percipitur; secunda me-
diante discursu intellectus, eamque primam, ut ait
irrationabilia, si loqui scirent, facerent; secundam
tantùm homines, quibus ità res ostendi potest, ex
prima, sicuti ea secunda, quæ ejusdem potentiæ est.
29 Et dicto loco nullam distinctionem inter juris præ-
sumptiones, & hominis constituit, ut illæ ad pœnam
ordinariam imponendam sufficiant, & non ista: quia
omnis hominis præsumptio si bona est, a lege vide-
tur approbata, & sicuti illæ sufficiunt, quia valdè
conferunt ad delictum, ita in omni alio casu, si ejusdem
ponderis sunt.
30 Quare indicia triplici gradu distinguunt Sanchez
cons. moral. lib. 6. *cap.* 3. *dub.* 14. D. Card. de Lugo
disp. 37. *sect.* 12. Quædam appellant levia, quibus raro
veritas inest, vel quibus communitèr veritas abesse
contingit. Quædam gravia, quibus communitèr veri-
tas adesse contingit, & vehementèr Judicis animum
movent, & considerant ea, quæ semiplenam probatio-
nem constituunt. Violenta alia dicunt, in quibus ve-
ritas adesse contingit, & Judicis animum movent ad
assentiendum alicui rei, ut in ea, tanquam in vera,
quiescant, & plus investigare non curent. In quinque
vero gradus distinguit P. Lessius *de just. & jur. cap.*
29. *tit. de Judice dubitat.* 17. In *primo* levia probabi-
lia, in *secundo* levia probabiliora, quæ valdè proba-
bilem suspicionem de criminis authore commovent,
in *tertio* gravia, in *quarto* ea, quæ semiplenam pro-
bationem faciunt, quæ ampliùs quid est, quam indi-
cium legitimum, in *quinto* indicia gravissima, quæ in-
dubitata dicuntur. Juxta primam, indicia in primo
gradu ad inquisitionem sufficiunt, in secundo ad cita-
tionem, capturam, & torturam, in tertio ad con-
demnandum, juxta secundam, in primo ad inquiren-
dum, in secundo ad citationem, in tertio, & quarto
ad capturam, & torturam, in quinto ad condemnan-
dum, etiam ad ordinariam pœnam, vigore Regiæ
Pragmat. de offic. judic. Quæ indubitata indicia decla-
31 rat, ut sint illa, quæ legitimè probata movent Judi-
cis mentem ad firmitèr credendum, delictum fuisse
commissum ab imputato, quiescendo cum ejus intel-
lectu in hac firma credulitate, ad quorum explicatio-
nem D. Reg. Rov. *dec.* 63. & Dom. Reg. Capyc. Latr.
decis. 163. dicunt, quod firmiter credere, duplici mo-
do contingere potest, uno sine actuali dubitatione, &
cum virtuali tantùm, ut si interrogatus, an Titius
commisit crimen, de quo inquiritur? Responderem,
ad præsens firmiter credo, quod commisit, sed fortè
esse potest, quod non, & quod hæc credulitatis spe-
cies sufficiat in delictis occultis; altero modo sine
actuali, & virtuali dubitatione, ut si interrogatus re-
sponderem, quod credo, & est verissimum, nec ali-
cui dubitationi locus esse potest, & quod in aliis de-
lictis non occultis hæc credulitatis species requiratur.
Tamen ego in istis quoque delictis dico, quod suffi-
ciunt ea indicia, quæ delinquentem demonstrent mo-
rali certitudine, & ratio est, quia in humanis actio-
nibus, super quibus constituuntur judicia, & exigun-
tur testimonia, cum fiant circa contingentia, & varia-
bilia, certitudo demonstrativa, sive methaphysica ha-
32 beri non potest, ut inquit Divus Thomas 2. 2. *quæst.*
70. *in corpore*. Ideoque hæc probatio, quæ delinquen-
tem demonstrat, morali certitudine sufficiens est, &
moralis dicitur, quæ ex communiter accidentibus, &
propriis circumstantiis, & rationibus rei in pluribus
verificatur; & raro juxtà hominum mores a veritate
deviat, quam probationem constituunt indicia in ter-
tio gradu posita a Sanchez, & D. Cardin. de Lugo,
& ea posita in quinto gradu a Patre Lessio, in qua uti-
que probatione virtualis inest dubitatio, & communi
declaratur exemplo, ut si in domo unum aditum ha-
bente reperiatur Cajus occisus, & ab eo visus est Titius
exire pallidus, & gladio evaginato, quod exemplum
DD. ponunt pro indicio indubitato: nàm quàmvis fal-
lere possit, & innocentes sequi punitio, cum contin-
gere possit, quod Titius tantùm vulneravit, & alius
Cajum exanimavit, aùt quod alius illum ense occidit,
quo relicto fugit, & quod Titius ensem cruentum ap-
prehendit, occisorem sequens, ut occidat, quem ca-
sum contigisse affirmat Casonus *in tract. de indiciis*
cap. 11. vel quod Cajus se ipsum occidit, & quod Ti-
tius tantùm ensem a corpore abstulit, sicut fecit Ulis-
ses ab Ajace, ut notat Menochius *de arbitrar. cas.* 270.
attamèn quia in pluribus contigit, quod qui visus est
in tali domo exire pallidus, & cum gladio, ubi occi-
sus reperitur, ille sit delinquens, & de raro evenire
potest casus Ulyssis, & alius a Casone relatus, & per
accidens ad condemnandum hoc indicium sufficiens
est, ut evitetur nimirum majus malùm, quod ea op-
posito sequeretur, cum homines certitudinem de de-
lictis habere non possunt, & illa in magnam Reipubli-
cæ perniciem impunita remanerent, sicut notat D.
Card. de Lugo *de just. & jur. disp.* 37. *sect.* 12. *nu.* 146.
in fine. Indicia igitur, quæ frequentissimè delinquen-
tem indicant, indicia indubitata dicuntur. Hæc si
concurrant, Judex ultrà investigare non curat; hæc
utique facilius in occultis ipsius animum in judicando
movere debent, quoniam in illis testes, qui immedia-
tè deponant, reperire difficillimum est, & etiam plu-
ra dubitata, dummodo unita Judicis mentem commo-
veant, ultra adducta a Capyc. Latr. *nu.* 51. adest. *dec.*
33 *Arag.* Sess. 111. Quodlibet enim indicium duos requi-
rit testes, Glos. est *in fin. in verb. Vel indices C. fam.*
herc. Farinac. *quæst.* 37. *nu.* 13. D. Card. Tusc. *lit. T. concl.*
164. *num.* 55. D. Card. de Lugo *d. disp. nu.* 140. *in verb.*
Testium, P. Sanch. *dub.* 54. *nu.* 2. D. Card. Cajet. *quæst.*
69. D. Th. *art.* 2. ubi dicit, quod Duplex est indicium,
34 perfectum, & imperfectum. Primum videlicet quod
per duos testes probatur. Imperfectum, quod unico
tantum; & quod remota indicia a delicto per testes
singulares probata, non probant; verùm, an hæc
conjungantur, ut Reus torqueatur? Farinac. *quæst.* 27.
nu. 33. & 39. cum Caeteris Casono, Bruno, & Ban-
co tenet, quod conjungantur, si unum alio coadjuve-
tur, putà si unus testis deponat vidisse Cajum vul-
neratum, dicentem quod Titius ipsum vulneravit: alius
vidisse Titium propè locum, ubi Cajus manebat; alius
vidisse Titium propè locum sanguine aspersum; alius
nemora versus fugientem: nam omnes isti testes ten-
dunt ad unum totum, videlicèt ad unius Speciei inte-
grationem. Bajard. vero ad Clarum *quæst.* 22. *num.* 7.
Gram. *cons.* 57. Caball. *casu* 193. Dom. Reg. Capyc.
Latr. *decis.* 161. *num.* 26. Laym. *citato cap. num.* 5.
vers. quin, *& in criminali causa*, P. Diana *lib.* 3. *tract.*
6. *res.* 5. tenent, quod conjunguntur, si plura sunt in-
dicia, & talia, quorum duo, si legitimè essent pro-
bata, indicium facerent ad torturam, præsertim si te-
stes idonei sunt, quoniam negari nequit, quod isti
plures testes constituunt præsumptiones. Ego istorum
opinioni adhæreo: nàm quamvis testes singulares ten-
dant ad diversa tota, hæc omnia tota indicant Titium
delinquentem, ac omnia ad illum aggravandum concur-
runt, & præcipuè hæc procedit opinio in occultis cri-
35 minibus. In hac indiciorum materia, quæstio quo-
que est inter Doctores, an illa testes idoneos, & omni
exceptione majores requirant? Ut videre est penès
eundem Farinac. *in d. quæst. num.* 18. & 50. ipse enim
num. 28. ponderatis opinionibus tenet, quod testes
omni exceptione majores requirantur, ut legitime
probentur indicia. Primo, quia in criminali causa,
ut Reus condemnetur, isti testes adhibentur; pari igi-
tur ratione adhiberi debent, ut torqueatur, cùm eadem
ratio sit de toto quoad totum, quæ de parte quoad par-
tem: cùm tortura etiam sit plusquàm utriusque manus
abscissio, & ex ea faciliùs sequi possit confessio, ex qua
in vitæ periculo quis ponitur, ut consideravit Cons.
D. Ferdinandus de Quadra proavus solertissimi viri
Consiliarii D. Alvari de Quadra in responso impresso
in D. Reg. de Marinis *lib.* 2. *juris resol. cap.* 10. ubi *nu.*
52. ipse Consil. de tortur. inquit. *Verberibus*, *igne*,
morte, *cruciatu*, *eloque*. *Quodcumque celas adiget in*
vitam dolor. Secundo, quia sicut unus testis de visu
requiritur, ut sit omni exceptione major, ut tortura
inferatur, ità indicium, quod loco testis desideratur,
testibus omni exceptione majoribus probari debet.
36 Verùm contrariæ opinioni Doctorum relatorum a

 di-

dicto Fariac. *num.* 10. adhæreo, primo, quia ut
Reus torqueatur, regularitèr ad minus duo remota
indicia requiruntur, quæ quatuor testibus probari de-
bent, & si omnes isti omni exceptione majores esse
deberent, difficilis redderetur probatio, quæ, cùm
delicta frequentia fiat, restringenda non est, ut rema-
neant impunita, sed ut clareant, probationibus minus
legitimis fides adhibenda est glos. *in cap. quemquàm*
24. *quæst.* 2. *in verb. Ne occultetur veritas*, glos. *in*
l. quoniam multi C. de hæreticis, *in verb. Angustetur*
C. Regni ad quietem, ibi: *Sed quia crimina punienda*
sunt undecumque claruerint, & Regni Cap. vulgaris
fama, ibi: *Et quia probationum non est angustanda*
facultas, maximè, ut crimina clareant, Dom. Reg.
Revert. *decis.* 188. Secundo, quia in criminibus testes
inhabiles ad torquendum supplentur ex numero. Ter-
tio, quia valdè distat tortura a condemnatione; nec
valeat argumentum de teste, quia unicus testis de facile
perverti potest? ideircò dicitur, quod dictum unius
est dictum nullius: Farinac. *quæst.* 63. *nu.* 1. & tamen
si reus est levis vitæ, sufficit, quod testis non repro-
37 betur a Jure. Exquirat itàque Judex delinquentem
probabili, sive morali certitudine, si hanc habere potest,
quæ, ut dixi, aùt vera est, aut præsumpta, aùt
plena, aut semiplena, juxtà glos. *in l. testium ff. de*
testibus, *vers. speciem*, aùt minùs quàm semiplena, &
ut validam habeant probationem, diligenter cumulet
omnia indicia, quæ ad delictum conferunt, ut ad
minus tortura locum habeat: putà in homicidio inve-
38 stiget, quis occiso erat inimicus? a quo minùs affectus
sit? quis jactavit se de crimine; quis locum patrati
criminis frequentavit? quis post crimen a Civitate
aufugit, latitet, vel ad Ecclesiam confugit, sive ante
crimen arma præparavit, bona occultavit, contra
quem est populi opinio; quis ex illius morte commo-
dum adeptus sit? ut in *l. cum. ratio, de bonis damna-*
torum, aùt quis illi rivalis? ut in *l. uni ff. de ambitu*.
In eo qui veneno necatur supponitur, quis venenum
de familiaribus retinebat, & investiget, si illud trito-
ravit, si clauso ostio, sivè occulto cibum præparavit,
si mortui cadaver festinantèr sepeliri curavit, si in
mensa de præparato cibo, & propinato comedere no-
luit, si de morte non condoluit, cum contristari de-
beret quod est maximum indicium, quia in morte lo-
ctus communitèr consideratur, undè risus rancoris
signum est, & contra mortuum odii. Hæc omnia in
crimine homicidii procuret investigare, ac ea omnia,
quæ ad delictum, juxta sui naturam concurrere po-
tuerint; nam regularitèr ex quatuor indicia oriuntur,
scilicet *ex persona, facto, dicto, & causa*, & per tria
tempora, *ante, in, & post delictum*, ut per eruditum
Casonum *tract. de indiciis* late videre est.
39 *TERTIUM* constito de delicto, & de delinquente,
de causa perquirat, qua etiam Reus quæritur, si igno-
ratur; nam is fecisse præsumitur, qui faciendi causam
habuit, Felinus *in cap.* 1. *de officio, & potestate Judi-*
cis delegati, Bart. *inter Consilia criminalia cons.* 8. *lib.*
1. Follerius. *inter eadem Consilia cons.* 138. *lib.* 1. Ber-
tazzol. *cons.* 556. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 236. *num.* 25.
40 Grammatic. *cons.* 48. Hæc ati basis, & criminis fun-
damentum quærenda est, *textus in cap. cum delicti*,
il primo, de accusat. cap. occidit 23. *quæst. ult. in l.*
verum, la seconda, ff. de furtis, Glos. *in cap. intelli-*
gentia, ex causis, de verb. signif. Bertazz. *cons. crim.*
11. *num.* 22. Giurba *cons.* 51. *num.* 9. Guazzius *ad de-*
fensam disceptatione 19. *nu.* 65. 99. 110. 115. & 117.
Guazzin. *ad defensam lib.* 2. *defensa* 28. *num.* 6. & 7.
ea deficiente, si inquisitio indiciaria est, nullius robo-
ris est. Verùm si visus est, quia arguitur, nihil refert,
eam non adesse, Cason. *tract.* 2. *cap.* 3. *nu.* 4. *in fin.* Hæc
etiam in confesso quærenda est. Paris de Puteo *in*
verb. Tortus. cap. 7. Angel. *in l. certum ff. de confes-*
sis, *num.* 1. Blancus *in l. final. ff. de quæstionibus nu.*
35. Gramat. *cons.* 16. & 60. Consil. de Bonis *ad*
Bart. in l. certum, §. *si quis absente ff. de confessis*, ubi
dicit, quòd illa confessio dicitur probatio probata,
quæ est legitima habens suos Comites, v3. *Causam*,
alias non probaret; Farinac. *cons.* 85. *nu.* 28. Guazz.
ad defensam d. lib. 2. *defensa* 32. *cap.* 3. causa itàque in-
41 tuenda est, ut mitiùs, aut gravius delinquens punia-
tur, *textus est in cap. felicis* §. *cæterum de pænis in*
6. Glos. *in. cap. si unquam.* §. *accusatorem* 2. *quæst.* 3.
text. in l. aut facta, §. *causa*, *de pænis*, Glos. *in l. ho-*
did ff. eodem Glos. *in l.* 1. *in princ. ad Senat. Cons.*
Turp. Paris *de syndicatu in verbo composite*, *cap.* 1.
Gremmac. *cons.* 63. Cavalcan. *de Brachio Regio par.* 3.
nu. 259. Clar. *quæst.* 75. *num.* 10.
42 *QUARTUM*, quo loco, ut in *l. aùt facta*, §. *locus*
ff. de pæn. in §. *mox*, & *in l. Prætor edixit de injur-*
iis cum glos. & notatis à Bovadilla *lib.* 2. *cap.* 4. *tit*
de le justicia, y pitend. yunctas, *num.* 15. *lit. B.* a Dom.
Reg. de Ponte *de potestate Proregis tit.* 2. §. 11. ubi ra-
tione loci pœnam ultimi supplicii arbitrarii testatur a
Dom. Reg. Merlino *controv. lib.* 1. *cap.* 66. ubi cri-
men in carcere commissum acriùs puniri ait, a Do-
mino Reg. Tapia *in Jus Regni lib.* 5. *tit.* 41. *num.* 4. ab
eodem Merlino *c.* 17. Cons. Campana *resol.* 16. *nu.* 12.
& Sciuloya *in praxi forjudicatoria cap.* 3. *num.* 124.
ubi pro unico furto, etiam parvæ quantitatis in via
publica patrato mortis pœna practicatur, & sic ratio-
ne loci, quia Reipublicæ interest sine metu, & peri-
culo per itinera commeare; a Dom. Regente Sanfel.
dec. 35. ubi profurto in Ecclesia unciam excedente,
quamvis de re non sacra, mortis pœna fuit imposita,
& circa furtum in Ecclesia, vide aliam decisionem di-
cti Domini Reg. 243. & Peguer. 24.
43 Hinc injuria non tantum ratione personæ offensæ,
& offensoris, sed etiam ratione loci, quo fuit illata,
levis, aùt atrox dijudicatur, idcirco pœnam arbitra-
riam continet §. *in summa Inst. de injur.* quæ pœna
usque ad mortem extendi potest, ut tenet glossa ibi-
dem, & ex nostris Dom. Reg. de Ponte *d. tract.* & §. *et*
Dom. Reg. Sanfel. *decis.* 34. *num.* 12. licèt loquatur in
Principe, aut Principe consulto, & ex ultramontanis
Joann. Harprecth. *in d.* §. *in summa* plures DD. & jura
refert, & præcipue *textum in l. facularis ff. de ex-*
traordinariis criminibus, ibi: *Præsides exequi solent*
graviter usque ad pænam capitis, *etc.* Itam injuria
atrox quoque dicitur, non solum ex loco, videlicet,
si in platea, Theatro, aùt alio loco publico commit-
tatur, sed ex parte corporis affecti, ut percussio in fa-
cie, quæ est ad similitudinem pulchritudinis cælestis
figurata, *ut in l. quis in metallum*, *Cod. de pænis*, &
44 probat *textus in d. l. Pretor edixit*, *ff. de injur. in fine*,
ibi: *Os alicui percussum*. Unde graviùs est alapa, quam
pugno percutere, Campagna *in cap. Regni de injuriis*,
num. 14. & 15. vel quia alapa longiùs sonat, & ità a
pluribus auditur, vel & melius, quia alapa percus-
sus puerilitèr tractatur, & sic magis spernitur, &
Jesus Cristus accepta alapa militem admonuit.
45 *QUINTUM*, quo tempore, ut *in cap. necessaria*,
& *in cap. quod pro remedio*, *causa* 1. *quæst.* 7. *in d.*
l. aut facta, §. *tempus*, *de pænis*; Glos. *in l. furem*, *in*
verb. item quia tempus, *ff. ad legem Corneliam de Si-*
cariis, cum aliis a Bovadilla relatis *d. tit. num.* 13.
& Grammat. *decis.* 36 *num.* 14. Hinc furtum si no-
ctu fiat, atrocius reputatur, ut in *l.* 1. & 2. *de fu-*
ribus balneariis: & fur nocturnus quoquomodo oc-
cidi potest, diurnus nisi telo se defendat, ut in *cap.*
perfodiens de homicid. volunt. in l. itaque ff. ad l.
Aquil. ea ratione, ut in *d. cap.* quia noctu non di-
scernitur, an ad occidendum, an ad furandum va-
nerit, vel ut considerat Glos. *in d. l. itaque vers.*
Tamen, quia in die fur cognosci potest, & accusa-
ri, & bona recuperari possunt, ut quoque dicit glos.
in l. furem ff. ad l. Corn. de sicariis, quæ declarat
furem nocturnum recedentem, ac cum rebus fugien-
tem occidi posse, diurnum minimè, nisi Domini
periculum adsit. Item quo tempore divina celebran-
tur officia, *l. si quis in hoc gravis C. de Episcop. Eccles.*
vel in Majori hebdomada, & in die Nativitatis Do-
mini Nostri Jesu Christi. Tempus itaque delictum
aggravat, Bolognet. *in d. l. furem.* Foller. *super pragm.*
t. de secta scapictæ, n. 31.
46 *SEXTUM* de animo, exquiritur enim, ut reus
de facto judicetur, inspiciendus est, *tex. in cap.*
cum voluntate, *de sent. excomm. in cap. cum qui as-*
severat 50. *in dict. l.* 3. §. *dolo*, *ff. de exibend. tab. in*
l. quod Respublica ff. de injur., *in l. qui injuria*, *ff.*
de furtis, ubi, effringens causa injuriæ januam de
furto non tenetur, & *in l.* 1. *C. ad l. Corneliam de sicar.*
in l. Divus Adrian. ff. eodem, ubi non ordinaria ho-
mici-

micidii pœna punitur, si non animo occidendi per-
cussit. Idcirco Sacrum Consilium, quamvis in hoc
Regno pro furto in via publica mortis pœna sit indi-
cta contra eum, qui cum ad aliud esset in via pu-
blica transeuntem furatus fuit, extraordinariè pro-
cessit, teste D. Reg. Sanfelic. *decis.* 40. Animus uti-
47 que in criminibus inspiciendus est, an deliberatus,
& præmeditatus fuerit? an verò simplex deliberatus?
Præmeditatus animus consideratur, quando aliquis
tempore interjecto cogitavit de crimine, & cum de-
liberavit illud committere, committendi occasiones
procuravit, & insidias. Simplex deliberatus, quan-
do de crimine temporis intervallo non cogitavit, ve-
rum in committendo suum indeliberando firmavit ani-
mum. Hæc distinctio colligitur a Cason. *in præmis.*
sit cap. 1. *num.* 7. Gabriel. *tracta.* 3. *de sicar. & venef.*
Bertazol. *cons.* 85. *num.* 8. *lib.* 1. Vermigl. *cons. crim.*
28. & 69. Menoch. *de arbit. cas.* 351. *num* 5. & 15.
Consil. Pascal. *de patria potest. par.* 3. *cap.* 6. *num.* 17.
Jul. Clar. *in* §. *homicidium*, & Farinac. *quæst.* 125.
qui ponunt exempla in homicidio cum appensamen-
to, ut vulgo dicunt commisso, & in eo in rixa pa-
trato, in qua occidendi animus superveniat? animus
enim præmeditatus requiritur, ut *Prag.* 3. *de ictu sco-*
picta locum habeat, Consiliar. Gizzarel. *decis.* 25.
Campana *resol.* 1. *nu.* 5. & 19. Item ut proditorium
verificetur, Ciarlinus *par.* 1. *controvers.* 10. *n.* 118.
Farinac. *cons.* 198. *lib.* 2. Thomas de bene *par.* 2. *cap.*
16. *dub.* 20. *sect.* 2. Animus autem simplex delibera-
48 tus, qui in rixa supervenit, ut homicida pœna mor-
tis plectatur in consideratione non est, uti affirmant
DD. innumeri relati a Farinac. *d. quæst.* 125. *nu.* 42.
& a Cons. Pasch. *par.* 6. *cap.* 6. *num.* 13. & 14. quod
dictum restringitur ad Auctorem rixæ a Farinac. *d.*
quæst. num. 49., & in casu quod rixa ex causa pro-
veniat, quæ justè ad iracundiam Auctorem commo-
vere minimè poterat, ut a Consil. Campana *resol.* 16.
num. 5. de quo dicto dubito per ea quæ referam in
49 ultimo Decreto. Animus itaque inspiciendus est, &
non eventus inquit glos. *in d. cap. cum voluntate*,
Cavalcan. *de Brachio Regio par.* 4. *num.* 150. Quarè
putans, se habere rem cum soluta, si illa est conjuga-
ta, adulterium non committit, quia simplex for-
nicatio fuit cogitata, Afflict. *in Const. terminum vi-*
tæ, *num.* 24. ubi jura allegat. Hinc si intendens
occidere Cajum, casu Titium occidit, quia tran-
50 seuntem percussit, ordinaria pœna non tenetur, nam
respectu Titii animus occidendi non consideratur, ità
tenent Angel. de Perusio *in l. si cum servo de injuriis*,
per illum textum, ubi, qui voluit servum percute-
re, & alium percussit, injuriarum actione non tene-
tur, Alexand. in Bartol. *in l. respiciendum*, §. *delin-*
quunt ff. de pœnis, Jason. *in l. super errorem ff. de-*
jurisdictione omnium Judicum 4. *col.* Ant. Gom. *tit.*
de homicidio cap. 3. *num.* 35. ubi testatur, quod hæc
opinio tenenda est in practica, Covar. *in Cap. Alma*
mater §. 10. *num.* 4. *de sententia excom. in* 6. Ma-
scard. *de probat. l.* 2. *concl.* 864. Cabal. *cas.* 31. Se-
cus si volens occidere Cajum, errore occidit Titium,
quia credebat, quod Titius erat Cajus, quoniam isto
casu ordinaria pœna punitur ut tenent Ant. Gom.
d. tit. num. 34. Andr. de Isern. *in Const. terminum*
vitæ, & Afflict. *in constit. Regni tit. de homicid. n.*
23. Covarr. *eodem loco*, Molina *tract.* 3. *disput.* 30. ac
cæteri ab ipsis relati. Et certè in hoc casu mihi vi-
detur aliquid magis, quàm in primo, cum non tan-
tùm dolus in genere, verùm etiam intentio determi-
nata in objecto, consideratur, & error non fit in cor-
pore, sicut in primo & ita judicavit M. C. dele-
gata, referente Consil. Carolo Vergara pro Vito,
contra Franciscum Russo assistentem armatum in ho-
micidio a Sabatino Sica commisso in hac Civitate
Neap. ictu scoppictæ in personam Lucæ Nizzo, qui
ex errore fuit occisus: nàm dicti Franciscus, & Sa-
batinus mandato accepto a Vito Vioaccia occi-
dere intendebant Dominicum de Lucca, & quia Lu-
cas Nizzo illi assimilabatur vestibus, & statura, ipsum
occiderunt, & fuit practicata ordinaria pœna. Et fuit
quoque decisum in eadem M. C. V. in causa Petri
Jordani homicidæ, & Julii Caputo assistentis, ad
relationem Judicis Matthiensis, penès scribam Perte-
natum. Et quamvis in hoc casu quamplures DD.
contrarium teneant, ut videre est penès Petrum Ca-
ballum *de omni genere homicidii num.* 234. & Gram-
mat. *cons.* 5. *in Constit. Item constitutio terminum vi-*
tæ, *num.* 11. ubi contraria decisio M. C. recensetur.
Hodie in ea communiter pœna ordinaria practicatur,
si armis igneis homicidium committatur, in odium pi-
ctorum armorum, quia qualitate attenta vulnerans,
etiamsi non sequatur mors, dicta plectitur pœna: &
hanc opinionem indistinctè practicarem non solùm con-
trà assassinos, verùm etiam contrà simplices manda-
tarios, quia in effectu majus est delictum ob personam
illius, a quo nullam umquam recepit injuriam, quàm
ob personam inimici, idest mandantis fortè ex legi-
tima causa. Et quia in utroque casu DD. sententiæ
scissæ sunt circa ordinariam, & extraordinariam pœ-
nam, uti videre est penès Farinac. *quæst.* 125. *n.* 152.
& 153. 156. & 157. contra hominem malæ vitæ ab
51 ordinaria pœna non recederem. Animus igitùr in-
spiciendus est, sed restringitur in casu *leg. quoniam*
multa facinora C. ad l. Juliam de vi publica, ubi
is qui convocatis hominibus rei illicitæ operam dedit,
de eo, quod ultrà ipsius intentionem accidit, tene-
tur; si de excessu verisimilitèr cogitare poterat, uti
declarant Farinac. *quæst.* 126. *numer.* 69. Petrus Ca-
ball. *cas.* 91. *num.* 12. & Mastrill. *decis.* 297. qui *nu.*
83. testatur quod in Regno Siciliæ nunquam fuit pra-
cticatus *text. in d. l. quoniam multa facinora*, sicuti
limitatur contra mandantem ad vulnerandum. Vide
Consil. Campana *resol.* 16. *n.* 29.
52 *SEPTIMUM*, quomodo, ut in percutiente coa-
dunatis hominibus Gram. *vot.* 15. *num* 11. Concivis
meus Mangrella *rit.* 276. *num.* 20. & alii congesti per
Caravitam *rit.* 68. *num.* 3. in furto cum domus fra-
ctura, vel clavibus adulterinis commisso, Cons. Giz-
zarell. *decis.* 13. vel cum scalis D. Reg. Sanfel. *decis.*
34. in homicidio cum proditione, de quo Dom. de
Franch. *decis.* 713. ubi de Luca plures casus a Sac.
Congregatione declaratos recenset, vel in homicidio
cum assassinio, de quo Dom. de Franchis *decis.* 170.
Dom. Reg. Rovit. *prag.* 1. *de assassinio*, Dom. Reg. de
Marin. *resol. juris cap.* 173. & latè dixi in Decreto
Defensiones.

Merito igitur in qualibet querela, denunciatione
sive fisci instantia, juxtà Genesis cap. 18. *Descen-*
dam, & videbo, si clamorem, qui venit ad me, ope-
re compleverint, repetitum *in cap. Deus omnipotens*
2. *quæst.* 1. & in *cap. cum delicti de accusat.* pro-
53 nunciabit Judex, *Capiatur informatio, & testes*
recipiantur coram me. Videlicèt, *an factum verum*
sit, a quo, qua de causa, quo loco, quo tempore,
quo animo, & quo modo actum, uti dictum est, &
si dicta particula, v3. *testes recipiantur coràm me*.
54 omittatur, quoque intelligitur. Testes enim reci-
piuntur coram Judice, quia ipsius præsentia veritas
magis exquiritur: & est cautum in Jure, ut *l. Judi-*
ces, & auth. apud eloquentissimum C. de fide in-
strumentorum, in l. testium de testibus, in l. 3. §.
item Divus ff. eodem, *Ritu M. C.* 151. ubi habe-
tur, quod testes infra dietam degentes in criminali-
bus, omnino a Judice audiantur nisi senes sint, va-
letudinarii, aut aliæ personæ impeditæ; sicuti etiam
est cautum *ritu* 156. & prius in *Constitutione in pe-*
cuniariis. Si vero ultra dietam morantur, probis
viris illorum audientia committitur; & decretum
concipitur: *Die, &c. facto verbo in M. C. capiatur*
informatio, & committatur Tali de Tale, & ex-
pediantur provisiones, quibus explicatur, quod no-
mine M.C. informationem capiat, & captam clau-
sam & sigillatam transmittat. Hoc restringitur ta-
mèn parte petente, aut fisco instante, quo casu etiam
a Judice recipi debent. Cæterum in causis parvi mo-
menti, testium audientia solet Scribis M. C. com-
mitti; Et tamen quia ex minimis sæpissimè magna
proveniunt scandala, Judices deprecor, si tempora
largiuntur, ut testes in omni casu ipsimet interro-
gent, ut propriæ conscientiæ consulatur, & ut evi-
tetur inconveniens, si fortè testes de falso accusati
replicarent, non ità deposuisse, sicut Actuarius
scripsit; quo Casu si omnes testes ità dicerent, Actua-
rio non esset credendum, ut latè inferiùs dicam. De
pluribus tamen testes interrogari oportet, de perso-
nis v3. causis, loco, tempore, visu, auditu, scien-

tia, credulitate, fama, & certitudine, juxtà *text. in cap. tam causam de testibus, & attest.* & cuncta plena inquisitione discutere, *cap. judicantem 30. quæst.* 5. In levibus verò criminibus, quæ modicæ sunt coercitionis, & de quibus non curat Prætor, quia *Septies in die cadit justus*, Proverb. cap. 24. num. 16. *& nemo sine crimine vivit*, arg. text. *in l. levia de accusation.* ubi levia audire & discentere de plano jubetur, decernat, quod *Partes vo-*
55 *centur coràm me*: quæ si renitentes erunt, aliud interponitur Decretum v3. *Ex quo renitentes ducantur*. *Et* postquam ductæ fuerint coràm Judice, eas cum patientia audiat, bonaque arte reprehendat, & corrigat, atque persuadeat, ut in concordiam veniant: *Quantum enim in bello potest ferrum, tantum in Republica potest eloquentia*, uti inquit Demetrius apud Diogenem *lib.5.* Facta pace coram Judice, juxtà tradita a Caravita *rit.* 275. *num.* 18. *in fine*, ubi quod si unus Officialis atrestetur pacem coram se factam, admittatur in crimine non gravi,
56 & decretum interponat: *Stante pace facta coram me non molestentur*: & si ipsi videbitur, addat: *Verùm relaxentur cum mandato ad invicem de non offendenda*: ac mandet, ut mandati expensas Auctot tixæ, & magis culpatus solvat. Quod si duræ cervicis sunt, cum mandato domi, vel per palatium admittat, usquequo rancor lenis fiat, quod totum Judicis prudentiæ committitur, cujus auctoritas magna est tanquam a Deo perveniens. In rixis enim, atque injuriis, Judex ad pacem compellere valet,
57 glos. *in cap. suadendum* 90. *distinct.* Burrius *in cap. 1. de mutuis petitionibus*: maximè si humiles sunt personæ. Cœterùm ad concordiam persuaderi, non imperari potest, Bald. *in l. ex stipulat. Cod. de sententiis*. Quamobrem suadendus est quis, non cogendus, ut injuriam remittat: Felinus *in rubr. de tregua, & pace num* 2. nàm æquitatis ratio non patitur, ut quis invitus injuriantis parcere cogatur, Tamen ut delictum evitetur, indistinctè Judex partes ad concordiam cogere potest quinimò tenetur, ut in *l. denunciamus C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt, & in l. illicita, §. potentiores*, ubi Bartolus *ff. de offic. Præsidis*, idem in *l. congruit, ff. eodem* & est *textus in l. usufruct.* Insuper pro hujus praxis pleniori intelligentia alia *decem* subjicio.

58 *PRIMUM* cum P. Lessio *de justit. & jure*, tit. *de Judice, cap. 29. dub.* 11. *num.* 105. quod contrà criminosos duplici modo procedi potest, uno ex officio, ad instantiam partis altero. Denunciatio enim non est per se aliqua distincta via procedendi, sed quoddam præviuro, ut Judex ex officio procedat, quando, præcedente aliqua fama, vel denunciatione informationem capit, atque ad ulteriora procedit ut ad sententiam perveniant. Ad partis verò instantiam quando pars offensa vel alius ad quem id de jure spectare potest, accusationem porrigit, & Judex ea admissa secundum ejus probationes procedit. Itaque si ex officio agit, per inquisitionem procedit; si ad partis instantiam, per accusationem.

59 *SECUNDUM*, quod quæstio est inter Theologos, an quando manifestum est crimen, & Auctor ignoratur, si Judex quærere in genere possit *quisnam* fecerit? Quoniam quidam, ut Dom. Cardinalis Cajetanus *qu. 69. art. 1. & 2.* Scotus *de secreto membr. 2. quæst. 6. dubit.* 4. & alii tenent, Judici id non esse licitum, duplici ratione: prima quia Canones vetant, ne per inquisitionem procedatur, nisi de Auctore fama sit, vel certa præcedant indicia, ut in *cap. cum oporteat, in cap. inquisitionis, & in cap. qualiter, & quando 24. de accusationibus*: Secundo, quia Judex in genere inquirendo, quisnam fecerit? non minus, quàm in particulari, an Petrus fecerit? præbet occasionem revelandi crimina occulta, contrà charitatis, & justitiæ ordinem. Quidam alii verò, ut P. Lessius *d. tit. dubit.* 14. *nu.* 114. Dom. Cardinalis de Lugo *tit. de obligat. justitia spectantibus, disput. 37. sect. 6. n.* 58. aliique tenent, quod jus sit Judici talitèr inquirere pro reipublicæ bono; alioquin malefici sub immunitatis spe invalescerent, & quod bonum commune privato præponendum est, quando alicui non videtur facta injuria, sicut considератur, quando Judex in genere inquirit; Canones enim loquuntur casu, quo in particulari inquiritur; & istorum Doctorum opinio servatur in toto Mundo.

60 *TERTIUM*, quod inquisitio duplex est, generalis una, specialis altera. Generalis est illa, quam judex capit notitia habita de crimine, testes interrogando, quisnam commiserit; Specialis est informatio, quam Judex capit notitia habita de crimine, testes interrogando quisnam illud commiserit? Specialis est informatio, quam Judex capit contra certam personam, testes interrogando, an Petrus fecerit? quod fieri non potest, nisi infamia præcedente secundùm Canones & in hac inquisitione, quo ordine Judex testes interrogare debeat, ut evitetur suggestio, vide Bartol. *in l. 1. §. qui quæstionem ff. de quæstionibus*, Brunum *in tract. de indiciis tract. 2. quæst. 5. num* 56. ac cœteros, quos congerit Guaz. *ad defens. lib. 2. defensa 19. cap.* 11. *num* 3. qui cum Scaccia *de judiciis cap.* 86. admonet. cautiùs esse, si semper in genere testis interrogetur. Item hæc specialis duplex est, una quæ modum informationis, idest testium receptiones contra certam personam respicit, altera quæ modum procedendi, idest rei punitionem. Nam Judex per generalem inquisitionem informatus descendit ad specialem, in qua citandus est reus, & contra procedendum usque ad sententiam, ut docet Baldus in *l. jubemus C. de probat*.

61 *QUARTUM*, quod Judex regularitèr aliquem condemnare non potest, accusatore non existente vero, vel ficto, D. Thom. 2. 2. *quæst. 67. art.* 3. P. Sanch. *consil. moral. lib. 6. cap. 1. dub.* 20. quia Judex est justitia animata, & justitia est inter duos. Idcirco ut condemnet, oportet, ut interveniant duo, idest Actor, & reus; judicii enim natura, ut dicit Baldus *in d. l. num.2.* a jure ità ordinata est, ut sit qui petat civilitèr, vel criminalitèr, qui defendat, item qui cognoscat. Et sicut virtus stat in medio, ita Judex medius esse debet, ad dexteram non declinans, neque ad sinistram, ut ait *text. in cap. si legitimè de acc. l. rescripta §. si quis ff. de muneribus, & honoribus*: probant jura cumulata a Joanne Antonio de Nigris *in cap. Regni, Itemque prædicti Justitiarii num.* 14. ac etiam probatur de Jure Divino, ut *Joan. cap.* 8. ibi: *Mulieres ubi sunt, qui te accusabant, nemo te condemnavit, nec ego te condemnabo*; & in *Actibus Apost. cap.* 25. ibi: *Quod est in viro crimen, accuset eum*. Verùm in Criminalibus pro Reipublicæ utilitate, etiam cum ficto accusatore qui est Notorietas, & fama, condemnare potest, ut docet D. Thom. *in d. quæst. ad secundum*, Sanchez *dubio num.* 5. ac Recentiores omnes.

62 *QUINTUM*, quod in Regno, accusatore non existente, Judex inquirere, & ex mero officio procedere valet in criminibus, quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, civilis, vel abscissionis membri, ut *in Cap. Regni ab illo inchoandum* 140. *Ut delatus* 234. *Si temporum alternata conditio* 237. *& Nè tacrum* 238. & ibi Commentatores. Item in offensionibus, & injuriis illatis personis Ecclesiasticis, viduis, & pupillis, ut in dictis Capitulis, Caravita *ritu* 86. *cap.* 2. & de injuriis in personas Ecclesiasticas, adest quoque *Capitulum* 149. incipiens *De injuriis* quod extenditur ad conversos, & oblatos, etiam sæcularium Ecclesiarum, ut tenet Sebastianus de Neapoli *in d. cap. num.* 5. D. Reg. Tappia, & procedit, quando esset illata injuria gravis, & atrox, secus quando esset levior, Joan. de Nigris *d. cap. num.* 12. Foller. *in frag. tit. de injuriis, num.* 141. D. Reg. Sanfel. *decis.* 63. *num.* 23. Atrox enim injuria datur, quando offenditur Clericus, dum est in habitu Sacerdotalis dignitatis, Jo: Antonius de Nigris *num.* 13. unde per M. C. Joseph Lancellotto triremium pœna fuit punitus, quia inter Ecclesiam Parochum per brachia excussit, pellicia, & stola indutum, D. Reg. Sanfel. *num.* 21. Sed quod pro levi injuria ex officio inquiri possit, tenet D. Reg. Tapia *in d. cap.* nam hoc privilegium ratione reverentiæ, quæ Clericis debetur, concessum est; & quia

ex

ex Divino precepto accusare desistunt, meritò, nè injuriæ remaneant impunitæ, ex officio proceditur. Præterea, quia capitulum non solum de injuriis, sed de offensis, & culpis quibuslibet loquitur. Ab
63 enarratis autem tribus casibus adulterii crimen excipitur, ubi ut procedatur, accusatio requiritur, & proximioribus competit *l. quamvis*, *la secunda*, *C. ad l. Jul. de adulter.* alioquin matrimonia turbarentur, & occisiones sequerentur; Ideirco prius marito querela competit: Matrimonio verò per divortium soluto, pater, fratri, patruo, & avunculo competit, D. Reg. Sanfel. *decis.* 351. Item fratri mariti contra cognatum competit, si maritus in vita de adulterio conquestus fuit, D. Præses de Franch. *decis.* 94. & 240. sicuti mariti heredibus adulterii exceptio competit mulierem dotem repetentem, si in vita maritus de adulterio fuit conquestus, dicto D. de Franch. *decis.* 184. sed marito quiescente hæc actio aliis non competit, neque uxori contra adulterium de adulterio violento in ejus personam. Ursill. ad Afflict. *decis.* 173. Sed contrarium decisum recenset in M. C. & in S. C. D. Reg. Merlinus *contr. cent.* 1. *cap.* 58. contra Thomam de Stephano petentem gaudere indultu. Uxori amplius contra maritum non competit, Ursillus *ibidem*; nisi pro adulterio cum uxore fratris ipsius, vel cum uxore filii, quem habuit ex
64 alio conjugio, idem D. Reg. *d. cap. num.* 15. Cæterum in notorio adulterio ex officio proceditur, Gem. *dec.* 31 *num.* 7. & notorium dicitur, ubi nulla adest dubitatio, quia uxor in propria domo, & mensa adulterum palàm detinet, aut absente viro sobolem procreavit, Dom. Reg. Sanfel. *decis.* 251. *n.* 14. & 15. Et *nota*, quod in casu Judex omnino procedere tenetur, ut Reipublicæ scandalum, & in mariti recessu periculum in personam mulieris evitetur. Item quando in judicio adulterium confitetur. Grammat. *dict. decis.* & Afflict. *decis.* 176. ibi tamen mulier de furto inquisita, & incidenter de adulterio confessa, quia judicium ad adulterium non erat ordinarium, fuit à carceribus habilitata, & dictum, quod procedatur, ut juris. Item querelam remittente marito, Judex ex officio prosequitur, ut in *l. constante ff. ad l. Juliam de adulteriis*, & intellige, si post litem contestatam maritus remittat, D. Reg. Capycius Latro *decis.* 121.
65 *SEXTUM*, in quocumque alio crimine, accusatore desistente, contra accusatum proceditur, etiam in crimine usurariæ pravitatis, D. de Franch. *decis.* 552. D. Riccius *in collect.* 1813. D. Reg. Tapia in *cap. Ad consulit.* & in casu, quo percussus, & graviter qui fuit læsus, ita ut accusare non possit, Bartholomæus de Capua in *cap. Contingit plerumque*.
66 *SEPTIMUM*, non tantùm sine accusatore, & denunciatore, verùm etiam fama non præcedente inquiritur, Jo: Ant. de Nigris in *cap. si temporum alternata conditio num.* 9. *in fine*, D. Reg. Tapia in *c. de injuriis num.* 5.
67 *OCTAVUM*, quod M. C. procedit ex officio, ut sibi videtur, Joannes Anton. de Nigris in *cap. Ut de latas num.* 18. D. Reg. Sanfelic. *decis.* 63. *num.* 25. & etiam in injuriis verbalibus, idem Dom. Reg. *decis.* 165. Et pariter Regia Audientia, ubi pœna arbitraria est.
68 *NONUM*, quod jus accusandi, ut evitarentur inimicitiæ, quæ passim ex accusationibus oriri solent, hodiè datur tantùm vigore *ritus* 191. eis, qui suam, vel suorum injuriam prosequuntur, & per *Pragmaticam* de anno 1567. quæ est *octava de compensationibus*, declaratur competere iis, quibus ab intestato defunctorum defertur successio, etiam si ex testamentorum extraneis deferatur hereditas, quia iis ex jure sanguinis competit, Dominus Regens Rovitus in *dicta Pragm.* D. de Franch *dec.* 711. D. Reg. Sanfel. *dec.* 27. *num.* 13. Consil. Theod. *alleg.* 9. Dom. Reg. de Marinis *resol. juris lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 10. & 11. Ex capacitate igitur successionis accusandi jus metiti-
69 tur. Quare secundùm Regni *Constitutionem In aliquibus*, filiabus nuptis, & dotatis de patris necefratribus existentibus, non competit, neque sororibus, quæ fraternæ, vel paternæ successioni renunciaverunt, D. Reg. Tapia *in pragm.* & *in dec. S. C.* 18. D. Reg. de Marin. *num.* 14. & hujus Civitatis *Consuetudine* attenta, quæ incipit, *Sed si moriente*, soror, quæ fratribus existentibus è defuncti fratris successione repellitur, ad ipsius necem vindicandam
70 non admittitur, idem Dom. Reg. *num.* 16. Necnon quamvis fœmina ad successionem admittatur, regulariter tamen masculus ad accusandum est præferendus, ut sexus pudicitia conservetur, & quia masculus ad necem vindicandam magis idoneus est, ut in *l.* 3. *ff. de liberali causa*, & in sorore in capillis, patre, vel altero fratre existentibus, ut præferatur pater, frater, decisum refert D. de Franch. *decis.* 110. & D. Reg. de Marin. *d. cap. nu.* 3. *vers. Ex his etiam obtinui*. In causa vero, quo pater, frater, sive alius negligens est, aut cum parte colludit, fœmina ad accusandum admittitur, idem Dom. Reg. *d. n.* 3. *Est tamen verùm*. Vel quando fœmina ad necem vindicandam diligentior est, ut putà frater Curiam Baronis eligit, soror vero Regiam Audientiam, quia in Curiis majoribus ferè semper justitia administratur, ideirco major fides in sorore, quàm in fratre, apparet, quam circumstantiam in accusatore considerarit Jurisconsultus in *l.* 3. §. *si tamen ff. de libero homine exhibendo*, & Consil. Campana *resol.* 26. *n.* 6. ut ad querelam sororis in Regia Audientia procedatur, ubi allegat *textum in l. contra pupillum* §. *is qui ad majus ff. de re judicata*.
71 *DECIMUM*, quod Judex ex officio procedendo, partem offensam in initio, uti magis informatam de facto examinare tenetur, & in gravibus criminibus eam compellere potest mandato, aut carceratione, ut coràm ipso declaret offensorem, ut inquisitio, & informatio ex sua depositione oriatur, & hoc propter bonum commune, ut Reus puniatur ad arcendum alios, multoties enim pars offensorem tacet, aut propter ejus potentiam, majus timens malum, aut vindictam, quæ ei prohibita est, testantur Lucas de Penna *in cap. Contingit*, 227. *n.* 4. Clarus *q.* 4. *in principio*, Hercul. *de caut. de non offendend. cap.* 52. *n.* 10. Gomez. *tom.* 3. *variar. cap.* 12. *num.* 24. P. Sanchez *lib.* 6. *cons. moral. cap. unico. dub.* 26. *num.* 5. & 6.
72 Sed intellige hanc doctrinam locum habere in omnibus casibus, in quibus ex officio procedere valet: informationem enim capere res difficilis, & magni laboris est, quia multoties testes, aut timore, aut amore delinquentis, aut pretio corrupti, latent, sive veritatem occultant; maximè si contra potentes, & hujus Regni Barones deponere habeant; quo casu, ut veritatis, sive veritatis indicium habeatur, convenit, non tantum illos carceribus mancipare, verùm & a propria Patria ad alium locum asportare: & aliquando necesse est verberibus, sivè tortura interrogare, uti pluries expertus sum. Et hic nota, quod testis, si ei imminet aliquod periculum ex ipsius depositione, quia cum aliquo potenti inimicitiam contrahit, non est, sicut dicit Bald. in *cap. delictorum num.* 4. *de testibus cogendis*, Cellamera *in d. c. n.* 34. Felinus *num.* 3. *vers. Si autem non imminet*, ac cæteri Canonistæ affirmant; ex testimonio enim in causa criminali gravis oriri solet inimicitia *cap.* 1. *de accusat.*, & probant, nàm æquitati convenit, ne qui testificari cogantur in suorum affinium perniciem, ut in *l. Julia ff. de test.* Æquius igitur, est, nè in sui præjudicium deponat. Et quamvis dicta procedant de Jure Canon. & non de Juri Civili, cum Canones animæ periculum respiciant, leges Reipublicæ interesse, & illæ non minus, quam canones observari debent, quia alio modo crimina remanerent impunita, & Respublica valdè malorum hominum numero aucto læderetur. In foro tamen conscientiæ in præfato casu testificari non tenetur, & nihilominùs Judex tenetur diligentias facere, ut satisfaciat Reipublicæ, quæ postulat, ut delinquentes timeant, & compescantur, ut probat Pater Lessius *lib.* 2. *de justitia*, & *jure cap.* 30. *dubit.* 8. *nu.* 47. *notab.* 6. Propterea, quia ex utraque parte bellum justum, dum Judex justè urget, & testis justè negat, res magni laboris est, & indicia contra potentes, quamvis levia, urgentia sunt censenda.

LEO-

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

CAP. I.

De Decretis: *Capiatur informatio, &c.*

SUMMARIUM.

1 *Criminale Judicium dicitur a crimine, sivè a delicto, sivè a dolo, & ubi non est dolus, neque est delictum. Et in delicto duobus modis proceditur, & ad querelam, & ex officio.*

2 *Delictum quando est privatum in eo procedi non potest absque querela, & exemplificatur, quando pœna est infra relegationem.*

3 *Delictum quando est publicum procedi potest ex officio, & publicum dicitur, etiam si committitur secretè; sed offenditur Respublica, & exemplificatur, ubi pœna imponitur mortis Naturalis, vel Civilis, vel Mutilationis membri.*

4 *Delictum ubi pœna est arbitraria, vel injuria facta contrà Ecclesiasticos, etiam conversos, & oblatos, & etiam contrà Viduas, & Pupillos, in eo procedi potest sine querela.*

5 *Querelæ leves, in eis proceditur diverso modo in Tribunali Superiori, & diverso in inferioribus, quæ diversitas declaratur, & exemplificatur.*

6 *Querelæ non tam leves, in eis quomodo procedi tur?*

7 *Requisita in querelis per Textum* in l. libellor. ff. de accusationibus *quæ sint? sed hodie non sunt in usu in tota Italia.*

8 *In delictis in quibus nobilis relegatur, & ignobilis ad triremes damnatur sine querela procedi potest ex Officio: Sed citra relegationem, & triremium pœnam procedi non potest sine querela cum limitatione.*

9 *Querelæ Formula per libellum accusatorium cum Decreto.*

10 *Querelans oretenus querelare potest de delicto privato, & publico.*

11 *Formula Depositionis principalis offensi.*

12 *Formula Delicti in genere.*

13 *Formula Citationis* ad informandum.

14 *Formula supplicis Memorialis illius, qui vult comparere.*

15 *Formula Mandati* per Palatium.

16 *Formula Accusationis Mandati.*

17 *Formula Absolutionis in visitatione Carcerum.*

18 *Formula Tituli Processus.*

PRo declaratione hujus primi Capitis Praxis Criminalis prænotandum duco, quod Judicium Crimi-
1 nale, vel Causa Criminalis dicitur a crimine, sivè a delicto, sivè a dolo. Nam ubi non est dolus, ibi neque est delictum, juxtà *Text. in l. 1. §. jam illud autem ff. ad Syllanum, & Tex. in l. 4. §. fin. ff. qui eum qui in Jus vocatus est*, de Marinis *lib. 1. resol.* 215. *n.* 4.

In Judicio Criminali proceditur duobus modis, vel ad querelam partis offensæ, vel ex officio.

2 Sed quando delictum est privatum non potest procedi absque querela Partis offensæ, & delicta privata exemplificantur, ubi est pœna infra relegationem, ut in furto infra unciam Rov. *dec.* 68. Novar. *collect.* 2. *super Pragm. de Privileg. Universitatis concessis.*

3 In delictis vero publicis procedi potest ex officio absque querela Partis, sed ne erres.

Intellige tamen, quod delictum publicum dicitur etiam illud, quod committitur secreto, per quod offenditur Respub., & ad publicum beneficium pertinet, ut puniatur.

Et delictum publicum exemplificatur, ubi pœna mortis naturalis, vel mortis Civilis, vel mutilatione membri imponenda venit, *juxta Cap. Regni* 235. ut delatum.

4 Vel ubi pœna est arbitraria, & in atrocibus injuriis illatis contra Ecclesiasticos, etiam Conversos, vel oblatos, & contra Viduas, & Pupillos, *Juxtà Cap. Regni* 249. *de injuriis, & Cap.* 237. *ne tuorum, & Cap. ad Consultationem.*

Et quandoque etiam pro injuriis verbalibus, ut concludit noster Author in hoc *Cap.* 1. *n.* 65.

Et in aliis per me notatis in praxi criminali Sarni *cap.* 8.

5 Adverte secundo, quod in querelis levibus diversimodè proceditur in Tribunalibus Superioribus, & diversimodè in Curiis Inferioribus.

In M. C. in levibus criminibus modicæ coercitionis jubetur, quod Partes *vocentur coram*, quæ si renitentes fuerint fit Decretum, *ex quo renitentes ducantur*, & ducti coram, suadentur ad concordiam; qua secuta interponitur Decretum, *stante pace facta coram me non molestentur.*

Et quandoque additur: *Verum relaxentur cum mandato ad invicem de non offendendo.*

Et si duræ cervicis sunt, fit Mandatum *Domi*, vel *per Palatium*, ut noster Auctor concludit in hoc 1. *cap. num.* 55. & 56.

Et quandoque fit Decretum v3. *ex causis in banca discussis licentietur*: Vel, *tollatur mandatum*: Vel, *carcer cedat in pœnam*, ut noster Auctor hìc *cap.* 4. *num.* 7.

In Curiis vero inferioribus non proceditur in scriptis, sed oretenus, & de plano, & Actuarius facit librum, in quo notantur dictæ querelæ modicæ coercitionis infrà carlenos 30.

Et si examinantur Testes, depositio Testium notatur in dicto libro, & oretenus citatur querelatus super tenore querelæ.

Quæ citatio ab aliquibus appellatur citatio ad concludendum; nam Actuarius dat listam Bajulis v3. *Nota citationum ad concordandum.*

N. N. querelam da N. N. per tale causa.

N. N. querelato, &c.

Et si citatus non comparet in ejus contumaciam fit executio in bonis, ut captis pignoribus cogatur venire.

Et quando venit citatus notatur in libro aliquod decretum, ut supra, & datur copia ad beneficium querelati in folio, vel in cartella.

Leve enim crimen pro crimine non reputatur, ut noster Auctor concludit hìc *in cap.* 9. *n.* 11.

Hæc Practica fundatur *in l. levia ff. de accusat. & l. nequicquam §. de plano ff. de off. Proconsulis, & de jure Regni* habemus Constitutionem *dilationis in Judiciis tit. de dilation.* quæ mandat, quod tam in Judicio Civili, quàm Criminali procedatur in scriptis sit modica libello, & contestatione litis; nisi causa sit modica infra duos Augustales, idest infra 30. carolenos, dixi in *part.* 3. *cap.* 4. *n.* 6. & 7. *Praxi Syndicat.*, & dixit Episcopus Verde ad Gallup. in præludio *n.* 32. Marant. *disp.* 9. *n.* 699.

Ideoque exemplificantur delicta levia, in quibus proceditur oretenus, & de plano, & per cartellas quando pœna est infra duos Augustales, ut etiam habetur *in* 2. *tom. meæ prax. in prælud. n.* 7. *juxta Rit. M. C. V.* 257. ut ego dixi *loc. cit. num.* 5. *ex* Carav. *in d. rit. & ex Constit. dilationes tit. de dilation.* & vide, quæ latius dicn hìc *in cap.* 6.

6 In Querelis vero, quæ non sunt tam leves procedendum est in scriptis, scribendo in folio cum Decreto *capiatur informatio.*

Et licet de Jure Communi debet præsentari libellus cum requisitis contentis in *l. libellor. ff. de accusat. in foro laicali, & etiam in foro Ecclesiastico* per *Tex. in cap. proscripta* 2. *q.* 8. *§. libellor.*

7 Quæ requisita sunt *v3.*

Primo: Ut præsentetur libellus accusatorius cum notatione anni, & mensis.

Secundo: Cum nomine querelantis, & querelati, & nomine Judicis, & loco commissi delicti.

Tertio: In foro laicali debet apponi nomen Regis, Baronis, & Officialis, v3.

Regnante T. Rege, dominante T. Barone, & sub Præsidatu T. Capitanei.

Et in foro Ecclesiastico, v3.

Sub

Sub Pontificatu T. Papæ, sub regimine T. Episcopi, & sub Vicariatu T. N.

Hæc tamen requisita, & solemnitates hodie non sunt in usu quasi in tota Italia, sed querela fieri potest absque solemnitatibus tam oretenus, quàm in scriptis, teste Julio Claro *in §. fin. q. 10. vers. scias autem*, & Peregrin. *in sua Praxi par. 4. sect. 3. num. 4. in fin.* & D. Rosario Ricc. meo Filio *in sua Prax. Ecclesiast. cap. 65. num. 3.* & ego dixi in mea *addit. Prax. Crimin. Sarni cap. 3.* Ubi plures regulas tradidi, sed hæc una, quam hic trado, valet pro mille.

8 Unam hanc regulam habe a me traditam ad praxim *Sarni cap. 39.* ut

In Criminalibus, in quibus Nobilis punitur pœna relegationis, vel ultra, & Ignobilis pœna triremium, vel ultra procedi potest ad querelam partis, & sine querela potest procedi ex officio. Quia tunc dicitur delictum publicum, idest quod publicè interest, ne remaneat impunitum, ut supra.

In delictis verò, in quibus punitur citra pœnas relegationis vel triremium, tunc delictum privatum dicitur, & tunc procedi non potest sine querela partis offensæ, quia Judicium esset nullum, & Judex punitur in Syndicatu.

Exceptis delictis offensarum vel injuriarum contra Ecclesiasticos, Viduas, & alios per me notatos in dicto *Cap. 3. addit. ad prax. crim.* Sarni.

Querelæ itaque tam in delicto publico, quam privato possunt sine solemnitatibus fieri vel per libellum accusatorium, idest per comparitionem, vel per supplicem libellum, idest per memoriale, vel sine ulla scriptura, sed voce tantum; sed Judex in delicto publico examinare debet principalem offensum, si est vivus, vel ejus heredem ab intestato, si Principalis est mortuus, quia jus querelandi spectat ad dictum heredem ab intestato jure sanguinis, & non ad extraneum heredem ex testamento, ut Auctor noster concludit in hoc *1. cap. n. 66 pag. 18.*

Formula querelæ per libellum accusatorium, sive per comparitionem.

Nella G.C. della Vicaria, ovvero nella Regia Corte della Città N., o nella Baronale Corte della Terra N. comparisce Andrea Anichiello, e dice come mentre stava ballando con altri in via pubblica di detta Terra Sabbato 3. del corrente è stato assaltato da Domenico Russo con un Coltellaccio di ferro, e dal detto è stato ferito sopra il muscolo del braccio sinistro, e nello stesso atto detto Domenico ha dato un altra coltellata in testa di Simone Russo, che ballava co'l Comparente, n'espone perciò querela Criminale, e fa istanza, che sia castigato, come la legge comanda, salve, &c. così dice in ogn'altro miglior modo, &c.

In questo stesso tenore si può fare ancora lo memoriale.

Formula del decreto Capiatur informatio.

Die, &c. Mense, &c. Anno, &c.

Per curiam N. provisum, & decretum est, quod de Expositis capiatur informatio ad finem providendi, & ita, &c.

10 Il Querelante senza fare Comparsa nè memoriale può a voce far querela così del delitto privato, come del delitto publico, ed il Giudice sempre esamina detto querelante, ut supra.

Formolario della Deposizione del Principale ferito di coltellaccio.

11 Die 4. mensis Febraarii 1691. In Casali Casoriæ, & ordinatione Ill. Regentis M.C.V.

Andrea Anichiello nativo del Casale d'Afsano, al presente abitante in questo Casale di Casoria dice essere Tessitore di seta, di età sua d'anni 33. in circa, ut dixit principalis vulneratus quo ad se, Testis vero quoad alios eum juramento interrogatus, & examinatus, & Primo,

Interrogatus, come si ritrova esso deponente ferito da chi, quando, dove, in che modo, con che, e perchè causa dixit, Signore la verità è questa, come, jersera Sabbato, che furono li tre del corrente a circa le ventitrè ore, mentre Io insieme con Simone Russo, Gio: Esposito, alias Cardinale, Arcangelo Russo, ed altri uomini miei amici del medesimo Casale di Casoria, che non mi ricordo, chi furono, andavamo facendo lo ballo della Barrera vestiti di femina senza maschere per detto Casale, in essendo nella strada maestra di detto Casale, e proprio dove finisce la via, seù carrera, dove abitano Domenico. e Francesco Antonio Russo Padre, e figlio miei conoscenti, per prima là ci fermammo a ballare, e mentre stavamo ballando, e facendo detta barrera, viddi, che là venne il detto Domenico Russo, il quale approssimatosi così verso di me come al detto Simone, quale mi stava vicino, nell'istesso istante viddi, che pose mano ad un coltellaccio di ferro, che portava a lato, e con quello sfoderato, e mecato in mano mi fu sopra, e mi diede un colpo sopra del muscolo del mio braccio manco, il quale avendomelo schivato mi colpì un poco con la punta di detto coltellaccio sopra detto muscolo, dove mi fece una ferita con sangue, e nel medesimo tempo viddi, che fu sopra alla persona del detto Simone, e con l'istesso coltellacio li diede un colpo in testa di taglio, e ferendolo di una ferita con gran sangue; E ciò fatto immediatamente si pose a fuggire verso la Chiesa di Santo Mauro di detto Casale, ed il detto Simone per causa di detta ferita cascò tramortito in terra e da alcune genti, che là stavano vedendo ballare, fu alzato, e fu riportato in sua casa in detto Casale, e di questo modo passa il fatto, mi ritrovo ferito, e questa è la verità.

E domandato s'esso deponente sapesse la causa, perche il detto Domenico Russo lo ferisse del modo detto di sopra e se con quello per prima ci avesse passato qualche differenza dixit, Signore, io con il detto Domenico non ci ho passata nessuna differenza, anzi eravamo amici, però io giudico, e tengo per certo, che mi avesse ferito per causa che io andava facendo maschere con detto Simone, con il quale esso era Nemico per causa, che mesi sono detto Simone avea baciata Anna Russo sorella del detto Domenico una mattina di Domenica, mentre andava a Messa, e questa è la verità.

E domandato se li fa querela dixit, sì Signore che li faccio querela, perchè mi ha ferito senza che io l'avessi fatto alcuna cosa.

E domandandoli chi può deponere le cose antedette, dixit, Signore, detto Arcangelo Russo, Giovanne Esposito alias Gardinale, ed altri. Signum Crucis.

Formula delicti in Genere.

12 Eodem die ibidem, & ordinatione retroscripta, &c.

Antonio Menna di questo Casale di Casoria, dove dice abitare alle Case dell'eredi del quondam Diego Pisa, ed essere Mastro Barbiero di età sua d' anni cinquantanove in circa, ut dixit, Testis eum juramento interrogatus, & examinatus super qualitate vulnerum in personas Simeonis Russo, & Andreæ Anichiello, ut dixit, Signore la verità è questa, come jersera Sabbato tre del presente in circa le ventiquattro ora, mentre Io stava nella mia Barberia sita in questo predetto Casale, fui chiamato da un uomo da parte di Simone Russo mio paesano, e conoscente, acciò fossi andato in sua casa a medicarlo: atteso era stato ferito; in effetto subito Io insieme con Attanasio Menna mio figlio ancor Mastro Barbiero là mi conferii, e viddi alla luce di più candele allummate, che stavano in detta casa, qual'è un basso terraneo che detto Simone stava sopra ad una seggia tutto pieno di sangue, ed avendolo insieme con detto Attanasio ben visto ed osservato alla suddetta luce, che detto simone teneva una ferita con sangue in testa e proprio nella luttura sogittale e termina nella sua sutura coronale, la quale secondo il mio giudizio la stimo pericolosissima di vita, per esserci incisione d'ossa, ed esser stata fatta, e causata da istromento di ferro tagliente, e nell'istesso istante viddi alla luce predetta, che là venne Andrea Anichiello anco mio conoscente, ed avendomi detto che l'avesse osservato atteso anco esso stava ferito, come in effetto io con detto Attanasio viddi ed osservai alla luce suddetta, a carne nuda la persona del detto Andrea con una ferita da sopra del muscolo del braccio manco,

la

la quale secondo il mio giudizio non la stimo pericolosa di cosa alcuna, ed esser similmente fatta, e caosata da istromento di ferro tagliente. E questo Io lo sò, e giudico, come Mastro Barbiero pratico, ed esperto nell'arte di medicare, ed è la verità, e ciò de causa scientiæ, loco, & tempore, dixit, ut supra.

Interrogatus de contestibus dixit, Signore detto Attanasio Menna mio figlio, che l'ha osservato con me, ed altri che l'osservarono, e medicarono appresso.

Io Antonio Menna ho deposto, ut supra.

Alterius Scriba.

Depone simili modo Attanasio Menna.

E poi due testimonj, o tre deponenti sopra il delitto in specie, è poi si spedisce la citazione *ad informandum*.

Formula citationis ad informandum.

13 De mandato M. C. V.

Ad instantiam Regii Fisci, sivè, &c. Peremptoriè citetur Dominicus Russo Casalis Casoriæ ad pœnam unciarum auri viginti quinque, Fisco Reg., &c. quatenus prima die Juridica post præsentem intimationem personaliter coram Nobis in hac M. C. V. comparere debeat; & habeat ad informandum nos, & eandem super nonnullis causis mentem dicti Regii Fisci dignè moventibus, & signanter super informatione contra eum capta de lethali vulnere appensato cum cultellaccio in personam Simeonis Russo, ac etiam de vulnere cum eodem cultellaccio in Personam Andreæ de Anichiello, ut ex actis in subscripta Banca, alias, &c. Datum Neapoli die 26. mensis Martii 1691.

Marchio Miani.

Thomas Alterius Scriba.

Citatio ad informandum.

E si fa la relazione della detta citazione.

14 *Formula Supplicis libelli illius qui vult comparere.*

Al Signor Giudice Marchese di Miano Commissario.

Domenico Russo supplicando espone a V. S. Illustrissima come per la causa appresso lo Scrivano Alterio si ritrova citato *ad informandum*. E perchè vuole comparire seo *spontè* per dimostrare la sua innocenza, supplica V. S. Illustrissima ordinare, che si rilasci con il mandato, e lo riceverà a somma grazia, *ut Deus*.

15 *Formula mandati per palatium.*

Die 9. mensis Julii 1691.

Comparente personaliter fiat mandatum per Palatium.

Marchio Miani.

Eodem rescripto die Neap. &c.

Pro exequutione retroscripti decreti. Per me subscriptum Scribam fuit judicialiter, & personaliter factum mandatum retroscripto Dominico Russo Casalis Casoriæ, quod sub pœna unciarum auri viginti quinque Fisco Regio tenere debeat, & habeat Palatium M. C. V. loco carceris infamus, & in fide, &c.

Alterius Scriba.

16 *Formula accusandi mandatum.*

Die 13. mensis Augusti 1691. Neap. & in sala Criminali M. C. V. &c.

Joseph Pistone ordinarius Tubicta M. C. V. retulit mihi hodie supradicto die ad sonum Tubæ alta, & intelligibili voce vocasse, & præconizasse Dominicum, Russo per loca solita, & consueta Palatii dictæ M. C. ut moris est, & illum non invenisse nec respondisse.

Eodem supradicto die instante Magnifico Regii Fisci procuratore, & petente.

Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. & causa Commissarium fuit provisum, & decretum, quod contra supradictum Dominicum Russo incusetur pœna spreti mandati unciarum auri viginti quinque Fisco Regio, & pœna prædicta ponatur in libro Inferni, & contra eam exequatur realiter, & personaliter, prout in præsenti decreto incusari, poni, & exequi mandatur hoc, suum, &c.

Marchio Miani

Thomas Alterius Scriba.

Fuit posita supradicta pœna in libro inferni Magnifici Fusco *fol.* aa. *at.*

17 *Formula Absolutionis in visitatione carceratorum stante partis remissione.*

All' Illust. Signor Regente in Visita.

Domenico Russo supplicando espone a V. S. Illustrissima come da più giorni che si ritrova carcerato in Vicaria per una pretesa causa appresso lo Scrivano Alterio con pretesto, che avesse ferito con coltellaccio in testa Simone Russo, e perche ne ave ottenuto le remissione, supplica V. S. Illustrissima ordinare la sua escarcerazione, ut Deus.

Componatur supplicans pro causa prædicta in carolenis triginta, quibus solutis, non molestetur pro eadem causa. provisum in visitatione carcerum M. C. V. Neap. die 18. Januarii 1692.

Jecca.

18 *Formola del Titolo del processo.*

De lethali vulnere cum cultellacio in personam Simeonis Russi, & vulnere similiter cum eodem cultellaccio in personam Andreæ Anichiello Casalis Casoriæ.

Contra Dominicum Russo dicti Casalis cum citatione ad informandum, comparitione spontanea, mandato per Palatium, incusatione mandati, compositione facta in Visitatione Regentis.

Leonardus Riccius.

CAPUT SECUNDUM.

De Decretis quorum I. Torqueatur Talis de Tale ad eruendam veritatem. II. Ad videndum, in quo dicto persistat. III. Torqueatur Talis de Tale ad videndum, Seu declarandum, quænam ex duobus depositionibus sponctè factis sit vera? IV. Ad manifestandum, a quonam fuit corruptus. V. Torqueatur Talis de Tale principalis quoad se, & testis quoad alios ad dicendum quænam ex duobus depositionibus spontè factis sit vera? VI. Ad convalidandam ejus confessionem sponte factam in caput sociorum tantum, nec aliter, nec alio modo. VII. Torqueatur Talis de Tale ad congruè respondendum. VIII. Ex quo Talis de Tale interrogatus, & monitus congruè respondere noluit, habeatur, proùt præsenti hoc Decreto habetur, ejus depositio pro recepta.

S U M M A R I U M.

1 *Veritas corporis dolore, & animi cruciatu eruitur.*
2 *Testis negans facto interfuisse, si aliunde convincitur, torquetur quinque concurrentibus.*
3 *Testis in criminalibus atrocioribus torquetur, ex processu informativo, & de præminentia M. C.*
4 *Delictum in genere contra testem præcedere debet, ut tortura locum habeat.*
5 *Testis ut torqueatur unico convincitur teste, dummodò dignior sit de indicio, & agatur proximo.*
6 *Indicium probari debet per duos testes.*
7 *Testis quo facto interfuisse fatetur, & nihil vidisse dicit, torqueatur sine alia variatione, si aliquam probabilem causam non alleget, & decretum ponitur.*
Decretum: Torqueatur T. de T. ad eruendam veritatem, *ibidem*.
8 *Testis varius, & vacillans in eodem examine torquetur etiam non datis defensionibus, & declaratur dictum Bartoli* in l. unius 2. §. testes de quæstionibus.
9 *Testis varius ut torqueatur, plura requiruntur & decretum interponitur.*

1 SIcut metallum à terra foditur, & industris extrahitur, ita ab hominis corde eruitur veritas; quia homo malue ab adolescentia sua à veritate, quæ res bona est, sæpiùs discedit. Hinc quia, ut plurimum contingit, quod testis veritatem occultet, ideò ipsum torqueri convenit, & sicut aurum igne, ita veritas testis cruciatu, & lacrymis elaescat: quæ enim perturbationibus animi fiunt, dolore, iracundia, & metu, quia necessitatis vim hebent, fidem afferunt, & authoritatem, *tex. in capillis, qui* 5. *quæst.* 5. *glos. in l. edictum, in verb. efficacissima ff. de quæst.* Tortura tamen non indistinctè; sed quoties ille negat factum, de quo sciens apparet, vel in facto est varius, ex quo subornatus præsumitur, ut ex *tex. in l. unius*, §. *testes*, & ea *text. in l. ex libero ff. de quæst. Bart. in l.* 1. §. *qui quæstionem*, & in dicta *l. ex libero ff. de quæst.* Dom. Reg. Revert. *decis.* 234. *num.* 3. Et magis in specie in sequentibus casibus adhibenda est.

2 *PRIMO* casu si testis negat facto interfuisse, & de scientia aliunde convincitur, quinque tamen concurrentibus; *primo* constito de delicto in genere: nam sicuti eo non probato ad rei torturam procedi non potest, ita nec ad torturam testis: *secundo* si per alios testes veritas haberi non possit, quia tortura est remedium subsidiarium; *tertio* in eo crimine, in quo principalis torqueri potest, alio casu terreri, & carcere detineri potest; *quartò* datis defensionibus, ut post antiquiores Farinac. *q.* 39. *num.* 148. Guaz. *defens.* 19. *c.* 26. cum per alios testes probari possit, quod non interfuit, quod ea loci, & rei gestæ ratione videre nequivit: & testes contrà se deponentes ut inimicos repulsare valeat. Et quamvis Bartolus
in *l. unius* §. *testes num.* 1. *ff. de quæst.* ubi concivis
meus Mangrella, & Cons. de Bottis ad eundem Bart.
in *l. ex libero*, Boss. *in pract. tit. de tortura testium*,
num. 38. Clarus in *pract. q.* 25. *num.* 20. & Dom.
Reg. Sanfel. *decis.* 24. contrarium teneant, ea ratione, quia daretur occasio publicandi processum, &
occultandi veritatem, cum testes de facili partium
potentia se occultarent, sive depositiones jam factas
aliquo modo debilitarent, & processus informativus
3 destrueretur, eorum tamen opinio procedit in criminibus atrocioribus, & in Judice procedente delegato
a Principe, sicut procedit M. C. ex ipsius præeminentia, quàm in dictis criminibus Proreg, & Regium
Collaterale Consilium concedere solet Commissariis
destinatis ad capiendas informationes, & aliquando
provisiones expediuntur dictam præeminentiam conti-
4 nentes, quoad testes tantùm: *quarto* tandèm, ut
constet de delicto in genere, contra ipsum testem de
dicta veritatis occultatione, & erit ipsius testis depositio, in qua constet, quod interrogatus de facto negaverit, & si veritatem tacet pretio corruptus,
delictum in genere de hac circumstantia probabitur informatione, examinando testes de receptione,
vel pecuniæ promissione, & alterius suggestione, &
seductione, oportet examinare testes de verbis di-
5 ctam seductionem inducentibus, ut enim torqueatur,
convincitur etiam unico teste, dummodo sit omni exceptione major, seu dignior, quàm torquendus,
Bart. in *d.* §. *testes*, Follerius *tit. capiatur infor. num.*
38. Clarus §. *falsum*, *vers. convincitur*, Bajard. ad
Clar. *q.* 25. *num.* 3. Cavale. *de Brachio Regio p.* 4.
num. 166. Guazz. *defens.* 19. *cap.* 3. dummodo agatur
de indicio proximo, & non de remoto: quo casu duo
requiruntur, ut si extrajudicialiter fuerit confessus,
quod facto interfuit, Bossius *de tortura testium*, *nu.*
6 1. Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 86. *num.* 14. cum omne indicium debeat probari per duos testes contestes,
Glossa in *l. fin. C. famil. ercisc. in verb. Indicijs*, &
in auth. de testam. imperf. in verb. Derelinquant,
Cabball. *cas.* 200. *num.* 129. concivis meus Troysius
sup. pragm. innolevit tit. ut nullus de persona, *&c.*
nu. 36. plures referens, si tamen testes in pari dignitate sunt, utrumque dictum non valet, Bertazz. *cons.*
210. Guazz. *in d. cap.* 3.
7 *SECUNDO* casu si facto interfuisse fatetur, & delinquens propalare, ac factum recensere recusat: nam
uti verisimiliter informatus, nisi rationabilem suæ
ignorantiæ causam alleget, veluti si in delicto noctu
perpatrato dicat, se neminem vidisse, aut cognovisse, torquendus est, quamvis etiam hoc casu DD. non
sunt concordes; nam quidam dicunt, ut præ cæteris
Bajardus ad Clarum *quæst.* 25. *num.* 34. quod sola assistentia pro tortura non sit sufficiens, ibi: *potest esse
enim, quod unus sit separatus ab alio*, Farinac. *q.*
79. *num.* 18. & Guaz. *d. defensa cap.* 4. *nu.* 3. undè
ultrà assistentiam testes variationem super vacillationem desiderant, ex glossa in *l. unius*, §. *ex ea causa*,
ff. de quæst. in verb. Cum facto, & quod non sit necessaria vacillatio, sed præsentia ipsa sufficiat, tenet
Bertazz. *cons.* 153. & 161. Gaspar filius *lit. A.* Thesaur. *dec.* 47. Scaccia *in tract. crim. l.* 1. *cap.* 86. *num.*
14. Ego verò arbitror, quòd si testis justam excusationem non probaverit, & in processu constet, quòd
verisimiliter scire potuerit, torquendus sit. Eo magis, quia tortura testibus noviter adhibetur, & in
primo, atque in hoc secundo casu decretum concipitur; *Die*, *&c. facto verbo in M. C. fuit provisum*,
quod T. de T. torqueatur ad eruendam veritatem.
8 *TERTIO* casu, quoties testis varior est, & vacillans
in eodem examine adest Capitulum Regni 147. & fatentur Carav. *ritu* 79. *num.* 14. Anton. Gomez. *variar. resol. tom.* 3. *tit. de tortura reorum*, *nu.* 29. Ricci
decis. 148. *par.* 1. de Angelis ad Foll. *tit. Capiat informationem*, *num.* 79. 77. & 78. nàm testis licèt dictum
corrigere possit, correctio tamèn etiam incontinenti
non admittitur, nisi ad minus erroris causam alleget,
& talem quæ Judici justa videatur, alioquin tamquam
suspectus torqueri potest, uti probat Farinac. *quæst.*
66. *num.* 241. 242. 243. & 244. & in hoc casu tortura quoque procedit non data repertorum copia, nec
datis defensionibus, juxta relatam Doctorum opi-

nio-

nioneus, quem sequitur Dom. Reg. Sanfel. *in d. decis.* 24. ea ratione, quia ex ore proprio colliguntur indicia, idest varietas, vacillatio, sive mendacium, quæ non considerantur in alio casu, ubi aliunde fiscus habet probationem, & indicia, *&* in supradicto casu propriè loquutus est Bart. *in d. §. testes*, ut ex illius verbis colligo, ibi; *Quædam sunt indicia, quæ comprehenduntur ex dictis*. Cæterum hæc requisita concurrere debent, *primò*, ut appareat in scriptis de dicta variatione, & vacillatione, de Nigris *in cap. num.* 9. Bajard. ad Clarum *quæst.* 25. *nu.* 13. & Guazz. *d. defensa* 2. 2. *num.* 5. alios referent, & erit delictum in genere, & in specie contra testem; *secundò*, ut constet corpus delicti, de quo interrogatur: *tertiò*, quod crimen sit tale, pro quo Reus principalis esset torquendus: *quartò*, quod per alios testes veritas haberi non possit; *quintò*, quod varietas, & vacillatio sit in facto principali, vel circa ejus circumstantias substantiales, Bossius *ubi supra num.* 29. *&* 30. Mascard. *de prob. conclus.* 743. Burs. *cons.* 40. *num.* 11. *vol.* 4. Bajard. ad Clarum *cit. loco*. Circumstantiæ enim substantiales considerantur circa tempus, & locum, Farinac. *quæst.* 29. *num.* 14. circa consanguinitatem, & affinitatem, Bertazz. *cons.* 40. *vol.* 1. aut circa formalitatem verborum, quæ crimen constituunt, Guazz. *d. defensa cap.* 2. *num.* 38. & ut idem testis fateatur se facto interfuisse, juxtà text. *in l. unius*, *§. testes*, *ff. de quæst.* juncta Glossa *in verb. cum facto*, Farinac. *quæst.* 66. *num.* 113. *& quæst.* 79. *num.* 2. Guazz. *d. defensa cap.* 2. *num.* 5. *& cap.* 4. *nu.* 3. quamvis de hoc requisito dubitet idem Farinac. *d. quæst.* 79. *num.* 13. quia si cum vacillatione requireretur præsentia, nihil operaretur vacillatio, quando sola præsentia in facto sufficit, ut consuluit Bertazz. *cons.* 153. & cit *decis.* dicti Thesauri. Alia requisita recenset Farinac. in *d. quæst.* Guazz. *d. defensa.* 19. *cap.* 1. & præcipue, quod reus prius examinari debet, quod intellige, ut examinetur non uti reus, sed ad investigandam veritatem, alioquin dictum non procedit: nam ut reus de crimine interrogetur super crimine, valida indicia præcedere debent; ut in Decreto *Scribatur* probavi, & hic allego P. Lessium *de just. & jur. tit. de judice*, *dubit.* 16. *num.* 148. *in fine*: quæ indicia ex testibus negantibus ut plurimum extorquentur; & in hoc tertio casu Decretum interponitur, *Die*, *&c. facto verbo fuit provisum*, *quod torqueatur Talis de Tale ad videndum*, *in quo dicto persistat*.

9 *QUARTO CASU* si varius sit, non tamen in eodem examine; ut purà si unum in una depositione, contrarium in repetitione affirmat: nàm recepta secunda depositione, in qua primam revocavit (non datis defensionibus, ratione, de qua supra torqueatur), 10 ac Decretum interponitur; *Die*, *&c. facto verbo fuit provisum*, *quòd torqueatur Talis de Tale ad videndum*, *seu ad declarandum*, *quænam ex duabus depositionibus sponte factis sit vera*: de quo decreto est decisio D. Reg. Sanfel. 148. & testatur Julius Clar. *quæst.* 53. *num.* 15. *vers. In hoc tamen Ducatu*, sed secundùm consilium Bertaz. *cap.* 53. *nu.* 7. 11 & Menoch. *de arbitr. casu* 108. ibi citatum, si testis a primo dicto recedit justa, & probata causa, non torquetur; casus enim contingere potest, quod testis post primam depositionem ex novo facto veritatis notitiam habeat, & multùm in hujusmodi revocationibus Judicis arbitrio esse tribuendum dicit Clarus *d. num. vers. Ego etiam puto*, & ibi *Ref. lit.* C. præsertim, si aliqua subornationis suspicio subesset, Quare si depositionem revocat, & in processu constat, quod fuerit cum parte alloquutus, ex quo subornatus præsumitur, statur primo dicto, & non torquetur ad videndum quænam ex duabus depositionibus, &c. sed 12 decretum interponitur: *Quod torqueatur ad declarandum*, *a quo fuit corruptus*, Guazz. *defensa* 19. *cap.* 2. *num.* 15. maximè, si est familiaris, vel amicus. Hinc etiam testis, vel a Judice vocatus pro repetitione, vel sponte in judicio compareat, & pro exoneratione conscientiæ, contrarium testatur, de quo in primo examine, & quòad ità deponendum fuit ab aliquo seductus, practica est, ut examinetur, tanquàm principalis in se, & testis quoad alios: & de- 13 cretum interponitur: *Die*, *&c. facto verbo fuit provisum*, *quòd Tales de Tale principalis quoad se*, *& testis*, *quoad alios torqueatur ad videndum*, *quænam ex duabus depositionibus sponte factis sit vera*: & actu torturæ expleto, in quo depositionem contrariam primæ convalidat, aliud interponitur decretum, videlicèt, *Quod torqueatur ad convalidandam ejus depositionem sponte factam in caput sociorum tantùm*, *nec aliter*, *nec alio modo*. Et si nominatus est præsens (quia carceratus) in actu torturæ introducitur, ut in ejus faciem juret: si vero est absens, citatur ad videndum juramentum, juxtà tradita a D. Reg. Rovito *in prag.* 1. *de persequendis malefact. num.* 11. & D. Reg. Sanfel. *decis.* 37.

14 *QUINTO CASU*, quoties unum extra judicium, & contrarium in judicio fatetur, Alex. *cons.* 63. *lib.* 1. Cravet. *cons.* 75. *num.* 30. Cæpol. *cons.* 60. *num.* 8. Julius Clarus *quæst.* 25. *num.* 8. *& quæst.* 53. *num.* 11. *vers. & ideò poterit testis torqueri*. Farinac. *quæst.* 66. *num.* 106. ubi more suo Doctores congerit, & de communiori testatur, quod affirmo, quando primum dictum est juramento firmatum; quamvis enim secundum dictum sit judiciale, & extrajudiciale præsumitur ad patris complacentiam, fides tamen testis per primum diminuta redditur, ut communiter Doctores: & sicut extrajudicialis confessio contra reum facit indicium ad torturam, ità & contra testem respectu sui dicti, idcircò torqueri potest.

15 *SEXTU CASU* si unum in judicio, & contrarium extra judicium affirmat, ut per Farinac. *in d. quæst. num.* 22. Cravetta *cons.* 74. *num.* 6. confert. *text. in cap. sicut nobis extrà de testibus*, ubi ex dicto testis extrà judicium affirmantis non verùm testimonium tulisse, inquiritur contra eum de falsitate; item quia nulli dubium, quòd plus probat depositio, quæ nihil habet contrarietatis, quàm ea, quæ habet contrarietatem, ut *extrà de testibus cogend. cap. prætereà*, & patet ad sensum: ideò testis torqueri debet, & maximè si Judex ex dicto testimonio ad pœnam corporalem devenire velit; in criminalibus enim probationes luce meridiana clariores esse debent.

16 *SEPTIMO CASU* testis, qui sponte, idest non vocatus ad testimonium accedit, tanquam de falso suspectus est Bart. *in d. l. ex libero*, Tob. *quæst.* 9. *cons.* 99. Ruin. *cons.* 47. *num.* 5. *lib.* 5. Additionator ad Clarum *quæst.* 25. *lit.* E. Guaz. *defensa* 19. *cap.* 6. confert. *text. in cap. illi qui* 5. *quæst.* 5. Concivis tamen meus Mangrell. ad Bart. *in l.* 1. *§. item Cornelio*, *eod. tit.* dictum restringit contra testem vilem, & Consil. de Bottis ad Bart. *in d. l. ex libero*, quoties prædictum testimonium aliis non coadjuvetur indiciis, & pro hoc ultimo facit dictum Gram. *cons.* 21. *num.* 6. ubi si testis absque interrogatione nominet alios, non statur ejus dicto, nisi alia præcedant indicia contra nominatos.

17 Item & generalitèr, ubi testis de facto informatus apparet, & veritatem tacet, quæ scientiæ probatio Judicis arbitrio remittitur, Bovadilla *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 76. Claudius Bertazz. *ad Cons. Patris* 153. *lit. A. in fine*. Guazz. *defensa* 19. *cap.* 1. *nu.* 8. ubi testatur, quod indicia contra testes non requiruntur ità stricta, prout contra reos, si ex Farinac. *quæst.* 99. *num.* 75. dixit, quòd indicia erunt variationes, vacillationes, verisimilitudo, & mendacium: vel si de facto verisimilitèr scientiam habere potest, ut vi- 18 cinus, qui crimen in eodem vicino scire præsumitur, tenent Foller. *tit. capiatur informatio num.* 35. Brun. *de indiciis*, *& tort. quæst.* 4. 2. *par. num.* 14. Gram. *vot.* 31. *num.* 21. Guazz. *d. defensa. cap.* 8. qui dictum declarat procedere in facto frequentato, & successivo, quando videlicèt agitur de probando quem usurarium, vel blasphematorem, sivè concubinarium, &c. secus in facto momentaneo, & quod vicinis occultum esse potest, Hond. *cons.* 69. *num.* 36. *lib.* 2. & 19 uti domesticus, seù familiaris de crimine domi commisso, propter præsumptam notitiam, & quia hæc tortura levis est. In casu vero, quo torquendus est, tanquam principalis Farinac. *quæst.* 25. *num.* 7. ità distinguit, aut crimen ab aliquo alio committi potuit, aut a domesticis. *Primo casu*, quòd nullo pacto torqueri potest, nisi sit malæ famæ, aut aliqua alia præsumptio, seu indicium concurrat loco malæ famæ.

Secun-

Secundo casu, quod torqueri potest, etiam si sit bonæ famæ, & in hoc loquitur *text. in l. dominus horreorum 57. ff. locati*, ubi effractis horreis eorum dominus non tenetur, nisi in custodiam resepit, verum servi propter ædificiorum notitiam in quæstionem peti possunt; recentissima enim praxis ad Judicis arbi-
20 trium hæc omnia remittit, qui attenta qualitate personæ, si nobilis, aùt vilis, & criminis gravitate, aùt stricto carcere testes detinet, aut aliquo rigore interrogat, aut carceratos de una Civitate ad aliam exportat, aut enunciatis requisitis moderatè torqueat, & si testis a primo, & secundo dicto recedat, tertio, in tortura emanato statur, Guazzin. *d. defensu c.* ta.
21 Dom. Ric. *decis.* 119. *part.* 4. etenim tortura variationis, & contradictionis vitium purgat, & in ea dictum pro veritate habetur, Dom. Rice. *decis.* 73. *num.* 2. *part.* 1. & Doctores cumulat Farinac. *quæst.* 40. *num.* 1. Testis itàqoe tanto magis per torturam fides augetur, Gramm. *cons.* 50. *num.* 3. quia tortura est loco testis idonei, Drogh. ad Clarum *quæst.* 13. *n.* 18. Aimon. *cons.* 13. *num.* 4. ac in tortura dictum ratificatione non indiget, D. Reg. Sansel. *decis.* 24. De vario vero, & contrario teste, loquitur *text. in cap. licet causam, extra de probat. tex. in l. eot. qui, ff. ad l. Cornel. de falsis, l. 2. ff. de testib.* & ot tenet
22 D. Rice. *decis.* 148. *num.* 1. is dicitur, qui vel contraria deponit, sive in eodem examine, sive in diversis, vel primo per verbum credo, & postcà assertivè testificatur, vel primo se nihil scire ait, postea de facti veritate deponit; vel primo testimonium affert, deinde, se ita deposuisse negat; vel quod extra judicium affirmat, postmodùm contrarium in judicio, vel aliud in judicio, & deindè illud idem revocat extra; & ego cum P. Baptista Fragoso *de regimine Republicæ part. 1. lib. 5. de testibus contrariis disput.* 13. *num.* 94. dico, quod varius atque vacillans dicitur, qui suo proprio motu, & actu, eodemque tempore suum variat testimonium, seù diversimodè loquitur, contrarius verò, qui unum primo dicit, & aliud diverso tempore tenacitèr affirmat. Hinc testis si una vice per verbum credo, alia per verbum assertivum, & diverso tempore deponit, non torquetur, cum hodie rectè unum credere possim, deindè ad aliquot dies, menses, & annos, melius informatus, aliud, & sic contrarium deponere, ubi tamen causam novæ credulitatis allegat, ut latè probat Tyndarus *de testib. cap.* 5. Si vero dicat, non ità deposuisse, prout a Notario reperitur scriptum, & hoc casu aùt agitur de falso, ut puniatur testis, aùt Notarius, & neutri creditur, Clar. *in*
23 *§. falsum, vers. pone testes & in quæst.* 53. *n.* 17. Alex. *cons.* 74. *num.* 2. Gram. *cons.* 66. *n.* 1. *& decis.* 60. *num.* 18. quod intellige ad condemnandum, non autem ad inquirendum, vel torquendum, concorrente dicti verisimilitudine, & bona fama Notarii juxta notata a Follerio *in rubrica, & demum reputantur testes Curia num.* 16. & a Capyc. *in decis.* 94. *in fine*; aut agitur de validitate dicti, & cui credendum, & si est bonæ famæ Notarius, ei creditur, quia Notarius, uti persona publica, & quia juravit officium legaliter exercere, duorum testium vicem obtinet, Crav. *cons.* 74. *num.* 3. Clar. *d. quæst.* 13. Papiensis *tit.* 10. *glos.* 7. *num.* 4. ac alii ibi relati. Verum si vel omnes plures testes ità convenirent, testibus, & non Notario credendum est, Alex. *cons.* 65. *num.* 6. & ibi Nacta *lit. B.* Cravett. *cons.* 74. *num.* 3. Mansuet. ad Papiensem *tit.* 27. *glossa fuerunt* 6. *lit. A.* si signo ✠ sunt subscripti.
24 Si verò testis ad interrogata respondere nolit, torquetur ad congruè respondendum, Cavalcan. *de Brachio Regio part.* 3. *num.* 62. Scacc. *de jud. quæst.* 86. *num.* 14. Guazzin. *defensu* 19. *cap.* 7. *num.* 7. & ut sustineatur decretum tria præcedere debent, primum ut Judex juridicè interroget, v3. in casu quo testis de facto verisimiliter est informatus; secundum, ut principalis pro crimine torqueri possit; tertium, ut præcedant tres monitiones, sive præcepta ad congruè respondendum, & apparere debent in actis, quæ fiunt cum comminatione torturæ, ut notat Troylius concivis meus *super prag. Inolevit, tit. ut nullus de persona detineatur num.* 38. & apparere debent in actis, ut quoque, appareat de testis contumacia, & inobedientia, ac de Judicis benignitate: hoc decretum etiam contra principalem interponitur, si respondere congruè nolit, Foller. *in rub. & si confitebuntur 3. partis num* 4. Capyc. *decis.* 145. qui fatentur indiciorum præcedentiam non requiri, & confessionem tali modo extortam ad condemnandum validam esse, ea ratione, quia tortura prædicto casu non infertur ad eruendam confessionem, sed propter contemptùm Judicis, cui omnes obedire tenentur, *cap. 2. de obedientia*. verùm Guazzin. *defensu* 20. *cap.* 16. *num.* 7. & Julius Clarus *quæst.* 45. *vers. Sed pone, circa finem*, tenent, quod Reus cogi non potest ad præcisè, & congruè respondendum, nisi ad interrogandum legitima præcedant indicia, ea ratione, ut cogito, quia tunc Judex verè superior est, & justè præcipit. Quarè, ut hæc contra
25 dictio evitetur, adverto quod reus dupliciter interrogari potest, aùt uti reus cum juramento, & particula *monitus* de delicto, ad finem contestandi litem, aut sine juramento, non uti reus, sed aliquo modo ad detegendam veritatem, puta interrogatur de nomine, cognomine, exercitio, carcerationis causa, ac de aliis; De primo modo loquitur Scaccia *de judiciis cap.* 58. *num.* 8. *cap.* 84. *num.* 6. *cap.* 86. *num.* 38. 39. *&* 40. & in hoc primo modo requiruntur legitima indicia cum per rei interrogationem, & responsionem inducatur litis contestatio, ejusque nomen recipiatur inter reos, & indicia potius graviora requiruntur, quam debiliora indicia, quæ requiruntur ad citationem, ut per eundem Scaccia. De secundo modo adest consuetudo, de qua etiam testatur Dom. Reg. Cacace *in allegat.* quam fecit pro Auditoribus Regiæ Audientiæ Capitanatæ, qui quemdam minurem juvenem condemnaverunt ad mortem, uti confessum de incessu per Campaneam, quamquam confessioni non præcedebant indicia: & in hoc secundo casu non requiruntur indicia, idest dicta pleniora indicia, & sufficit aliqua suspicio; imò ex dicta renitentia, & taciturnitate contra illum non levis oritur suspicio, ex quo dolosus contumax dicitur, juxta glos. *in l. quamdiu ff. de acquir. hered.* & reos arguitur de delicto per *cap. qui tacet, de reg. jur. in 6. & cap. per causam de offic. deleg.* Brutus *de indiciis, & tortura par.* 2. *quæst.* 8. *num.* 4. & probat Cavalcan. *de Brachio Regio par.* 3. *num.* 65. ubi quod hæc suspicio sufficiens est, ut torqueri possit: dicta igitur Foller., & Capycii procedunt, si reus secundo modo interrogetur. Demum pro Decreti practica dico, quod aùt præcedunt aut non præcedunt legitima indicia. Si Curia nescit nomen rei, & illud quoque reus tacet, tunc præcedentibus dictis tribus monitionibus, decretum
26 interponitur, *Quod torqueatur ad congruè respondendum*. Si Curia scit nomen rei, quamvis illud reus taceat, tunc non torquetur, sed reo fiunt tria præcepta, ut respondeat cum comminatione, quod alioquin providebitur, quod depositio habeatur pro recepta, & in ultimo præcepto interrogatur reus de delicto cum particula *Monitus*, & Decretum concipitur; *Die, &c. facto verbo, &c. ex quo Talis de Tale interrogatus, & monitus congruè respondere noluit, habeatur, prout præsenti decreto habetur ejus depositio pro recepta, prout deterius*: & intimato dicto decreto eodem die contestatur lis, & actus expletur cum repetitione dictorum præceptorum, & in ultimo dicitur, *Habeatur lis pro legitimè contestata, prout ità fuit habita, ex quo fuit provisum, quod habeatur ejus depositio pro recepta*, & in casu, quo reus mutat sibi nomen, sed illud Curia habet liqui-
27 datum per testes, practica est, ut *primo* dicti testes deponant, qualiter dictus Talis de Tale, prout ad præsens se vocari dicit, per prius vocabatur Talis de Tale; & tanquàm T. de T. habuerunt in practica, & jurent in faciem dicti rei: *Secundo*, ut fiant dicta tria præcepta ad congruè respondendum, seu monitiones, quare non vocatur T. de T. *Tertio* ut interrogetur cum particula *Monitus*, quare non vocatur T. de T. prout Curiæ constat, & ab omnibus est vocatus, & non ut ad præsens vocatur. *Quarto* ut contestetur lis sub nomine, quo a testibus est vocatus, & ad majorem declarationem præceptorum formulas

hic referre libet. Et in *primo casu* quo testis respon-
28 dere recusat, & suum nomen taceat, hæc est formula, quæ coram Judice expletur a Scriba causæ, & in actis redigitur. *Die, &c. ed essendo stato da me sottoscritto Attuario asportato T. de T. avanti delli Signori Giudici per volerlo esaminare, ed interrogato sopra lo fatto succeduto, dixit, &c. & monitus, voglia congruamente rispondere, e dire il suo nome, cognome, patria, esercizio, e come passò, v. g. l'omicidio commesso in persona di T. de T. da chi, quando, dove in che modo, con che armi, e perchè causa, del quale fatto costa, che ne stia informata, altremente non rispondendo congruamente, se li darà lo corda*. Et ita interrogatus secunda, & tertia vice, quæ interrogatoria monitiones, seù præcepta dicuntur; *in secundo casu*, quando principalis respondere nolit, & Curia quoque nescit suum nomen, ut quia caterus: *Si dice essendo stato da me sottoscritto Attuario asportato un' Uomo di capillatura, &c. con barba, o senza che dimostra d' età, &c. inquisito v. g. nell' omicidio, &c. e dettoli, che voglia congruamente rispondere, e dire il suo nome, cognome, patrio, esercizio, e come passa l'omicidio, &c. altrimente non rispondendo congruamente, e' averà la sua deposizione per ricevuta allo peggio*. Ita interrogatur secunda vice, & tertia cum particula *Monitus*, videlices: *Et monitus dicere veritatem: S'è vero, che il tale giorno, mese, ed anno, nel tale luogo esse depositante ammazzò, & dixit, &c.* Et dictis interrogationibu factis interponitur dictum Decretum. Verum si des delicto est convictus per testium confrontationem, meo judicio non torquetur ad congrue respondendum, cum constet de identitate personæ, juxta text. *in l. certum 6. ff. de rebus creditis*. *In tertio casu*, quando reus noluit congrue respondere, Curia tamen scit suum nomen, fiunt dicta tria præcepta, & non torquetur, sed Decretum interponitur: *Ex quo T. de T. congruè respondere noluit, habeatur, prout præsenti decreto habetur, ejus depositio pro recepta, prout deterius*: (& contestatur lis hoc modo). *Constitutus Talis de Tale principalis inquisitus animo contestandi litem, & ipsi litem contestando solutis vinculis, & in libertatem positus interrogatus super ejus inquisitione, seu monitionibus sibi factis, quæ incipiunt, &c. & unaquaque incipit: &c. & finit: Altrimente la sua deposizione s'averà per ricevuta, ed essa per convinta, a confesse alla peggio, quibus monitionibus sibi lectis de verbo ad verbum, ex quo noluit respondere, fuit habita lis pro legitimè contestata, quia fuit provisum, quod habeatur ejus depositio pro recepta, & proinde datus terminus dierum tot ad se defendendum, & Fisco ad impinguandum. &c.*

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

CAP. II.

De Decretis: *Torqueatur &c.*

SUMMARIUM.

1 *Torturo inferri non potest in pœnis pecuniariis, ubi imponitur pena triremium, nec quando non est contestata lis, & datis defensionibus.*
2 *Torturam dare non potest Curia Baronalis ex processu informativo absque dispensatione Proregis.*
3 *Tortura inferri non potest, nisi constet de delicto in genere, & nisi lis sit cum Reo contestata, & assignatur ratio.*
4 *Torqueri non possunt Testes, nisi adsint indicia ad torturam.*
5 *Examinatus uti Principalis in se, & Testes quoad alios torqueri non potest tamquam Testis, nisi datis defensionibus, & copiis inditiorum cum limitationibus, & advertimentis, & assignatur ratio.*
6 *Testis varius quis sit?*
7 *Formula Decreti, quod* Torqueatur ad declarandum, quæ ex duabus depositionibus vera sit?
8 *Formula Decreti*; Torqueatur ad convalidandam depositionem in cap. sociorum, *cum advertimentis*.

1 ADvertendum est Torturam non inferri in pœnis pecuniariis: Scialoya *in praxi torquendi cap. 1. n. 26.*

Et in Regno neque potest torqueri in delicto, de quo non est legitimè convictus, & veniret puniendus pœna relegationis, vel infra. Idem Scialoya *cap. 1. n. 22. in fin.*

2 Et tortura nec Potest inferri quando ex delicto veniret imponenda pœna triremium, vel infra. Idem Scialoya *in praxi torquendi c. 6.*

Et Curiæ Baronales non possunt torquere Reos ex processu informativo sine dispensatione Proregis etiam in delictis gravibus.

Quia hanc præeminentiam torquendi Reos Ex processu informativo non datis defensionibus spectet solum ad M. C. V. & Regias Audientias Provinciales in delictis gravibus. Idem Scialoya *d. cap. 6.* ubi ampliat & limitat multos casus.

3 Tortura Testibus inferri non potest, nisi constet de delicto in genere.

Et nisi lis sit cum principali Reo contestata.

Et ratio est, quia contestata lite, si reus ipse fatetur delictum, necessaria non est tortura contra Testes.

4 Et requiritur, quod adsint indicia ad torturam contra reum, alias Testes torqueri non possunt. Scialoya in *cap. 4 Prax. torquendi reos*, ubi tangit nonnullas fallentias.

5 Examinatus uti principalis in se, & testis quoad alios, si negat, torqueri non potest tamquam testis, nisi datis defensionibus, & copiis indiciorum.

Sed si fateatur delictum contra se, & contra alios tunc potest torqueri, uti Testis ad convalidandum dictum suum contra consocium nominatum non datis defensionibus, nec data copia repertorum, Scialoya *cap. 14. in Praxi torquendi reos n. 71.*

Advertas tamen, quod dicta tortura potest dari testi ad convalidandum dictum contra consocium non datis defensionibus, nec copia repertorum, vel antequam ipsi reo datus sit terminus, vel post terminum, compilato processu potest torqueri ad convalidandam confessionem contra socium nominatum, ut concludit Scialoya *in Prax. torquendi reos n. 77.*

Et assignat rationem quia pendente termino, officium Judicis conquiescit, & pendente dilatione, quod a Judice fit, ipso jure est nullum, & dicitur *attentatum*.

Et Franciscus Broja *in sua prax. criminal. cap. 17. num. 45. fol. 412.* ponit formulam Decreti, & actus torturæ, postquam causa est posita in expeditione, ubi vides formulas, quando casus occurrit.

Advertas demum, quod

6 Testis varius is dicitur, qui vacillans eodem tempore diversimodè deponit.

7 Testis vero contrarius est ille, qui unum primo deponit, aliud diverso tempore affirmat in repetitione, quidquid alii tradunt, ut concludit *Dom. Scoppa ad Nicolinum in praxi criminali ad nu. 265. ubi in additione ad n. 267.* concludit formulam Decreti v3.

8 Die, &c.

Facto verbo fuit provisum, quod torqueatur T. de T. ad videndum, seu ad declarandum, quænam ex duabus depositionibus sponte factis vera sit.

Quæ ea formula desumitur ex *Sanfelic. d. 248.*

Et quando esaminatur tanquam principalis in se, & testis quoad alios, formula erit, v3.

Die, &c.

Fuit provisum, quod Talis de T. Principalis torqueatur ad videndum, quænam ex duabus depositionibus sponte factis sit vera.

Et si in tortura secundam depositionem contrariam

primæ

primæ convalidat, interponitur aliud Decretum vz.
9 Torquatus ad convalidandam ejus depositionem sponte factam in caput sociorum, nec aliter, nec alio modo.

Ubi si nominatus est carceratus, introducitur in actu torturæ, ut in ejus faciem juret.

Si vero est absens, citatus ad videndum juramentum, juxta tradita a nostro Auctore hic *num.* 13. & Reg. Rovit. *in prag.* 1. *de perseq.* Mostes. *num.* 11. & Sanfel. *decis.* 37. *Ita* Scoppa, *ut supra*, & *de tortura vide in cap.* 8.

Leonardus Riccius.

CAPUT TERTIUM.

De Decretis, quorum I. Scribatur. II. Scribatur, & habilitetur domi, *aut* per Palatium. III. Ut per dies tot non visitetur. IV. Quod consignetur ad omnem ordinem M. C. Vicariæ. V. Licentietur, *vel* Excarceretur; *Ac de cæteris quæ* in Visitatione, *ut ferè dicitur* de non scripto *interponuntur.*

SUMMARIUM.

1 *Homo ob crimen libertatem amittit.*
2 *Captura quando dicatur justa*, & *n.* 6. & 7.
3 *Tria in bonis corporis considerantur.*
4 *Textus in l.* 1. & 3. Cod. de exhibendis reis, *in pluribus limitatur.*
5 *Inservientes Curiæ sine Judicis mandato homines arma deferentes*, & *in flagranti rixas facientes capere possunt.*
8 *Judex inordinatè procedendo peccat.*
9 *Indicia qualia pro captura esse debent*, & *numer.* 10.
11 *Captura Judicis arbitraria est*, & *etiam ex levi suspicione procedit.*
12 *Captura quando locum habeat: Authoris opinio ponitur*, & *nu.* 13. & 14.
15 *Carcer cruciatus locus dicitur.*
16 *Carcer quarè inventus*, & *n.* 18.
17 *Carcer dicitur omnis locus, a quo aliquis exire prohibetur.*
19 *Carcer diminuit quando cum pœna compensatur.*
20 *Carcer perpetuus morti æquiparatur.*
21 *In arbitrariis Nobiles mitius puniuntur.*
22 *Judex in arbitrariis minorem pœnam eligere debet.*
23 *Carcer locus sanctus dicitur. atque thesaurus vocatur.*
24 *Carceratus est ab omni molestia tutus.*
25 *Carceratum offendens gravius punitur*, & *decisiones recenseatur. Item exemplis confirmatur*, *numer.* 26.
27 *Meretricem cognoscens in carcere punitur.*
28 *Carcerarius si meretricem cognoscit in carcere, gravius punitur.*
29 *Carceris effractores*, & *qua pœna puniantur? Expenditur text. in l.* 1. ff. de effractoribus; & *referuntur Doctorum opiniones*, & *n.* 30.
31 *Tex. in l.* 10 eos 13. ff. de custodia, & exhibitione reorum *declaratur.*
32 *Decisio D. Reg. Sanfel.* 47. *declaratur.*
33 *Eximens captum a manu Curiæ qua pœna puniatur*, & *recensetur casus tempore Ill. D. Petri de Toleta Vice Reg. ac alia decis. M. C. numer.* 36.
34 *Impediens nè à* Curia *capiatur puniendus est*, & *num.* 35.
37 *Familia* Curia *si resistentem vulnerat, vel occidit, an teneatur.*
38 *Forjudicatus post capturam a nemine occidi potest.*
39 *Constitutio:* Pœna eorum, *quæ est in contrarium, declaratur.*
40 *Carceris custos, seu Commentariensis diligentissimus esse debet.*
41 *Commentariensis pro culpa, quanam pœna sit puniendus? Adducitur* textus in l. final. ff. de custodia, & exhibitione reorum, & in l. ad commentariensem C. eodem: *ac Regni constitutio:* Custodes, *cum decisione.*
42 *Practica M. C. scribendi carceratos*, & *doctrina, in qua fundatur Decretum*: Scribatur, & *num.* 46.
44 *Reus sine indiciis interrogari non potest, de ratione*, & *num.* 44.
45 *Quænam, quot sunt, quæ aperiunt viam Inquisitioni.*
46 Decretum: *Quod consignetur ad omnem ordinem Magnæ Curiæ Vicariæ*; ibidem.

1 Quamvis homo membrorum suorum liberum
habeat usum, ipsamet natura, ac Dei permis-
sione, qui hominem reliquit in manu Consi-
lii sui, *Eccles.* 15. *num.* 14. delinquendo tamen hanc
libertatem amittit, capitur, ligatur, & in carcere
detinetur, Sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 65. *art.* 3.
meritò ante explicationem decreti, *Scribatur*, quod
contra carceratum interponitur, de captura, carce-
2 re, & carceris custode agendum est. Captura, ut ju-
stè dicatur facta, tria requiruntur.
3 *PRIMUM*, ut Judicis ordo præcedat; quoniam
in bonis corporis tria per ordinem considerantur, *pri-
mum*, ejus integritas, cui per occisionem, ac mu-
tilationem nocetur; *secundum* sensualis delectatio,
ac voluptas, quæ per verberationem impeditur; *ter-
tium* membrorum usus, qui per carceres, perque
alia quæcumque ligamina cohibetur. *Primum* impe-
dimentum, seù noxa soli Reipublicæ reservatur. *Se-
cundum* tanquam levius parentibus, ac Dominis per-
mittitur. *Tertium*, uti medium ad primum, Reipu-
blicæ quoque deputatur, & per consequens Judici-
bus, per quos Respublica gubernatur, Magister So-
tus *de just.* & *jur. lib.* 5. *quæst.* 2. *artic.* 3. & decidit
4 *Text. in l.* 1. & 3. *C. de exhibendis reis*: quod requi-
situm in pluribus fallit, vz. in falsatore monetæ qui
sine Judicis mandato, & etiam a privata persona capi
potest, *l.* 2. *C. quando liceat unicuique*, & *l.* 1. *C. de
desertorib. lib.* 12. *c. capitalium*, *de pœnis*: in incen-
diario, *d. l.* & *l. qui ultima de pœnis*, in desertore
militiæ, *l.* 3. *de re militari*, & *d. l.* 1. *de desertori-
bus*, & *l.* 1. & 2. *C. quando liceat*; in agrorum depo-
pulatore, *d. l.* 1. *quando liceat*, & *l.* 2. *ff. arborum
furtim cæsarum*, in fure, populo acclamante, *l. nul-
la*, *C. de rapta virginum*, & *l. raptores*, *C. de Epi-
scopis*, & *Clericis*; ac demum in reperto in flagran-
ti crimine, *l. interdum*, *§. qui furem*, *ff. de furtis*, *cap.*
5. *de adulteriis*, Baldus *in cap.* 2. *§. si quis verò*, *de pace
juramento firmanda*, *nu.* 6. Bart. *in l. cum in*, *n.* 2. *ff.
ad l. Jul. peculatus*, Gomez. *tit. de captura reorum
cap.* 6. *num.* 3. Folles. *in tit. Item*, *quod fuit captus
in flagranti crimine num.* 5. Quod quidem ultimum
procedit in gravi crimine, secus in levi, quo casu
non est licitum privatis, sed Curiæ tantùm servien-
5 tibus. Et sic quotiescumque reperiuntur homines in
flagranti facientes rixas, vel portantes arma, a ser-
vientibus capi possunt, & ita observatur.
6 *SECUNDUM* requisitum, ut pœna criminis, pro
quo est capiendus, sit corporis afflictiva, Julius Cla-
rus *quæst.* 28. *num* 1. Guazzin. *defensu.* 5. *cap.* 5. *n.* 14.
Glossa *in cap. si Clericus*, *de sent. excom.* in figuratio-
ne casus; & in hoc Regno ita practicatur. Praxis
vero descendit *ex Capitulo Ab illa inchoandum*, *sub
tit. de inquisitionibus*, *ex Rita* 14. *ex Pragm.* 6. *de
officio Magistri Just.* & 6. *de meretricibus*, Et ubi
pro delicto, cujus pœna est ultra relegationem, de-
latus capi potest, alias est citandus: & ità ex nostris
testatur Dominus Reg. Rovitus *super pragm.* 1. *de cu-
stodia reorum*, *num.* 3. & *seq.* Petrus Piccolus *in d.
cap.* Scialoya *in praxi torquendi reos*, *cap.* 1. *an tor-
quendus capi possit*, *vel citandus.*
7 *TERTIUM*, ut legitima præcedant indicia, atque
processus, de Marsilius *in l. fin. de quæstionibus*, Clarus
quæst. 27. Guazz. *ubi supra*, Navarra *in rub. de ju-
diciis num.* 83. Bovadill. *lib.* 3. *cap.* 15. *tit. de la vi-
sita delle Carcer. num.* 86. Sanch. *cons. moral. lib.* 6. *cap.*
4. *dub.*

4. *dub.* 6. *cap.* 6. Ut honor conservetur, & nè bona
fama proximi lædatur, *Eccles. cap.* 41. *num.* 15. *&*
Proverb. cap. 22. *num.* 1. & continetur in octavo De-
calogi præcepto; requiritur processus, uti ex *textu*
in cap. placuit. & in *cap. si in tantum* 6. *quæst.* 1. &
in *cap. Inquisitionis de accusationibus*, ubi à Prælato,
etiam si tres testes de visu in secreto existunt,
quit inquiri non potest, si nulla infamia laboret: de
8 quo dicto rationem assignat idem Navarrus *d. rubr.*
num. 56. v3. quia longe utile est, ut conservetur fa-
ma Clerici, quam delictum puniatur: merito Judex
inordinatè procedendo peccat: quia inordinatè, idcir-
co injustè, idem *num.* 56. *vers. ex quibus infertur.*
9 Hæc autem indicia ad capturam esse debere quidam
Doctores existimant, ut Sebastianus de Neap. *in cap.*
Ab illo inchoandum num. 35. Jo: Antonius de Nigris
ibid. num. 5. Franc. Vivius *dec.* 121. Floridus Mau-
sonius *de contrabandis quæst.* 10. Gram. *cons.* 35. *nu.*
15. Foller. *in rubrica examinati liberentur sub fide-*
jussoribus num. 17. Dom. Reg. de Marin. *variar. juris*
lib. 3. *alleg.* 139. sed minore sufficere tenent *Caravitæ*
ritu 41. *num.* 7. de angelis ad Foller. *tit. Et nota-*
tos capiat de persona num. 7. ubi ex Menoch. *de*
arbitrar. quæst. 88. Anton. Scoppa *lib.* 5. *juris*
non scripti cap. 13. Ulpellio *cons.* 47. Ac alius
affirmat, quod Judex ex levissima suspicione ad ca-
10 pturam devenire potest, & Cons. Petra *d. ritu nu.* 4.
testatur, quod hodiernus usus capturam Judicis ar-
11 bitrio admittit, ut si timetur de fuga, aut crimen,
mortis pœnam meretur, Judex indicia ad torturam
expectare non debeat, quinimò isto casu sufficit, ut
sit extrajudicialitèr informatus, Bovadilla *lib.* 3. *cap.*
15. *tit. de la visita de carcer.*, *y. de lo criminal. n.* 85.
& lib. 5. *cap.* 3. *num.* 8. D. Reg. de Ponte *de Potest.*
Proreg. tit. 1. *num.* 19. concivis meus Mangrella *ri-*
tu 41. Farinac. *quæst.* 23. *num.* 130. ubi tria requirit,
primum, quod delictum sit enorme; *secundum*,
quod imputatus sit suspectus de fuga; *tertium*, quod
Judex sit securus, ut post capturam veniant indicia,
& *num.* 33. etiam dicit, quod capturæ materia Ju-
dici arbitraria est, attenta delicti qualitate, ac perso-
12 næ imputatæ. Quare dico, quod si crimen atrox
est, leviora indicia, quàm ad torturam sufficiunt,
quia minoris præjudicii est captura, quam tortura;
& reo carcerato, facilè Judex alia habere potest in-
dicia ad torturam sufficientia; & si hæc tandem de-
ficiant, provideri potest, ut consignetur, vel reus
habilitetur in forma; & ita fiscum aliquo modo cau-
tum reddit. Insuper in crimine, ex quo refulret in-
famia contra personam honestam, etiam practica est, ut
alio colore, & prætextu ad capturam Judex deveniat.
13 Cæterum si crimen mortis pœnam non continet, &
non timetur de fuga, ut ad capturam deveniatur, in-
dicia ad torturam requiruntur, alias frustra procede-
ret, cum carceratum fidejussoribus illico relaxare de-
beat, & in hoc casu procedit opinio contraria. Ve-
14 rùm si indicia ad torturam existunt, in ejus arbitrio
est aùt ad capturam procedere, aùt ad citationem,
15 ut post multos firmat D. Reg. *d. alleg. num.* 3. Ritè
igitur captus justè detinetur in carcere, qui crucia-
tus locus dicitur. *Job. cap.* 7. *vers.* 12. *Numquid ma-*
re ego sum, aut cetus, quia circumdedisti me carcere?
D. Ricc. *ad decis.* D. de Franch. 317. a quo loco in-
clusus exire prohibetur, quasi carcer a coercendo di-
ctus vel a careo, & cælo, uti locus carens cælo,
ejus aere, atque aspectu Solis Jucundissimo, sicut in-
geniosè indicat Consil. Petra *d. ritu.* 4. Fuit autem
carcer duplici causa inventus, ad custodiam nempè,
ut delatus de crimine auditus, digno supplicio puniatur,
vel ut maturius absolvatur, ex *Levitico* 24. ibi
Miseruntque eum in carcerem, donec nosset, quid
juberet Dominus: & decidit *textus in l. quæstionis*,
ff. de quæst. l. 1. *C. de custodia reorum*, *in l. aut dam-*
num, *§. solent ff. de pœnis*, *l. incredibile C. eodem*,
tenent Bovadilla *lib.* 3. *c.* 15. *tit. de la visita de Car-*
cer., *num.* 2. Avila *in c. præter* 18. Glos. *carcer. in*
princ. Grillandus *de relaxat. carcer. quæst.* 1. *num.* 4.
ad terrorem, & cautelam mali vitandi, sicut recen-
set Tit. Livius *Decade* 1. quod Ancus Martius, quia
16 homines in multitudine aucti, clandestina committe-
bant facinora, ad terrorem crescentis audaciæ in me-
dio Urbis carcerem posuit. S. Thomas 2. 2. *quæst.* 65.
art. 3. *post argumentum de carcere*, inquit, *Aut in pœ-*
nam, aut ad cautelam alicujus mali vitandi: & ità
comprobat mos: nam si aliqui rixantur, vel sunt in
aliqua discordia, & timetur aliquod inconveniens,
ad illud evitandum carcerantur, & si nobiles, & di-
vites sunt, domi, vel per Civitatem cum mandato
17 detinentur. Et hic nota, quod carcer largo modo
dicitur omnis locus, a quo quis arbitratu suo discede-
re nequit, & sic domus, & Civitas carcer reputatur,
Dom. Reg. de Marin. *cap.* 44. *num.* 14. *lib.* 2. *&*
cap. 194. *num.* 13. Et decernitur in pœnam, ut no-
tat Juris Consultus in *l.* 1. *§. fin. ff. de alea usu*, *&*
aleator. in l. capitalium de pœnis, Innocentius *in*
cap. qualitèr de accusationibus. Comprobat D.
Thomas *loc. cit.* ac Scotus *de just. & jur. lib.* 6.
18 *quæst.* 2. *art.* 3. ibi. *Hinc fit carcerum duplicem*
esse usum in Republica: serviunt namque ad custodien-
dum malefactores, dum eorum causæ tractantur, &
decidunt præterea in pœnam. Et quia re vera cru-
ciatus locus dicitur, si longa est carceratio compen-
sari cum pœna solet, nisi tamen ob delictum mortis ple-
ctendus pœna esset, Dom. de Franch. *decis.* 317. *num.*
5. & ibi de Luca *in observ. num.* 2. Cabbal *resol.*
crim. 142. Guazz. *ad defens. reor. defens.* 2. *cap.* 3.
num. 18. per *tex. in l. omnes C. de pœnis*, & M.C.
19 in dies condemnat homines in pœnam carceris, &
regularitèr interponitur decretum in criminibus mo-
dicæ coercitionis, videlicet, *carcer passus cedat in*
pœnam. Dom. Reg. Capyc. Latr. *decis.* 177. *nu.* 28.
Ac præterea in iis, qui ad remigandum non videntur
habiles. Sicuti etiam in casibus, in quibus lex dat
Judici arbitrium condemnandi in pœnam mortis.
Nàm contra nobiles honoris gratia, hanc commutat
in pœnam perpetui carceris, & consulto Prorege plù-
res demandat in Castrum Bajarum, ubi ob aeris in-
temperiem pereunt, sine tanto dedecore; carcer enim
20 perpetuus morti æquiparatur, Bovadilla *polit. tom.*
2. *cap.* 15. *num.* 7. Dom. Reg. Capyc. Latr. *consul.*
lat. 6. *num.* 187. *&* 188. Et in arbitrariis nobiles
21 mitiùs puniuntur, Amend. *ad Franch. decis.* 240.
nu. 10. *& seq.* Dom. Ricc. *ad decis. de Franch.* 290.
22 Præterea Judex debet minuere, in quantum fieri po-
test, pœnas illas, quæ suo arbitrio relinquuntur,
Arist. *in* 5. *Etich.* & comprobat Sanct. Thom. 2. 2.
quæst. 67. *art.* 4. *in resp. ad primum*, ibi. *Ego dice-*
rem, quod misericordia Judicis habet locum in his,
quæ arbitrio Judicis relinquuntur, in quibus boni
viri est, ut sit diminutivus pœnarum, D. de Franch.
decis. 271. *num.* 11. *& seq.* Glos. *in cap. de causis*, *in*
verb. Extrà, *de offic. deleg.* Bald. *in l. quicumque C.*
de serv. fugit. aliique relati per Menoch. *de arbitr.*
23 *Judic. lib.* 1. *quæst.* 85. Cæterum carcer tanquàm
justitiæ, & publicæ utilitati adductus, locus sanctus
dicitur honestatis, & magnæ reverentiæ, a quo omnis
injuria abesse debet, teste Christineo *lib.* 1. *decisionum*
Curiæ Belgicæ decis. 400. *num.* 177. atque Thesaurum
vocari propter publicum bonum, quod ex eo Reipu-
blicæ sequitur, existimat D. Reg. de Vilosa *tract. de*
24 *servis fugitivis cap.* 18. *§.* 1. *num.* 50. Undè bannitus,
quia quocumque offendi potest, si carceratus est ab
omni molestia tutus erit, Muta *decis.* 36. *num.* 17.
25 Quamobrem in eo delinquens acrius est puniendus,
Dom. Reg. Merl. *controv. forens. cap.* 66. ubi deci-
sum refert, quod Joannes Acito Miles Cohortis Cam-
paneæ, qui dum quosdam carceratos asportabat ad
carceres M.C. Alexandrum Faraum carceratum infra
26 cancellos occidit, licèt provocatus, & justa percitus
ira, quia occisus gravissimas ei intulerat injurias,
ipsius uxorem denigrando, ad Regias triremes vita
durante fuit condemnatus. Et Joseph Virgui, qui
lapide caput cujusdam carcerati fregit, licet in rixa,
& provocatus, per tres annos continuos ad remigan-
dum fuit condemnatus; recenset idem Muta *in dict.*
27 *decis.* Et meretricem cognoscens, licèt minimè pu-
niatur, juxta *text. in l. si ea*, *& l. quæ adulterium*,
Cod. ad l. Jul. de adult. & l. si uxor., ibique Bart. *ff.*
eod. tit. si tamen cum ea rem habeat intus carceres,
puniendus est, Paris de Puteo *in verb. adult. cap.* 1.
incipit. *Officialis quidam numer.* 3. Carrer. *in* 3.
tract. de homicid. nu. 2. Foller. *rub. vel carceretur*,
num.

num 25. Marill. *sing.* 150. incipiente *Accessit ad meretrices*. Pœna autem arbitraria est, sicuti tenet
Menoch. *de arbitrar. casu* 8, 2. *lib.* 2. Farinac. *quæst.*
31. *num.* 123. ubi dicit, quod licet non habeat locum
pœna stupri, & adulterii, non cessat pœna arbitraria
propter carceris violationem. Quod si id faciat custos
28 carceris, est magis, quàm alias castigandus, quia
ille & carceris honestatem, & custodiæ fidem rumpit;
undè judicio meo exilio, aut alia condigna pœna puniri, nec non officio privari debet: nàm licet mulieris castitati non fiat injuria; concubitus tamen,
quia peccatum continet ratione loci, qui Sanctus dicitur, punibilis fit. Merito proindè carceris effractores, si conspiratione facta aufugerint, capite pu-
29 niuntur, sicut dicit Jurisconsultus *l.* 1. *ff. de effractoribus*. Et quia pœna capitis triplex est, maxima,
quæ est mortis pœna, media, qua Civitate, & libertate quis privatur, quæ hodie est pœna triremium,
vel castri clausi; & minima, qua tantùm Patria privatur, uti pœna exularis, dubitari solet, an dicta
pœna capitis intelligatur de morte naturali? Et quidam, quos congerit Farinac. *quæst.* 30. *nu.* 3. tenent,
quod pœna sit mortis naturalis. Sed quidam alii,
quod sit alia mitior, quam mortis, ut *num.* 4. sicuti
Farinacius *in d. quæst.* 22. *&* 24. post longam
dissertationem confirmat, ibique refert, nunquam se
vidisse hujusmodi carceris effractores morti traditos,
sed quod Judices, vel actiori torturæ submiserunt,
vel extra ordinem mitiori pœna, quam mortis, mulctaverunt; & concludit, quod sit arbitraria pœna
citra mortem. Et horum opinio certè æqua est, ratione naturali nititur, quam unusquisque habet ad
vitam procurandam, & suam conservationem. Nec
præceptum ad faciendum aliquid, undè mors, sive
30 corporis damnum sequitur uti in casu carcerati,
valet, qua ratione attenta S. Thom. *quæst.* 69. *art.* 4.
& ibi D. Card. Cajetanus, Magister Sotus *lib.* 5.
quæst. 5. *art.* 4. P. Lessius *de just. & jure lib.* 2. *cap.
de reo, & Advocato dub.* 5. P. Sanchez *cons. moral.
lib.* 6. *dub.* 9. & Dom. Card. de Lugo *disp.* 40. *sect.* 4.
existimant, reum carceratum posse a carcere fugere ac ipsum effringere, & quod leges civiles capitales
pœnas continentes procedunt, ubi vis custodibus infertur, alioquin tanquàm injuriæ servandæ non sunt,
confirmat *text. in l.* 1. *ff. de bonis eorum, qui ante
sententiam*, ibi: *Nam ignoscendum ei, qui sanguinem suum qualitèr redemptum voluerit*. Verum
contrarium ex usu servatur, nempe, quod sit pœna
arbitraria usque ad mortem, consideratis carceris qualitate, facti circumstantiis, & delicti, ob quæ in
carcerem sunt conjecti, ac carceratorum qualitatibus. Unde in M. C. non semel hanc pœnam practicatam vidi, tum quia carcer M. C. est supremi Tribunalis, ideoque injuria major est, tum etiam, quia
carceratorum, & condemnatorum multus est numerus, & per consequens ex fuga Reipublicæ maximum præjudicium consideratur. Eademque pœna
contra effractores carceris Regiarum Audientiarum
cum conspiratione aliquando practicata est, sicuti
testatur Thorus ad Joannem Grandem *de bello exal.
prædicam. pati. num.* 5. & ego etiam contra Authores in Regiis Audientiis Practicavi. Quinimo inno-
31 centes quoque puniendi sunt, ut in *l. in eos* 13. *ff.
de custodia, & exhibitione reorum*, Judicis tamen
arbitrio, cum lex pœnam non determinet; & intellige, si justa actitata justè detinebatur quis in carceribus Farinac. *d. quæst. num.* 134. Nam indebitè,
& juris ordine non servato, nulla digna sunt pœna,
Roland. a Valle *cons.* 7. *num.* 42. Hond. *cons.* 44.
num. 13. plures referens, etiam si custodes offenderint, cum alio modo evadere non potuerint, ac suam
innocentiam demonstrare, quia jam condemnati.
Hippol. de Marsiliis *in pract. §. diligenter nu.* 17.
Mascard. *de. prob. concl.* 265. *num.* 27. D. Reg. de
Vilosa *d. tit. cap.* 18. §. 4. *num.* 9. & ex Hunnio, Harprect. & Christiano Kremhoorgk Pater Diana *par.*
8. *tract.* 7. Miscell. *resol.* 43. secus de eorum innocentia constare poterat, & conspiratione facta aufugerint, ob dictam enim conspirationem aliquam merentur pœnam. Qui autem aufugere tentaverunt,
aut amplius custodiendi sunt, quam causa reposcit,
ut advertit Juris Consultus in *d. l. in eos*, aut pro
crimine, pro quo recepti sunt, acriter torquendi;
cum contra eos tentata fuga suspicionem aggravet,
aut ictibus funis sunt affligendi. Et quamvis D. Reg.
32 Sanfel. *dec.* 47. *num.* 3. fateatur, per M. C. fuisse
laqueo suspensos octo inquisitos de tentata fuga, &
fractura carceris M. C. cum conspiratione, decisio
tamen processit ratione eorum delictorum, non autem
tentatæ fugæ, ut benè ponderavit D. Reg. de Vilosa
d. cap. §. 3. *num.* 27. *&* 28. De generali enim consuetudine etiam in atrocioribus, delicto non consummato, ad pœnam ordinariam non devenitur, Gram.
dec. 2. *voto* 2. Clarus *quæst.* 91. *vers. scias tamen*,
D. Reg. de Marin. *quotid. juris cap.* 123. & in materia carceratorum, qui in actu fugæ deprehenduntur etiam cum fractura late probat Præs. Menoch.
de arbitr. lib. 2. *casu* 360. *num.* 95. Cæterum si custodis negligentiam evaserint, mitius puniuntur, ne
33 in *d. l.* 1. Item ritè captus & non adhuc in carcerem inclusus sub Regia protectione est, & illum eximens grave committit crimen, quia & justitiam, &
Regiam lædit potestatem, unde debitorem eximens
tenetur ad debiti solutionem, ut in *l. quoties C. de
exact. trib. lib.* 10. ac etiam alia extraordinaria pœna castigandus, Guid. Pap. *decis.* 579. Vivus *decis.*
92. & refert Farinac. *quæst.* 32. *num.* 6. quod in principio Pontificatus Sixti V. vidit furcis suspensum
quemdam, qui exemerat asellum a manibus birruariorum vigore Bullæ dicti Pontificis; quæ Bulla,
sicut ipse testatur, in aliis similibus casibus non fuit
practicata: recenset quoque Jo: Andreas Cassaldus in
historia manuscripta, a qua & alii Historici Regnicolæ, quod tempore, quo hujus Regni Præfectus
erat D. Petrus de Toledo, ab Alguzeriis M. C. fuit captus quidam pro parvo debito; & tres nobiles juvenes,
unus de familia Saxona, alius de Capuana, & alius
de Alexandro procuraverunt, ut a manibus servientium Curiæ aufugeret, de quo habita notitia a Regente M. C. noctè fuerunt in castronovo carcerati, &
congregatis, ordine Vice-Regis, Dominis Regentibus in Collaterali Consilio, eorum voto fuerunt ad
mortem condemnati, contradicente tamen Domino
Reg. Loffredo, & Reg. Martiale, viro hispano de
quo facto mentionem facit Vivius *dec.* 92. & Dom.
Reg. Cap. Latr. *decis.* 76. *num.* 13. *& seq.* licet diversè aliquantulum rem narrent; nec non condemnatio sicut rigorosa, ita & injusta quibusdam, & exorbitans visa fuit, quod affirmare videtur Bajardus ad
Clarum *quæst.* 68. *num.* 33. Cæterum sunt qui dicunt,
illis temporibus, in quibus inolevit abusus eximen-
34 di carceratos necessariam fuisse; adde, quod capturam impediens, se debitorem certiorem facit, & ad
debitum tenetur, Marl. *sing.* 173. *si delinquentem*,
Judicis arbitrio punitur, sicut se ipsum eximens;
nam juxta facti qualitatem, ac circumstantias, levius, vel gravius Judex pronunciabit arbitrium, ut
advertit Bossius *tit. de captura numer.* 10. Clarus
quæst. 29. *numer* 5. Farinac. *quæst.* 32. *numer.* 24. &
35 præcisè si cum armis convocando ausiliatores: nam
si absque armorum vi seipsum eximet, parum, aut
in nihilo puniendum, affirmat Bovadilla *lib.* 1. *cap.*
13. *num* 135. & Dom. Regens de Vilosa. *d. cap.* §.
5. *n.* 42.
36 Eximentes verò captum pro capitali crimine,
sive confessum sive convictum, pœna mortis puniuntur *text. in l.* 4. *ff. ad l. Jul. Majest.* si secus, arbitraria pœna usque ad mortem, teste D. Reg. Sanfel. *decis.* 44. ubi recenset, quod Ciccus Sforza,
& Ciccus Conte qui in hac Civitate exemerunt a manibus Curiæ, vim inferendo cum armis prohibitis
scribæ fiscali, carceratum de capitali crimine inquisitum, licet non convictum, fuerunt ultimo supplicio puniti, & Farinac. *quæst.* 32. *num.* 67. ait, quod
in statu Ecclesiastico vigore enunciatæ Bullæ indistinctè practicatur tali casu mortis pœna, ut in statu
Mediolanensi Clar. *quæst.* 68. *num.* 10. Quod quidem Juri consonum mihi videtur, nulla enim asperitas est, ubi justitiæ decus, & vigor conservatur, *&
ubi severitas, ibi authoritas est*, P. Cornel. a Lapi-
37 de *in Apocal. vers.* 5. Hinc si familia Curiæ delinquentem resistentem vulnerat, vel occidit, non te-

netur

netur, ut per Doctores relatos a Marsil. *in l. 1. ff. ad l. Corn. de sicar. num.* 78. & in §. *diligenter*, *num* 55. ac a Farinac. *quæst.* 32. *num.* 39. quod intellige, si procedat juris ordine servato, utatur moderamine inculpatæ tutelæ, Farinac. *d. quæst. num.* 41. alioquin tenetur, & de excessu punitur, est *decis.* Gram. 41. & D. Reg. Sanfel. 257. si fugientem vulnerat, atque tenetur, ut per citatos DD. nisi is, qui aufugit, Forjudicatus esset.

38 Insuper forjudicatus post apperturam a nemine occidi potest, quia sub Regia protectione dicitur, sub qua aliquem offendere atrox delictum est, Caball. *resol.* 94. Joann. Grand. *de bello exulum*, *prædicamento quantitatis quæst.* 3. *num.* 7. *& spec.* 21. *nu.* 2. D. Reg. Sanfel. *decis.* 249. plures referens, & infrascriptis probatur rationibus. *Prima* nam si vivus in posse Curiæ devenit receptatores, auxiliatores, & criminis socios detegere potest, ut in *l. ultima C. de maleficis, & mathematicis, & in l. raptores, C. de Episcopis, & Clericis*, & si occideretur, per illius occisionem Reipublicæ, & Fisco hæc utilitas subtraheretur. *Secunda*, nam justis defensionibus privaretur, cum nullitates adversus forjudicationis sententiam allegare valeret, repositionem ad Ecclesiam petere, si ab ea forte fuisset extractus, securitatem et fortassis promissam, Clericatus, aut minoris ætatis, ac omnes alias exceptiones ante sententiæ executionem competentes proponere, ut in hac re consideravit D. Reg. Sanfel. *decis.* 249. *n.* 18. *Tertia* quoniam debito pœnitentiæ Sacramento privaretur: sicut legitur evenisse in casu relatæ decisionis D. Regentis, cum potius odio, aut socios occultandi gratia, quam justitiæ zelo ejus cædes sequi posset, ut in dicta *l. ultima*, ibi: *Occisor gemina suspicione abnoxius, quod aut publicum reum, nè facinoris socia publicaret, debita subtraxit quæstioni, aut proprium fortassis inimicum sub hujusmodi vindictæ nomine consilio, & ratione confecerit*, *quarta* quia iniquum videretur non resistentem, & paratum ire ad Judicem occidere, Conf. Pascal. *de virib. patr. potest. par.* 4. *cap.* 3. *n.* 12. ubi publica vindicta locum habere po-
39 test, cessare debet privata. Quibus sanè rationibus attentis *Constitutionem*, *Pœnam eorum*, quæ post capturam capienti occidendi licentiam tribuit, ut clarè ex illius verbis, videlicet: *Offensionis capienti licentia non negata*, & alibi: *Quod si fortè motus clementiæ, qui forjudicatum cœperit offendere, vel occidere noluit*, recentiores intelligunt procedere in eo casu, quo forjudicatus commodè, & sine periculo ad Curiam duci non potest, & opinionem contrariam Conf. Campan. *in d. Constitutione* fundatam, uti in *resolutione* 23. *num.* 7. non admittunt, neque distinctionem D. Reg. Sanfel. *in d. decis.* & aliorum affirmantium, quod si personæ privatæ forjudicatum capiunt, in eorum libitum sit, aut occidere, aut Curiæ consignare (quasi forjudicatus non dicatur sub Curiæ protectione, quando capientes non sunt birruarii, nec a Curia guidati) in utroque enim casu urgent rationes consideratæ. Quinimo D. Reg. Tappia *in d. Constitutione num.* 20. *&* 23. affirmat, quod capientes a pœna non sunt immunes, si vivos capere potuissent, & occiderunt; licet advertat quod hoc locum haberet, quando aperte constaret, quòd commodè, & sine periculo capere potuissent, non tamen quando dubium esset, quia de facinorosis hominibus agitur, non est ita subtiliter indagandum. Occisoris autem pœna Judici arbitraria est, ut penes Mutam *decis.* 7. & penès Sanfelic. *dict. decis.* videre est, ubi Franciscus la Verga procurator Fiscalis Provinciæ Barensis fuit tortus ad sciendum, an pecunia interveniente forjudicatum occidi mandasset? Ex circumstantiis itaque usque ad mortem pœna extendi potest, etiam attenta *d. l. ultima C. de maleficis, & mathematicis*.

40 Custos vero carceris diligentior esse debet, & pro levissima culpa, etiam aliqua pœna est castigandus, Albericus de Rosate *in l. fin. nu.* 3. *ff. de custodia reorum*, Farinac. *qu.* 1. *num.* 17. ibi: *Qua pœna judicio meo poterit esse vel privationis officii ab illa custodia, in qua fuit in culpa vel alia leviori Judicis arbitria*; diligenter utique perquirere debet, nè aliqua mors, aut carceratorum fuga sequantur; nè carcerati cultros in carcerem immittant, ferramenta funes, reorum, ac limas ad cancellas, & compedes limandos, aut similia; ut advertit Juris Consultus in *l. cæteri, præpositus, ff. de custodia reorum*. Pro gravibus criminibus mancipatos, in carceribus strictioribus noctè præcisè detinere debet, ut in *l.* 1. *C. eodem*, ibi: *Et ubi nox geminaverit custodiam cum compedibus, & vinculis*, sicut confessos, convictos, sive valdè suspectos, ut in *d. l.* 1. & *si confessus, ff. de custodia, & exhibitione reorum*, & in Regiis Audientiis est usus, quod vespere carcerarius ad triremes condemnatos ponit in catena, & mane persolvit, & cum
41 compedibus tenet muri traditos. Rursus carceres relinquere non debet, cum custodia debet prævidere omnia accidentia, sicut omnia consueta minime prætermittere, ut in *l.* 2. *Cod. eod.* Paris de Puteo *de syndic. in cap. an si plures num.* 14. Farinac. *q.* 31. *n.* 130. *&* 134. & speciale est quod ipsi incumbit onus probandi, quod sine culpa, & sua negligentia carcerati aufugerunt, Dom. Reg. Fab. Galeot. *resp. fiscal.* 1. *num.* 86. de lata culpa capitis pœna tenetur; ac pro modo culpæ ipsius judicis arbitrio, ut decidit *text. in l. fin. ff. de custodia reorum* sive eadem, qua carceratus plectendus erat, juxta *text. in l. ad commentariensem §. eod.* Farinac. *quæst.* 31. *num.* 8. ea ratione, quia in commentariense lata culpa dolo æquiparatur, Paris de Puteo *in d. cap. an si plures num.* 5. Farinac. plures referens *num.* 11. *&* 13. quæ jura ex *Constitutione Regni*, *Custodes*, qua Officialis si propter ejus negligentiam carceratus aufugit, pœna publicationis omnium bonorum, & carceris unius anni punitur, correcta censetur, ut notat Afflict. in *Constit. Castellani*, *n.* 3. *verb. Quarto nota*, quæ Constitutio quoque ab aula recessit, proceditque dispositio *text. in d. l. fin.* utr magis Juri consona, teste Gram. *voto* 29. *in fine*, & Dom. Reg. Sanfel. *dec.* 46. *num.* 13. *vers. Quod ad negligentiam*, Undè Lucas delle Donne Carcerarius Regiæ Audientiæ Capitanatæ qui die 24. Martii 1663. claves cortilis carcerarum uni ex mancipatis leviter inquisito tradiderat ut juxta solitum ad avitandum carceris squallorem exiret, & publica in visitatione crediderat, sicut ille ajebat, quod januam dicti Cortilis clausisset, quod revera non fecerat ideoque nocte exierunt omnes carcerati, & pariete, ex quo devenitur ad conclavè cordæ, fracto, descenderunt in atrium Regiæ Audientiæ, in quo milites erant in custodiam, & ipsis vulneratis aufugerunt; tanquam in lata culpa a Regia Audientia, mihi delegata me referente fuit condemnatus ad Regias triremes per decennium, judicantibus Domino Didaco de afflicto, ac D. Joanne Gallego, probis viris. Item Gregorius Timnus Carcererius Regiæ Audientiæ Principatus Ultra, qui pro quæstu cum compedibus aliquibus, pro gravibus criminibus mancipatis, abstulerat, & permiserat, ut in civili carcere manerent, (quia carcer est propè atrium, & intimum) & ii corruptis postea custodiæ militibus vigesima octava mensis Martii 1372. dum dictus Gregorius ingredi volebat ad faciendam solitam visitationem, violentèr in atrio egressi ipsum in capite lethalitèr vulnerarunt, & atrii janua aperta insimul cum militibus evaserunt, & erat in culpa, quòd dictam visitationem fecerat, non expectatis aliis militibus ad carcerie custodiam destinatis proditionis inscius, quamquàm a carceris ad faciendam dictam visitationem persuasis, fuit tantùm ad exulandum per quinquennium a Provincia condemnatus; licèt Fisci Patronus institisset pro triremibus vita durante. Et pro justitia causæ considerabatur, quod culpa ejus fuit in solvendo carceratos compedibus, & eis permittendo, ut manerent in latiori carcere, ac in faciendo visitationem contra solitum vz. sine aliis custodiæ militibus: quæ omnia quia violentiæ, & proditioni causam præcesserant, & casus erat admixtus cum ejus culpa; idcircò uti in lata culpa graviter puniendus. E contra quod carceratorum fuga sequuta fuit cum militibus, & eorum proditione, ideoque excusandus esset, juxtà *text. in l. fin. vers. interdum ei venia datur, ff. de custodia, & exhibitione reorum*, ubi dicit Angelus, quòd nemo potest a proditione cavere, nisi divinitùs, Farinac. *quæst.* 31. *num.* 159. *& seq.* & idem consideravit Afflict. *super. Constit. Castellani nu.* 6. Divus Paulus spiritu Dei plenus divinare non potuit ea, quæ

se-

secretè sequuta fuere, *cap. Beatus* 22. *q.* 3. quod fuga
sequuta erat cum violentia carceratorum, qui ipsum
in capite lethalitèr vulneraverunt, propterea resistere,
& impedire fugam minimè potuit, idèoque excusan-
dus, juxta *tex. in l.* 1. §. *penult. ad Syllanian.* advet-
tit Paris de Puteo *in tract. de syndic. verb. carcer.*
cap. 3. *an si plures*, *num.* 13. Farinac. *d. q.* 31. *n.* 166.
vulnera enim erant innocentiæ signa. Præterea, quia
unus ex dictis militibus proditor, per viginti ferè
annos inservierat Regiæ Audientiæ, idèoque contra
eum Carceratius suspicionem habere non poterat. Ad-
debatur, quod ipse Gregorius erat uxoratus cum mu-
liere decora facie, pater multorum filiorum, ac etiam
per multum temporis spatium dicto Tribunali fideli-
tèr servierat, quæ omnia maximè sunt consideranda
in delictis sine dolo commissis. Propterea mihi visum
fuit ea justitia, & æquitate reum componere tempera-
mento, ut dicit text. *in cap. omnis*, *qui judicat* 10.
dist. 45. quod procedat illa pulcherrima melodia
Deo grata, & hominibus; & vi veri ipsum condem-
nandum ad dictam pœnam, & ità per Regiam Audien-
tiam decisum, ac facta relatione Suæ Excellentiæ, ejus-
que Collaterali Consilio vigore rescripti, quod de exi-
tu causæ relationem faceret, decretum fuit confirma-
tum.

42 Nè autem carceri mancipati macerentur, in nostra
M. C. unus ex Scribis fiscalibus, qui est ad carceres
deportatus, habet unus notare in libros omnes ad
illos transmissos, cujus Judicis ordine, & nomen
Scribæ inquisitionis, ac singulis diebus manè coràm
Domino Regente, & judicibus, ad minus duobus,
singulorum carceratorum nomina legit, & Judicis,
sive Scribæ causæ relatione audita, si carceratus de
capitali crimine est ex indiciis in processu existenti-
bus interrogandus, interponitur dictum Decretum
Scribatur: quod idem est, ac ponere inter Reos, ut
contra ipsum ad ulteriora procedatur, juxtà illud:
Deleantur de libro viventium, *& cum justis non*
scribantur, Psalm. 68. quæ forma Decreti fundatur
in doctrina Bartol. *in l. si qui reus ff. de publicis*
judiciis num. 3. & Mastril. *de quæstionib. in princ.*
num. 15. qui dicunt, quòd inquisitus connumeratur
inter Reos, quoties Judex pronunciat, ut contra il-
lum procedatur. Et illius decreti effectus est, ut fa-
cta perquisitione examinetur, uti reus de crimine, cum
particula *Moneatur*, ad finem contestandi litem. Pro
pleniori autem intelligentia adverte, quod in Jure
inquisitus connumeratur inter reos, eo ipso, quòd
43 de crimine interrogatur, quia tunc ea interroga-
tione, & subsequenti responsione affirmativa, vel ne-
gativa, judicium contestatur cum Reo, & Fisco,
Guazz. *defens.* 20. *cap.* 18. *num.* 1. Jul. Clar. *quæst.* 14.
num. 13. *vers. Sed hic incidenter quæro*, *& quæst.* 45.
in princ. & tunc habitus est inter reos, ut dicit Glos-
sa *in d. l. in verbo Is*, *qui res*: etenim certum est
44 in jure, quod reus non interrogandus, nisi le-
gitima præcedant indicia, ut præcitati Doctores, &
Scaccia *de judiciis lib.* 1. *cap.* 63. *nu.* 9. *vers.* 4. *& cau-*
sas cap. 86. *num.* 15. *&* 58. alias sumerentur arma à
domo rei, contra tex. *in l. de minore*, §. *tormenta*,
ff. de quæst. & in l. nimis grave C. de testibus. ni-
mis grave enim fuisset, si contra se producere de-
beant ea, quæ ab adversario investigantur. Quini-
mò Judex si sinè indiciis reum interrogat, peccat,
Sotus *de just. & jure lib.* 5. *quæst.* 6. *art.* 1. *&*. 2. Mar-
tinus Navarrus *in octavo præcepto Decalogi cap.* 18.
num. 59. Episcopus Saimeote *selectarum interpreta-*
tionum lib. 3. *cap.* 13. *num.* 40. Et *primò*, quia ex-
tra suam potestatem inquireret, Glossa in *cap.* 2. *de*
constit. & sine authoritate juramentum de veritate di-
cenda inferret; juramentum enim inferri non potest
nisi legitime indicia ad torturam præcedant, cum
quædam spiritualis tortura sit, meotem torquens, P.
Lessius *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 2. *Secundo*,
quia injustè proximo notabilis infamiæ causam daret,
contra dictum octavum præceptum Decalogi: ac ut

reus interrogatus veritatem patere teneatur, conve-
nit, ut de probationibus contra se existentibus noti-
tiam habeat, sicut optima ratione probat Pater Dia-
na *lib.* 3. *moralium resolutionum*, *tract.* 5. *miscellan.*
resolut. 91. ex 92. nàm qui bona suam famam, ho-
norem, & vitam jure possidet, nullo astringitur ju-
re illam dimittere, quò ad usque sibi innotescat alie-
num jus: sed in proposito casu reus jure omnia ista
possidet; ergò usque per statum processus sibi con-
stet, & innotescat jus, quo Judex illum interrogare
potest, non tenetur se ipsum prodere, & veritatem
dicere. Et inmit laudat judices, qui Actorum Ma-
gistro præcipiunt, ut reo testium depositiones sine
nominibus legat, & ibi, ut inquit, *quod. si hoc non*
45 *observant*, *miserrimè falluntur*. Cæterùm indi-
ciorum alia aperiunt tantùm viam Inquisitioni, idest,
ut fabricetur contra aliquem processus, alia ut citetur,
alia ut de crimine interrogetur, alia ut torqueatur,
& alia, ut condemnetur. Quæ aperiunt viam In-
quisitioni, sunt satis levia, uti accusatio, denun-
ciatio, fama imperfectè probata illa, ut citetur, vel
interrogetur, sunt distincta ab indiciis, quæ requi-
runtur, ut torqueatur: nam illo casu graviora desi-
derantur, quia majoris præjudicii est torquere, quàm
interrogare, Jul. Clar. *quæst.* an. Guazzin. & Scaccia
citatis locis. Verum hæc procedunt, quando reus
interrogatur, non uti Reus de crimine cum particu-
la *Moneatur*, & ad finem contestandi litem, quia isto
casu requiruntur graviora indicia, & si crimen con-
tinet pœnam ultrà relegationem, requiruntur indi-
cia ad torturam sufficientia, sicuti quando citetur ad
informandum vigore statuti, quo condemnatur, uti
in casu nostræ *Constitutionis*, *Pœnam eorum*: quia
forjudicatur: cum quia citatione ad informandum
conjungitur alia, quæ vocatur *ad capitula*, quæ fuit
introducta in favorem citati, ut ipse instructus de-
inquisitione deliberare queat, an velit comparere in
46 Curia. Regulariter igitur Decretum, *Scribatur*,
interponitur contrà Decretum pro crimine ultra re-
legationem; nàm pro crimine infra relegationem
non est in carcerem conjiciendus, & quoties gravia
existunt indicia, ut ex *Pragm.* 4. *de visitatione carce-*
ratorum num. 9. *in fine*, cujus verba sunt: *Ha su-*
cedido, *que despues de presos*, *y scriptos han salido*
consignandos, *o con decreta Licentietur*, *y avezes con*
decreto, *Defensiones per Palatium*, *y al reo entre-*
tanto le han dado de comer, *y si la que obliga a estos*
decretos se puede saber sin estos passos, *y tormentos*
depresion; *porque no se ah ad escusar*? Verùm, si ali-
quis jam reperiatur carceratus pro crimine infra rele-
gationem, si existunt indicia, ex quibus interrogari
potest, attenta ratione supradicta, interponitur quo-
que Decretum: *Scribatur*, *& habilitetur* (*domi*,
aut per Palatium) Judicis arbitrio; Iudicia enim,
uti docet Divus Thomas, Sotus, ac alii cumulati in
Navarro *cap.* 25. *tit. de peccatis rei accusati*, *& in-*
quisiti, *num.* 36. *& cap. inter verba* 11. *q.* 3. *corolla-*
rio 17. *num.* 2. ad minus semiplenam constituere ha-
47 bent probationem. Et in practica actus litis conte-
stationis expletur iterum legendo inquisito coràm Ju-
dice depositionem ipsius repetendo interrogatoria, &
monitum dicto inquisito de prætenso crimine, prout
testatur Dom. Reg. Capyc. Latr. *dec.* 221. *lib.* 2. Scia-
loya *in praxi torquendi reos cap.* 6. Follet. *in sua pra-*
xi crim. verb. fiat. contestatio litis, *n.* 1. *&* 2. & ca-
pletur post Decretum: *Defensiones*. Si verò indicia
non existunt, ex quibus reus interrogari possit, fit
transitus, ut processus impinguetur, & si crimen
leve est, interponitur Decretum, *Ut per dies tot*
non visitetur, ad hoc, ut carcere coerceatur, cum
it etiam ad pœnam sit inductus, uti probavit, aut
mandata domi, vel per Palatium, sive de non of-
fendendo, *Excarceretur*, aùt decernitur, *Quod li-*
centietur. Si crimen grave est, & dicta indicia non
existunt, interponitur Decretum: *Quod consignetur*
ad omnem ordinem Magnæ Curiæ.

LEONARDI RI CCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

CAP. III.

De Decretis : *Scribatur*, *&c.*

SUMMARIUM.

1 *Captura fieri potest quando pœna est ultra Relegationem.*
2 *Pœna capitis triplex est, & dicta tria declarantur.*
3 *Reus interrogandus non est, nisi legitima indicia præcedant, & assignatur ratio.*
4 *Indicia dividuntur in quinque species, quæ restringuntur in tres species, & declarantur.*
5 *Decretum* Scribatur, *quando interponitur, & quando interponuntur alia Decreta, explicatur.*

1 CAptura fieri potest pro delicto, cujus pœna est ultra relegationem, ut concludit Auctor noster in hoc. 3. c. *n.* 6.

2 Pœna capitis triplex est. Prima dicitur maxima, quæ est mortis.

Secunda dicitur media, qua quis privatur Civitate, & libertate, quæ hodie est pœna triremium, vel Castri clausi.

Tertia dicitur minima, qua privatur Patria tantùm, vel pœna exilii mulctatur, Auctor noster in *dicto c.* 3. *num.* 16.

3 Certum est in jure, quod reus non est interrogandus, nisi legitima præcedant indicia, ratio assignatur, quia arma sumerentur à domo rei, & Judex sic interrogando peccat.

Et reus nullo jure astringitur se ipsum prodere, & veritatem dicere.

4 Indicia ideo dividuntur in quinquè species, Auctor in hoc *cap.* 3. *n.* 46.

Prima aperiunt viam ad inquirendum, idest ad fabricandum processum, & dicta indicia oriuntur ab accusatione, vel denunciatione.

Secunda aperiunt viam ad citandum reum.

Tertia aperiunt viam ad interrogandum reum de crimine.

Quarta aperiunt viam ad torquendum, & dicuntur indicia ad torturam.

Quinta aperiunt viam ad condemnandum reum, Auctor noster in *dicto cap.* 3. concludit prædicta *n.* 44. *& num.* 46.

Sed idem Auctor in hoc 1. *libro cap.* 1. *num.* 30. has quinque species indiciorum restringit in tres species.

Primo indicia levia, ut est accusatio, vel denunciatio, vel fama imperfectè probata, & hæc species aperit viam ad inquirendum, idest ad capiendam informationem.

Secundo dicuntur indicia gravia, in quibus verisimilis veritas, & aperit viam ad citandum reum.

Cùm distinctione tamen, quod si non est plene probatum quærit viam ad citandum, & anteponendum, & examinandum simpliciter absque particula *Monitus*, idem noster Auctor *in dicto c.* 2. *& in hoc c.* 3. *n.* 4. *& cap.* 9. *num.* 10.

Sed ubi probationes fiunt testibus singularibus singularitate adminiculativa, tunc aperiretur via ad citandum, ad informandum, & examinandum cum clausula *monitus*.

Et quandoque Judex procedere potest ad carcerationem, & ad torquendum, quando absque adminiculatione sit semiplena probatio.

Tertium est indicium violentum, quod movet animum Judicis ad firmiter credendum reum commisisse delictum, quod vocatur indicium gravissimum, & indubitatum, quod aperit viam citandi ad informandum, & capitula, & ad examinandum cum particula *Monitus*, & ad excarcerandum, & ad torquendum.

Et Causæ Relegationis possunt procedere ad pœnam ordinariam, secus Causæ baronales, quæ possunt procedere ad pœnam ordinariam. *Pragm.* 12. *de officiis de anno* 1621. *Cardinalis Zapata*.

Et Decretum *Scribatur*, idest scribatur inter Reos, interponitur contra carceratum pro crimine ultra relegationem, & quoties gravia consistunt indicia, Auctor noster hic *nu.* 39. *ex proposit.* 4. *de visit. carcerat.* *nu.* 9. *in fine*.

5 Verum si existunt indicia, ex quibus carceratus interrogari potest, tunc Judicis arbitrio interponi potest Decretum *Scribatur*, & habilitatur domi, vel per Palatium, Auctor noster *ibid.*

Et ubi dicta indicia non existunt, sed crimen grave est, tunc fit Decretum *Consignetur ad omnem ordinem*.

Ac si crimen non est grave, & indicia non existunt, ex quibus Reus interrogari possit, fit Decretum, quod *Processus impingnetur*, vel *per dies tot non visitetur*, vel *detineatur sub mandato domi*, vel *per palatium per dies tot*, vel *præstita cautione de non offendendo excarceretur*, vel *quod licentietur*, Auctor nostes hic *num.* 47. *in fine*.

Leonardus Riccius.

CAPUT QUARTUM.

De decretis, *quorum* I. Comparente personaliter fiat mandatum. II. Stante spontanea comparitione recipiatur ejus depositio, & relaxetur cum mandato. III. Visa depositione non procedatur, & tollatur mandatum. IV. Licentietur, *vel* pro causa prædicta amplius non molestetur. V. Remota criminalitate, agatur civiliter. VI. Sub mandato detentus reducatur in provisionem. *Ac de cæteris*, *ut habetur intus*.

SUMMARIUM.

1 *Spontanea comparitio innocentiæ est maximum signum.*
2 *Spontanea comparitio præcedentis fugæ indicium tollit, cætera vero non, sed tantum debilitat.*
3 *Bona qualitas personæ, delicti præsumptionem excludit.*
4 *Practica Decreti*: Comparente personaliter fiat mandatum.
Stante spontanea comparitione, recipiatur ejus depositio, & relaxetur cum mandato, *ibidem.*
5 *Practica Decreti*; Quod sub mandato detentus reducatur in provisionem, *& ejus effectus*, *& n.* 6.
7 *Practica Decreti*; Visa depositione non procedatur, & proinde tollatur mandatum.
Remota criminalitate agatur civiliter, *recensetur*, ibidem.
Ibidem Decretum: Non molestetur, *quando locum habeat*; *Nec non & alia referuntur*, ibid.
8 *Mandatum multipliciter fit*, *& ponitur formula mandati per Civitatem.*
9 *Practica intimationis mandati.*
10 *Neapolitani ratione speciei mandati solvunt tantùm carolenos decem*, *tenentur tamen ad pœnam contentam in mandatis*, *quia fiunt pro bono regimine.*
11 *Practica mandatorum*, *quæ fiunt*, *ut duella evitentur.*
12 *Mandatum*, *an in Ecclesia intimari possit.*
13 *Milites S. Jacobi*, *Calatravæ*, *& Alcantaræ in hoc Regno Judicum mandatis parere tenentur*, *& decisio Magnæ Curiæ recensetur.*

14 *Mandato incusato, an tota pœna debeatur, & an mora purgari possit.*

1 DElatus de crimine, si spontè comparet, man-
dato detinetur, quia spontanea comparitio in-
nocentiæ est maximum signum: *Non enim in malis
sperare bonum, nisi innocens solet*, Et (ut inquit
Seneca epist. 97.) *Bona conscientia prodire vult, &
conspici. Ipsa nequitia tenebras timet*, Marsil. *in
pract. §. diligenti, n.* 204. Foller. *in practica in verb.
si comparent ante contumaciam*, Grammat. *cons.* 61.
& 42. Bajardus ad Clarum §. *fin. quæst.* 21. Macerat.
lib. 3. *resolut.* 5. *num.* 9. Viscontre *commun. concl. verb.
spontanea comparitio*, Hond. *cons.* 77. *nu.* 178. *lib.* 2.
ac cæteri Criminalistæ, qui afferre illam solent ra-
tionem cum Mastrillo *cons.* 117. *num.* 49. & Giurba
cons. 13. *num.* 22. quod fatuus foret, qui cum inno-
cens non sit, velit se in carceribus constituere, pu-
tans ità celare posse veritatem. Verùmtamen hoc
2 dictum non est semper verum, quoniam aliquando,
qui reus criminis est, callida fraude comparet, Ju-
dicis benevolentia confisus, aut putans, ita deli-
ctum detectum non iri, unde dicit Farinac. *de indi-
ciis, & tortura quæst.* 48. *num.* 55. quòd spontanea
comparitio licèt benè tollat præcedentis fugæ indi-
cium, cætera tamen indicia non tollit, sed tantùm
debilitat, ita quòd tortura non impeditur, & quòd
innumeri suo tempore spontè comparentes reperti
culpabiles delicti, debitas luerunt pœnas, & quòd
ità communis practica servat. Quamobrèm spontè
comparens aliquando est carcerandus, & signantèr
si post comparitionem superveniunt alia indicia, si-
cùt M. C. fuit practicatum contra Fluvium de Cillis
de Terra Grassani, me referente. Hic enim cum
spontè comparuisset in Magna Curia asserens, quod
mense Junii anni 1674. in Territorio dictæ Terræ,
quatuor homines armati cœperunt recaptus causa Sa-
cerdotem D. Franciscum Antonium Scarmola, qui
Sacerdos nunquam aliàs comparuit, quia ab illis oc-
cisus fuit, & quod utilis Dominus Terræ prædictæ
intendebat ipsum de hoc delicto inquirere de man-
dato, ex quo, ex pluribus, uti ajebat, erat ei ini-
micus; & indluisset in M. C. Tribunalis rigoris,
idest justitiæ, ut contra ipsum procederet, se inno-
3 centem profitendo; attenta enim spontanea compa-
ritione dicti Flavii, ejus ætate, quia senex, quali-
tate, quia Doctor, auratus, pater familias, ac
quòd in mense Julii, quo tempore actis mutatio im-
minebat, comparuit, M. C. tantùm ipsi injunxit
mandatum cum obligatione duc. 4000. de tenendo
palatium ipsius M. C. loco carceris; nec non decre-
vit, quòd illa Curia Grassaneos. non procederet, &
Regia Audientia informationem caperet: quod de-
cretum in S. C., parte contradicente fuit confirma-
tum. Et quia interea M. C. notitiam habuit, quòd
unus ex Sicariis fuerat carceratus in Regia Audien-
tia, & quòd erat confessus, illico, notitia habita
dictum Flavium ad carceres reduci mandavit; &
transmissa a Regia Audientia informatione, inter reos
ipsum Flavium uti validè indiciatum, decreto *Scri-
batur* constituit. Hinc sicut reus callida fraude ali-
quando judicium procurat eludere, ità Judex bona
arte reum inducere studeat, ut ità decipiens decipia-
tur, & incidat in foveam, quam ipse fecit, pro
4 justitiæ, ac Dei gloria. Regularitèr in calce libelli,
quo aliquis Curiæ representat, præsensisse contra se
informationem captam fuisse de crimine; & quia est
innocens, mandat, ut non molestetur, interponi-
tur Decretum. *Quod comparente personalitèr fiat
mandatum*. Et sic citatus ad deponendum compa-
reat, & suam offerat depositionem, decernitur,
*Quod stante spontanea comparitione, recipiatur ejus
5 depositio, & relaxetur cum mandato*. Cæterum in
M. C. Decretum interponitur, *Quod sub mandato
detentus reducatur in provisionem*: idest inqui-
situs, qui prius mandato quiescebat, iterùm duca-
tur in vim judicii, eo fine, ut idem reus jure absol-
vatur, vel condemnetur, ex quo Fiscus intendit ju-
dicium prosequi. Et hoc idem decretum interponi-
tur quoque contra carceratum, si ex aliqua causa
ipsius processus non currit, quia sublato impedi-
mento, sive rejecta exceptione proposita, interpo-
nitur Decretum, *Quod reducatur in provisionem*:
cujus decreti *effectus primus* est, ut detentus exami-
netur tanquam reus ad finem contestandi litem cum
Regio Fisco, ut notat D. Reg. Capyc. Latr. *tom.* 2.
dec. 201. Gom. *de delictis cap.* 12. Clarus, & Bajar-
6 dus *quæst.* 45. Hinc si citatus ad deponendum, & re-
laxatus cum mandato ex depositione non relevatur,
decernitur, quod reducatur in provisionem, & sic
iterum examinatur, uti reus, cum particula *Monen-
tur* de veritate dicenda. *Secundus effectus* est, quia
hoc decretum criminalitatem continet, de eoque da-
tur recursus, undè quotidiè videmus, quòd partes
quæ senserint se gravatas, obtinent a Spectabili Sa-
cri Consilii Præsidente decreta in supplicationibus,
quòd M. C. de prædictis relationem faciat in S. R. C.
Indistinctè verò in Regiis Audientiis dictum decre-
tum interponitur facta impinguatione processus; non
ità in M. C. ubi contra carceratum ad ulteriora
tunc procedi mandatur, cum fit decretum, *Scribatur*,
ut diximus. Etsi citatus ad deponendum ex deposi-
7 tione relevatur, puta quia factum dubium aperit,
itaut de ejus innocentia appareat, ad quam manife-
standam scripturas præsentare valet, Decretum in-
terponitur: *Quod visa ejus depositione, non proceda-
tur, & proindè tollatur mandatum*; vel si factum
civile interesse continet, dicitur, *Remota crimina-
litate agatur civiliter*. Atqui si aliquis, ut evite-
tur inconveniens, vocatus est in Curia, eo cessante
interponitur Decretum, *Licentietur*. Et similitèr si
pro levi crimine est vocatus, & Judex vult eum di-
mittere, ex quo satis pro tali crimine coercitus sibi
videtur, nimirùm verecundia, quia vocatus ab of-
ficio, labore in itinere, & deprecatione apud Supe-
riorem, dictum interponitur decretum; vel quando
pro prætenso crimine reperitur penès Curiam cum
mandato; nam si postea crimen non probatur, hoc
Decretum interponi solet.

Decretum vero *Non molestetur*, locum habet, quan-
do aliquis reperitur carceratus, aut mandato deten-
tus pro facto delictum continente, de quo Prætor
non curat, quia minimum, vel quia partis remissio-
ne accedente abolitum censetur, vel quando factum
continet crimen, sed in committendo carceratus,
vel mandato detentus non fuit in dolo; vel quando
compilato processu fisci probationes per contrarias
rei elisæ fuerunt; nam tunc si est carceratus, Decre-
tum interponitur: *Die &c. T. de T. inquisitus, ex
in actis excarceretur, & pro causa prædicta amplius
non molestetur*. Si vero sub mandato detinetur, di-
citur: *Die, &c. Talis de Tale inquisitus, ut in
actis non molestetur, & proindè tollatur mandatum*.
Sed decretum, *Non procedatur*, interponitur, ubi
quando factum non continet crimen, vel quando tan-
git alterum, quam mandato detentum.

8 Mandatum cæterùm fit Domi, per Palatium Cu-
riæ, aut per Civitatem, idest de tenendo Civita-
tem, Palatium, vel Domum loco carceris, & hac
concipitur formula; *Die, &c. Neapoli, ordinatio-
ne Judicis &c. per me subscriptum Actuarium,
vel Scribam, fuit injunctum mandatum Tali de Tale
præsenti, & acceptanti, quod sub pœna unciarum
auri tot detineat, ac detinere habeat, & habeat ta-
lem Civitatem loco carceris, & ab ea non discedat sub
quovis quæsito colore diu, noctuque, etiam animo
adeundi superiores, absque expressa licentia præfati
Domini Judicis, qui Talis de Tale, loco cautionis
in casu contraventionis, designavit domum sitam in
tali platea, & loco, & ita in fidem; Talis de Tale
Actuarius*.

9 Quod si Judex decernat, *Quod reducatur in pro-
visionem*: & mandato detentus non reperitur, man-
datum hoc modo incusatur. Accedit Scriba cum tu-
bitta, & coràm duobus testibus, ter vocatur, an
adsit Talis de T. & de hoc actu testatur scriba hoc
modo; *Die tali, mense, & anno. Neapoli Talis
de T. tubetta retulit mihi scribæ, ordinatione Ma-
gnæ Curiæ ad sonum tubittæ alta, & intelligibili
voce, præconis more, ter vocasse Talem de Tale in
domo tali, & eum non invenisse, nec neminem pro
eo respondisse, præsentibus pro testibus T. de T.*

Postea examinantur dicti testes, qui deponere debeant de dicto actu, & qualiter facta diligentia non invenerunt talem de tale in dicta domo, & pro majori cautela examinatur subitta, ac incusationis Decretum ità concipitur: *Visa relatione subitta, & visis testium depositionibus, fuit provisum, quod incusetur pœna mandati ducatorum tot contra Talem de Tale in beneficium Regii Fisci, & exequatur realiter, & personaliter*: & illo modo incusetur quoque mandatum factum domi; mandatum verò per palatium, cum sola subittæ relatione.

10 Sed quia Neapolitani ratione spreti mandati tantùm solvunt pro mulcta carolenos decem, prout ab immemorabili servatur in M. C., consueverunt Judices injungere eis mandata cum obligatione, quo casu pœna debetur tanquam deducta in stipulationem, quemadmodum debetur a Neapolitano pœna contenta in mandato ei injuncta pro bono regimine, ut evitetur aliquod inconveniens, teste Dom. Reg. de Ponte
11 *de potest. Proregis, tit. de provisionibus fieri solitis, cap. 1. num.* 28. Mandata enim pro bono regimine, ut rixæ, & duella evitentur, quoque fiunt, & si persona, cui intimari mandatum debet, non reperitur, fit per edictum, & affigitur januæ domus solitæ habitationis in præsentia duorum testium, cujus formula est: *Per me subscriptum Actuarium vel Scribam, ordine Judicis Talis M. C. v3. aut S. E. fuit factum mandatum T. de T. domi, quod sub pœna ducatorum tot, infra tres horas una pro prima, secunda pro secunda, & tertia pro tertia, & ultima contumacia contracta, se personaliter conferre debet in domum, ubi ad præsens habitat, sitam in platea, &c. & ab ea non discedat diù, noctuque, absque licentia in scriptis, etiam animo adeundi superiores, sed dictam domum detinere habeat loco carceris, nec non ut possit dictus Talis libere se conferre in dictam domum. Curia eum assecurat sub fide, & verbo Regio de omnibus, & quibuscumque delictis, pœnis, & contumaciis contractis, & ut de mandata prædicto notitiam habeat, fuit ipsius copia affixa in janua prædictæ domus, præ testibus T. de T. & T. de T. & in fidem, Talis Actuarius*. Et nota, Quòd in hoc mandato enunciantur tres dilationes pro peremptorio, quia de jure Communi tres denunciationes requirebantur pro contumacia, ut per *l. ad peremptorium*, per *l. intervallum*, & per *l. tertium d. de judiciis*, ac per *l. tres denunciationes ff. quomodo, & quando*; quæ jura hodie fuerunt correcta per *Constitutionem Edictorum ordinem*, qua cavetur, ut una pro tribus habeatur. Idcircò in qualibet citatione ponitur verbum *peremptorie*, sive aliqua particula, quæ peremptorium contineat: dilatio enim horarum secundum casuum exigentias, Judicis arbitrio committitur, & transactis horis incusatur mandatum formula, quam supra posui.

12 Insuper hoc mandatum confugienti ad Ecclesiam intimari potest, & contrà non comparentem ad pœnam exactionis procedi, ut practicatum tradit D. Reg. Sanfel. *decis.* 141. ea ratione, quia citatio, quæ fit per nuncium, est quædam facti exequutio, & quatenus esset actus judicialis, in præfato casu, quia bonum publicum continet, non videtur prohibitus; licèt enim strepitus judicialis in diebus feriatis conquiescere debeat, ut præcipit Summus Pontifex in *cap. conquestus extra de feriis*; attamen idem in dicto *cap.* sanxit prohibitionem locum non habere, si necessitas urgeat, vel pietas suadeat. Sed quia contrarium tenet Dom. Reg. de Marin. *quotid. juris lib.* 1. *cap.* 44. ea ratione, quia mandati intimatio, non verbalis, quæ in Ecclesia fieri potest, sed potius realis est, cum arctat refugiatum ab Ecclesia exire, & domum se carceratam conferre, & vera in mandato violentia insit: cum si non comparet, pœnam in eo contentam pateretur, idcircò diligens sit Judex, nè duellum perpetratus; & quamvis idem Do-
13 ctor d. capite sustineat, verum quod mandata prædicta non ligant Milites Sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, uti exemptos a jurisdictione sæculari; in hoc tamen Regno in contrarium adest observantia, aut quia Bulla exemptionis non habet Regium exequatur, vel quia in hoc Regno abest Judex proprius, quo casu Rex est Judex exemptorum, juxtà Glossam in *cap. filiis, vel nepotibus* 16. *quæst.* 7. *in verb. Regis*, & probat Belluga *in speculo Princip. rubr.* 11. §. *videndum num.* 16. eo magis, quia Rex, uti administrator Ordinum Equestrium, potest delegare causas criminales cum potestate puniendi capitalitèr, ex Bulla Pontif. Leonis X. ut refert Consil, Carleval. *tract. de Judiciis lib.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 3. *num.* 435. & in anno 1676. me interveniente in M. C. Eques S. Jacobi N. N. inquisitus de crimine falsæ monetæ, fuit acriter tortus, Fisco instante pro morte; ut penès Scribam Julium de Marco.

14 Et tandèm de *primo*, an tota pœna mandato incusato debeatur? *Secundò*, an pœna evitetur, & an mora purgari possit? Et quoad primum, aut principalis est captus, aut spontè comparet.

Primo casu, Caravita *ritu* 163. *num.* 2. *in fine*, tenet, quod debetur pœna, & Mastrillus *in decis.* 259. *num.* 61. dicit, quod casus est indubitabilis, & nunquàm captum ad compositionem admitteret: Farinac. verò *in cons.* 122. *nu.* 31. testatur, quòd cum principali devenitur ad compositionem, ac ibi casus decisos recenset, tempore, quo erat Auditor Papæ Pauli V.

Si sponte comparet, idem Farinac. testatur, quod pœna non debeat, per *text. in l. apud Celsum*, §. *Labeo ait, ff. de doli mali, & metus exceptione*, ubi Juris Consultus inquit; *Iniquum enim esset, hominem possidere, & pœnam exigere*.

Circà secundum, quo primum magis declaratur mandatum est injunctum de se præsentando finito certo tempore, & quamvis Caravita dicat, quòd mora non purgatur in M. C. per dictum *Ritum*, hodie contrarium servatur, & procedit *text. in l. si post tres*, §. *si quis cautionem*, & Regni *Capitulum Legem veterem*, & ita practicatur, etiamsi post aliquod tempus compareat, & sit facta exequutio, & non adhuc fisco pœna incorporata, seù realiter fisco pecunia imburzata, juxta *consilium Giurbæ* 33. ubi habetur, quod per M. R. C. Antonio Parisio comparenti post longum tempus bona restituta fuerunt, & practica fundata est in æquitate, nec mirum, quia mutantur tempora, mutantur personæ, & omnia, ut inquit concivis meus de Anna *sing.* 350. & Consil. de Rosa Dom. meus *in feudorum præludiis prima oratione*. Aut mandatum est injunctum de non recedendo a certo loco, & distinguo, vel est injunctum pro coercitione criminis, vel ut evitetur aliquod inconveniens, in utroque enim casu, si ille, cui est mandatum injunctum intra breve tempus revertatur, purgat moram, & non incidit in pœnam, argumento *text. in l. quidquid Calore iracundiæ, ff. de regulis juris*, ibi, *Nec breve reversa uxor divertisse videtur*, tenent quamplures Doctores, & præsertim Honded. *cons.* 94. *num.* 25. *lib.* 2. Laderch. *cons.* 197. Bertaz. *cons.* 408. Giurba *cons.* 34. *num.* 8. Dom. Ricc. *decis.* 226. *par.* 1. Etenim in criminalibus momenta non considerantur, neque in pœnam incidit quis, si ex justa, & necessaria causa recedit, Giurb. *cons.* 34. *num.* 16. vel ob publicam causam, afflict. *decis.* 130. Cavalc. *de brachio Regio part.* 2. n. 240. idem Giurb. *num.* 17. *vers. idem*. Si intra breve tempus non redit, in pœnam incidit, præsertim si duplicatus, vel triplicatus secessus probaretur, nè judicialis auctoritas contemnatur, atque vilescat, & nihilominus etiam hoc casu ex æquitate tota pœna non debetur, Cabal. *resol. crim. casu.* 214. Bajard. ad Clarum *quæst.* 21. *num.* 105. & ita decisum refert Mastrill. *decis.* 259. Aut mandatum est injunctum pro assecuratione personæ pendente ipsius inquisitione, & in casu procedit decisio S. C. penès Grammat. 95. ut exitus causæ expectetur: nam si in eo principalis venit absolvendus, pœna non debetur; secus si condemnandus; etenim si justè mandatum fuit injunctum, principalis inobedientia consideratur, & non videtur iniquum pœnam exigere, etiam quando in fortiis habeatur reus, ratione contemptus Judicis, & Grammatici opinionem expendit Caravita in *d. ritu*, ac *tex. in d. l. apud Celsum* intelligit locum habere, quando pœna loco rei est apposita, ut promittis codicem, & si non promittis, decem, ut non lædatur stipulator, secus si

loco

loco inobedientiæ, ne Judex contemnatur. In eo vero casu, quo injustè fuit factum mandatum, inobedientia non consideratur: nàm parère non tenebatur. Ideirco pœna non debetur, ut quoque considerat Cavalcanus *de Brachio Regio part.* 2. *num.* 140. & conferunt quæ retuli in Decreto *Scribatur* de injustè carcerato, qui impunis est, si carceres effringat, Roland. a Valle *conf.* 40. *num.* 16. *lib.* 4. Menoch. *conf.* 212. *n.* 15. *lib.* 3. Grammar. *conf. crim.* 51. *num.* 6. Hond. *conf.* 94. *num.* 10. *lib.* 2. & in hac re quoque quamplures Doctores fatentur, quod pari, & æquitati consonum est, ut non debeatur pœna, ut Roman. *conf.* 193. Bertazz. *conf.* 80. *lib.* 1. Pratus *respons. fiscal.* 9. *num.* 14. Gravett. *decis.* 3. Mastrill. *decis.* 259. *num.* 19. Urfil. ad Afflict. *decis.* 130. *num* 6. & 7. ac alii ab ipsis relati, quia ex illius reditu mandati causa, quæ fuit, ut Judex posset in personam pœnam imponere, adimpleta videtur, & sic enim Curiæ non interfuit. Et licèt Ursill. *in eod. loc. num.* 9. decisionem in contrarium recenseat, verius existimo, ut eo comparante mora purgari possit, si pœna Fisco imburiata non sit. Hinc si ad evitanda duella mandata conficiuntur, ut infra horas tot duellantes domum se conferant, quamvis incusatia mandatia ad bonorum aacquisitionem fuerit processum, re integra iis comparentibus, bona restituuntur, juxtà notata, a D. Reg. Sanfel. *decis.* 41. *in fine*; quemadmodum etiam sequuto duello, comparentibus iis, quibus mandatum fuit incusatum, Prorex mandat ut ad exactionem pœnæ non procedatur: maximè juxta existente causa, ut refert Dom. Reg. de Ponte *de potest. Prorég. tit. de provisionibus fieri solitis. n.* 28.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

C A P. IV.

De Decretis *Comparente personaliter*, &c.

SUMMARIUM.

1 *Formula quando reus compareat sponte cum Decreto: Fiat mandatum cum advertimentis.*

2 *Formula quando citatus ad deponendum comparet.*

A Uctor noster docet praxim Decreti: *Comparente personaliter*.

Et stante spontanea comparitione recipiatur ejus depositio, & relaxatur cum mandato.

Et decreti Remota criminalitate civiliter agatur.

Et Decreti Reducatur in provisionem.

Et Formula Mandati per Civitatem.

Et Formula Accusationis Mandati.

Et Formulæ Mandatorum, quæ fiunt, ut duella evitentur.

1 Observa quod tunc fit Decretum: quod comparente personaliter fiat Mandatum, quando reus per memoriale, vel per libellum exponit præsentem contra se captam fuisse informationem de tali crimine, & quia est innocens supplicat, vel instar mandati, quod non molestetur.

Tunc in calce dicti memorialis, vel libelli fit Decretum, ut supra, quod compareat personaliter, fiat mandatum cum obligatione dierum tot de tenendo Palatium ipsius M. C. loco carceris.

Et si post comparitionem superveniunt alia indicia, per quæ reperitur culpabilis, tunc est carcerandus, & fit decretum, quod sub mandato detractus reducatur in provisionem, idest, qui sub mandato quiescebar, iterum ducatur in viam judicii ad finem absolvendi, vel condemnandi. Et sic examinatur tamquam reus, & contestatur lis cum Fisco.

2 Ita etiam citatus ad deponendum si compareat, & offerat depositionem, fit Decretum.

Quod recipiatur depositio, & relaxetur cum mandato. Et si ex depositione non relevatur, fit Decretum quod reducatur in provisionem, cujus effectus est, ut iterum examinetur, uti reus cum particula *Monitus de veritate dicenda*, & vide, quæ dicam hic inferius cap. 12.

Et sic Auctor noster in hoc capite IV. enucleat formulas omnium supradictorum Decretorum, & an inculsato mandato tota pœna debeatur, & an mora purgari possit.

CAPUT QUINTUM.

De Decretis, *quorum* I. Terminus dierum tot Talis de Tale adversus confessionem sponte factam. II. Terminus dierum tot adversus confessionem, & totam ejus inquisitionem, ac Fisco ad impinguandum. III. Defensiones cum termino dierum, aut horarum, etiam adversus confessionem quoad alia.

SUMMARIUM.

1 *DEi opus est, ut delinquens cum se deberet excusare, vel repugnante natura confiteatur.*

2 *Confessus pro condemnato habetur.*

3 *Confessione spontanea nil certius; & ubi confessio est, ibi probationes relaxantur.*

4 *Confessio oportet, ut sit judicialis, possibilis, seu verisimilis, spontanea, & simplex.*

5 *Judex pluribus modis competens efficitur.*

6 *Judex ratione originis competens est, & valet procedere ex officio, & ad querelam, & ad alia, num. 7.*

8 *Judex loci originis competens est contrà præsentem, qui reperitur in loco originis non contra absentem;* sed attenta Reg. Pragm. ubi de delicto conveniri debeat *Author contrarium tenet.*

9 *Forum sortitur quis ratione originis, & patris, ac etiam avi, si in ejus potestate natus sit, vel si ibi vivente conceptus sit, secundùm opinionem* Conf. Carleval.

10 *Judex ratione domicilii competens est.*

11 *Domicilium quando contractum intelligatur? Judicis arbitrio remittitur.*

12 *Domicilium quilibet ad sui libitum mutare potest, ac in duobus constituere locis.*

13 *Judex ratione delicti competens est, ac aliis potentior, pluribus rationibus, & præferendus est, etiam si Judex domicilii, & originis haberent privilegium extra territorium privativè, quod limitatur, si privilegium esset cum derogatione Authentica,* Quæ in provincia Cod. ubi de crimine.

14 *Judex præveniens in delicto patrato in confiniis duorum territoriorum præfertur, vel si est superior, vel si coram eo querela proposita sit.*

15 *Delictum an ubi est inchoatum, an vero ubi est consummatum, puniatur.*

16 *M. C. & Audientia si pro gravi crimine procedunt contra carceratum, avocant etiam omnes inquisitiones contra eum existentes in aliis Curiis inferioribus.*

17 *M. C. & R. A. si præveniunt in carcerando delinquentem, non comparente Judice loci delicti procedunt; & ad Judicem domicilii, & originis Reum non remittunt, cum restrictione.*

18 *M. C. & R. A. non remittunt reum ad Judicem loci delicti Baronalem, si in remissione alterius Baro-*

Baronie intereſſe conſideratur.

19 *Judex ratione atrocioris criminis competens efficitur: & expenditur Prag.* Ubi de delicto, *ut locum habeat contra quemcumque committentem furtum in via publica.*

20 *Furtum in via publica in Regno mortis pœna punitur, non tamen indiſtinctè: & interpretatur prag.* 1. de furtis, *& n.21.*

22 *Pragm.* 5. Ubi de delicto, *procedit etiam contra abducentes homines cauſa extorquendi pecuniam, & refertur deciſio Reg. Audientiæ Capitanatæ.*

23 *Judex ratione Contractionis, tam in furto, quam in rapina, competens eſt, ſi delinquentes in ſuo territorio capit, & n.25.*

24 *In pluribus tamen caſibus iſte Judex requiſitus reum remittere ad Judicem loci delicti tenetur.*

26 *M.C. delinquentes Neapoli, & in caſalibus ad Barones non remittit.*

27 *Judex delegatus, quis dicatur, & quando delegatio inducta cenſeatur, & num.29.*

29 *Delegatio non prorogatur de perſonam ad perſonam non expreſſam, niſi ſub eadem ratione comprehendatur, & deciſiones referuntur.*

30 *Delegatio comprehendit acceſſorium.*

31 *Delegatio comprehendit incidentia, emergentia, connexa, & dependentia, & prædicta declarantur.*

32 *Appellatio prohibita in caſu principali an cenſeatur prohibita in interlocutoria.*

33 *M.C. ex ipſius præeminentia procedit cum delegatione contra aliquem pro uno delicto, pro cæteris non expreſſis pœnam corporalem merentibus, ut delegata quoque procedat.*

34 *Delegatus appellationem admittere non tenetur, niſi aliàs Princeps mandet.*

35 *Delegatio quando expiret, & quando tranſeat ad ſucceſſorem, & n. 37.*

36 *Delegatus tenorem delegationis in citatione inſerere tenetur.*

37 *Judex cognoſcit de injuria ſibi illata, non tamen indiſtinctè.*

38 *Et ratione vagabundaria competens eſt.*

39 *Confeſſio, ut ad condemnandum ſufficiens ſit, neceſſe eſt, ut recipiatur in loco conſueto, & Curia pro Tribunali ſedente & de ratione.*

40 *Confeſſio coram Judice, quando ſufficiens ſit, licet non recepta in loco Curiæ, & num. 41.*

42 *Confeſſio ut in pœnam ordinariam ſit ſufficiens, præcedere debet inquiſitio.*

43 *Confeſſio in atrocioribus ſufficiens eſt etiam quod non præcedit inquiſitio ſeu corpus delicti, & in alio caſu ibi relato.*

44 *Confeſſionem præcedere debent indicia.*

45 *Confeſſus ſponte an mitius ſit puniendus, & n.46.*

47 *Confeſſio poſſibilis eſſe debet, & veriſimilis.*

48 *Confeſſio debet verificari in ſignis, & circumſtantiis ſuis.*

49 *Confeſſio in uno capite erronea in omnibus cenſetur ſimiliter erronea, & deciſiones recenſentur.*

50 *Confeſſio debet eſſe ſpontanea, fraude verò & promiſſionibus extorta dicitur invalida.*

51 *Judex promittens delinquenti remittere pœnam ſi crimen confitebitur, an poſſit eum condemnare, promiſſione non obſtante? Doctorum opiniones recenſentur cum exemplis, & n. 52.*

53 *Confeſſio tormentis, ſeu metu tormentorum extorta dicitur invalida.*

54 *Confeſſiones metu tormentorum extortæ, ſive verberibus, in Regno contra aſſaſſinos, latrones viarum publicarum, & campanæ graſſatores.*

55 *Confeſſio cum qualitate qua reus a pœna excuſatur, an ſcindi poſſit, itaut reus qualitate non ducta, in pœnam criminis damnari poſſit.*

56 *Confeſſo dandus eſt terminus adverſus confeſſionem, & ponitur practica decreti.* Terminus adverſus confeſſionem, *ac aliorum Decretorum.*

Miſer, qui ea mente delinquit, ut delictum in abſcondito manſurum credat, quia legitur: *Nihil in occulto, quod non manifeſtetur* Sed quod delinquens proprio ore ſponte crimen coràm Judice fateatur, undè ex ſpontanea confeſſione vitæ periculum
ſubeat, admiratione res eſt! Cum repugnet naturæ,
quæ ſponte ſua ſatagit, & conatur delictum excuſa-
re, *Geneſis c.3. verſ.4.* Hoc nos conſiderando cognovi-
1 mus quod Dei opus eſt; ipſe fecit cæcos videre, & mu-
tos loqui; ipſe enim facit, ut delinquens, aut inconſide-
ratè, aut præ dolore commiſſi criminis fateatur facinus,
quod prius induſtrioſe commiſerat, ut condignam pœ-
2 nam patiatur. Confeſſus enim pro condemnato eſt, & ſua
damnatur ſententia, ut in Sacra Pag. 2. Reg. cap. 2.
*Os enim tuum loquutum eſt contra te: erit ſanguis
tuus ſuper caput tuum.* Nulla ſiquidem in Mundo
fortior probatio eſt confeſſione. Adeout Judex in
3 condemnando alia probatione non indigeat, ſicut di-
cit *Gloſ. in l. 1. Cod. de confeſſion.* Riminald. inter *conſ.
crim. conſ.* 134. *n.* 35. 37. *&* 38. Laudent. Roduiph.
conſ. 15. *num.* 12. Foll. *conſ.* 139. *num.* 7. Bartol. &
Bertazzol. *inter dicta conſ. crim. diverſ. conſ.* 70. Ca-
ball. *caſu* 68. *num* 9. Clarus §. *falſum num.* 5. Fa-
rinac. *quæſt.* 81. *num.* 4. qui alios refert. Quod in-
4 tellige de confeſſione valida, quæ ut talis ſit, opor-
tet, ut quatuor contineat requiſita. *Primum*, ut
ſit judicialis. *Secundum*, ut ſit poſſibilis, ſivè ve-
riſimilis. tertium ut ſit ſpontanea. *Quartum*, ut
ſit ſimplex. Judicialis eſt, quæ recipitur a Judice com-
petente in figura judicii, ac cum juris ſolemnitatibus
5 idest ab eo, qui modo ſequentibus requiſitis juriſdictio-
nem habet in eum, qui confitetur, aut ratione originis,
aut domicilii, aut loci delicti, aut ratione enormitatis,
& gravitatis delicti, aut contrectationis, aut delegatio-
nis, aut injuriæ Judici illatæ, aut vagabunderiæ.
6 Ratione originis, ut in *l. origin. Cod. de municip.
& originarius lib.* 10. *l.* 1. *de incolis, cap. cum
contingat de foro competenti*, & alia concordantia ju-
ra habentur in gloſ. Julius Clar. *quæſt.* 39. Caball.
caſu 126. & D. de Franch. *deciſ.* 37. qui loquuntur
in criminalibus. Qui ſanè Judex procedere valet ad
7 querelam & ex officio, Follet. *Conſtit. Capitaneorum,
num. 3. & 9.* Dom. de Franch. *dec. 66.* & ibi Amend.
qui licèt contrarium referat deciſum, dicit tamen,
quòd a deciſione tanti viri non eſt recedendum, D.
Reg. Sanfel. *deciſ. 68. num.* 4. P. Merolla *Schol. me-
8 ral. tom. 2. cap. 3. num.* 508. In loco tamen origi-
nis, reus ſi præſens eſt convenitur, ſi abſens non,
Bart. *in l. aſſumptio ff. ad municip.* & ibi Alex. qui te-
ſtatur ea communia in criminalibus? Afflict. *dec.* 384.
num. 6. D. Reg. Rovitus *ſuper pragmat.* 1. *de immu-
nit. Neap. num.* 9. Capiblanc. *de Baronib. cap.* 60.
num. 12. *& ſuper. pragm.* 16. *num.*241. Verum attenta
Regia *prag.* 1. *ubi de delicto conveniri debeat*, con-
trarium teneo, ibi: *Seu ſaltem ad requiſitoriat litte-
ras Officialis, vel domini fori, loci, & ubi delin-
querit, culpatuſve fuerit, ſeù originis, vel incola-
tus ſui Judicis competentis, aut dicta noſtra M.C.*
9 Inſuper quis ſortitur forum, tam ratione propriæ
originis, quam patris, ac etiam avi, ſi natus eſt
in ejus poteſtate, ut tenent Lucas de Penna, &
Joannes de Platea *in l. filios, C. de municip.* ſecus ſi
poſt mortem avi, ea ratione, ut conſiderat Conſiliar.
Carleval. *lib. 1. de judiciis, diſp. 2. quæſt. 2. num.* 53.
quia radice conjunctionis diſſoluta diſſolvuntur quoque
cæteræ obligationes. Ipſe tamen *num.* 55. contra-
rium tenet per *tex. in l. libertus §. in adoptiva ff.
ad munic.* ubi nepos ſequitur originem avi naturalis
quamvis ſit natus in adoptiva familia, quo caſu non
naſcitur in poteſtate avi naturalis, qua ratione atten-
ta avi forum ſortitur, ſi eo vivente conceptus ſit.
10 Ratione domicilii, ut ex præcitatis juribus. Do-
micilium autem quis contrahere videtur, ubi habita-
vit cum uxore, & familia juxta *text. in l. 2. Cod.
ubi Senatores, vel clariſſimi, l. cives C. de incolis
lib.* 10. vel habitatione decem annorum *l. 2. C. eodem.*
11 Verum quod remittatur Judicis arbitrio, quando
videatur domicilium contractum intra minus tempo-
ris ſpatium, quam decem annorum, teſtatur Abbas
in cap. final. extra de parochiis, ubi dicit, quod *te-
xtus in l. 2. Cod. de incolis* de facto non ſervatur,
& Judex regulabit arbitrium ex conjecturis animi in-
colæ permanentis in tali loco, Maſcard. *de probat.
concl.* 535. & Reg. Rovit. *ſup. prag. 1. de immunit.
Neap. num. 9.* ubi ait, quod uno ſolo die conſtituitur,
ſi de voluntate apparet: ut puta, ſi quis vendi-

dit

dit bona, & in locum, in quo habitat, esportavit, si familiam transtulit, si Civitatis privilegium impetravit, aut aliquo alio modo animum declaravit, ut videre est penès D. Tuschum, & Mascardum, qui in *d. conclus. nu.* 49. dicit, eum qui aliquo justo metu impulsus se, res, familiamque alibi transtulit, domicilium contraxisse non præsumitur, de quo dicto dubito in vassallo Baronis inimico, quia conjectura est pro libertate, & pro vitæ securitate, quod redire nequeat; salva enim pace bonorum, multi Barones Regni pessimè se gerunt cum vassallis, adeo ut Dei in se concitent iram, præter quam quod ità facientes, suam quoque minuunt authoritatem. cæterùm certi juris est, quod quilibet ad sui libitum mutare potest domi-
12 cilium, & illud etiam in duobus constituet locis, *l. Labeo*, *& l. assumpto*, *§. viris prudentibus*, *ff. ad municipalem*, Afflict. *decis.* 384. ac habitans in confinis duarum Civitatum coram utroque Judice conveniri potest, Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 22. Bajard. ad Clarum *quæst.* 39. *num.* 7.
13 Ratione loci delicti, ut ex *tex. in l. solent ff. de custodia*, *l.* 1. *C. ubi Senatores*, *vel. clarissimi*, *in Auth. Qua in provincia*, *Cod. ubi de crimine*, *c. licet ratione de foro competenti*, & vide Glos. *in d. cap.* ubi alia reperies jura, & novissimè est *Reg. Pragm.* 1. *&* 5. *ubi de delicta*. Ex iste Judex potentior est, quam Judex domicilii, & originis, ac præferendus infrascriptis rationibus. *Prima*, quia magis injuria videtur affectus, & ob contemptum præferendus. *Secunda*, quia in loco delicti de facili reperiuntur testes qui factum aperiunt, sed in aliis locis non ita, & sic ne delictum remaneat impunitum, *l. ita vulneratur ff. ad l. Aquil. Tertia*, nàm offensus expensis defatigaretur in accessu ad Judicem domicilii, vel originis, ac etiam veniret impeditus in prosequendo Justitiam, aut ob metum consanguineorum, aut offensoris amicorum. *Quarta*, quia æquum est, ut delictum puniatur eo in loco, quo est patratum, ad aliorum exemplum, ad satisfactionem partis offensæ, *Auth. ut Judices sine quoquo suffragio*, *§. si quis autem præter*, & glossa *in verb. illic. l.* 3. *ff. de re militar.* Ideoque præferendus est in cognitione, etiam si Judex domicilii vel originis habeat privilegium contra subditos extrà Territorium delinquentes privative quoad alium, ut testatur D. Reg. Sanfel. *decis.* 68. & decisio pendet à *textu c.* 5. *de privilegiis*, quo statuitur, Exemptum, non obstante exemptionis privilegio, à Judice loci delicti puniri, & in *Auth. Qua in provincia*, *C. ubi de crim.* ubi clarè habes, quod iste Judex est præferendus non obstante quocumque privilegio. Quod intelligas, si privilegium est concessum simpliciter; secus si cum expressa derogatione dictæ *Authenticæ*. *Qua in provincia*. Cæte-
14 rum si delictum est commissum in confinis duorum Territoriorum uterque Judex est competens; præfertur tamen qui prævenerit, Abb. *in c. fin. de foro competenti*, *num.* 16. vel ille procedit qui est Superior, Soccin. *in cap. postulasti*, *eod. tit. nu.* 7. Vel ille coràm quo offensus querelam proposuit, uti tenet Decianus *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 6. At si delinquens est a superiore Judice captus, & Judices Territoriorum contendunt, ipse cognoscit, Capibl. *de Baronibus lib.* 2. *cap.* 60. *num.* 2. *&* 3.
15 Item si existens in uno Territorio ictum scoppictæ emittit, & occidit alium, repertum in alio Territorio, in hoc casu uterque Judex est competens, & cognoscere valet: uti probat *text. in l.* 1 *C. ubi de crimin. agi oportet*, ibi: *ubi inchoata, vel commissa sunt*, ea ratione quia violentia est commissa, tam in uno quam in alio Territorio, & uterque Judex contemptus videtur. Est tamèn præferendus is, qui prævenerit, ut dicit Abbas *in d. c. nu.* 25. & Soccin. *num.* 5. Hippol. de Marsil. *in fin. nu.* 210. *ff. de jurisdictione omnium Judicum* Clar. *§. fin. qu.* 38. *vers. item pone*, *nu.* 9. Farinac. *quæst.* 7. *a n.* 44. *ad* 47. ubi plura ponit exempla nempè quando aliquis in uno territorio puellam rapuit, in alio vero cognovit; quando in uno territorio cæpit viatorem & in alio derobavit, ac de ictu scoppictæ supra posito, & a n. 47. *& seq.* ubi de mandante, qui in uno loco dedit mandatum, & de mandatario, qui in alio loco delictum perfecit, ut mandans in loco mandati puniatur pœna extraordinaria, ac alia exempla, ut videre est. Ex lice Dom. Reg. Merlin. *Controv.* 80. *lib.* 1. decisum referat, quod Judex consummati delicti sit præferendus; advertendum est, quod in casu illius decisionis Judex delicti prævenerat. Cæterùm Judex loci delicti puniet inquisitum tantum de delicto in suo territorio commisso, pro aliis vero delictis ad Judicem domicilii, vel ori-
16 ginis reum remittere tenetur: quod procedit, si Judex loci delicti, & Judex domicilii æqualem habeant jurisdictionem, secus si Judex delicti sit superior, uti Regia Audientia, vel Magna Curia, isto enim casu, sicut dicit Capiblancus *tom.* 2. *cap.* 58. & Mastrill. *dec.* 286. cognoscit etiam de delictis alibi commissis, & inquisitiones avocat, ut reus condigna puniatur pœna, unica sententia, & sic ut ex pluribus mistis, unum supplicium decernatur, & non plures fiant sententiæ, ex quibus reus non veniret ita explicitè puniendus, & confert *text. in l. contra pupillum*, *§. fin. ff. de re judic.* Ex de facto cum reperiretur quidam Terræ Montellæ carceratus in Reg. Audientia Principatus Ultra pro homicidio non plenè probato, pro quo procedebatur ex fori electione, quia in dicta Curia Terræ Montellæ reperiebatur inquisitus de pluribus delictis, eadem Curia petiit, quòd si remaneret locus pœnæ, ipsi remitteretur; fuit tamen me referente provisum, quòd pro omnibus procedatur in dicta Regia Audientia, & Magnificus Advocatus, attento stylo Regiarum Audientiarum, non appellavit. Rursus si in Curia inferiori reperitur carceratus, qui in Regia Audientia pro pari delicto est inquisitus, ab eadem tali Curiæ scribitur, quod si remanet locus pœnæ, non liberetur, inconsulta Regia Audientia, si crimen est majus, mortis pœnam continens, ordinatur, quod carceratum consignet servientibus ipsius Regiæ Audientiæ, Caravita *ritu* 269. *num.* 14.
17 Item quando M. C. sive Regia Audientia prævenerit in carcerando, Judice loci delicti non comparente pro remissione, Judex domicilii, vel originis a remissione excluditur, si privilegium non habet cognoscendi, etiam de criminibus extra Territorium, Foller. in *Consilt. Capitan. n.* 49. *vers. Sed si carceratus reperitur in Regiis Audientiis*, *& in pract. tit. audiatur excusatores*, *nu.* 129. *in fin. vers. Quando enim Regia Curia*, D. Reg. Rovit. *prag.* 1. *ubi de delicto nu.* 26. D. Reg. de Marin. *resol. jur. lib.* 1. *cap.* 286. *num.* 4. Ex ratione, quia Regia Audientia habet jurisdictionem in tota Provincia, sicut M. C. in toto Regno, D. Reg. Sanfel. *dec.* 69. *num.* 4. Et ratio a priori est, quia in dubio jurisdictio videtur concessa cumulativè, & non privativè quòad concedentem, ut fatentur Gramm. *decis.* 30. Capyc. *decis.* 9. De Anna *alleg.* 52. *& sing.* 631. Minad. *in Consist. in aliquibus*, *in rub. Comitum*, *& Baronum*, *fol.* 28.
18 *num.* Capiblanc. *lib.* 2. *cap.* 37. in casu, quo Judex loci delicti compareat pro remissione causæ, in quo Baro habet interesse; ut puta, quia vassallus committit delictum in territorio alterius Baronis, ejusdem bona furando; tunc Judex superior, M. C. nempè, sive Regia Audientia, cognoscit & non remittit, neque ad Judicem domicilii, sive originis remissionem petentem, quia inconveniens est, ut unus Baro ad alium pro justitia recurrat, D. de Marin. *d. cap. num.* 5. decisum refert, tam in M. C. quàm in S. C. & ne Judex Baronalis intuitu alterius Baronis excedat in puniendo.
19 Ratione gravitatis criminis efficitur quoque Judex competens, videlicèt ratione furti commissi in strata publica; nam vigore *Regiæ Pragmaticæ* 5. *ubi de delicta*, quilibet Judex, qui cæperit publicum latronem, sive grassatorem publicæ stratæ, cognoscere eum potest, interest enim Reipublicæ per itinera absque metu, & periculo ire, ut dicit *Jur. Conf. in l.* 1. *§. summa*, *ff. qui dejecerunt*, *vel effuderunt*, & ad hoc Princeps est obligatus, uti legitur in *Pragm.* 1. *de furtis*. Verùm ut locum habeat dicta *Reg. Pragm.* duo concurrere debent, ut Judex præveniat in capiendo, & quòd captus, sit publicus latro, sivè grassator publicarum stratarum: nàm stante dicta captura proceditur a capiente, non obstante quovis privilegio, ut in *apostilla ad. d. Pragm.* quæ est in viridi observantia. Et pro majori intelligentia dictæ *Pragm.* adverto, quod publicus latro de jure communi dicitur ille, qui sæpius in via publica furatus est, ut ex *text. in l. capitalium*, *§. grassatores*

de

de pœnis: in Regno vero etiam si una vice in via cum armis furatus est, ut testatur Muscatell. *de pœnis furti num. 36. ex text. in l. 1. §. adversus ff. de sepulcro violato*, Dom. Reg. Merlinus *contr. 17. nu. 15.* Peguera *decis. 4. num. 5.* Hic intrat dubitatio, an hæc *Prag.* locum habeat contra quemcumque latronem stratarum publicarum? Consil. enim Mastrill. *decis.* 547. Judex Capiblancus *de Baron. cap. 25.* & Thorus in *compend. par. 3. verb. concessio*, existimant, quod procedit contra illum, qui plura admiserit, quia ut ipse Capiblanc. ait, *Prag.* a jure communi recipit interpretationem. Contrariam opinionem tenet D. Reg. Merlin. *controvers. 17.* quod procedat contra quemcumque ratione violentiæ, & raptura publicarum stratarum, quæ manet sub Regia protectione: & ita ego sentio, considerando, quod dicta *Pragm.* non est pœnalis, itaut a jure communi sit regulanda, sed tantùm Officiali capienti tribuit jurisdictionem, & in hoc nemini affert præjudicium; nam quilibet Officialis uti potest *d. Pragm.* vigore cujus admittitur, & acquiritur subditus, ut consideravit D. de Franch. *decis. 752. num. 19.* D. Reg. Merlin. *controv. 17. num. 28.* & citata ratione, in qua fundatur pragmatica, uti Reipublicæ favorabilis contra quemcumque latronem procedere habet, & hæc interpetratio magnæ est utilitatis; nam quilibet Officialis ob finem acquirendæ jurisdictionis latrones capere procurat. Et re vera ita violentiam committit latro consuetudinarius, ac ille, qui semel è domo exit, & post crimen domum redit, & ab utroque publicum impeditur commercium.

20 Quoad pœnam tamen in Regno pro furto commisso in via publica unciam excedente, latro furcis suspenditur, quæ pœna indistinctè practicatur pro furto unciam excedente, aut cum armis, aut sine armis furtum commissum fuerit ob Regni *Capitulum Ab hoc de furtis*. Et quamquam Doctores testentur, quòd in desuetudinem abiit, practicatur tamen pro furto qualificato, idest commisso cum aliqua circumstantia aggravante, sicut consideratur in furto commisso in via publica, uti in specie notant D. Reg. Tappia *in jus Regni tit. 41. lib. 9. num. 4. & 18.* D. Reg. Merlin. *lib. 1. cap. 17.* D. Reg. Sanfel. *dec. 40.* Cons. Campana *resol. 16. num. 11.* Muscat. *tit. de pœnis furti n. 37.* quia via publica manet sub Regis protectione, cujus interest, ut unicuique sit tuta. Proindè latro furando in via publica, Regis violat authoritatem. Quinimò ex hujus Regni observantia pro furto, etiam unciam non excedente, commisso tamen cum armis, practicatur dicta pœna, & ego pluries in Regiis Audientiis practicatum vidi; ac pro furto carolenorum quadraginta commisso in persona cujusdam Monachi armata manu, fuit a Reg. Consil. Agnello Portio latro furcis suspensus, ut refert. Scialoya *in prax for.*

21 *jud. cap. 3. num. 224. in fin.* Quæ observantia adest in Regno Siciliæ ultrà pharum, ut testatur Reg. Mastrillus *de Magistratib. tit. de indultu cap. 53. nu. 2.* ac in *decis.* 147. Pro uno vero furto parvo in via publica commisso sine armis, hæc pœna non procedit, quoniam de jure Communi pro uno furto intimete sine violentia, & armis, pœna mortis locum non habet, uti in *text. in l. capitalium.*, *§. famosos, & §. grassatores, ff. de pœnis*, ut nec de jure Regni, quia dictum *Capitulum Ad hoc*, loquitur de furto unciam excedente, nec hoc alia lege sancitum reperitur. Et quamvis *Pragm. 1. de furtis*, cavetur, quod Mantucularii nocturni publicè furantes, ac alia furta in plateis Civitatis Neapolis committentes, morte plectantur, ac uti veri grassatores via tractentur, ut ultimo supplicio puniantur, nulla habita ratione valoris rei raptarum, quia ità expedit ad hujusmodi delicta hic frequentissima compescenda, adverto tamen, quòd dicta *prag.* loquitur de furtis commissis in Civitate Neap. tantùm, quæ uti plena magno populo rigoris summi indiget exemplo, eò magis, quia hic Princeps residet. Imò cum expressè providerit, quòd pro parvo furto morte latro puniatur, clarè mihi demonstrat, quòd alibi hæc pœna imposita non reperiebatur. Cæterum verba pragmaticæ, *ac uti veri grassatores*, referuntur ad qualitatem criminis, sive ad modum procedendi: quoniam contra hujusmodi fures proceditur per horas & ad modum belli, *pragm. 10. de officio Jud.* Bart. *in l. 7. ff. de incend. ruin. & naufr. num. 6.* ibi: *Sed ista causa examinari debent velo levato*, & admittuntur testes inhabiles, Farinac. *quæst. 62. num. 81.* Et ex Regia Audientia Capitanatæ duo, quia in via publica Terræ Roseti viatores furaverunt, ex quo furtum erat parvi valoris & latrones hi sine armis aggressi fuerant, sed tantùm cum baculis, me referente, & interveniente erudito viro D. Hieronymo Natali Fisci Patrono, fuerunt condemnati ad inserviendum per decennium in Regiis triremibus: nam hoc casu aggressio publica id tantum facit, ut hujusmodi fures gravius citra mortem puniantur, & fuit etiam consideratum, quod numquam baculi, & lapides veniant armorum appellatione, ut in *l. armorum C. de verb. signific.* non veniunt tamen de communi usu loquendi, ut notat concivis meus de Anna *in Constit. Si quis aliquem* post consilia *num. 50.* Afflict. *in d. constit. qu. 3.* Clarus *quæst. 82. vers. & scias*, & in lege rigorosa a Judice benignior facienda est interpetratio, ut fustes armorum appellatione non veniant, sicut de hac re consideravit Glossa *in clem. 1. de stat. monach. verb. Arma*, ibi *Non puto tamen authorem sic latissime intellexisse*, & maxime in imponenda mortis pœna, quæ pro furto non videtur conformis, & proportionata. Deus enim sua providentia omnia prævidit, & in judiciis suis immutabilis pro homicidio, ac pro alio crimine, mortis pœnam imposuit, pro furto verò minimè, ut legimus in sacra pagina. Unde licet aucta malitia, & hominum, avaritia ex quibus hoc crimen frequentius pro bono publico pœna exasperata, & diversa, juxta varias Reipublicæ existentias post legem Moysis, imposita reperiatur, & in Regno usque ad pœnam mortis, attamen qui ex circumstantiis, & non ex rei intrinseca qualitate, & in prædicto casu, Judex, si citra mortem judicat, utique non aberrat.

22 Item ratione recaptus; quia Judex capiens hujusmodi delinquentem in aliena jurisdictione, Judex quoque competens est vigore dictæ Regiæ *Pragmatica 5.* quæ licet loquatur contra publicos latrones, sive stratarum grassatores, locum habet quoque contra capientes homines causa extorquendi pecuniam, vel alias res. Illi enim pejores latronibus sunt, quoniam insidiose homines ad sui libitum sequestrant, illi vero furantur ea quæ inveniunt, & non ultra quærunt; idcirco gravius crimen reputatur: itaut patretur, sequuta tantum sequestratione personæ, uti ex *Pragm. 10 §. 48. de offic. judicum*, & punitur sequestrans pœna mortis, quamquam res, pecunia non sit tradita ex *Pragm. 11. de exulibus*, & de hoc crimine inquisitus, si citatus non comparet infra quatuor dies, forjudicetur; sicuti ex dicta *pragmatica*. Ex majoritate igitur rationes, attenta criminis gravitate, mentionata *pragm. 8. tom. 2. cap. 52. num. 15.* Danza *de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam cap. 1. num. 19. & tom. 3. cap. 4. tit. de forjudicatione num. 13.* Unde sicut Judex Baronalis viarum grassatorem cognoscere valet, si in capiendo prævenerit, ut supra dixi, testatur Dom. Reg. Tappia *lib. 2. Jur. Regni in Constitut. Justitiarij, tit. de offic. Justitiarii*, ita committentem receptum cognoscere potest cum pro Reipublicæ utilitate eadem urgeat ratio. Et in Provincia Capitanatæ 20. Februarii Anni 1669. Julius Pirrinus, Donatus Nardone Terræ Tertiæ, Fraonisius Julianus Capurtii, & alii duo jumentorum pastores qui in Territorio Terræ Deleciti cœperunt Sacerdotem Josephum Maffei ejusdem Terræ, causa exturquendi ab eo pecuniam; vigore confessionum factarum in curia S. Joannis de Rotundo, a qua die sequenti fuerunt carcerati (nam, & fama eo usque pervenerat) a Regia Audientia, ad quam fuerunt postea transmissi procedente ad modum belli fuerunt me referente ad mortem condemnati; quamquàm prædictus Sacerdos eadem nocte a manibus eorum aufugisset, & facta relatione in Regio Collaterali Consilio, interveniente Philippo Vignapiana, uti Fisci Patrono, & in M. C. meo collega carissimo, ac rescripto obtento, quod dicta Regia Audientia justitiam faceret, fureis suspensi fuere. Et fuit in hac deci-

decisione consuetatum, quod confessiones receptæ a dicta Curia ratione enormitatis criminis, erant validæ, quia erat competens in cognoscendo, cum eos carceraverit, & lex quàm dura, pro bono publico, ut alii deterreant exemplo, servanda erat. Sed cum posteà Farinac. doctrinam observassem, qui in q. 124. num. 7. tenet. ex Bald. *in l. data opera num.* 52. *C. de his qui accusare non possunt*, ex Tiraqu. *causa* 40. *nu.* 2. *&* 3. *ex* Afflict. *decis.* 279. *num.* 7. *& in Const. Asperitatem rubr.* 21. *fol.* 8. *arg. text. in l. aut facta §. eventus de pœnis*, & ex quamplusibus, ut videre est; quod Judex in Statuto puniente attentatum, uti consummatum, si velit, possit eum, qui attentavit mitius punire, & *num.* 76. quod quando adest aliqua causa minuendi pœnam ultrà eam, quod delictum non fuit sequutum, Judex non solum potest, sed tenetur, & cum consideraverim, prædictos aliàs non fuisse inquisitos, & proindè misericordia non immeritos, & ob hanc decisionem mœrore conficior, utique si hæc priùs considerayissem, pro exemplo, tantùm criminis authorem ad mortis pœnam condemnavissem, cæteros ad remigandum.

Dicta ratione enormitatis criminis attenta, piratæ quoque a capiente cognoscuntur, de Franchis *decis.* 142. Nec omitto, quod Commissarius Campaneæ, & aliquando Regiæ Audientiæ avocans prælatas causas a Curiis Baronalibus, & meritò, quia validas vires habent facilius inquirendi contra complices, & fautores.

23 Ratione Contrectationis rei furatæ; nam si quis furtum commisit in uno Territorio, & in alio rem contrectat, ratione dictæ contrectationis, Judex illius loci est Judex competens, si ibi est latro, sive fur, cum re furtiva captus, ex *texta in l. servo, & filii, ff. de furtis, l. quamvis, l. vulgaris, & in l. si is qui §.* 1. *& in l. si dominium, ff. eodem*, quasi contrectatione in tali loco novum committatur furtum; sicuti enim mutatione domini nova actio furti novo domino acquiritur, ità mutatione dominii Territorii ex illa contrectatione novum furtum consideratus; quia valet argumentum a dominio ad jurisdictionem, ita Bart. in *d. l. si dominium*, ubi Consil. de Bottis, & Folles. *in rub. & si confitebuntur*, *num.* 224. Capyc. *decis* 104. Dom. de Franch. *dec.* 681. De Anna *sing.* 438. Dom. Reg. Sanfel. *dec.* 11. D. Reg. Rov. *prag.* 5. *ubi de delicto*, & ita servatur in Regno, ac iste Judex capiens competens est, sive fur eadem die furtum contrectet, sive alio tempore, sive ibi steterit una die, sive minus, sic testatur Capyc. in dicta *decis.* & tenet Danza *num.* 24. licèt in puncto juris mihi videtur, quòd unius diei mora requiratur, uti tenet Judex Capibl. *cap.* 54. *tract.* 2. *num.* 6. quia non dicitur venisse, qui non stetit, Amend. ad *decis. de Franch.* 37. *nu.* 4. & confert *tex. in l. quo destinaverat de furt.* nec non ille Judex ad pœnam corporalem, seu ordinariam procedit, Peguera *decis.* 28. *n.* 4.

24 Cæterùm si furtum esset qualificatum ratione magnæ quantitatis, vel quia patratum in palatio alicujus Magnatis, vel Principis, vel in Ecclesia, Judex capiens tenetur remittere ad Judicem loci delicti requirentem, quia interest ad exemplum, ut fur remittatur ad locum, ubi deliquerit, & similitèr Judex capiens si plenè non habet probatum delictum, furem remittere debet ad Judicem loci delicti, plenè informatum, ut reos condigna plectatur pœna, Capiblanc. *de Baronib. lib.* 2. *cap.* 54. ubi *num.* 5. quoque testatur, quod si Judex loci delicti est Judex Baronis, qui habet privilegium cognoscendi de delictis extra territorium commissi cum clausula abdicativa, & Judex capiens est Judex Regius, fur ad Judicem Baronis est remittendus, & idem dicit in *lib.* 1. *par.* 2. *num.* 135. ac novissimè confirmat Thor. *vot.* 95. *par.* 1. etenim delinquens propriè subditus efficitur illius, coràm quo deliquit, Dom. de Franchis *decis.* 147. & ille magis dignus censetur, idem *decis.* 37. & quia Baro in vassallis plus juris habet, tùm ratione dominii, tùm ratione offensionis naturalis, perpetuusque Judex dicitur, Judex Regius accidentalis, ideircò ille præferendus.

25 Insuper Judex ratione contrectationis competens efficitur non solùm in furto, verùm etiam in mulieris raptu, nàm raptores à quocumque capi possunt, atque puniri, idem Capibl. *d. cap. n.* 7.

26 Non tamen prætermitto, quod Magna Curia Vicariæ captum cum furto in hac Civitate ad Baronem non remittit, ut testatur idem Thorus *dicto vota nu.* 57. Sicuti delinquentes Neapoli ad Barones quocumque privilegio insignitos non remittit ob speciam Principis reverentiam residentis in ea: quam præeminentiam quoque habet pro delictis in Casalibus dictæ Civitatis patratis, ut testatur Dom. Reg. Tap. in *prag.* 1. *ubi de crimine agi oportet lib.* 3. *jur. Regni*, Dom. Reg. Rovitus *decis.* 11. Dom. Reg. Merlinus *controv. forens. cap.* 100. *tom.* 1. *& cap.* 72. *tom.* 2. Capibl. *pragm.* 8. *de Baron. par.* 2. *num.* 132. Consil. Carleval *lib.* 1. *de judiciis disp.* 2. *num.* 891. & extat Capitulum Serenissimi Regis Frederici d. Anno 1696. *in vol. capitulorum hujus Civitatis nu.* 54. relatum ab eodem Dom. Merlino *cap.* 72. *num.* 32. Verùm si delinquentes Neapoli sunt de eisdem Casalibus, alicui fortè concessis in officium, hæc præeminentia locum non habet, sicut fuit decisum a M. C. & a S. C. pro Ill. Principe Hostiliani, cui fuit remissus Franciscus Surrentino de Casali Turris Octavæ, qui deliquerat in hac Civitate; ex quo dictus Ill. Princeps habet dictum Casale in officium, & guberoium, diciturque officialis in eo constitutus exercens jurisdictionem, sicuti cætera Tribunalia, quæ Neapoli resident, ut videre est penes Dom. Reg. Sanfel. *dec.* 73. *lib.* 1. & eumdem Dom. Reg. Merlin. *d. cap.* 72. Item si vassallus Baronis delinqueret in Casali alteri Baroni subjecto, cessare præeminentiam, testatur Dom. de Franchis *decis.* 129. & alia remissionum exempla habes penès Thorum *in verb. Remissio*.

27 Item ratione delegationis est Judex competens. Et delegatus dicitur, cui ab habente potestatem causa committitur, & alterius jurisdictione utitur, sive alterius jurisdictionis usu potitur, *l. si Prætor, ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdictio l. solet de jurisdictione omnium Judicum*. Is autem creatur, aut a Principe, aut ab alio inferiore, Glos. *in l. & quia, ff. de jurisdictione omnium Judicum*. Si a Principe, alteri causam subdelegare potest, *text. in l. fin. de offic. ejus, cap. Pastoralis, & cap. Venerabili, de officio delegati*. Quod limitatur in casu *text.* in *l. inter artifices, ff. de solut. & in l. nemo de duobus reis*, & in casu *l.* 1. *ff. de offic. ejus, cui, &c.* v3. quando esset delegatus in casibus ipsi Principi reservatis, & quando ex tenore delegationis appareret fuisse electam industriam personæ *Capic. decis.* 151. *nu.* 6. Industria vero personæ censetur electa, si in rescripto dicitur *Confidens de tua prudentia*, vel *de tua circumspectione*, vel si adest clausula, *Vos conjunctim*: vel si factum cohæret personæ ratione rei, puta accessus, Thomas de Rosa meus frater Episcopus Sancti Angeli *tract. de executor. literar. Apostolic. fol.* 461. *num.* 10. vel quando negotium arduum est commissum, ut in *cap. si pro debilitate, de offic. Deleg.* ibi: *nisi fortè causæ ita graves sint, quæ sine præsentia tua non possint commodè terminari*, & ibi Glossa *in verb. causa, & in verb. Graves*, ipse enim in causa commissa major est ordinario, *text. in cap. sanè, de officio, & potestate Judicis delegati*, & in *d. cap. Pastoralis*, ità ut Ordinarius Delegato obedire teneatur. Delegatio verò tunc inducta videtur, quando in com-
28 missione Principis dicitur: Procedas authoritate nostra, Boer. *dec.* 161. *num.* 8. Dom. Merlin. *cap.* 15. *n.* 1. *lib.* 1. vel utitur Princeps verbo *delego*, vel *tibi committo*, aut in illa ponitur aliqua clausula, quæ ordinariam jurisdictionem excedat, v3. *Procedas appellatione remota*, Maranta *in sua praxi par.* 2. *dist.* 4. *num.* 4. *vers. Quomodò autem cognoscatur*, aut quando Princeps dicit, *Cognoscas, sed ante executionem sententia referas*, quia tunc altera est jurisdictio, Camp. *ref.* 12. *nu.* 6.

Per commissionem verò causæ ordinario Judici qui potestatem habet in ea procedendi, non videtur facta delegatio, sed tantùm excitata jurisdictio, Maranta *d. loco num.* 77. *text. in cap. licèt de officio Delegati*, etiam si legatur particula *Cum rigore procedas*, aut *condigna pœna citò expediat*, Peng. 10. *nu.* 14. *de officio Judicum* Apostilla *in pragmat.* 1. *de delegationibus*,

E

nibus. Quoniam autem delegatio odiosa dicitur, Glos.
in cap. 1. *in fine de rescriptis in sexto*, Alex. *in l.* 1.
29 *ff. de offic. ejus*, minimè prorogatur de persona ad
personam non expressam, *cap. P. G. de officio Dele-
gati*, nisi sub ratione in delegatione contenta com-
prehendatur, Afflict. *decis.* 227. ubi fuit citatus au-
thor à debitore laudatus, & si in rescripto non erat
nominatus; & ibidem Ursillus *num.* 2. dicit, quod
delegatio licèt non se extendat ad personas non no-
minatas, tamen quando quodammodo eas tangit, eas
comprehendit; quare dico, quod si rescriptum est con-
tra Titium inquisitum de homicidio, si postea Titius
in confessione nominat Cajum uti mandantem, contra
eum delegationis rescriptum extenditur; & idem si
nominet alios complices. Verùm Thorus *in supple-
mento decis. in verbo M. C. V.* in hoc ultimo casu ci-
tat Tassonum *de antefato*, qui in 2. & 3. *observatio-
ne* decisiones Regii Collateralis Consilii hinc indè
30 recenset. Siquidem in delegatione causæ principa-
lis venit quoque accessorium, est tex. *in cap. pru-
dentiam* 21. §. *fin. de officio*, & *potest. Jud. Deleg.*
ibi: *Quod si excommunicato rei malitiosè distulerint,
tunc delegati eamdem jurisdictionem, quam in prin-
cipali, & in accessorio exercebunt*, Maranta *par.* 4.
dist. 6. *num.* 31. Jo Grand. *de bello exul. prædic. relat.
quæst.* 2. & ibi Thorus, qui dicunt, potestatem ad mo-
31 dum belle, seu delegationem comprehendere inci-
dentia, emergentia, connexa, & dependentia. Et cum
eodem Joanne Grande, (ne de incognitis sit sermo),
dico, quòd incidentia sunt illa, quæ vetustiorem
causam habent separatam a causa processus, prout
sunt exceptiones peremptoriæ, rei judicatæ, jurisju-
randi, & præscriptionis, & in criminalibus exceptio
Clericatus, repositionis ad Ecclesiam, indultus, mi-
noris ætatis, & similes. Emergentia, quæ habent ori-
ginem novam, post inchoatum judicium processum
respicientia, ut putà suspicio Commissarii, dilatio
brevis, ordinis defectus, &c. Dependentia, quæ
quomodo negotium principale tangunt, & ab eo ori-
ginem trahunt, ut sunt omnia præparatoria ad præ-
paratum, & Connexa dicuntur, quæ ad determi-
nationem alterius veniunt, & unum pendet ab alte-
ro, ut in mandante, & mandatario.
32 Quamobrem Doctores dicunt, quòd prohibita
appellatione in caussa principali, prohibita quoque
censetur in interloquutoria, quod dictum in emer-
gentibus, dependentibus, & connexis indistinctè pro-
cedit; in incidentibus verò non ita; nam qui-
dam, & præsertim Capiblancus *de baronibus lib.* 2.
cap. 50. Amendola ad Dom. de Franch. *decis.* 25. *nu.*
53. Rev. de Luca ad eundem *decis.* 657. *num.* 2. *in
fine*, tenent, quòd si gravamina interlocutoria re-
parari possunt in definitiva, quod, remota appel-
latione, ad ulteriora proceditur, secùs si reparari
non possunt. Indistinctè tamen dictum procedere
testatur D. Reg. Merlinus *controverf. forens. lib.* 1.
cap. 5. & loquitur de incompetentiæ interlocutoria,
eòque magis, ut ait, si eadem ratio quæ in diffini-
tiva, militat in interlocutoria, ut *num.* 23. *verf.
His sic perpensis*. Et ego etiam in fori declinatoria
plures practicarem vidi; id quod in incidentibus
Clericatus exceptionem, vel repositionis ad Eccle-
siam continentibus non admitto.
33 Rursus si M. C. procedit cum delegatione con-
tra aliquem pro uno delicto expresso in delegationis
rescripto, ex ipsius præeminentia procedit etiam uti
delegata pro aliis corporalem pœnam merentibus, re-
fert decisum Thorus per Collaterale Consil. *in dicto
verbo M. C. in* 3. *in princip.*
34 Delegatus verò Principis, etiam quod in delega-
tione deficiat clausula, *Procedas appellatione remota*,
appellationem admittere non tenetur, Capyc. *dec.*
11. Dom. Reg. de Ponte *de potest. Proreg. tit. de de-
leg. caus. num.* 6. D. Reg. Merlin. *cap.* 67. *nu.* 1. &
cap. 15. *lib.* 1. nisi obtento ejusdem Principis rescri-
pto, Consil. Campana *resol.* 12. *num.* 6. *verf. Satis
tamen est*, & sic nos in Reg. Audientiis observavi-
mus, & in M. C. quæ in causis delegatis prævio
rescripto S. E. die Mercurii relationem facit in Re-
gio Collaterali Consilio, ad finem concedendi recla-
mationem.

35 Tandem delegatio, mortuo Delegante, re inte-
gra, ut quia delegatus non adhuc procedere incœpit,
expirata censetur, sicut mandatum re integra expi-
rat morte mandatis, *text in l. mandatum. C. mand.*
re verò non integra secus, *cap. si delegatus de of-
ficio deleg. in* 6. Dom. de Franch. *decis.* 259. Et ho-
die res non integra dicitur, si decretum est interpo-
situm, quod procedatur virtute delegationis, vel or-
dinata sit citatio, quamvis non effectuata, de Luca
in. d. decis. num. 1.
36 Citatio autem, ut sustineatur, delegatus in ea
rescripti delegationis copiam inserere tenetur, Consi-
liarius Campana *resol.* 12. *num.* 2. & 7. est communis
opinio stylo omnium Curiarum comprobata, Tho-
mas de Rosa *d. tract. fol.* 466. *num.* 3. ibi. *Bene facit
text. in cap. præterea de dilationibus, ex quo col-
ligitur, quod semper fuit mos inserendi delegatio-
nem in citatione*. Similiter mortuo delegato expirat
delegatio, nisi dignitatis nomine fuerit facta, quia
dignitas nunquam moritur; & hoc casu delegatio
dicitur realis, & ad successorem transit, qui pro-
cedit in causa in terminis, in quibus reperitur, text.
est expressus *in cap. quoniam Abbas de officio dele-
gati*, & ibi glossa *in verbo substitutum*, & *tex. in*
§. *& hoc verò, auth. ut nulli Judicum*. Et nulla
fit in hac re distinctio, in re integra, aut non, Con-
zalez *in d. cap.* P. Merolla *Theol moral. tom.* 2. *c.* 6.
num. 597. Sed difficultas est, quando in delegatione
utrumque nomen est expressum dignitatis v3. & per-
sonæ; nam quidam existimant, delegationem esse
realem, & ad successorem transire, quia favorabi-
lior est delegatio realis, cum dignitatis qualitas præ-
valeat potiùs, quam personæ, quidam alii persona-
lem, ut Dom. Card. Tuschus *lit. D. conclus.* 434.
num. 51. P. Merolla *d. cap. num.* 584. & ponderatur
dictum *cap.* ibi: *Sub expressis nominibus locorum*,
& non personarum.
37 Ratione injuriæ Judici illatæ ipsemet quoque
Judex competens est, ut communitèr tenent Docto-
res, ne reverentia illi debita in irritum cederet, *Cul-
tus enim justitiæ, cui bonum Reipublicæ regimen
innititur, hoc præcipuum exposcit*, ut ait Dom. Reg.
Merlin. *contr. forens. cent.* 2. *cap.* 71. & 72. *num.* 1.
*& ne flagitiorum crescat audacitas, vel publica va-
cillet utilitas*, ut inquit Jurisconsultus *in l.* 2. *C. de
privil. schol.* Verùm in hac competantia ita Docto-
res distinguunt: aùt injuria directè est Judici illata
ratione, & intuitu officii, & quia non sibi, sed di-
gnitati illata dicitur injuria, ipse Judex cognoscit,
Julius Clarus *quæst.* 36. *verf. Solent etiam*, Caball.
casu 128. & 291. *num.* 34. Farinac. *quæst.* 17. *nu* 46.
Vivius *decis.* 278. *num.* 27. Dom. Ricc. *dec.* 54. Dom.
Reg. Sanfelic. *decis.* 63. *num.* 1. & 7. & ceteri omnes,
& confert. *text. in l.* 1. *ff. de postulando*: & quotidie
videmus, quod Judices inferiores pro verbis irreve-
rentèr prolatis faciunt *Notoria*, ut vulgò dicunt,
continentia pœnam pecuniariam, quam sibi ipsis ap-
plicant.
Si pro causa privata, & ipse non cognoscit, sed
Judicem superiorem adire tenetur, ut præcitati Do-
ctores fatentur, licèt quidam teneant, ut quando
crimen est notorium, & pœna à jure determinata,
cognoscere possit, ut videre est penès dictum Ca-
ball. *casu.* 128. *num.* 9. qui cæteros allegat ea ratio-
ne, quia tunc opus non est investigatione, & discus-
sione, sed sola executione, & suspicionis allegatio
cessat. Quidam alii tenent, ut superior debeat da-
re tali Judici alium adjunctum, qui insimul cogno-
scat, ut penès Dom. Reg. Rovitum *decis.* 86. *num.*
5. Verum, quidquid sit de hac re, ego numquam
admitterem, quod Judex possit formare processum,
sed tantùm pro assecuratione Curiæ delinquentem
carcerare.
Aut indirectè, quia Judicis auctoritas, & juris-
dictio læditur, ut puta, si testis coram Judice Ci-
vili falsum deponat, juxta textum *in l. nullum C.
de testibus*, & *in l. si lis, Cod ad l. Cornel. de falsis*,
& tunc cognoscere valet, Graff. *de effect. cleric. ef-
fect.* 1. *num.* 1154. Merolla *Theolog. moral. cap.* 3. *di-
sput.* 7. *de jurisd. cap.* 2. *num.* 194. Dom. Ricc. *col-
lect.* 243. Dom. de Franch. *dec.* 722. Dom. Reg Mer-
lin.

lin. *cap.* 71. *tom.* 2. saltèm, ut illa Judica civilis pœnam extraordinariam imponere valeat, ut voluerunt Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 91. Campan. *in cap. Regni incipiente Illustris num.* 15. ac cæteri ab eo relati. Sed hæc competentia non habet locum contra Clericum coram Judice laico falsum deponentem, quia Judex Laicus prorsus incompetens est; procedit tamen contra laicum coràm Ecclesiastico deponentem, licet hoc casu præventioni locum esse affirment præcitati Doctores, & Dom. Merlinus, qui eitato loco etiam testatur *text. in d. l. nullum* cumulativè procedere contra quemlibet delinquentem laicum quovis fori privilegio munitum.

38 Denique ratione Vagabundariæ, ut dicunt, quoniam Vagabundus, ubi reperitur, punitur, & ille Judex capiens competens est, Gloss. *in l.* 1. *C. ubi de crimine in verb. Reperiuntur*, Peguera *dec.* 3. *num.* 10. Guido Papa *dec.* 602. *num.* 2. Capibl. *pragm.* 6. *num.* 66. Danza *tit. de Vagabund.* Vagabundus autem is dicitur, qui certum non habet domicilium, secundum Glossam *in l.* 4. §. *Prætor ff. de damno infecto lit. K.* seu firmam residentiam, ut ex pluribus notat Peguera *in d. decis. num.* 11. Verùm illum remittere tenetur ad Judicem commissi criminis requirentem, Peguera *d. decis.* Abbas *in cap. fin. de foro Competenti*, Foller. *in rubr. audiantur excusatores num.* 129.

39 Confessio igitur coram quolibet istorum Judicum facta tamquam coram competenti Judice emanata videtur. Ut autem ad condemnandum in ordinariam pœnam valida, & sufficiens sit, requiritur etiam, ut ab ipso Judice in figuram judicii recipiatur, sicut dicit *Gloss. in l. jubemus C. de liberali causa, in verb. Aliud Judicium*, & Glos. *in l. cum servus de agricolis, & censitis lib.* 11. *in verb. Confessionibus*, vz. recipiatur in loco, ubi consueverunt sedere majores Curiæ pro Tribunali sedente, ità *text. in l. penult. de just. & jur. Glos. in l. cum sententiam C. de sententiis*, in *verb. Secrete* juncta Glos. *in l.* 4. §. *ait prætor de interrogatoriis actionibus, in verb. In itinere*. Fatentur Marsil. *in l. de minore* §. *plurimum num.* 11. *in fine de quæst.* Foller. *in verbo etsi confitebantur num.* 7. Clar. *quæst.* 61. *num.* 35. Farinac. *quæst.* 81. *num.* 50. Danz. *tit. de confessis, & confessione cap.* 4. *num.* 3. ac cæteri unanimes Criminalistæ tribus rationibus. *Prima*, quia Judex magis accuratè, ac majori prudentia sedenso constitutum interrogat, & audit. *Secunda*, quia in eo loco magnæ reverentiæ reus constitutus ipse magis advertit ad ea, de quibus interrogatur, & confitendo non præsumitur per jactantiam, & lasciviam confiteri. *Tertia*, quia in eo loco omnis suspicio
40 fraudis, & suggestionis abesse præsumitur. In atrocioribus verò criminibus, in quibus Judex valet jura, & ordinem non servare, si talis suspicio cessat, confessio quamquàm non recipietur in loco consueto, & Curia pro Tribunali sedente, efficax est, quoniam omnibus admirationis res esset, si hujusmodi crimen confessus condigna pœna non puniretur, cum tali confessione, sive sit recepta in loco consueto, aut in alio loco, nec factum, nec negotii veritas mutatur, licet in hoc non sit observata juris sollemnitas, arg. *tex. in l. final. ff. quod metus causa*, ubi si Titius ordine meo, vi, & metu solvit Cajo decem, si mihi decem debebat, quamquàm inciviliter solutum non revocatur, & sic veritas magis, quàm modus, & ordo certus attenditur, multa enim Jure Civili contra juris rigorem pro communi utilitate recepta videmus, ut inquit Jurisconsult. *in l. ita vulneratus, ad l. Aquil.* Reipublicæ etenim interest, ut maleficia puniantur *cap. famæ de sent. excomm.* alioquin Respublica læderetur, quæ magis improbos castigando, quàm bonos præmiis afficiendo coalervatur, ut in procemio diximus. Hinc contra carceris custodes, qui delinquunt in officio, absque tela judiciaria proceditur, & puniri possunt, & acrius quidem, quià ex pastoribus evadunt Lupi, *text.* est in *l. unicut*, §. *custodes ff. de quæstion.* cujus verba sunt: *Custodia non solum pro Tribunali, sed de plano audiri possunt, atque damnari*, & facit text. *in l. volunt*, §. *quod ait Prætor de interrogatoriis actionibus*, & Glos. *parvo signaculo subtus in l. penultima de justitia, & jure*: cujus verba sunt: *Etiam domi, vel in itinere, modò salva majestate, idest non in Balneo, Theatro, vel Convivio*, Glos. *in l.* 1. *C. de confessis in verbo, & intelligo in jure ubicumque sit Judex*, unde si talis suspicio cessat, ut puta quia Judex habens plures terras in sua jurisdictione, in une, in qua non adest locus determinatus judicii, casu delinquentem capiat, & ibi illius confessionem recipiat, confessio valida est, vel si Gubernator reperiatur infirmus, ita ut ad locum Curiæ accedere minimè possit, & delinquens coràm ipso confiteatur, confessio efficax est: multoties enim delinquens ex improviso crimen confitetur, quod contracta mora negat. Et in isto casu non præsumitur fraus, sicuti in anno 1673. mense Junii Joseph. Jacobus de Leo de Altamura inquisitus cum aliis duobus de crudeli, & proditorio homicidio in personam Thomæ Perez, & de vulneribus in personam Josephi Bucciarelli, surripiendi causa ducatos duodecim, quos prædictos Thomas quæstuando pro devotione Matris Dei de Neapoli à devotis acceperat, & carceratus in dicta Curia, & crimen confessus coram Gubernatore in domo Judicis, quia ægrotabat, transmissus vigore rescripti S. Excell. ad Regiam Audientiam Liciensem, ubi alii duo reperiebantur, quamquàm confessio non esset recepta à Gubernatore, & Judice in loco consueti judicii, attamen à dicta Regia Audientia procedente uti delegata Principis sub die 13. Decembris 1673. fuit ad mortem condemnatus, & audivi à Domino Regente Antonio de Gaeta, tunc Regiæ Cameræ summariæ Locumtenente meritissimo per M. C. ità duabus vicibus fuisse judicatum, & decreta fuisse confirmata à Sacro Consilio, ipso tunc Fisci Patrono; & reos taliter confessos morti traditos, quamquam in confessionibus deesset particula illa, *pro Tribunali Sedente*. Atque equidem ego reo confesso, si in ejus confessione non adsit dicta particula pro Tribunali sedente, aùt Judicis ignorantiæ, aùt quia vere confessio non fuerit recepta in loco Curiæ consueto, si suspicio, de qua supra, vz. extorsionis, & fraudis cessat, & casus ità demonstrat, juxtà *Levitic.* 22. minimè parcerem reo; sicuti hæc circumstantia, sive hoc requisitum, minimè desideratur in atrocioribus criminibus, in quibus Judex valet extraordinario modo procedere, uti in hoc Regno Regiæ Audientiæ procedunt ad modum belli in omnibus criminibus enunciatis in Reg. *Pragm.* 10. *de officio Judicum*; Quoniam modus iste extraordinarius, licèt probationes de jure requisitas, quæ factum declarant, non tollet, Burs. *cons.* 601. *num.* 90. 117. *&* 126. Marius Burgius *quæst.* 41. *num.* 11. 12. *& sequ.* Maranta *De ordine judiciorum par.* 2. *num.* 26 resecat tamen circumstantias, & omnes sollemnitates à jure positivo requisitas, in recipiendo dictas probationes, Cavalcan. *par.* 6. *num.* 141. Vivius *decis.* 143. Gramm. *dec.* 34. *num.* 9 ubi loquitur de præeminentia Magnæ Curiæ, Jo: Gra. *prædic. quando quæst.* 1. Ità quod Judex hujus potestatis vigore reorum confessiones in quolibet loco, & qualibet decenti forma recipere valeat, juxtà *tex. in d. l. voluit* 4. §. *quod ait Prætor*, & Glos. *parva in d. l. penult.*, sicuti in atrocibus potest recipere testes inhabiles, ut dicit Glos. *in l. penult. de accusationibus*, etiam sine tortura, & non citatos examinare; DD. etenim uno ore fatentur omnes, quòd in istis criminibus Judex valeat à regulis juris recedere in puniendo, & in procedendo, modo, quo supra diximus. Et pluries in Regiis Audientiis in cesibus ad modum belli proceditur. Nos autem confessiones recipimus in Palatio Præsidia, juxta *text. in l. sicut proponis, la seconda, C. quomodo, & quando Judex* juncta Gloss. Regularitèr tamen à Judice sedente pro Tribunali, ubi consueverunt sedere majores, confessiones recipi oportet, ut efficaces sint, ità post antiquiores affirmant Pater Sanch. *consil. moral. lib.* 9. *cap.* 3. *dub.* 13. *num.* 1. & Dom. Card.
41 de Lugo *disp.* 37. *sess.* 12. *num.* 141. verùm in levibus delictis, quæ modicæ sunt coercitionis ab hac sollemnitate receditur, ut ex *text. in l. levia de accusationibus* juxtà Glos. *in verb. de plano*, & Gloss. *in l. miles*, §. *fumagenta*, *in eodem verb. de plano*.

42 Præterea, ut confessio ad pœnam ordinariam effi-

cta in, inspiciendum est, an confessionem præcedat inquisitio; cujus initium est corpus delicti, in quo fundatur dicta confessio, quæ in caso contrario videretur uti qualitas sine subjecto, & staret in aere. Ordo enim naturalis est, ut prius probetur factum, deinde a quo, posteà quo animo. Quare si de facto, & reo constat, de animo quæri potest, inquit eruditus Casonus *De indiciis, & torsum, cap. 2.* Ista quippe confessio sine delicti corpore nuda dicitur, ideircò inefficax, ut ex modernis Guazz. *defensa 4. cap. 11.* plures referent; quinimò si subsequeretur ex subsequenti validitate ad tempus antecedens invalidum retrotrahi minimè potest, quia probatio, quæ subsequitur, correlativa est nudæ confessioni, quæ ut efficax sit in pœnam ordinariam, ratificatione indiget, juxtà doctrinam Carreris *in pract. crim. in tract. de hom. caput.*; & nota Doctrinam. Estque alia ratio, quia Judex ad actum aliquem procedere non potest, si inquisitio de crimine in genere non præcesserit, August. ad Angelum *in verb. quod fama publica, num. 12.* qui loquitur in citatione, Brun. *de indic. & tort. quæst. 4. & quæst. 9. num. 1. 2. & 3.* Cartharius *de interrogandis reis cap. 2.* qui loquitur in rei examine, Jul. Clar. *quæst. 4.* Guazz. *def. 4. cap. 1.* Muscat. *in proemio num. 72.* Hondedeus *cons. 107.* Marsil. *cons. 12. num. 34.* Farinac. *cons. 23. num. 2.* qui cæteros allegat. Tertia denique ratio est, quia Judex ab ore rei haberet delictum in genere, & delictum in specie, & arma non sunt sumenda a domo rei, contra *textum in l. nimis grave, C. de testibus.*

43 Verùm hæc doctrina non procedit in criminibus atrocioribus, aut quando in confessione designetur delicti corpus, uti in caso Grammat. *cons. 19. num. 4.* ubi dicit, quòd si quis fatetur occidisse hominem, & in tali loco eum sepelivisse, cautela est, ut Judex mittat ad illum locum inspiciendum, an ibi sit homo mortuus, vel ejus saltèm ossa reperiantur; Sicuti advertit etiam Paris de Puteo *in verbo confessio*, quia illo casu, quamquàm inquisitio delicti in genere confessionem non præcedit, confessio efficax est, ut ea ex confessus in ordinariam criminis pœnam condemnetur, sicuti practicatum fuit annis præteritis: cùm enim Horatius de Benedicto confessus fuisset in Regia Audientia Theatina homicidium causa furti in personam Angeli de Rosello, de quo facto notitia non habebatur, & quod cadaver absconditisset in nemore nuncupato Tornareccio; statim Regia Audientia misit ad capiendum corpus delicti, & reperto in designato loco cadavere, cum funicula in gutture, juxtà ejusdem Rei confessionem, me referente, infra paucas horas fuit morti traditus, & in frusta scissus. Cumque eodem tempore Capitaneus Campaneæ asportasset duos homines, quos cœperat in Territorio Lanxiani, ad capturam motus, quod prædicti cùm vidissent milites, aufugere cœperunt, & in Aula interrogati super dicta fuga, confessi fuissent, occidisse causa furti securi quendam Juvenem de Marchia, Vastum iturum, ad inserviendum Ill. Marchioni dictæ Terræ; & penès dictum Juvenem non reperisse, nisi tres ducatos aureos, & ejus corpus abscondidisse propè flumen Sangrum, Regia Audientia statim misit ad capiendum delictum in genere, repertoque cadavere in loco enunciato in confessionibus, eos intra paucas horas condemnavit ad mortem, eorum corpora in frusta scissa fuere, procedens ad modum belli, me itidem referente. In quo facto observavi, quòd unus ex Reis inserviebat Monasterio Sancti Francisci Civitatis Lanxiani, & in dicto Monasterio nocte præcedenti muram fecerat miserrimus Murchisanus ille, & Reus hic erat pronepos Petri Mancini famosi Capitis Banditorum, & sic ex mala progenie, ex qua indicium certè depromitur, uti consideravit Juris Consult. *in l. quisquis C. ad l. Jul. majest.* & juxta illud *Matth. 7. & Luca 6.* neque enim arbor mala fructus bonos potest producere.

Dixi, quòd in atrocioribus delictis doctrina non procedit, & præcisè in quibus Regiæ Audientiæ procedunt ad modum belli, & M. C. uti delegata; quia in illis criminibus ordo juris non est servandus, & juris rigor æquitati præferendus pro Reipublicæ utilitate. Unde confessus hujusmodi crimen ex dicta confessione, quamquàm inquisitio delicti in genere non præcedat, condemnari debet in pœnam ordinariam, juxtà doctrinam Bruni *de indiciis, & tortura quæst. 5. num. 3.* Lanfranc. de Oriano *in cap. quoniam contrà de probationibus vers. quæro ulterius*, Carreri *in text.* ibi: *voce propria confessus num. 10.* & Casoni *cap. 3. num. 4. & 18. num. 6.*

44 Inspiciendum quoque est, an criminis indicia contra ipsum confessum procedant; alioquin si interrogatus confessus est, non ordinaria criminis pœna, sed mitiori extraordinaria punietur, sicuti profitetur Bald. *l. ea, quæ C. de condict. indebiti, undecimo quæsito*, ibi: *Antequam testes sint recepti, secus si posteà, ut ff. de jure jurando, l. cum qui consuluit*, Hipp. Rimin. *cons. 245. lib. 3. num. 59.* ibi: *Dicitur autem sponte confessus hic Veronensis, postquam tractus ad Judicem, statim confessus fuit, antequàm testes reciperentur*, Felin. *in cap. de hoc de Simonia num. 6.* Sed in hac re, quando nempè confitenti remittatur pars pœnæ, vide Bald. *in l. ea qua C. de condict. indebiti, & in cap. 1. §. porrò, quæ fuit prima causa beneficium amittendi in usibus feudorum, & in l. contra negantem, C. ad l. Aquil.* Bart. *in disp.* quæ incipit, *per leniam communiter sunt statuta.* Et hic addit Hostiens. quòd etiamsi quis adstrictus probationibus faciendis confitetur, debet mitius puniri, si adversarius, vel Judex adhuc non fuit probationibus gravatus, & quantum in dicto casu sit pœna, remittendum arbitrio Judicis relinquitur, ut dicit D. R. Capyc. Latro *decis. 172. nu. 49.* ex Franco, Felin., & Abb. ibi citatis. Imò Anania *in d. cap. Ad hoc. num. 6.* fatetur, quod sit mitiùs puniendus, etiam postquàm testes sunt recepti, si aliquo modo Fiscum relevaverunt ab onere probandi, idem confirmat Dec. *in cap. at si Clerici de judiciis num. 54.* Verùm Anan. & Dec. fundantur in doctrina Hostiensis, qui mihi videtur, quod hoc non dicat, sed in *d. cap.*

45 *Ad hoc*, habetur, quòd qui confitetur ante probationes, puniri mitius debet, uti *num. 2.* ibi: *Puto tamen in aliquo parcendum esse illi, qui nec probationes expectavit*, & civis meus ad Bartol. *in l. quæstoris* dicit, quod si sponte reus est confessus sine aliis indiciis, & Judex condemnavit ad mortem, utique tenetur, & hæc opinio Hostiens. Bald. Rimin. & Felin. vera est, æquitati, & juri consona, quorum sententia tribus nititur rationibus. Prima vz. quia relevaretur Judex ab onere probandi. Secunda quia nequit interrogare captum, de quo in processu non existunt indicia, uti profitetur Sanctus Thomas 2. 2. *quæst. 69. art. 2. 2. vers. respondeo dicendum*, quod Judex debet perquirere veritatem, secundùm ordinem juris, & ibi: *non enim aliquis tenetur omnem veritatem confiteri, sed illam solam, quam ab eo potest, debet requirere Judex secundum juris ordinem; puta cum præcesserit infamia super aliquo crimine, vel aliqua expressa indicia apparuerint, vel etiam cum præcessit probatio semiplena*, idem sequitur Sotus *de justitia, & jur. lib. 5. quæst. 7. artic. 2. in princ.* & P. Sarm. *lib. interpretationum lib. 2. q. 14. vers. 2. generaliter.* Et radicalis ratio est, quia Judex interrogando de crimine, homini irrogat infamiam, idcircò peccat mortalitèr, ut præcitati DD. fatentur, etiam ratione juramenti, & quod ut reo deferri possit, gravia requiruntur indicia, quia juramentum est spiritualis quædam tortura: nam non minus, quàm tortura angit, & mentem pessundat, ità post antiquiores, P. Lessius *de justitia, & jure cap. 31. tit. de reo, & advocato cap. 3. num. 15.* Et in hac quæstione, an reus a Judice justè interrogatus teneatur veritatem fateri, attenta opinione affirmativa, quæ est magis communis, ut probat P. Diana *resol. moral. pars. 3. tract. 5. Miscell. resolut. 91.* nempè teneri, opinio tamen procedit casu quo reo indicia innotescunt, eo modo, prout in decreto *Scribatur* retuli, ea ratione, nam qui bonam, famam, honorem, & vitam jure possidet, sub reatus prætextu non adstringitur illa dimittere, quousque sibi alienum jus innotescat, vz. Judicis potestate, quæ per statum processus regulatur. Quoties igitur

tur reo probatio innotescit, de judicis potestate constat, ideoque ei tenetur obedire, aliter confessio videtur per injuriam extorta, idcirco inefficax. Tertia est naturalis æquitas, quæ nos movet ad parcendum confessis, etiam Dei exemplo, ut *Exodi* 22. qua ratione attenta Propheta admonet, ut *præoccupemus faciem ejus in confessione* Psalm. 94. & D. Reg. Capyc. Latr. *dec. S. C.* 172. *num.* 46. dicit, quod supplex confessio genus quodam defensionis est, recensetque quod Domitianus, quamvis crudelis, pœnam remisit confesso crimen stupri in virgines Vestales commissum. Et quamquam Albericus de Rosate *in l. quæstioni de quæstionibus*, fateatur nonquam se observasse, quod per spontaneam confessionem aliquis minus puniatur, & Clar. *quæst.* 60. *num.* 34. *vers. non desunt*, dicat, quod Judices de hoc non curant, & Farinac. *quæst.* 81. *nu.* 13. confirmet, quod hæc opinio servatur in practica, cum viderit plures condemnatos sponte confessos etiam non præcedentibus indiciis (dummodo alia concurrant requisita ad confessionis validitatem, qui tamen est sibi contrarius in *d. quæst. num.* 82.) Gramm. *dec.* 48. *num.* 6. & Franch. in *cap.* 1. *de Accusationibus*, ubi licet teneat confessum, ex inordinato processu esse condemnandum, ea doctrina Innocentii *in cap. qualiter*, & *quando eod. tit.* & Bart. *in l. si confessus ff. de custodia reorum*, & ea *text. in dict. cap.* 1. *de accusationibus* quia confessio inducit notorium, dictorum tamen Doctorum opinio procedit contra confessum crimen exceptuatum, sive atrocissimum,

46 sicut refert decisum Dom. Reg. Sanfel. *in d. decis.* 234. *num.* 4. uti me referente in Mag. Curia, & in Regio Collaterali Consilio contra Antonium de Petro Sorice, confessum de homicidio cum qualitate assassinii, in personam Sacerdotis D. Francisci Antonii Scarimolæ Terræ Graffani, contra quem post confessionem sponte factam in Regia Audientia Basilicatæ fuerunt receptæ probationes in specie, & ad pœnam ordinariam processum. Nec non procedit postquam sunt receptæ probationes aut sicuti profitetur Dom. Reg. Cacace *in allegatione*, quam fecit pro Regiis Auditoribus Provinciæ Capitanatæ *n.* 360. in casibus, in quibus Judex tantum interrogat de captura, & ipsius causam requirat, uti usus servat in Curiis, & ita interrogatus crimen fatetur, quia in isto casu Judex ritè procedit: nam carceratum de crimine non requirit, ut haberet locum *text. in d. cap.* 1. *de accusat.* Verùm hæc opinio mihi non placet, quoniam Judex totum habet ex ore rei. Hic etiam ut confessio noceat confitenti, oportet, ut sit de crimine, de quo procedebat accusatio, vel inquisitio, seu ad quod judicium erat ordinatum, & ut ajunt Doctores principaliter, & non incidenter remissa, & adest decisio S.C. penes Afflictum *decis.* 176. ubi mulier inquisita de furto, incidenter pro adulterio confessa, fuit habilitata & decisio S.C. penès Capycium 52. ubi de eo, qui uti testis interrogatus, crimen confitetur, nam hæc confessio non præjudicat, & ut dicit Follerius *in rubr.* & *si confitebuntur nu.* 31. necesse est, ut capituletur confessio, idest ut de crimine inquiratur, atque iterum interrogetur. Verum in hac re distinguere soleo vel quod pro crimine curia ex officio procedere nequibat, ut in casu dictæ decisionis Afflicti, & confessio non nocet; vel procedere poterat, & confitenti nocet: crimina enim punienda sunt undecumque claruerit, ut in Regni *Capitulo ad quietem*, & intellige quoad pœnam extraordinariam, per ea quæ de sponte confessio ponderavi, nec non Jo. Ang. Pisan. *in d. decis.* tenet, quod M. C. quia Regem repræsentat potest sine alio processu ex tali confessione ad condemnationem devenire.

47 Secundum requisitum, ut confessio sit possibilis, scilicet de re, cui jus & natura non adversantur, ut si confiteris hominem liberum tuum servum, tuæ confessioni repugnat jus vel si frigidus confiteatur adulterium, quod est naturaliter impossibile, ut advertit glos. *in l. confessus C. de confessis* Pater Sanchez. *loc. cit. num* 2. Dom. Cardin. Lugo *d. dub. num.* 5. De re certa, & ut sit verisimilis, vz. si aliquis confitetur commisisse furtum in domo Titii, vel hominem occidisse, est necesse, ut constet de rebus furtivis, ac de hominis morte, ut in lege Moysis *Josuè cap.* 7. & est *tex.* capitalis *in l.* 1. §. *item illud ad Syllan.* qui tex. licet loquatur in torquendo, magis procedit in condemnando, Angelus *de maleficiis*, *in verb. Vestem cælestem foderatam*, *cap. quod si quis confitentur*: & ibi Augustinus, Paris de Puteo *in verb. confessio*, Marania *par.* 6. *nu.* 18. Foller. *in verb.* & *sic confitebuntur num.* 34. Gramm. *dec.* 2. & *conf.* 16. Bernard. Muscat. qui novissimè post cæteros criminalistas in proemio copiose scripsit. Item ut verificetur in circumstantiis suis, uti in homicidio hominis, cujus nomen ignoratur, an ille fecerit juvenis, vel senex, quo vestimento, quo loco, ut in istis circumstantiis verificetur confessio, si corpus non est putrefactum, quia in isto casu satis est ut reperiantur ossa in loco jam in confessione enunciato. Et si confitetur occidisse ictu scoppictæ vel cultro ut hæc qualitas quoque verificetur, si ex tali causa ut illa perquiratur & consideretur, si est verisimilis. Et si confitetur commisisse furtum, & bona furtiva Petro pignori dedisse, vel Titio vendidisse, ut hæc omnia verificentur, examinentur Petrus, & Titius; & si isti negant, quia forsan participes, per alias circumstantias factum verificare Judex tenetur.

48 Hæc utique investigatio necessaria est, ut veritas elucescat; in criminalibus enim probationes luce meridiana clariores esse debent *l. sciant*, *C. de probat.* & maximè confessionibus factis in tormentis, ut cognoscatur, an confessus sit dolore tormentorum, an vero conscientia commissi criminis, sicut advertit Franciscus Casonus *de tormentis cap.* 1. *num.* 9. ibi: *Et confessioni ne credant Judices, licet sæpius ratificatæ, nisi dicta confessio fuerit per signum declarata*, *c.* 20. *a num.* 2. *usque ad finem*, & ibi; *num* 4. *Judex petet a reo aliquod certum signum*, vz. Si agatur de homicidio, interrogabit, quid sit de armis & de qualitate armorum; Nam ex iis, & similibus veritas elucescit & *cap.* 21. *num.* 17. & 18 ibi: *Ratio reddi potest, quia confessio quamvis ratificata non habet vim veritatis sine signis*, & ad propositum allegat *text. in l.* 1. §. *Divus Severus*, §. *si quis ultro ff. de quæst.* Bertaz. *cons. crim.* 29. *num.* 5. *lib.* 1. per hæc verba profitetur: *Dolor etiam innocentes cogit mentiri, debet bonus, & circumspectus Judex in quantum potest rei confessionem verificare, maxime quærendo de causa, qua motus fuit confitens ad delinquendum de armis, loco, tem-*

49 *pore*, & *similibus*: Et si Judex reperiet confessionem in uno capite erroneam, in omnibus ita præsumat, consuluit Comanus *cons.* 154. *n* 3. *in fine*, ibi: *Cum in uno constet errasse, in aliis errasse credi potest*, uti dicitur de teste, ex *l. si ex falsis*, *C. de transact.* Unde me existente in M.C. Joannes Dominicus Bonadies inquisitus in Curia Castrimaris de Stabia, quod nocte undecima Decembris 1667. cum duobus aliis sociis causa furti Catellum Fiumara, & Catherinam Cosenza conjuges in propria domo occidisset, condemnatus morti vigore confessionis in acri tortura emanatæ, transmissus deindè ad carceres M. C. in gradu appellationis, quia confessus fuerat, quod circa quartam horam noctis domum ingressus erat ex lumine Lunæ, quæ lucebat, ut meridies, furtum patraverat, & ex astronomorum assertis, & Calendario, seu lunario illius Anni clarè compertum fuit, quod illa nocte Luna non claruerat: nam erat in maxima deficientia, cum appropinquaretur Novilunium, dicta confessio erronea visa fuit, ut in hoc signo circumstantia non verificata. Et proindè me existente in dicta Magna Curia extraordinaria pœna punitus: vz. ad triremes ejus vita durante, referente Judice Marchione Oliveti viro ingenii, & præclaro; & refert Dom. Reg. Tap. in *decis.* 29. quòd quidam Terræ Supini a Reg. Audientia Capitanatæ morti damnatus, ex quo in tortura confessus fuerat, occidisse quendam juvenem dictæ Terræ causa furti propè Terram Campibassi, cum quo juvene mane diei mensis Martii discesserat, interposita appellatione prius ad M. C. ubi decretum fuit confirmatum, deindè ad Sacrum Consilium,

quia

quia in ejus confessione ille firmabat, quod eadem die, qua cum juvene discesserat, reversus erat Supinum circa horam 22. visa fuit dicta confessio erronea attenta distantia dictæ Terræ Supini per quadraginta milliaria a terra Campibassi, propè quam fuit repertus occisus, & quod dictum iter dicta die de mense Martis conficere nequierat, sicuti in dicto Sacro Consilio per testes omnia constare fecerit, iterum per dictum Sacrum Consilium fuit tortus, & cum omnia negaverit, liberatus in forma fuit, & temporis processu alii reperti fuerunt culpabiles.

50 Tertium requisitum est, ut confessio sit spontanea, non fraude, & impunitatis promissione a Judice procurata, ac per suggestionem extorta, aut violentiam, quia isto casu est invalida, Foller. *in verb.*, *& si confitebuntur* à *num.* 15. *usque ad* 18. de Marsiliis *in pract.* §. *postquam num.* 15. Gomez. *variar. lib.* 3. *cap.* 12. P. Sanchez *lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 12. *num.* 2. P. Lessius *de just. & jur. c.* 29. *num.* 173. *&* 174. *vers.* 3. *notab.* 4. quia confessio per injuriam extorta Judicis dolo dicitur contra jus, idcirco invalida, & delinquentem non afficit, ut testantur Doctores cumulati a Guazzino *defensa* 20. *cap.* 24. *num.* 1.

51 Unde est, quod si Judex sub spe impunitatis confessionem a reo extorserit, promissionem ei observare tenetur, probat late Gramm. *in quæst.* 3. *post. cons. crim.* Farinac. *quæst.* 81. *num.* 277. plures Doctores referens, quod ego confirmo cum Cicerone 1. *de officiis num.* 35. qui fidem a fiendo appellat, ut fiat quod dictum est, & ibi inquit *Fundamentum autem justitiæ est fides, idest dictorum, conventorumque constantia, & veritas, &c.* de officiis num. 124. ibi; *Nec enim ulla res vehementius Rempublicam continet, quam fides;* cum Seneca ad Lucilium ibi: *Fides est sanctissimum humani pectoris bonum, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo præmio corrumpitur*, & cum D. Thom. 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 3. ubi etiam hosti fidem esse servandam dicit, ut in resp. *Dupliciter autem aliquis potest falli ex facto vel alterius dicto, uno modo ex eo, quod ei dicitur falsum, vel non servatur promissum; & istud semper est illicitum, & hoc modo nullus debet hostes fallere*, & cum Jurisconsulto *in l.* 1. *de pactis*. Præterea probatur decisio Sacri Consilii penès D. Reg. Tappia 21. *num.* 51. ubi habetur, quod cuidam in exilium pulso, qui ab amico litteris missivis de gratia certioratus Neapolim venit, quamquam a prædicto amico proditus, fides servata fuit. Magis promissio servanda, quæ non ab amico sed à Judice, qui persona publica dicitur, cum grave sit fidem fallere homini privato, gravius personæ publicæ; quia tum in se malum est, tum, quia extra se malum profert exemplum, ut in *l.* 1. *de constit. pecun.* Et memoria teneo, quod in anno 1667. Michael Caracciolus Præses Provinciæ Aprutii Citra vir laude dignus, negotiis incumbens & laborem pro solatio accipiens, cum in platea Theatæ vidisset duos juvenes malæ physonomiæ habitu, & capillatura bannitorum, ca his malè de illis præsumens, juxta dictum Hippolyti de Marsiliis in §. *expedita num.* 53. Carrerii *in pract.* §. *vigesim. non.* & cumulata a Crusio *lib.* 1. *de indiciis, & delictis cap.* 22. carcerandos curavit, factaque perquisitione, licet de levibus delictis notatus reperit; ex hac tamen diligentia aucta suspicione super vita, & moribus interrogavit, ac ipsis promisit quoque vitæ impunitatem, si delicta patrata manifestarent; Cumque confessi fuissent, se fuisse socios Capitis Bannitorum Bernardini de Colleranerio, & plure homicidia, recaptus, ac furta in viis publicis, & latrocinia commisisse; ac confessionem coram me, & aliis Auditoribus in Curia pro Tribunali sedentibus ratificassent, de quibus omnibus erant in Regia Audientia delicta in genere, attenta nihilominus hac promissione, Regia Audientia ad Regias Triremes condemnavit, quia fides servanda erat pro conscientia, ad quam oculos habere debemus.

52 In hac enim re quidam DD. etiam audent dicere, Judicem non teneri hanc promissionem servare, tamquam Reipublicæ perniciosam, cum criminis reum absolvere sit contra publicum bonum, *l. per omnes C. de defensor. Civit. l. ità vulneratus, ff. ad l. Aquil.* & quia potestas remittendi crimina penès Principem resideat, ut videre est penès eundem Farin. Gram. Sanch. Lessium, & alios.

Quidam vero distinguunt, ut Julius Clarus *quæst.* 55. Guazz. *defensio* 20. *cap.* 25. *num.* 3. quod aut Judex poterat impunitatem promittere, & omninò observare tenetur; aut non poterat, & ad pœnam extraordinariam devenire valet, & etiam ad pœnam ordinariam, si reus est indiciis gravatus, Covarr. verò *var. resol.* 1. *cap.* 2. *in dolos, & fallaciis uti liceat in judicio*, *num.* 16. & Sanch. *cons. moral. lib.* 6. *cap.* 4. *dub.* 35. *num.* 4. *&* 5. primò voluere, quod si reus comperta Judicis simulatione suam revocaverit confessionem, & quod isto casu is non possit punire eum, qui credidit Judici, & ea fiducia confessus fuit crimen, quod forsan non commisit. secundò, quòd si reus ita deceptus, confessionem non revocaverit, neque in ea perseveraverit, quòd possit eum pœna extraordinaria punire, & si conjecturæ, atque commissi criminis præsumptiones exstant, etiam ad ordinariam pœnam condemnare; eoque magis, si promissione non certa, sed æquivocam confessionem extorserit, sicut fatetur idem Sanchez *num.* 5. & comprobat D. Card. de Lugo *ibidem num.* 178. *vers. dico secundo*, & intellige de simulatione, & æquivocatione justa sine mendacio, ut dicitur de Salomone, ut in *c.* 3. *Regum* 3. & colligitur in *c. utile* 22. *quæst.* 2. & sic ubi fides non corrumpitur. Tertiò, quòd si simulatione detecta iterum ratificaverit, tutè puniri possit, & in sequenti casu juxtà prædicta votum protulit Judex D. Stephanus de Padilla, nunc Regis dignissimus Consiliarius.

Etenim in anno 1663. mense Martii in territorio Monopolis a pluribus armatis fuit derobatus Regius Tabularius cum perductoris morte, & ob hoc crimen à Curia Monopolis fuit captus uti suspectus Dominicus de Vitto, qui ab eadem de facto interrogatus se crimen, socios, ac illa detecturum respondit, si vitæ immunitas, ac libertas sibi promittebatur, eique cum his verbis replicatum fuisset: *Dica la verità, che se li farà ogni equità;* crimen agnovit, ac alia fuit confessus, et transmissus postea Superioris jussu, ad Regiam Audientiam Barensem, ubi alius dicti criminis socius aderat, compilato in ea processu fuit facta paritas, quoniam unus auditor fuit voti pro morte, alter verò minimè, idcircò dicto D. Stephano de Padilla ab Eminentissimo D. Cardinale de Aragona, Regni Protege optimo, fuit injunctum, ut eam dirimeret, qui hujusmodi promissione non obstante, eum dignum morte quoque censuit, & ita exequutum, ut sequenti Suæ Eminentiæ rescripto transmisso M. C.

Haviendo el Juez D. Estevan de Padilla, en conformidad del Villette del Cardinal mi Señor de 26. de Noviembre passado en respuesta de una consulta de esta G. C. dirimido la paridad, que hubo en la Audiencia de Trani, en la causa de Domingo de Vitto, inquisido de furtos de estrada publica, aquien aquel Tribunal embiò con la cadena juntamente con el processo preso a las carceles de la Vicaria, siendo de parecer el dicho Juez Padilla, que se deve executar el voto de muerte, que dio el Auditor Aniello de Sarno, porque aunque el dicho Domingo de Vitto, quando confessò, dixo, che se le davan palabra de indultarle y hazerle libre, confessaria los furtos, y delictos, que havia cometido con otros, y el Governador, y Juez de Monopoli le dixeron, que se le harìa toda equidad esta no es causa para minorar la pena en delictos tan graves como son los robos de estrada publica, y uno dellos del procacho, con muerte de un ombre del mismo procacho, y fuera de la confession y otras pruebas, y indicios urgentes; se ha conformado S. Em. con el parecere de el Juez D. Estevan de Padilla, y me ha mandado dezir a V. M. que en esta conformidad essa G. C. haga justicia, y assi lo aviso a V. M. que Dio guarde. Palacio 14. de Henero 1665. D. Diego la Sierra, fores, al Proregente de Vicaria.

Farinacius tamèn d. *quæst.* 71. *num.* 291. *&* 293. in

in fin. ut reus nonobstante promissione, possit a Judice condemnari in ordinariam pœnam, duo cumulativè desiderat, indiciorum nimirum præcedentiam, & confessionis ratificationem, detecta Judicis fraude, considerando, quòd confessio sub spe impunitatis, quodammodo per torturam emissa videtur, quo casu etiam ratificata confitenti non nocet, & ita intelligit Didacum Covarruviam, Clarum, & alios, *&* *n.* 302. *&* 303. quod sive sit tacitè ratificata, aût expressè revocata, sufficient sit ad extraordinariam pœnam.

D. Cardinalis de Lugo *disp.* 37. *sect.* 15. *num.* 180. 181. ita distinguit: Aut reus interrogatus non tenebatur confiteri, ut quia deerat semiplena probatio, vel aliquod requisitum, & hoc casu si extorta est confessio, ea non est valida, sententia si sequitur nulla, & Judex ad restitutionem obligatur, nisi promissa servet: nam illo casu, ut inquit, Judex non habet ius obligandi reum ad confitendum, & per consequens, sive per vim, sive per dolum, injustè reum obligat, ut crimen fateatur: Aut reus justè crimen negare non poterat, quia erat indiciis gravatus, si ex Judicis promissione sequitur confessio, quia reus tenetur confiteri, & Judex non potest promittere, quod de se est illicitum, videlicet delinquentem non punire, non tenetur stare promissis, quum is tenebetur confiteri, & Judex sicuti poterat per vim, ita & per dolum confessionem habere, ut *n.* 178. ad quem se refert.

Sed hoc secundum dictum D. Cardinalis habet contradictionem: nam nonnulli moderni Doctores relati a Patre Diana *p.* 2. *tract.* 1. *miscell.* *resol.* 27. affirmant, reum a Judice interrogatum etiam legitimis præcedentibus indiciis ad confitendum non teneri: ea ratione, quia est quidem hominibus a natura inditum, ut se defendant, & a mortis faucibus incolumem vitam reddant; & licet Judex possit per vim, idest per torturam, confessionem a reo extorquere, judicio me non, potest tamen per dolum, quia vis, seù tortura est juris remedium, dolus autem a jure reprobatur, cum mendacium contineat, & in præsenti casu contra pactum. Quamobrem audeo dicere, dictum non procedere, aut tantùm quoad pœnam extraordinariam esse intelligendum, sicut dictum *Covarruvias*, & *Pat. Sanchez*: nempè quòd si ratificaverit, condemnari possit, intelligi debet non tantùm si detecta simulatione expressè ratificaverit, prout dicti Auctores loquuti fuere, & Farinac. *d. quæst. num.* 289. declaravit. Sed meo Judicio, si coram alio Judice iterùm confessus fuerit: nàm si coram eodem, quodammodo deceptio durat, & cum confessio sit vitio procurata, quamvis ratificata, inefficax erit, sicuti de confessione tormentis extorta dicitur.

Cæterùm Judex pro delicti veritate eruenda uti potest promissionibus generalibus, nempè; *Veritatem fatearis, quia postea faciam pro te apud superiores quicquid potero, & procurabo misericordiam, vel indulgentiam*, ut notat Farinacius *dict. qu.* 81. *num.* 298. *Vel fatearis, & speres in bona, & recta Principis mente*, sive: *Pone te in ejus clementia*, quibus verbis usus fuit Guazz. uti inquit *d. defensa c.* 24. *num.* 9. & ea apponere faciebat in corpore interrogationum, & benè, ut puto, ne suspicio contra Judicem oriatur, eum inanis gloriæ cupidum, aliis verbis deceptoriis usum fuisse.

Sed melius est, si Judex se abstineat a dictis promissionibus, quæ mentem, & conscientiam perturbant, ut post multos notat Farinac. *d. quæst. n.* 305. Verùm enim vero, si reus interrogatus impunitatem a Judice petat, is sine scrupulo dictis promissionibus generalibus uti potest, & cum hæc petitio maximum producat indicium contra reum, statim redigi debet in actis.

53 Similitèr, ut confessio nè dicatur tormentis, & tormentorum metu extorta invalida. Follet. *in dicto verbo num.* 26. P. Sanchez. *d. dub.* 23. P. Lessius *c.* 29. *dubit.* 18. *num.* 273. 2. *notab.* D. Cardinalis de Lugo *disput* 37. *sess.* 12. *num.* 241. *primo requisito*, & recentiores Theologi omnes.

54 Verùm in hoc Regno contra grassatores stratarum, assassinos, ac alios gravibus criminibus notatos, cum quibus lex non est contenta simplici mortis genere, mos inolevit, quod præcedentibus indiciis ipsi criminosi verberibus cæsi interrogantur, & eorum confessiones tanquam spontaneæ recipiantur sine ratificatione. Quæ sane praxis descendit ex doctrina Bald. in *l. observare*, *C. quando provocare non est necesse*, ubi fatetur quòd leviter tortus, tortus non dicitur, sicut levis febricula non habetur pro febri, & quod tormentum propriè dicitur magnus dolor, & auctoritate Carrer. *in pract. crimin. in textu formidine tormentorum*, *num.* 20. ubi, quod levis tortura non dicitur tortura, & sic dicitur spontanea confessio, & non per metum extorta, si leviter, tortus confiteatur; ex auctoritate Parid. de Puteo *de syndicatu in verb. Viso de sudoriis fol.* 268. *num.* 2. *& in verb. An si ex sola confessione fol.* 264. Grammat. *decis.* 34. *num.* 56. *&* 57. Follier. *in pract. crim. tertia parte in verbo*. *Et si confitebuntur:* qui totum confirmat in homine robusto. Hæc autem licet rigorosa sententia videatur, utilis tamen est reipublicæ, cujus favor Judices suadet in atrocioribus a regulis juris recedere, ne delicta remaneant impunita, ut docet Jurisconsultus *in l. omnes C. de defensoribus Civitatum*: & ita observavi pluries in Regiis Audientiis in eo casu, quo reus probationum defectu habilitandus erat. Et cum veritate fateor, quod pluries delinquentes habui confessos, contra quos ad ulteriora procedi nequiverat, & hac diligentia confessi fuerunt plura delicta, detegendo socios, quorum notitia minimè habebatur, & verificatis confessionibus morti fuerunt traditi. Hujusmodi verò praxis etiam accepta est in Magna Curia, licet in puncto juris minimè sustineatur: & primo ex text. *in l.* 1. *§. si quis ultro ff. de quæstionib.* ubi Ulpianus advertit, fidem non esse adhibendam ei, qui metu confitetur. Secundo ex *text. in l. observare curabis C. quorum appellationes non recipiuntur*, ubi convictus & confessus sponte non appellat, si tamen territus formidine tormentorum confitetur appellat, & dicitur hanc confessionem non haberi uti spontaneam. Tertio ex *tex. in l. item apud Labeonem*, *§. quæstionem*, *ff. de injuriis*: inquit enim I. C. *Quæstionem intelligere debemus & tormentata, corporis dolorem ad eruendam veritatem: nuda ergò interrogatio aut levis territio non pertinet ad hoc edictum*: levis enim territio dicitur verbalis metus Judicis de torquendo: quoties verò terror quæstionis est præsens, seu instans non dicitur levis, & inducit vitium extortionis, quod ratificatione confessionis purgatur; sicuti etiam benè declarat Paris de Puteo *in verb. An stetur dicto torti*, *fol.* 225. *num.* 3. ibi: *Confessio Rei facta in tormentis non habetur pro explorato facinore, nisi perseverata. Et dicitur facta in tormentis, si ligatis manibus ducitur ad torturam, & timore inducitur a Judice, vel terrore, quod nisi statim confiteatur, subjiciat reum tormentis*, hæc sunt Paridis verba. Gram. *cons.* 15. *num.* 9. inquit quod ductio ad torturam, & ligatio benè facit confessionem videri extortam, quia ibi inest terror cadens in obstantem virum, Carrerius *in pract. primo capitulo n.* 20. *& in* 3. *num.* 4. & licet *num.* 10. dicat, quod levis tortura non habetur pro tortura, *num.* 11. dictum modificat, nisi talis confessio in tortura, vel metu tormentorum facta confirmetur, & sic ratificationem requirit Bart. *in l.* 1. *§. Divus Severus de quæst.* Berous *in cap. & si Clerici*, *extra de judiciis*, Marsil. *in l.* 1. *num.* 5. *de quæst.* Salyc. *in l.* 3. *C. de custodia reorum*, Franciscus Personal. *de indiciis*, *& tortura num.* 75. Curtius *in cons.* 59. Bossius *tit. de tort. num.* 22. ac cœteri per ipsos adducti *in l.* 1. *C. de confessis*: nec non testatur Carrerius in textu *Formidine tormentorum*, quod non valet consuetudo in contrarium, & in text. *Observare curabis*, *num.* 31. fatetur, quod si Notarius scripserit: *Sponte confessus*, & re vera in tortura confessus est, tenetur de falso, Bald. in *l. si quis in hoc genus C. de Episcopis*, *& Clericis*, Marsil. *in §. expedita*, Brunus *tract.* 1. *par.* 6. ac alii. Mala quidem consuetudo non est observanda, inquit juris Consultus *in Auth. Ut nulli Judicum*. Quod dictum in hoc Regno, quod abun-

abundat hominibus facinorosis et exulum catervis, qui atrociora committunt crimina, turbando publicam quietem & publicum commercium impediendo, certe limitatur: nam pro bono publico hujus Regni contra istos facinorosos, & exules, sancta est consuetudo hæc. Cæterum tenetur Judex abstinere a dicta diligentia, & totis viribus impinguare processum, sicut notat *gloss.* parva *in l. quoties num. 3. C. de quæst.* non autem repente verberare delinquentem: etenim aliqui homines inveniuntur tanta impatientia, & animi imbecillitate, ut potius metu tormentorum, quam veritatis conscientia confiteantur. Idcirco adverte, quod dicta diligentia in casu, de quo supra, debet esse moderata, & juxta indiciorum pondus.

Rursus confessio invalida est, si per suggestionem fuerat extorta, & per interrogatoria suggestiva, ut si specialiter interrogatus fuerit, an Titium occiderit? sicut fatentur Doctores relati a Farinac. *qu. 83. num. 84.* & Guazz. *defens. 20. cap. 13. num. 1. & 4. ex tex. in l. 1. §. qui quæstionem, ff. de quæst.* cujus verba sunt: *Qui quæstionem habiturus est, non debet specialiter interrogare, Lucius, an Titius homicidium fecerit? sed generaliter. Quis id fecerit? alterum enim magis suggerentis, quam requirentis videtur.* Sed eorum opinio in practica non servatur tamquam non vera, proceditque in teste, de quo loquitur Jurisconsultus; testis enim ad inquietitudinem evitandam facile testari potest quod Judex suggerit; aut in reo, qui in tormentis interrogatur, cum facile is impatientia, juxta interrogata fateri possit, atque mentiri, ut *in d. l. 2. §. alii autem*, aut locum habet in eo reo, qui de consociis regulariter interrogari nequit, ut aperta loquuntur jura in *l. fin. C. de accusat.* ibi: *Cum veteris Juris autoritas de se confessos, ne interrogari quidem de aliorum conscientia sinat, &c.* in *l. repeti ff. de quæstionibus cap. 5. extra de confessis, cap. nemini 55. quæst. 3. cap. veniens extra de testib.* cum concordantibus: potest enim contingere, quod inimicum nominet, ut cum eo libenter pereat, aut petentem, ut cum eo absolvatur. Sed hæc regula limitatur in delictis exceptis, puta in crimine hæresis, ut in *cap. in fidei favorem de hæreticis in 6. & in cap literas, de præsumptionibus*, in crimine Læsæ Majestatis, ut in *l. quisquis, ad l. Jul. majestat. & in d. cap. 1. de confessis* in conjuratione ad *tex. in cap. fin. extra de testibus cogendis*, in crimine falsæ monetæ in *l. 2. C. de falsa moneta*, in latrone, & grassatore viarum *in l. provinciarum C. de feriis, & in l. Divus, ff. de custodia reorum*, in assassinio, sodomia, lenocinio in omni crimine, quod se sui natura cum pluribus committi solet, ubi appareant de consociis indicia; & demum in omni delicto occulto, ubi veritas aliter haberi non potest, nisi per socios; in istis enim casibus interrogari licet, sociusque criminis admittitur in testem, ut videre est penès Farinac. *quæst. 43. n num. 56.* Confessio igitur meo judicio non dicitur per suggestionem extorta, si reus interrogatus de crimine, sine deceptione, promissione, aut aliqua fraude sponte confitetur sed benè, si cum mendaciis & interrogatoriis deceptoriis, seu promissionibus eruatur: nempe si Judex dicat reo: *Tu es convictus de crimine, quid commisisti cum talibus sociis melius est, ut sponte fatearis:* & in processu non existant probationes.

55 Quartum requisitum, ut Confessio sit simplex, & sine qualitate, quæ multoties pœnam minuit, & in hac re, an confessio in totum an pro parte acceptanda sit, & illa qualitas rejicienda? DD. non sunt concordes. Nam Bart. in *l. Aurelius, §. quæsivit, ff. de liberatione legata*, fatetur, quod confessio sit pro parte acceptanda, ita quod confessus, rejecta qualitate, ordinaria pœna sit puniendus; ea ratione, quia constito de delinquenta per confessionem propter sequutum effectum, lex in odium delinquentis præsumit omne malum, ut ipse condigna pœna puniatur, *l. qui eadem C. de sicariis & in l. 1. eodem*. Quæ quidem præsumptio quia tantum respicit qualitatem, & juris est præsumptio, sufficiens reputatur ad imponendam dictam pœnam, Felin. *in cap. audités de præscriptionibus numer. 13. vers. iterum ex præsump.* Ricc. *in collect.* 125. Et hac ratione habita, licet in delictis semper causa sit inspicienda, tamen constito de delinquente: puta si delictum est plenè probatum per testes de visu, causa amplius non investigatur, quoad imponendam pœnam, sicuti notat eruditus Casonus *in 2. tract. cap. 3.* Cartarius *decis.* 50. & ita judicavit M. C. me interveniente contra quosdam de Terra Cardinalis forjudicatos ex homicidio in personam Claudii de Palma: nam propositis nullitatibus, & præcisè, quòd non constabat de causa, fuit provisum, Nullitates non obstare. Et facta relatione in Regio Collaterali Consilio a Regio Consiliario D. Aloysio Sisto tunc M. C. Proregente, decretum fuit confirmatum, Scriba fuit Antonius Prunillus. Confessus igitur cum qualitate, ut pœnam ordinariam evadat, qualitatem probare tenetur, Juxta *text. in l. frater vester C. de sicariis*, & juxta Bartoli Doctrinam, de qua supra; Abbas vero in *cap. auditis de præscript.* existimat, quod in totum dicta confessio sit acceptanda. Et si qualitas in confessione posita minuit pœnam, confessus extraordinariè sit puniendus, ea ratione quia dolus constat ex præsumptionibus, ex quibus nemo est ordinaria pœna plectendus, & quia confessio unica reputatur ob juramentum, jure merito dividi non debet. Cumque Judex reum ex propria confessione condemnatum velit, consentaneum quoque est ut confessionis qualitatem inspiciat. Hanc Abbatis opinionem, sicuti illam Bartoli, plures DD. sequuntur; illam Bartoli, uti in jure veram, hanc Abbatis, uti magis æquam, cum favor Reipublicæ consideretur in conservando hominem, qui est unus ex pluribus Rempublicam constituentibus. Verum in M. C. ista Abbatis opinio servatur, quoties adversus qualitatem Fiscus probationes, sive conjecturas non habet, teste D. Reg. Sancl. *decis.* 128. & Dom. Reg. de Marin. *lib. 5. resol. cap.* 83. licet ipse alia ratione Abbatis sententiam sustineat, ea v3. quia Reus, ut pœna ordinaria condemnetur, necesse sit, ut de crimine sit confessus, atque convictus, ita interpretando *text. in l. qui sententiam, C. de pœnis*. Sed salva pace tanti viri, est nova interpretatio contra communem Doctorem sententiam, quia de Jure Civili convictio tantum sufficit. Guazz. *defens. 36. cap. 12. vers. sed Advocatus*. Rursus si reus est de delicto tantum indiciatus, & confitetur cum qualitate, ejus confessio nec etiam scinditur, secus si est convictus, nam non probata qualitate scindi debet, ut pœna ordinaria puniatur, Rev. de Luca *ad dec. D. de Franch.* 556. n. 6. de confessione enim cum in qualitate scripserunt nonnulli Doctores, quos congerit Trivisanus *decis. 46. part. 2.* qui in fine suam profert sententiam, quod in criminalibus confessio qualificata nullatenus dividi potest: & ex hac Doctorum contrarietate orta est illa cautela, qua in Regiis Audientiis, habita reorum confessione, Fiscales utuntur, nempe, quod illam acceptant. Sic, & inquantum, & quatenus pro se facit. Plura alia requisita ponuntur a Foller. *in verbo etsi confitebuntur*: sed quia in hæc enunciata incidunt, prætermitto, & lectorem ad eundem remitto.

Confessio itaque judicialis, possibilis, seu verisimilis, spontanea, & simplex esse debet, ut reus tamquam confessus condemnetur; imò quidam voluere, hanc spontaneam confessionem inefficacem esse, nisi reus pluries ratificaverit, ut notat Cumanus *cons. 239. num. 4. ex text. l. 1. §. Divus Severus, & §. si quis ultro, ff. de quæst.* ubi confessio statim confitenti non nocet, cum in criminalibus solemniter procedatur *l. 2. C. de falsis, l. sciant C. de probationib. l. qui sententiam, Cod. de pœnis*, notat etiam Hippol. de Marsiliis *in pract. §. postquam n. 22.* Paulus Merenda *cons. 91. num 50. inter cons. crim. lib. 2.* Consiliarius Paschale *de virib. patria potest. par. 3. cap. 1. num. 52.* ac cæteri, ea quoque ratione, ut ajunt, quia talis sponte confitens delictum, de quo vertitur in pœnam vitæ, non videtur in rectitudine, vel plenitudine intellectus, sed magis videtur delirare, & quod non sit mentis compos, & licet

hæc

hæc opinio, quæ diu floruit, recessit ab aula, proceditque tantùm cum confessu in tormentis, qui fanè ratificare debet confessionem taliter extortam; nihilominus iste confitens non illico condemnandus
56 est, eique terminus ad se defendendum adversus confessionem impartiri debet, etiam non petenti, teste Claro *quæst. 49. num. 13.* Farinac. *quæst. 39. num. 4.* Caball. *conf.* 186. Consil. Paschale *d. loc. num.* 28. de Angelis *ad Foller. in. & si confitebuntur num. 36. par.* 1. & est de communi observantia. Nec non impartitur confessu contra quem proceditur ad modum belli, *pragm. 10. de officio Judicum num.* 51. Ulterius competit ei, qui simpliciter est confessus, & postea excusationem proponit, quæ confessionem perimit, ut si uxorem odio occidisse confitetur, deinde adulterii causa: nam hæc excusatio non est rejicienda, & confesso dandus est terminus ad eam probandam, ita decisum refert Dom. de Franchis *decis.* 638. ubi Reg. de Luca, qui *nu.* 2. allegat Merendam *lib. 2. controvers. cap. 20. num.* 11. in præcedenti casu contrarium affirmantem, nimirum, quòd sit rejicienda dicta excusatio, ex *text. in cap. cum dilecti de accus.* ibi: *Vas non obstantibus excusationibus, quas de novo proposuit, cum in confessionibus suis nullam omninò de illis fecerit mentionem, &c.* Et jure quidem, cum inverisimile sit, quòd is, qui confitetur omittat causam veram, quæ pœnam lenit, & proponat eam, quæ aggravat: sed suspicio est, quòd testes falsos procuraverit, quos in criminalibus reperire facile est.

Sed contra Merendam in criminalibus est communis Doctorum opinio praxi confirmata; etenim confessio veritatem non mutat, nec nocet quominus probari contrarium possit, ad *tex. in l. quidam, ff. de probat. in l. neque professio C. de testam. & in l. inde Neratius ff. ad l. Aquil. in fine*, & cum Bertazzolo *conf. 95. lib. 1. num. 13. vers. caterum*, & Consiliario Paschale *dicto cap. num.* 61. concludo, quòd quæcumque excusatio rejicienda non est, non obstantibus præcentis confessionibus.

Confitens enim in dicto termino confessionem revocare potest tamquàm erroneam, & probare eam emissæ spe impunitatis, aut metu, & violentia, vel tempore, quo non erat in rectitudine intellectus, eam esse inverisimilem, impossibilem, suam innocentiam docere, probando coarctatam loco, & tempore, & quod homo, qui dicitur occisus, vivus reperiatur, ut advertit JurisConsultus Julianus in *d. l. inde Neratius §. si quis hominem*, & Paulus in *l. proinde ff. ad l. Aquiliam*, vel vulneratus, quem occidisse confitetur, non ex vulnere, sed ex malo regimine mortuus sit, Foller. *in rubr. & si confitebuntur num.* 111. Bertaz. *conf. 29. num. 6. lib.* 1. ac causas, quæ pœnam elidunt, sivè minuunt: nempè, quòd occisus erat forjudicatus, quòd tempore delicti erat minor, & cœtera, quæ numerantur a Doctoribus, & præsertim a Tiraquello, & Farinacio *tis de pœnis temperandis*. Imò si in hoc termino excusationem plenè non probaverit, quia confessio adhuc remanet obumbrata, & res dubia, aut est torquendus, aut potius ad pœnam extraordinariam condemnandus, Cavalc. *de brachio Regio part. 2. num.* 231. Consiliarius Paschalis *d. cap. num.* 64. quia sicut diximus in criminalibus propter vitæ, & famæ periculum probationes liquidissimæ esse debent, ut in *l. item exigis ff. de dolo*, & in *l. Prætor edixit de injuriis, l. absentem de pœnis, l. fiunt de prob.* ac aliæ superius adductæ, quæ magis clarè loquuntur.

Tandèm iste terminus dierum, vel horarum dilationem continet, quoniam M. C. ubi procedit cum delegatione in criminibus, ac Regiæ Audientiæ in causis ad modum belli, defensionis terminum per horas concedunt. Decretum verò hoc modo concipitur.

In causa Talis de Tale principalis inquisiti, & carcerati pro T. delicto die 10. Januarii 1679. facto verbo in M. C. delegatu juris provisum, & decretum quod T. de T. detur terminus dierum, vel horarum tot ad se defendendum adversus confessionem spontè factam, & ita hoc suum: & quia pluries accidit, quod unus sit variis criminibus notatus, & unum confiteatur, aliud deneget crimen: quo casu reus pro criminibus non confessis interrogatur cum particula *Monitus*, & non dividitur ejus depositio, sed recipiatur C. pro T. S. ut confessio respectu criminis, quod fatetur, sit valida, contestatur cum eo lis, & repetuntur testes, quo litis contestatio, & testium repetitio denegata respicit crimina, contestata vero lite, Decretum hoc modo concipitur.

Die &c. facto verbo in M. C. fuit provisum, quòd T. de T. carcerato, & inquisito, ut in actis detur terminus dierum tot ad defendendum, in quo termino valeat etiam se defendere adversus confessionem spontè factam quoad alia, & Regio Fisco ad impugnandum: & ita. Vel dicitur. *Defensiones Tali de Tale inquisito dantur, ut in actis cum termino dierum, vel horarum, etiam adversùs confessionem spontè factam*, & hoc Decretum etiam practicatur in casu, quod aliquis confitetur crimen cum qualitate, quæ delictum excusat, sive pœnam minorat. Et hic adverto; quod confessio recipitur C. pro T. S. nec non cum reo contestatur lis; cum hujusmodi confessio eam non inducat, Trivisanus *decis.* 46. n. 13. *par.* 2. & repetuntur testes.

Quando vero fatetur crimen, & aliud minus grave deneget, propria Decreti formula est, *Die &c. facto verbo in M. C. fuit datus terminus Tali de Tale adversus confessionem, & totam ejus inquisitionem.*

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

CAP. V.

De Decretis: *Terminus dierum &c.*

SUMMARIUM.

1 *Confessio extrajudicialis semiplenam inducit probationem.*
Ac per duos contestes inducit indicium ad torturam, & expeditur citatio ad informandum, ibidem.
2 *Confessio extrajudicialis minoris absque Curatore est sufficiens ad torquendum ipsum minorem.*
3 *Confessio facta coram actuario habente mandatum a Judice valet.*
4 *Forus Originis, Domicilii, & aliorum remissivè.*

1 ADvertendum hic est, quod extrajudicialis confessio semiplenam inducit probationem, tamen si per duos testes contestes probetur, inducit indicium ad torturam. Et ex ea expeditur citatio ad informandum, Franciscus *quæst.* 82. ubi reicit subtiliter requiri locum, & tempus commissi delicti, & causam, *d. quæst. 82. num.* 14. Follerius *part. 2. n. 4. verb. si confitebuntur* Mausonius *de controbandis qu. 11. num.* 25.

Et illi duo testes ad probandam confessionem extrajudicialem debent esse contestes de loco, & tempore, Episcop. Riccius *decis. 35. par.* 1. Scialoya *in prax. forjudic. cap. 4. n. 4. 8. & 13.*

2 Et confessio extrajudicialis facta a minore absque curatore est sufficiens ad torquendum ipsum minorem, Follerius *pract. crim. part. 2. cap. 3. rubr. Etsi confitebitur n.* 28.

3 Confessio facta coram Actuario absente Judice, si Actuarius habet Mandatum a Judice, valet, & ex ea potest damnari, vel non etiam quod revocata sit, declarat Scialoya. *cap. 3. n.* 59.

Et latius omnia explicat noster Auctor in *cap. 8. n. 28. & 73.*

4 In hoc capite eruditissimè noster Auctor tractat *de foro originis, & Domicilii, & aliis*: & ego suse tractavi *in tertio meo Tomo Prax. part. 2. a cap. 31. usque ad cap. 49.* ubi te remitto.

Leonardus Riccius.

CAPUT SEXTUM.

De Decretis, quorum I. Dantur Tali de Tale defensiones intus carceres. II. Intus, vel per capita, &c. III. Cum eodem mandato, sive cautione cum termino dierum tot, & in eodem termino Fiscus impugnare valeat, hoc suum, &c. IV. Fuit datus terminus dierum, vel horarum tot Tali de Tale ad se defendendum, Fisco, & parti ad impinguandum. V. Terminus alias datus currat, & incipiat currere ab hodie. VI. Visa petitione Talis de Tale fuit provisum, quod testes ad instantiam Fisci examinati repetantur in M. C. &c. coram Dom. causæ Com. & proinde facto deposito dietarum vacandarum pro accessu, & recessu per dictos Tales expediantur Provisiones.

SUMMARIUM.

1 *Indefensus reputatur innocens.*
2 *Defensiones à Rege tolli non possunt.*
3 *Rex moraliter peccat, si subditum inauditum condemnet.*
4 *Rex ex justa causa defensiones tollit, ut in casibus relatis a P. Lessio.*
5 *Rex reo appellationem auferre, & multo magis defensionis terminum ad horas abbreviare potest, prout Magna Curia, & Regia Audientia, si procedunt uti delegata.*
6 *Practica procedendi ad modum belli si citatur in fortiis venerit, extraordinariè contra eum procedatur.* ibidem.
7 *Practica item procedendi per horas.*
8 *Defensionis terminus Judicis arbitrio remittitur.*
9 *Reus omni tempore testes ad probandam suam innocentiam producere potest.*
10 *Decreta plura referuntur, quibus reo defensiones dantur.*
11 *Testes citato reo repeti debent, & de ratione, etiam si indirectè deponant, num. 12.*
13 *Repetitio in pluribus casibus non est necessaria.*
14 *Reus defensionibus renunciare non potest, & si renunciaverit, Judex debet expectare, ut labatur terminus.*
15 *Reus in pluribus casibus renunciare potest defensionibus.*
16 *Defensiones reo etiam non petenti concedi debent, & indiciorum copia tradi.*
17 *Delicta in plures distinguuntur gradus.*
18 *Delictum à pœna, grave, aut leve judicatur.*
19 *Pœna, ut delicto commensuretur, plura sunt consideranda.*
20 *Judex ex causa pœnam augere, & minuere valet.*
21 *Defensiones extra, intus, & per capita quando impartiantur.*
22 *Copia indiciorum quando denegatur, & stylus Regiæ Junctæ Status recensetur.*
23 *Repulsa Testium admittitur in crimine Læsæ Majestatis.*
24 *Stylus Parlamenti Parisiensis in denegandis reo Læsæ Majestatis defensionibus recensetur, & de eatione quæ Auctori tuta non videtur.*
25 *Terminus in causa ademptus exceptionibus impartitur, verum si crimen exceptiones excludit, earum discussio dicto termino reservatur.*
26 *Assassinium quando verificetur.*
27 *Assassinium an generali promissione inducatur, & expenditur decisio D. R. de Franchis 176.*
28 *Assassinium, an ex mandato ad vulnerandum pretio tradita inducatur.*
29 *Assassinium an inducatur ex mandato ad occidendum, tam respectu Mandantis, quam Mandatarii, si mors sequuta non sit.*
30 *Assassinium an inducatur rei promissione, quæ non dependet à voluntate Mandantis.*
31 *Assassinium non committitur, si in cæde Mandans intervenit, cum limitatione, nec si homicidium sequatur per communem inimicum.*
32 *Homicidium proditorium quando verificetur.*
33 *Homicidium proditorium verificatur etiam si actus simulatæ amicitiæ non sunt contemporanei cum occisionis actu.*
34 *Occidens inimicum reconciliatum an committat proditorium.*
35 *Fures qui dicantur, & qui latrones, qui publici dicantur & qui famosi, & qui grassatores, ut immunitate Ecclesiastica priventur.*

1 Reo defensiones impartire debemus, alioquin is indefensus, tamquam innocens condemnaretur, ut inquit Tacit. *lib.* 1. *hist.* & à Rege tolli non pos-
2 sunt hæ defensiones, quia Jure gentium in naturali ratione fundato receptum est, ut qui in judiciali discrimine reperitur, temporis dilatione gaudeat, ut ea Advocatum quærere, testes super sua innocentia procurare, exceptiones producere, Judicis incompetentiam, ejusque suspicionem allegare, testium repulsam, ac criminis pœnam causas excusantes proponere valeat, ut ex *cap.* 25. *in Actis Apostolorum*, ex *text. in l.* 3. *de justit. & jur.* qui ex rationis paritate in judiciis procedit, & ex *Clementina* 2. *pastoralis*, §. *cæterum*, *de sent. & re judicata in* 6. ibi: *De crimine gravi delegato defensionis, quæ à jure provenit naturali, facultas adimi nec valuisset, cum illa Imperatori tollere non licuerit, quæ juris naturalis existunt*, Glossa *in extravag. prima de dolo, & contumacia*, Glossa *in l. finali*, *C. si contra jus, vel utilitatem publicam*, Afflicti *decis.* 361. ubi additionatores, Grammat. *vot.* 30. & *decis.* 36. ac ab eis citati.

3 Planè, quòd moralitèr peccet Rex, si subditum inauditum, aut denegata facultate se defendendi condemnari jubeat, docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 67. *artic.* 1. Joann. Azorius *tom.* 2. *lib.* 11. *cap.* 7. *de Regum vitiis, & peccatis*, Pater Diana *par.* 3. *tract.* 5. *miscell. resol.* 98.

4 Verùm ex justa causa defensiones tollere potest: nam circa ea, quæ de jure gentium in naturali ratione fundato existunt, disponere valet, glossa *in d. l. finali*, Abbas *in cap. quæ in Ecclesiarum de const.* Felin. *in d. cap. quæ & in cap. cum dilecti*, ubi Dec. *de except.* Bald. *in l.* 2. *an.* 45. *C. de servit. & aqua*, P. Diana *ubi sup.* alios referens, probat Fernand. Vasquius *contr. illust. cap.* 31. *num.* 9. & *cap.* 36. ubi rationem assignat, ne id jus natura institum ad juvandum incipiat esse nocivum: quare in quatuor casibus relatis à P. Lessio *De just. & jur. lib.* 2. *cap.* 29. *tit. de Judice, dubit.* 11. *num.* 100. subditum inauditum, & denegata facultate se defendendi condemnari licite jubet. Primò videlicèt, si crimen est publicum, idest notorium, cum hoc factum sit loco accusatoris, & testium, nec illi jus defendendi in judicio relinquat. Secundò si crimen Principi, & aliis tribus innotescit, ità ut juridicè probari possit, & nisi reus publicè puniretur, aliquod grave scandalum provenire posset; tunc enim sine ordine judiciario, & occultè interfici potest. Tertio si quis machinaretur Reipublicæ perniciem quæ alitèr averti nequiret. Quartò quando abesset periculum rebellionis, vel turbationis alterius gravis, si juridicè procederetur, sicuti delictorum atrocitate, & frequentia attenta, ac industria hominum, & malitia, qua occultè delicta committunt, ne remaneant inulta, testibus minus idoneis, & probationibus illegitimis, ut fides adhibeatur, præcipere potest, sicut probat D. Reg. Revert. *decis.* 189. & probatur in *cap. quoniam de hæreticis*, in Regni *Capitulo Vulgaris famæ proloquium*, in *Cap. Frequens, & inefrenata*, in *Cap. Jam sæpè*, *Prag.* 2. *de monetis*, in *Prag.* 1. *de persequendis malefact.* in *Pragmat. de duello* Ill. atque Excellent.

Pro-

Proregis Comitis Pignorandæ, ac cæteris.

5 Insuper appellationem seu auferre, uti probavimus in decreto *Esse deferendum petito recursus*, in fine, & multò magis defensionis terminum ad horas abbreviare, juxta tradita a Cavalcan. *de brachio Regio par. 1. nu. 177. & 181.* Mario Burgio *de modo procedendi ex abrupto quæst. 11. n. 37. 38. & 39.* & Guazz. *defensu 31. cap. 1. nu. 4.* ut non tantùm a pœna, verùm etiam a modo procedendi deterriti a malefaciendo abstineant; & ut Respublica atroci crimine turbata ejus celeri supplicio lætetur. Hinc M.C. in casibus, quibus procedit uti delegata, expressis in *pragm. 1. de delegat, & pragm. 84. §. 6. de offic. S.R.C.* sive in aliis atrocioribus criminibus ex præeminentia per horas procedit, Dom. de Franch. *decis. 510.* & Regia Audientia in omnibus casibus, quibus ad modum belli procedi-
6 tur, contentis in *pragm. 10. de offic. Jud.* Et pro pleniori intelligentia, duo prætermittimus, unum videlicèt, quod ut procedatur ad modum belli, quidam tenent plenas probationes requiri, quia hoc decreto, reo appellatio adimitur (quando regulariter tantum convictus, & confessus, ac notorius delinquens ea privatur) de facili ab æmulorum machinationibus occidi potest is, qui brevi termino suam demonstrare innocentiam nequit; aut ad minus ea requiri indicia, quibus nomen inter reos recipi non potest, neque contra delatum procedi, qua ratione attenta indicia torturam desiderant. Quidam alii tenent, quod hoc decretum fundatur in crimine contento in Regia Pragmatica, aut in rescripto Præsidi concesso, idcircò constituto in genere intrat procedendi modus; nec refert, quòd contrà Titium carceratum non constet, nam si indicia ad torturam non existunt, Titius habilitari potest, ac si decretum interpositum non fuisset, & sic ei non nocet, & Fisco prodest, quoniam si à principio ordinariè proceditur, quamvis plenæ superveniant probationes extraordinariè, procedi non potest, ut de Nigris *in cap. si cum sceleratis num. 56.* Jo: Grand. *de bello exul. spec. 77.* Petra ad Gram. *decis. 34.* Ex extraordinarius hic modus pro publico bono est introductus, & hæc secunda opinio in Regiis Audientiis hodiè practicatur, rejecta opinione Rev. de Luca *in observ. ad decis. Dom. de Franch. decis. 520. nu. 3.* qui ex authoritate Capiblanc. *lib. 2. de Baronib. cap. 52. nu. 15.* contrarium affirmant, nempè plenas requiri probationes; loquitur enim Capiblancus in terminis *Pragm. 1. & 11. de exulibus*, nè in forjudicatione speciali cumulentur, ut ibi videre est; & supradicta ratione attenta contra absentes citationes expediuntur, ac in eis exprimitur, quod Regia Audientia procedat potestate extraordinaria, ut si citatus in furiis venerit, extraordinariè contra eum procedatur, probat Consil. Campana *de forjudicat. resol. 12.* Rev. de Luca *in d. observ. nu. 5.* rejecto Danza *tit. de armat. per Campaneam cap. 2.* Undè in Regiis Audientiis consuevit explicari, quod proceditur potestate extraordinaria, non tantùm in actis, & decretis, sed etiam in titulo processus. Et meritò, quia si modus in procedendo non explicatur, ordinariè procedi intelligitur, Cavalcan. *de Brachio Regio par. 1. nu. 164.* Alterum, quod terminus horarum approba-
7 tione in processu existenti regulatur: nam si reus est confessus aut pluribus testibus de visu convictus, etiam ad duas horas reduci potest. Ratio est, quia confessus, tamquam notorius delinquens reputatur, Grammat. *decis. 36. nu. 30.* de Franch. *dec. 663.* cui defensionis dilatio non conceditur, ita Gram. *num. 50. & 58.* nisi is aliquam proposuerit excusationem, quam Judex viderit competere posse. Follerius *in pract. in verb. item quod est notarius, nu. 19.* licèt iste propriè non dicatur notorius, & quando pluribus testibus est convictus manifestum est eum non habere justam defensionem, uti consideravit Pater Lessius *loco citato*. In cæteris autem casibus, quibus hujusmodi probatio non adest, terminus ratione atrocitatis criminis, vel ad viginti quatuor horas, vel ad totum diem reducitur.

8 Cæterùm defensionis terminus Judicis arbitrio remittitur, attenta vz. causæ qualitate, & locorum distantia, ubi reus testes habet, Caravit. *ritu 69.* & licèt in civilibus ex justa causa prorogatur, ut in *l. oratione ff. de feriis*, & in Regia *Constitutione In pecuniariis*, sive ex æquitate S. C. quod indistinctè fit, dummodo malitiosè non petatur, & jus alterius partis non efficiatur deterius, Muscatell. *in pract. fol. 163. nu. 18.*

9 In criminibus tamen non reiteratur, cum omni tempore reus testes ad ejus innocentiam probandam producere valeat, Capyc. *in dec. 81.* Fuller. *in pract. rubr. de falsæ litis contestatione*, Concivis meus *ritu 71.* D. Reg. Sanfel. *dec. 12. & 13.* idoque non fit in causa criminali conclusio, Decretum verò ità concipitur:
10 *Die, &c. facto verbo in M. C. fuit provisum, quod dentur Tali de Tale defensiones intus Carceres, vel intus, vel per capita, vel cum eodem mandata, sive cautione cum termino dierum tot, & in eodem termino Fiscus impugnare valeat, hoc suum.* Vel dicitur: *Fuit datus terminus dierum, vel horarum Tali de Tale ad se defendendum, Fisco, & parti ad impinguandum.* Quod decretum propriè interponitur cum reo carcerato; terminus etenim reo, & Fisco communis est, *Rit. M.C. 90.* quare si in eo Fiscus novas acquirit probationes, novus reo impartiendus est terminus, & decretum interponitur, *Terminus alias datus currat, & incipiat currere ab hodie, etiam super novis, &c.* de quo decreto mentionem facit D. Reg. Sanfel. *dec. 23.* super novis enim deductis, reus non est iterum interrogandus, si ad novo deducta, novam inquisitionem non continent, quia jam super delicto fuit interrogatus. Quoniam verò multotiès testes ante dictum decretum repetiti non reperiuntur, defensionis terminus ob dictam repetitionem faciendam non currit: illa verò completa decretum interponitur: *Quod terminus datus sub die tali currat, & incipiat currere ab hodie, &c.*

11 Testes enim ad informationem Curiæ recepti, reo non citato non probant, *l. si quando §. sed cum aportet, & Authentica sed si quis, C. de testib. capit. in nomine Domini, extrà de testibus*, Mascard. *de probat. lib. 1. conclus. 682. nu. 2.* Gabriel. *cons. 78. l. 1.* Bertezol. *cons. 24. 33. 61. 94. 228. 359.* Honded. *cons. 101.* Clarus *q. 11.* Dom. Reg. Merlin. *cap. 40.* Meritò reo citato repeti debent, ut is testium videat juramentum, Marsilius *in l. 1. nu. 4. de quæst.* Vivius *communium opinionum opinione 966. nu. 3.* Mascard. *de probat. conclus. 1366. lib. 1.* Com. Reg. Merlin. *cap. 41. nu. 1.* quæ practica descendit ex *Genesi cap. 32.* ubi Jacob testimonium Laban sui Soceri voluit juramento confirmari; & hæc repetitio facienda est non solùm,
12 quando immediatè, & directè contra delatum testes deponunt, verùm etiam si indirectè, & quomodocumque illum afficiant, videlicèt super delictum in genere recepti, argumento *text. in l. de unoquoque, ff. de re judicata*, etiam in causis, quibus ad modum belli proceditur, *pragm. 10. de offic. Judicum n. 87.*
13 Necessaria tamen non est, si ii fuerint in faciem jurati, aut confrontati, D. Reg. Sanfel. *dec. 99. n. 13.* D. Reg. Merlin. *d. cap. 42. num. 4. & 6.* aut si reus fuit confessus, *d. pragm. num. 51.* secus si est confessus cum qualitate, aut confessus est minor, & confessio non legitimè recepta, Novarius *dec. 73.* Carrerius *in pract. cap. 1.* Item necessaria non est, si reus in contumaciam sitè, & rectè fuit condemnatus, idem D. Reg. Merlinus *d. cap. num. 10.* item si testes in contumaciam rei mortui sunt, ut ex *cit. pragm. num. 83.* quod intellige in contumace legitimè reputato. Et hic non prætermitto, quod aliquando reus petit, ut testes examinati in partibus fortassis a Scriba repetantur in M. C. coràm Commissario, quo casu testibus debentur dietæ accessus, & recessus, non autem moræ, ac Decretum interponitur: *Visa petitione Talis de Tale fuit provisum, quod testes ad instantiam Fisci examinati repetantur in M. C. & coram Dom. C., & proindè facto deposito dietarum vacandarum pro accessu, & recessu per dictos testes expediantur provisiones:* quæ Reg. Audientiæ, sive locorum Officialibus diriguntur; similiter supradictum Decretum interponitur, si ab inferiori Judice fuit datus terminus, & postea per viam gravaminis, aut electionis fori in causa, quæ in dicto termino reperitur, a Judice superiori procedatur.

14 Quinimò nec ipsemet reus potest suis defensionibus renunciare *l. non tantùm, ff. de appell.* ubi Glossa *in verb. Acquiescat*, ibi: *Et sic ei invito fit*

bonum, quæ alia allegat jure, & Glossa in *l. pactum 47. ff. de pactis in verb. Cum liceat*. ibi: *Item pactum, ut quis se defendat in quæstione status, vel criminis, ut infr. de liber. caus. l. 3. & 4. de appell. l. non tantum*, Hippol de Marsil. *in l. unius*, *§. cognitarum num. 57. de quæst.* Clarus *q. 48. n. 16.* Anton. Gom. *var. resol. tit. de tortura reorum cap. 13. num. 33. vers. tertio*, Gram. *voto 7. nu. 5.* Trivilanus *dec. 1. p. 2.* Farinac. *q. 39. num. 51.* plures referens. Et ratio potissima est, quia nemo est dominus membrorum suorum *l. liber homo ff. ad l. Aquil. l. Lege Cornelia, §. nemo enim, ff. ad l. Cornel. de sicar.* & si reus renunciet, donec defensionis terminus labatur, Judex procedere non debet, Gomez *lo-*
15 *co citato in fine*. Quod dictum limitatur cum capto in flagranti crimine, in notorio delinquente, in confesso, si ex processu apparet, quòd nulla adversus confessionem competeret defensio, & multo magis cum confesso, & convicto, in famoso latrone, in assassino, si de crimine constet, in delicto, ubi non venit irroganda pœna corporis afflictiva, vel ubi aliqua defensio competit de jure Municipali, vel defensio est de apicibus juris, vel quando renunciatio fit, ut reus citiùs absolvatur, ut videre est penès Farinac. *qu. 39. num. 16.* & Guaz. *defensa 27. cap 1. num. 10.*

16 Quamobrem reo defensionet, seù terminum ad se defendendum Judex ex officio, etiam non petenti, concedere tenetur; quia sicut ex officio inquirere debet, nè delicta remaneant impunita, ita & studiosè veritatem investigare, nè reorum innocentia occultetur, *l. si non defendatur, ff. de pœnis*, eique non petenti indiciorum copiam tradere, ut post antiquiores affirmant Clarus *qu. 49.* Farinac. *qu. 39. num. 31.* Cartarius *pract. interrogandi reos l. 4. cap. 2. nu. 48.* Scacc. *de judiciis l. 1. cap. 100.* & Guazz. *defensa 24. tom. 3. cap. 1. & cap. 2. num. 3. & 4.* ut de inquisitione informatus se defendere valeat, & testes repulsare non tantum opponere adversus personas, verum etiam adversus eorum dicta, & examen: adeò quòd Personal. *tract. de indic. & tort.* relatus à Guazz. *dicto cap. 2. num. 5. in fine*, tenet indiciorum copiam esse tradendam etiam in crimine læsæ Majestatis.

17 Solet tamen M. C. defensiones concedere extra Carceres, aùt intra Carceres, & per capita, juxta delictorum qualitatem, quorum alia levia, alia gravia, alia graviora, alia gravissima reputantur. Et præter levia, alio modo triplicia dicuntur, atrocia videlicet, atrociora, & atrocissima, ut distinguit concivis meus ad Bart. *in rub. de publicis judiciis*. Prima modicæ sunt coercitionis; secunda, quæ circa mortem castigantur, relegationis nempe, fustigationis, triremium pœna, aut diurni carceris, sive servitii militari, quod in navibus, aùt in Castro clauso imponi solet; tertia quæ extremo supplicio, idest morte plectuntur; quarta quæ acerbissima morte, in quibus lex simplicis mortis genere non est contenta, ut Imperator ille apud Suetonium: *Ita moriatur, ut sentiat se mori*. Et sic in puniendo, modum acerbiorem excogitat; ut puta, quando condemnatur reus, quod moriatur more Germanico, quod ad caudam equi raptetur, & ad locum præparati supplicii ducatur, quæ pœna ut plurimum contra assassinos, seditiosos, & rebelles ignobiles practicatur, sive quòd moriatur, & ejus corpus igne concremetur, quæ pœna practicatur contra condemnatos de pessimo scelere, idest nefando crimine, aùt quod in frusta scindatur, quæ practicatur contra latrones, & viarum grassatores; ut ità exemplo suo ab his, quæ in vita perpetrare docuerunt, in morte alios a perpetrando deterreant. Item quando lex forjudicationis terminum restringit, aùt quando mortis pœnæ alias addit pœnas, scilicet quando defuncti memoria damnatur, bonaque confiscantur, ut fit contra
18 rebelles. Grave igitur, aùt leve crimen a pœna cognoscitur, *cap. non afferamus 21. qu. 1.* fatentur Angelus, & Bartol. *in l. levia, ff. de accusat.* Alditionatos ab Abbatem *in cap. at si clerici, ff. de adulteriis*, Dom. Card. Tuschus *conclus. 223. lit. P.* Brunus *de indiciis qu. 3. nu. 4.* Cavalc. *de Brachio Regio par. 3. num. 30.* ac cæteri relati a Præside Julio Claro

19 *§. 1. vers. sunt etiam delictorum*. Hinc pœnam ad delictum geometricam habere debere proportionem scripsit Petrus Greg. Tholos. *syntagmat. juris lib. 32. cap. 20. num. 12.* Pœna enim aliquando gravis est, quia crimen ex sui qualitate intrinsecè enorme est, aut lege aliqua de causa grave judicatur, ut quia in practica frequens est juxta notata a Jurisconsulto in *l. aut facta*, & in *l. capitalium ff. de pœnis*, & in *l. 1. ff. de abigeis*. Quare, ut delicto pœna commensuretur operæ pretium est, ut Judex, & legis dispositionem, ac ipsius delicti omnes circumstantias consideret, sicut advertit Bovadilla *lib. 2. tit. de la justicia, y poenad junctas*. Cum ea causis pœ-
20 nam a lege statutam augere, & minuere valeat, sicut docet Jurisconsult. *in l. etsi severior Cod. ex quibus causis infamia irrogatur, l. quid ergò §. pœna gravior ff. de his qui notantur infamia*, ubi Glossa *in verb. Onerasset, l. hodie ff. de pœnis l. in metallum, C. eodem, l. non omnis, ff. de re militari, c. de pœnis extra de officio delegati, ac si Clerici, §. de adulteriis, de indiciis, c. fin. §. ult. de cland. despons.* testantur quamplures DD. adducti a Covarr. *lib. 2. variar. c. 9. num. 8.* & a Farinac. *quæst. 17. num. 7.* Bossio *tit. de pœnis num. 8* P. Merolla *theol. moral. tom. 2. cap. 5. dub. 8. num. 127.* ubi probat quòd possit minuere.

21 Hancque inspectionem non tantùm in condemnando, verùm etiam in procedendo observare tenetur. Undè si crimen ultra relegationis pœnam continet, reo qui forsan cum mandato, aut cautione detinetur, defensiones intus impartiuntur; sed si infra inclusivè, defensiones extra, cum cautione, aut mandato, quia reus in delictis infra relegationem, fidejussores offerens, sub ipsis relaxandus est: quæ praxis descendit ex cap. *Ab illa inchoandam*, ex Ritu *41. prag. 6. §. 4. & 6. de officio Magistri justitiarii, & 7. de meretricibus*, approbata a nostris Regnicolis, uti fatentur Petrus Piccolus *in d. cap. in verb. Fuit inquisitum*, ubi inquit: *Nota, quod constito de crimine, ex quo imponitur postea pœna relegationis, & infra, accusatus non potest incarcerari*. Ità Lucas de Penna, Prat. *respons. 26.* Cons. Petra *ritu 40.* est bona Glos. *in cap. si Clericos de sententia excommunicationis*. Quare in crimine ultrà relegationem semplenè constito habilitatio locum non habet, D. Reg. Sanfel. *dec. 363.* sicut quotidiè practicamus, si crimen qualificatam pœnam continet, ita ut crimen gravissimum reputetur, sicut est crimen læsæ Majestatis, quia in gravissimis Principem convenit certiorare, facta eidem priùs de meritis causæ relatione, delato conceduntur defensiones, & si processus publicatio præjudicaret Fisco, indiciorum copia denegetur, & inquisitionum capitula tantùm conce-
22 duntur cum testium nota, juxta Regni *Constitutionem si, qui per inquisitiones*, & tradita a D. Præsid. de Franchis *dec. 849.* & cumulata a Thoro *in annot. ad Joannem Grandem de bello exulum, ad prædicamentum quando, num. 5.* Idcircò dicuntur defensiones per capita. Verùm ad hoc, ut reus plenè remaneat defensus, & non publicetur processus, in criminibus arduis, ut læsæ Majestatis, introductum est, ut prævia Junctæ Status consultatione, in qua hodie causæ Status tractantur Viceregis jussu, unus ex Regiis Ministris defensionis onus suscipiat, sicuti practicatum fuit in causa Julii Forte, & Andreæ Mellone ad mortem condemnatorum à dicta Regia Juncta, quæ uti delegata processit admittendo repul-
23 sam, quoad testes inimicos tantum, juxtà *text. in l. famosi, & in l. de quæst. ff. ad l. Jul. majestatis*, quorum primus tormento Rotæ periit, secundus laqueo suspensus: & defensi fuerunt ab integerrimo viro Reg. Consil. D. Carolo Petra, in hoc enim læsæ Majestatis crimine ultra dictam Regni *Constitutionem* habemus etiam *Capitulum incipiens Apud* Tranum, in quo nonnulla specialia admittuntur, procedit sine strepitu, & figura judicii, ut in *Extravaganti Ad reprimendum*, & ibi Bart. asserit, quod nec etiam delato conceditur Advocatus, sicuti est de stylo Parlamenti Parisiensis, quo Duci de Birone Gallo Advocatus denegatus fuit; nam visa ejus depositione sine ullo defensionis termino morti fuit traditus,

24 ditus, ficut in Historia Petri Matthæi, quæ refertur a D. Reg. Merlino *cap.* 3. ea ratione, quia innocens externo non indiget auxilio, cum ipsa innocentia ad detegendas accusatorum calumnias, potens sit; quæ tamen ratio in judiciis, maximè in quibus extraordinariè proceditur, fallax est, cum omnia hominum judicia circa contingentia, & variabilia tendant; fallacia idcircò judicia sunt; & testes sæpe de falso redarguuntur. Cæterum à Decreto *Defensiones*, quo aliquis criminis reus declaratur, quando fortassis probationes eum in tali statu non constituunt, uti gravamen continente, appellatur, & in M. C. Advocati à Dom. Præsidente S. C. impetrant decretationem, *Quod M. C. relationem faciat*: eoque magis à decreto *Defensiones intus*, tamquàm magis præjudiciale.

25 Terminus tandèm non datur, nisi adimpletis, & exceptionibus discussis, Foller. *in rubr. detur copia carcerulorum*, undè si reus carceratus Clericatus exceptionem opponat, aut repositionis exceptionem ad Ecclesiam, aut indultus, prius in illis audiendus est, & Judex circa dictas exceptiones interloqui debet, esse dandum terminum ad probandum incumbentia, terminumque competentem impartire nisi crimen, de quo inquiritur, prædictas excluderet exceptiones: putà si de furto in via publica, de crimine assassinii, de homicidio proditorio, & similibus exceptis: nam verificata dicti criminis qualitate per indicia ad torturam, ut probant D. Reg. Merlin. *controv. forens. cap.* 64. D. Reg. Sanfel. *dec.* 325. & D. Reg. de Marin. *quotid. juris cap.* 51. datur terminus in causa principali, in quo exceptionis discussio reservatur, juxtà practicam traditam à Dom. Reg. Merlino *cap.* 40.

26 Sane propter assassinii crimen non solum laicus immunitate Ecclesiastica privatur, sed Clericus forum Clericale amittit. Illud verò verificatur, quando aliquis mandato accepto ad occidendum Christianum, pecunia, vel aliqua re tradita, aut promissa, occidit aut vulnerat, ut ex *pragm.* 1. *de assassinio*, quam interpretationem recipit *tex. in cap. pro humani redemptione de homicidio in* 6. Quod ut locum habeat, tria requiruntur, mandatum vz. ad occidendum hominem Christianum, traditio, sive promissio pecuniæ, aut alterius rei ex parte mandantis, & acceptatio ex parte mandatarii, ac mandati executio, deveniendo ad actum proximum vulneris ut notat D. Reg. Rovitus *super pragm.* 2. *de abolit.* Pro pleniori verò ipsorum declaratione, quatuor

27 subjicio quæstiones. Quarum prima est, an generali promissione inducatur assassinium, vz. *Io t' aggiusterò con la Corte. La mia casa ti sarà sempre aperta. Non ti mancherò ne' tuoi bisogni*, & similibus? Aut requiratur rei certæ promissio, sive traditio.

In hac quæstione scissæ sunt DD. sententiæ. Quidam, ut Gabr. *cons.* 170. *num.* 15. Riminald. *cons.* 685. *num.* 22. Hond. *cons.* 93. *num.* 68. ac cæteri ab ipsis relati distinguunt, vz. aut committens homicidium est subjectus dominio certi Domini, aut liber; primo casu inducitur assassinium, ex secundo verò minimè. Hæc tamen Distinctio mihi non arridet, quoniam Archidiaconus *in Decretali Pro humani redemptione*, *num.* 2. testatur, quod Decretalis loquitur de illis, qui non sunt subjecti dominio alterius, sed pro pecunia homines occidunt. Præterea, nàm aut DD. de servis, aut de vassallis loquuntur, & isti si jubentibus Dominis delinquunt, aliquo modo excusantur, juxta tradita à Farinac. *quæst.* 97. *num.* 176. quare assassini propriè dici non merentur.

Affirmant Bajard. ad Clar. *in* §. *assassinium n.* 6. Farinac. *quæst.* 123. *num.* 38. & 146. ubi plures allegat concordantes, & ex nostris D. de Franch. *decis.* 176. Dom. Rovitus *d. pragmat. num.* 10. Mastrill. *de indultu cap.* 31. *num.* 11. Novar. *quæst. forens. qu.* 52. & 45. Villaut. *de extensione legum*, *tit. de crimine assassinii n.* 8. Campana *cons.* 23. cum spe lucri ad occidendum mandatarius inducatur.

Negant Vulpellius *cons.* 143. Burs. *cons.* 20. *nu.* 4. *lib.* 2. Eugen. *cons.* 75. *num* 128. Paris. *cons.* 166. Berol. *cons.* 275. *lib.* 3. Giurb. *cons.* 70. Campagna *in d. cap. frequens n.* 63. Pellegrin. *de immunit. cap.* 7 *n.* 4. ac alii relati à P. Diana *tract.* 1. *de immunit. Ecclesiarum par.* 6. *resol.* 11. *vers.* 5. *limitatur*. Et hæc negativa mihi magis arridet, *primò* quia ex generali promissione capitur tantùm illa naturalis obligatio, quæ consideratur in quolibet levitiin accepto. *Secundo*, nam ut assassinium inducatur, sola promissio sufficiens non est, sed clara, & non tacita requiritur acceptatio per conventionem, per quam mandatarius actionem haberet ad rem promissam consequendam, si agere posset, Riminaldus *cons.* 685. *num.* 12. & 21. Gabriel. *cons.* 170. *num.* 18. Farinac. *cons.* 10. *num.* 4. Guazzin. *defensa* 1. *cap.* 38. *num.* 42. *vers. promissio etiam*. Et ex generali promissione talis non oritur obligatio, ut latè probat idem Gabr. *num.* 11. & 15. neque promissum dicitur id, quod incertum est re, & genere, Riminald. *nu.* 20. *Tertiò*, nam homines facilius inducuntur pecunia, aut certa promissione, quàm spe; idcircò potiùs hæc certa promissio, quæ præsentem utilitatem affert, quàm rei spes requiritur. Nec D. de Franchis *decisio* contraria mihi videtur, quoniam in illo decisionis casu considero, quòd mandatarii receperunt pretium ducatorum quinquaginta, deliquerunt cum certa spe habendi dictam pecuniam, cum lucrum fuisset positum in eorum electione, uti ex illis verbis: *Che se avessero pigliata tutto quello, ch' essa, e detta compagno volevano*; undè aliquod certum videbatur promissum.

28 Secunda, An ex mandato ad vulnerandum pecunia tradita, aut promissa inducatur assassinium? Et infrascripta resolvitur distinctione: aut scilicet mors ex vulnere sequitur, aut non primo casu tàm respectu mandantis, quàm mandatarii assassinium inducitur: nàm in potestate mandatarii non est mandatum servare, quia vulnera non dantur ad mensuram, & mandans debet cogitare, quòd de facili mors ex vulnere sequitur, ut considerat Farinac. *qu.* 235. *num.* 163. & 168. & in crimine assassinii, Campagna *in cap. frequens*, & *in effrenata*, *num.* 68. *in fine*, D. Reg. Rovit. *in d. prag.* 2. *de abolit. nu.* 71. D. Reg. de Mariois *quotid. juris cap.* 173. Consil. Campana *resol.* 23. *num.* 29. & 30. Ubi de mandato ad verberandum, ex quo si mors sequitur, assassinium non inducitur, secus si mandatum esset ad caput baculo percutiendum, & ibi etiam de mandato ad sfrisandum in faciem, nisi mandatarius excessisset, & vulnus intulisset; quod intellige respectu dicti mandatarii tantùm. Secundo casu rejecta opinione Farinac. *quæst.* 124. *num.* 42. ac Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 528. *nu.* 5. Communis opinio est, quòd non inducatur assassinium ut ultra citatos Doctores, affirmant D. Ricc. *par.* 1. *dec.* 512. Bonac. *de legib. disp.* 3. *quæst.* 7. §. 4. *num.* 20. ac alii relati à P. Diana *tom.* 1. *de immunit. Ecclesiast. resol.* 18. & vera est opinio, quia tàm *Decretalis pro humana redemptione*, quàm Reg. *Pragm.* loquitur in eo, qui alterius mortem, & animam à corpore disjungere procurat, ibi in Decretali: *Non corporum, sed mortem procurant etiam animarum*: & in Pragm. ibi: *Essendosi dato mandato con assassinio ad occidere*. Cæterùm quodlibet crimen pecunia patratum acriùs puniri debet, Bart. *in l. Cicero ff. de pœnis*, & ibi Consil. de Bottis alios referens.

29 Tertia quæstio est, si mandatum fuerit ad occidendum, & ex vulnere sequuta mors non fuisset, an tàm mandans, quàm mandatarius immunitate Ecclesiastica priventur; & indistinctè affirmat P. Diana *tract.* 1. *de immunit. Ecclesiast. par.* 1. *resol.* 18. Nam respectu mandantis clare loquitur *Decretalis*, respectu mandatarii considerat, quod per eum non stetterit, quin Christianum per assassinium occideret, & quia uterque pœna mortis punitur; verùm in *tract.* 2. *de immunit. par.* 6. *resol.* 11. re melius considerata, ut inquit, in hoc casu tenet, quòd tantùm mandans ab immunitate sit expellendus, mandatarius non: ea ratione, quia *text. in cap.* 1. *de homicidio in* 6. solùm de mandante dicit eisdem pœnis puniendum esse, sive mors sequatur, sive non, & nihil de mandatario: quare mandatarius, qui mortem non intulit, relinquitur dispositioni Juris Communis dispo-

nen-

nentis, neminem ob vulnerationem immunitate privari. Sed hæc opinio, quamvis dicat, quod uti Ecclesiæ favorabilis tenenda sit; mihi vera non videtur, & ejusdem prima arridet; *primo*, quoniam in *l. contra mandantem*, mandatarius comprehenditur, glossa *in cap. sciant cuncti de Electione in 6. in verb. Alios*, ibi. *Et mandatarius etiam excommunicatus hic erit*, Joannes Andreas in *d. c. nu.* 2. quem sequitur Farinac. *quæst.* 236. *par.* 3. *n.* 138. *Secundo*, quia delictum mandantis, & mandatarii est unum; unde uterque ex eodem delicto obligatur, & eadem tenetur pœna; & licèt modus, quo delinquit mandans, nihilominus considerato finali effectu utriusque, unum est delictum, & sic mandantis, & facientis dicitur unum factum, uti considerat Baldus *in l. unica*, §. *ne autem*, C. *de caducis tollendis*, *num.* 10. *Tertiò*, quia mandans non ex mandato, sed ex delicto subsequuto propter mandatum est obligatus, ut Bartol. Anton. Gomez, Boss. Clar. & alii relati a Farinac. *quæst.* 135. *part.* 1. *num.* 8. probant. *Quartò*, quia mandans, & mandatarius sunt correlativi, ex quo sequitur, quod mandatarius non potest dici assassinus, nec etiam mandans, quod est absurdum, probant. Decian. *lib.* 9. *c.* 44. *num.* 3. ubi *nu.* 8. tenet, quod qualitates concomitantes delictum, putà temporis, & loci, comprehendunt mandantem. *Quintò* quia uterque incidit in excomunicationis pœnam. *Ultimò*, licet quidem Doctores affirment, quod mandans plus delinquat, quam mandatarius, cum ipse delinquat: & etiam alium ad delinquendum impellat, & quia non esse factum, nisi consultum, vel mandatum fuisset, attamen in contrarium infrascriptæ rationes magis urgent; *prima*, quoniam in rei veritate plus est agere, quam mandare, non enim factum esset, nisi fuisset, qui faceret; *secunda*, quia mandans causa remota dicitur, mandatarius verò ad occidendum causa proxima, a qua effectus depromitur; quare mandans non videtur propriè, sed fictè, & impropriè delinquere; *tertia*, quia mandans semper aliqua passione ad occidendum movetur, & ut plurimum injuria accepta, & vindictæ appetitu; at mandatario nulla propria causa, sed tantùm, ut rem gratam faciat, vel spe præmii; idcircò se detestabiliorem omnibus delinquentibus reddit. Concludo igitur ex omni capite, *Decretalem pro humana redemptione* comprehendere mandatarium, & primam Dianæ opinionem sequendam.

30 Quarta, an Assassinium inducatur, si mandatarius delictum perpetravit spe habendi officium, quod mandans ei procurare promisit, aut ducendi aliquam mulierem in uxorem ab eodem mandante promissam & affirmativè tenet Decianus *lib.* 9. *cap.* 3. *num.* 16. quia talis promissio est pretio æstimabilis, & mandatarius ex illa promissione homicidium perpatravit, negativè respondit Bossius *tit. de mandatis ad homicidium*, *num.* 35. Farinac. *quæst.* 123. *num.* 45. & novissimè P. Diana *tract.* 2. *de immunit. Ecclesiast. par.* 6. *resol.* 11. *vers. Sed non desinam*. Cætera ad
31 criminis hujus materiam videas penès D. Reg. Rovitum *d. pragm. de abolitionib.* & *prima de assassinio*, ubi *num.* 17. dicit, quòd assassinium cessat, si mandans intervenoiat in cædis actu, & limitat, si prius fuisset datum mandatum, & acceptatum, & postea intervenisset, Consiliar. Campan. *d. ref.* & *in resp.* 16. ubi assassinium non committitur, si per inimicum communem sequatur homicidium *num.* 46. ac vide Addentes *ad dec. D. de Franchis*.

32 Insuper ex homicidio proditorio immunitate Ecclesiastica carceratus privatur; est divinæ justitiæ præceptum *Levitici* 24. & communis Doctorum conclusio; Illud tamen verificatur, quoties sub colore amicitiæ perpatratur, v3. quando amicus occiditur, vel ille, cui occisor se amicum simulabat, unum in corde, aliud in ore gerendo, ita ut ex actibus præcedentibus occisus se præcavere non deberet. Hæc est originalis Bartoli doctrina *in l. respiciendum*, §. *delinquunt*, *de pœnis*, quem sequuti sunt quamplures Doctores, & ex nostris de Afflictis *in dec.* 265. ubi Ursil. Campagna *in cap. Regni nuper*, Cavalcanus *de brachio Regio par.* 1. *num.* 80. Consil. Grizzarel. *decis.* 17. D. de Franch. *dec.* 713. ubi addentes, Consiliarius Paschalis *de virib. patria potest. par.* 3. *cap.* 6. *num.* 18. Muscatell. *in praxi tit. de homicidio*. Mastrill. *de indultu cap.* 29. D. Reg. Rovit. *in pragm.* 11. *de abolit.* ac cæteri ab istis relati. Hoc enim delictum duo continere debet requisita, appensamentum v3. & actus benevolentiæ, & amicitiæ, ex quibus occisus non se præcavens redditur occisori incautus: etenim ubi intervenit rixa, sive actus subitaneus, non consideratur proditorium; idcircò probari debet, quòd non intervenit rixa, sive casus subitaneus, consulucrunt Vermigl. *cons.* 89. Vulpel. *resp.* 128. Ciarl. *cons.* 10. *num.* 111. Menoch. *cons.* 361. aùt omninò probari, quòd appensamentum præcessit, ut probat Pater Hippolytus Crasset *de proditorio*, §. 32. *n.* 19. Et ratio est, quia amicitia tollit præsumptionem præmeditati, & potius arguit ejam præcessisse, Farinac. *cons.* 142. Ciarlin. *dict. cap.* 10. *num.* 112. ubi plures congerit; appensamenti enim qualitas in animo consistit; meritò conjecturis probanda est, Molin. *de justitia*, *tract.* 3. *disp.* 23. *num.* 2. Fagund. *in* 5. *præcept. Decalogi lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 26. Farinac. *cons.* 138. Giurba *cons.* 12. Cart. *dec.* 4. & 95. Pro pleniori autem intelligentia duo quæro; *Primum*, an
33 actus simulatæ amicitiæ contemporanei cum occisionis actu esse debeant, an sufficiant, quòd præcedant? & quòd esse debeant contemporanei, consulverunt Vermigl. *cons.* 34. & relati a Farinac. *cons.* 168. *n.* 7. *lib.* 2. & quòd actus præcedentes sufficiant, tenent Pater Grasset. *de proditorio* §. 15. *num.* 2. de Luca *ad decis.* D. de Franchis *decis.* 713. *num.* 6. optima ratione, quia simulata amicitia durat in effectu usque ad occasionem ex parte occisi, qui memor simulatæ ami-
34 citiæ affidatus remanet, & incautus; *Secundum*, an occidens inimicum reconciliatum, proditorium committat? Et negant D. Ricc. *dec.* 168. Dom. Reg. de Marinis *resol.* 174. *num.* 3. & Pater Diana *p.* 1. *resol. tract.* 2. *resol.* 35. qui ut ajunt homicidium proditorium dicitur, cum ab animo nullo præcedente rancore perpatretur, & amicus reconciliatus æquipolleat inimico, juxtà illud: *Inimico tuo non credas in æternum*. Affirmant, accedente tamen stricta amicitia v3. simul comedendo, alloquendo, & commorando, Idem Pater Diana *par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 34. Paul. Guaz. *tract. moral. ad defensam lib.* 2. *defensa* 1. *cap.* 9. Ciarl. *lib.* 2. *contr. cap.* 151. *num.* 34. Novar. *collect. super pragm.* 11. *de abolitionib. num.* 79. Rimin. *cons.* 88. *num.* 13. *lib.* 1. Vermigl. *cons. crim.* 382. Pater Crasset. *de proditorio* §. 53. ex ratione, quia per reconciliationem, & fidem, quam infideles saltem propter infamiam etiam servant, cessat ratio præcavendi, quæ eoque magis militat inter Christianos per articulum fidei, & maximè si reconciliatio sequuta fuisset authoritate majorum cum cautione de non offendendo, aut promissione de non offendendo in manu alicujus viri potentis, quia alioquin nullus modus stabiliendæ pacis esset inter semel offensos, & si reconciliatio non præstaret securitate, actum esset de humano consortio sylvas petere prudentiùs quam Civitates, feras, quam homines, uti considerat Reverendus de Luca *in dicta observatione num.* 10. qui etiam in hac quæstione, ut homicida dicatur proditor, differentiam ponit inter pacem, & concordiam: pax enim, ut dicit plenam discordiæ seditionem continet, concordia autem solam injuriarum remissionem, & in pace, in qua correspondentiam, & congruam satisfactionem supponit, proditorium considerat absque distinctione recentis, aut veteris reconciliationis, dictumque probat decreto Sacræ Congregationis relato a Farinac. *cons.* 168. Giurb. *cons.* 6. a Sperello *dec.* 184. nec non plura alia ad materiam pertinentia congerit.

35 Similiter Ecclesiastica privantur immunitate ex Constitutione Summi Pontificis Gregorii XV. publici latrones, viarum grassatores, qui itinera frequentata, aut publicas stratas obsident, & cum insidiis viatores aggrediuntur. Fures enim distinguuntur à latronibus, ut in *l. congruit*, *de officio Præsidis*, & in *cap. fures*, & *latrones*, *de furtis*, fures sine armis, qui occultè delinquunt, latrones cum violentia in domibus, & itineribus furantur, *Authentica*, *sed novo jure C. de servis fugitivis*, Glossa *in l. hac* edi-

dictali, §. *si furtum*, *de pace juramento firmanda*, & justa opinionem glossæ *in dicta authentica in verb. Contingit*, & Capiblanc *de Baronibus lib.* 2. *cap.* 52. publici dicuntur, quia plura commiserunt furta, ea ratione, ut cogito, quia ex reiteratis actibus delinquentes manifesti fiunt; secundum autem Abbatem *in cap. inter alia* Peguetam *dec.* 40 *nu.* 4. & D. Reg. Merlinum publici dicuntur, qui in via publica, aut qui palàm delinquunt; verùm quoad immunitatem Ecclesiasticam publici dicuntur, qui in viis publicis, & itineribus frequentatis deprædantur, ut post alios tenet Pater Diana *p.* 9. *tract.* 1. *resol.* 15. ea ratione, quia illa verba, *itineri frequentatas*, & *publicas stratas obsident*, ad declarationem delicti apposita fuerunt. Grassatores dicuntur, qui vi consueverunt delinquere, & famosi fures, & latrones, qui plura commiserunt furta, Navar. *in cap. at facta*, *de penitentia dist.* 1. *n.* 50.

Hinc in illa quæstione, an qui semel in via publica deprædatus est immunitate privetur? quamvis plures DD. affirmativam teneant, magis tamen communis Ecclesiasticorum opinio est negativa, ut penès eundem Patrem Dianam, pro qua opinione ego etiam considero, quod *Constitutio* utitur verbo *grassatores*, & sunt illi, qui plura commiserunt furta; in his casibus, quos uti frequentiores recensere libuit, ac cæteris verificata criminis qualitate non interloquitur super exceptione, sed terminus in causa principali impartitur, in quo reus auditur juxtà practicam D. Regentis.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

C A P. VI.

De Decretis: *Defensiones Intus*, &c.

SUMMARIUM.

1 *Delicta dividuntur in quatuor species Levia, Gravia, Graviora, & Gravissima, & declarantur.*

2 *Reus habilitatur per Palatium, & dantur defensiones foris, ubi pœna est citra relegationem.*
Sed ubi pœna est pecuniaria carcerari non potest, & relaxatur sub fidejussoribus cum limitationibus, & concordantur discordantes.

3 *Delicta quando voce expediantur, & quando proceditur in scriptis.*

4 *Bajulariæ Curia pro quibus furtis pœna corporali punire potest, & affertur decisio ad beneficium Terræ Equariæ.*

5 *Arborum incisione, quæ non plantantur ab homine, pœna ad mensuram damni proportionari debet, & proceditur absque scriptis.*

6 *Actuarius absque interventu Judicis capit informationem, & remissionem querelæ recipit, ubi pœna est simplicis exilii, vel pecuniaria, & quæ circa pœnam relegationis, vel triremium, & hoc infra triduum si statutum dicti tridui est ibi.*

7 *Pœna pecuniaria ubicumque est ad Civilem Jurisdictionem, sive ad Baronem Civilem spectat, quia tunc causæ dicitur Civilis in Regno nostro.*

1 OBserva delictorum distinctionem traditam hic *num.* 17. per nostrum Auctorem in quatuor species vz.
Levia,
Gravia,
Graviora, &
Gravissima.

Levia sunt, & exemplificantur, in quibus agitur citra pœnam relegationis, triremium, aut alterius pœnæ corporalis, ut plenius dicam inferius.

Gravia exemplificantur, in quibus datur pœna relegationis, triremium, fustigationis, diutumi carceris, servitii militaris, & similis.

Graviora sunt, in quibus morte plectuntur Rei.

Gravissima sunt, in quibus ultrà pœnam mortis condemnatur Reus more Germanico per caudam equi trahi, quæ pœna solet practicari contra Assassinos, vel Seditiosos, vel Rebelles Ignobiles. Sive moriatur, & igne cremetur, quæ practicatur contra Sodomitas.

Vel quod in frustra scindatur, quæ pœna practicatur contra latrones, & viarum Grassatores, & similes.

2 Hæc distinctio est valdè optima. Nam in delictis levibus, in quibus pœna est citra relegationem, & alia notata in delicto gravis Reus habilitatur per Palatium, & dantur defensiones foris, ut concludit Scial. *in prax. torquendi cap.* 5. *num.* 9. *ex textu in l. Civis ff. de custodia Reorum*, & *ex C. Regni ab illo inchoandum*, & *Pragmatica* 6. §. 5. & 6. *de offic. Mag. Justitiarii*, & *Pragmatica* 7. §. 1. *de Mercat. ex Novar. de gravaminibus grav.* 112.

Et ubi pœna pecuniaria carcerari non potest, sed relaxatur sub Fidejussoribus Novar. *Gravam.* 403. *num.* 5. Gomez. *variar. resol. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 8. Guazzin. *defens. Reorum*.

Verùm in defectu pœnæ pecuniariæ veniret imponenda pœna corporalis, vel in casu injuriæ illatæ Doctori, tunc dantur defensiones intus, & non debet sub Fidejussoribus relaxari, ut concludit *Scialoya in dicta prax. torquendi cap.* 5. *numer.* 29.

Hæc conclusio *Scial.* est contra praxim traditam a nostro Auctore in hoc *cap.* 6. *num* 21., ubi concludit, quod carcerari non potest in crimine, in quo pœna imponitur relegationis, sed carceretur, quando crimen ultra relegationis pœnam continet. Sed conclusio *Scial.* est amplectenda.

3 Notandum est etiam, quod delicta levia, in quibus non proceditur in scriptis, sed voce expediuntur, quando pœna ultra duos augustales non excedit, idest ultra triginta carolenos, de quibus dixi in primo capite.

Altera species est in delictis levibus, in quibus proceditur in scriptis, & quandoque etiam ad modicam coercitionem pœnæ corporalis, ut practicatur pro uvis, & aliis distractis in vineis, & hortis, pro quo crimine delinquens in flagranti captus ducitur ad cannale in publica platea fiso, vel fustigatur, vel carcere per aliquod tempus detinetur absque sententia in scriptis, absque processu, teste Scialoya in hoc *cap.* 6. *num.* 51. juxtà statuta multorum locorum, vel quia Rustici, & viles pauperes mulctam solvere non possunt, vel quia sæpius dicta delicta levia in illo loco committant, & expedit, ut talia delicta evitentur per terrorem pœnæ corporalis. Nam oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Propterea etiam Curia Bajularis potest delinquentes pro furtis minimis corporali pœna punire, ut dixi latius in secundo tomo meæ praxis *cap.* 1. *de Jurisd. Bajuli num* 3. & sic decisum refert de Marinis *ad beneficium Curiæ Bajularis Terræ Aquariæ lib.* 1. *resol.* 33. *num.* 18., & Rodoerius *in addit. ibidem.*

Hinc est, quod pro incisione arborum, quæ per se nascuntur, & non plantantur ab homine, pœna ad mensuram damni proportionari debet, ut Capiblanc. decisum refert in *Pragmatica* 8. *par.* 1. *num.* 314. relatus à me in tomo meæ praxis *tit. de praxi causarum domini data cap.* 9. *num.* 12.

Et dicta incisio arborum, quæ non sunt plantatæ ab homine, dicuntur levia delicta, licet pœna solet excedere duos augustales, & proceditur absque scriptis.

Adeo quod delicta levia scilicet simplicis exilii, vel pœnæ pecuniariæ, & omnes pœnæ, quæ sunt citra pœnam relegationis, & vel triremium &c. solus Actuarius Curiæ absque interventu Judicis capit informationem & cassationem, seu remissionem querelæ: scribit in libro infra triduum, in loco ubi est tale statutum tridui ex *Pragmatica* 26. *de offic.*

offic. magistr. Tubis. §. 49. Rovit. in Pragmatica 2. de provil. Univ. num. 1. Novarius super dictu Pragmatica , & ego latius dixi in mea addit. ad Sarn. part. 1. cap. 35. num. 3. fol. 28.

Et quando pro crimine imponitur pœna pecuniaria , causa dicitur Civilis in nostro Regno , & ad civilem jurisdictionem , sive baronem civilem spectat ex Pragm. 2. de jurisd. invicem non turbanda , quæ expresse mandat , *Quod causa , tunc sit jurisdictionis criminalis , & ad Baronem criminalem spectat , quando venit imponenda pœna mortis naturalis , civilis , aut membri mutilationis . Ita concludit noster auctor in tr. c. num. 12. in fine ex Episcopo Ricci , & aliis ibi citatis.*

Leonardus Riccius.

CAPUT SEPTIMUM.

De Decretis , quorum adnotatur . I. Liberetur in forma . II. Habilitetur in forma . III. Habilitetur domi , *vel* per Palatium , *vel* per mensem . IV. Consignetur . V. Die , &c. visis actis provisum est , quod contra Talem de Tale incusetur pœna unciarium auri tot , Fisco Regio , ob consignationem non factam Talis de tale inquisiti , ipsi consignati servata forma Decreti , & proinde pro pœna prædicta exequatur realiter , & personaliter , hoc suum &c.

SUMMARIUM.

1 *Judex quando debet reum fidejussoribus relaxare , & ponitur practica decreti* Habilitetur , & liberetur in forma .

2 *Reus liberatus in forma , ut iterum molestari possit , urgentiora requiruntur indicia , & quæ .*

3 *Judex priusquam reum habilitet , quæ observare tenetur .*

4 *Formulæ dictorum Decretorum ponuntur .*

5 *Inquisiti nomen quando recipitur inter reos .*

6 *Decretum* Habilitetur , *quando post defensiones habeat locum , & quando indicia supervenientia post defensiones primis conjungantur .*

7 *Formulæ obligationis habilitati , vel liberati cum cautionis decreto ponuntur .*

8 *Judex deficientibus novis indiciis habilitatum , ac liberatum in forma molestare nequit .*

9 *Liberatus in forma de Jure Communi biennio transacto molestari non potest , & de ratione .*

10 *Liberatus in forma de Jure Regni in Tribunalibus Neapolis vigore* pragmaticæ 50. de officio Magistri Justitiarii , *quandocumque superveniant indicia molestari potest , rejecta interpretatione J. C. Falvii Donesii , & de ratione .*

11 *Decretum* Habilitetur domi , per palatium , *vel* per mensem *explicatur .*

12 *Decretum* Liberetur in forma , *procedit etiam post torturam .*

13 *Indicia in Delictis difficilis probationis ratione loci , temporis , criminis , & personæ ad torturam leviora sufficiunt , item ratione atrocioris criminis , & num. 14.*

15 *Delictum pueri stuprati quando de se solùm facit indicium ad torturam .*

16 *Testes inhabiles , ubi aliter veritas haberi non potest , an quoad pœnam ordinariam integræ fidei reputentur .*

17 *Indicia levia contra personam levis vitæ gravia judicantur .*

18 *Decretum* Consignetur , *quando procedit .*

19 *Formula citationis , qua consignatarius requiritur ad exhibendum consignatum cum decreto , quo pœna incusatur .*

20 *Consignatus si novum committat crimen , an fidejussores ad eum exhibendum teneantur .*

21 *Fidejussori requisito ad exhibendum consignatum , vel habilitatum de æquitate terminus concedi debet .*

1 Judex ante , & post defensiones diligentissimè processum inspiciat , quia si in illo indicia ad torturam non invenit , carceratum , præstitis fidejussoribus de ipsum præsentando , si nova supervenerint indicia , relaxare tenetur , ità reo consulendo , nè is in vinculis pereat , & fisco , qui novis supervenientibus indiciis fidejussores , iterum excarceratum intus carceres , ad præsentandum requirere valet , ut indiciorum discussione innocens , aut reus dignoscatur .

Indicia enim ante defensiones supervenientia ad finem torquendi primis conjunguntur , cum prima ante defensiones in eorum vigore remaneant . Quarè Judex valdè reo præjudicaret , si in processu indicia ad torturam non existerent , & reo defensiones concederet ; post defensiones pro torturæ effectu primis non conjunguntur , cum defensionibus jam elisa videantur . Quamobrem , ut Judex fidejussores ad præsentandum requirat , operæ pretium est , ut nova indicia primis urgentiora superveniant ; idcircò ante defensiones excarceratus dicitur tantum habilitatus , post defensiones liberatus , & Judex providet *Liberetur in forma* , juxtà praxim in foris vulgatissimam .

2 Quinimò indicia , quæ post defensiones superveniunt , quidam tenent , differre à primis debere in specie , & in genere , sive , ut ajunt , in substantia , & in specie , ita ut si prima remota fuerunt , aliis postea remotis supervenientibus excarceratus molestari non possit , ut videre est penès Cabal. *casu.* 93. & novissimè P. Dian. *moral. resol. titul. de tortura in Sancto Officio resol.* 16. Verùm cum eodem Diana (rejecta eorum opinione , prout etiam uti erroneam reprobavi in Decreto *Torqueatur*) dico , quod sufficiunt , si de per se sola sint ad torturam satis ; nec refert , quod sint ejusdem generis .

3 Insuper Judex priusquam ad habilitationem procedat , carceratum examinare debet ; is tamen non est interrogandus cum particula *Monitus* , ut moris est ad finem contestandi litem , quia hoc casu , ut interrogetur , graviora requiruntur indicia , quæ si existerent , non habilitaretur , sed examinatur ad finem eruendi ex ejus ore indicia , quæ licèt levia , aliis tamen urgentiora reputantur , sæpè enim lingua ex cordis abundantia loquitur , atque manifestat scelera , quibus cor est repletum . Nec non Judex prius debet citare absentes fortassis de eodem crimine magis aggravatos , nam si fuga socii criminis juncta cum aliis adminiculis contra carceratum consocium facit indicium ad torturam , ut penes Farinac. *quæst.* 38. *num.* 23. eo magis ejusdem contracta contumacia , quæ criminis suspicionem confirmat .

4 Decretum igitur *Habilitetur in forma* , interponitur , quotiès in processu existunt levia indicia , quæ ad torturam non sufficiunt & per consequens ante litem contestatam , & ante defensiones , ac Decretum ita concipitur : *In causa Regii Fisci cum Tale de T. inquisito , & carcerato pro tali crimine .*

Die , &c. facto verbo fuit provisum , quod Talis de T. inquisitus , & carceratus pro causa , ut in actis , habilitetur præstita cautione unciarum auri tot de stando juri in forma , &c.

Decretum *Liberetur* eadem concipitur formula , & interponitur post litem contestatam , post datas defensiones , & compilato processu ; ac per consequens , quoties indicia ad torturam existebant , quæ defensionibus fuerunt extincta , sive debilitata ; & meritò , nàm ad litis contestationem , qua nomen inquisiti inter reos recipitur , hæc requiruntur indicia . Et licèt Consiliarius Campana *resol.* 15. *num.* 27. teste Claro §. *fin. quæst.* 20. *vers. ad formandam inquisitionem* teneat , minora sufficere indicia

dicia, verius est contrarium, duplici ratione; primò, nàm juramentum, quod defertur reo, qui interrogatur, est quædam torturæ species, idcirò indicia ad torturam requiruntur, Pater Lessius *de justit. & jure titulo de Judice cap. 31. dubitat. 3. num. 15.*

5 Secunda ratio est, quoniam quando inquisiti nomen recipitur inter reos, ei notabilis irrogatur infamia: ideoque graviora requiruntur indicia, quæ Doctores maximæ authoritatis declarant ad torturam sufficientia, ut videre est penès Navarrum *titul. 25. de pœnitent. rei accusati num. 36.* & licèt Clarus *d. loco* affirmet, quod ea indicia, quæ requiruntur etiam in rei interrogatione, & quod pro utroque effectu de consuetudine sufficiunt indicia levitra eis, quæ pro tortura desiderantur, ipse tamen dicit, quòd hæc consuetudo est corruptela: & ego dico, quod etiam attenta generali consuetudine in criminibus gravioribus ut reus, tamquam contumax condemnetur, citari non potest, nisi indicia ad torturam existant, sicut in Regno servatur
6 vigore *prag. 37. de Officio M. Justitiar.* Sed si reo, indiciis ad torturam non existentibus, ob Judicis imperitiam, impartitus est terminus ad se defendendum, in quo revera nullas facit defensiones, nè præjudicetur Fisco, Judex decernat, suspenso decreto *Defensiones*, quod habilitetur in forma: & si decretum *Liberetur in forma* fuerit interpositum, sanè indicia supervenientia primis, quæ nullis defensionibus fuerint elisa, conjunguntur, ut refert decisum Consiliar. Campana *resol. 15. num. 28. & 38.* & ego non semel judicatum vidi.

7 Obligatio habilitati, sive liberati in forma, atque fidejussio ita expletur. *Die, &c. Talis de Tale pro observantia decreti lati, &c. spontè penès acta constitutus promisit, & se obligavit ad pœnam unciarum auri tot Fisco Regio stare juri, & toties quoties fuerit requisitus se intus carceres præsentare, ubi prius reperiebatur, ac ad majorem cautelam talis de tale sive patre hic præsens fidejussit, & se insolidum obligavit cum dicto Tali de T., qui obligaverunt se eorumque bona cum constituto, & precario, & ita juraverunt, & renunciaverunt.*

A tus requisitionis fit per tubittam, ut moris est intus carceres, qui actuario referre debet, qualiter prædicta die se alta, & intelligibili voce intus carceres Curiæ, vocasse more præconis Talem de Tale, & eum non invenisse, nec alium pro eo respondisse: ac visa d. relatione habita per Actuarium incusatur pœna, & decretum interponitur. Die, &c. *Visa relatione subitta, facto verbo fuit provisum, quòd contra Talem de Tale, ac ejus fidejussorem incusetur pœna unciarum auri tot in obligatione contenta, ac proindè exequantur realiter, & personaliter, & hoc suum, &c.*

Decretum igitur *Liberetur* sive *Habilitetur in forma* importat, quòd Judex fidejussores ad præsentandum requirere valeat, si nova supervenerint
8 indicia; deficientibus novis indiciis requirere nequit, cum frustratorie vocaretur is, qui iterùm esset habilitandus, Foller. *in pragm. tit. de fidejussorib. numer.* 451. & ibi de Angelis, Muscatell. *in practica fidejussoria*, Consiliarius Campana *res. 15. num. 31.* Farinac. *quæst. 34. num 92.*

9 Hic pro pleniori praxis intelligentia quæro primò, an Judex quocumque tempore cum indicia supervenerint, fidejussores requirere valeat? Et in decreto liberetur in forma, quod Jure communi biennio transacto requirere nequit, quia in criminalibus instantia, quæ ea litis contestatione currere incipit, biennio perit, *l. fin. C. ut intra certum tempus quæst. crim. term.* & triennio in civilibus, præter quam in causis fiscalibus, ut in *l. properandum C. de judiciis*, & concordat Ronus 148. Quinimò in criminalibus nedum acta ordinatoria biennio complete perimunt, verùm etiam & probatoria, adeo quod non datur deindè accusandi, vel inquirendi facultas, Gram. *voto* 34. Caravita *ritu* 15. Dom. de Franchis *decis.* 450. Dom. Reg. Revert. *decis.* 139. & ibi Dom. Reg. de Marin., & *resol. 184. lib. 1.*

Etiam si perfectæ probationes supervenerint, ut testes de visu, vel propria confessio, Dom. de Franchis *decis.* 753. & 754.

Peritque instantia, non solum si culpa, & Judicis negligentia vel accusatoris, biennium est transactum, ut communitèr Doctores, sed quoque si inquisiti impedimento, ut affirmant Dom. de Franchis *decis.* 259. D. Reg. Tapia *in Const. Omnes bajuli num.* 4. D. Reg. de Marinis *ad D. Revertmium decis.* 529. id quod negant Gram. *decis.* 69. Maranta *de ordine judiciorum par. 5. num.* 3. Consiliarius Staibanus *resol. 134. num.* 30. ac alii Relati a Reverendo de Luca *in observat. ad dictam decis. de Franchis*. Instantiæ enim peremptio inducta fuit, ne vexationes fiant immortales, quando omnes morimur, & omnia tempore labuntur.

De Jure verò Regni in Tribunalibus Neapolita-
10 nis etiam in causis delegatis, & delegandis, ob causarum multitudinem, ob quam earum impeditur expeditio, & quia Reipublicæ interest impunita non remanere delicta, peremptioni locus non est, *Pragmatica 50. de officio Magistri Justitiarii*, sicuti in Regiis Audientiis dicta ratione attenta ulterius proceditur, instantiæ peremptione non obstante, *Pragmatica 10. de offic. Judicum*, D. de Marin. *d. res.* Cons. Camp. *res.* 55. Cons. Petr. *d. vita* Novar. *sup. dicta Pragm. 50. & 10. num. 546. dec.* 55. & licèt J. C. Fulvius Danesius in allegatione pro Jo: Andrea Ventura, quæ est 111. in ordine inter collectas a Dom. Reg. de Marin. consideret, quòd dict. *Prag.* 50. prorogat tantùm instantias, quæ pendente judicio essent perituræ, non autem finitas lite contestata per sententiam, & cum Alciato *l. si calumnietur ff. de verbor. signif.* Facbin. *lib. 9. controv. cap.* 17. Afflict. *in const. Reg. Sapè contingit num. 4. de his qui post citationem*, & aliis quos congerit, dicas, quòd cautela, qua Judex inquisitum excarcerat, nempè cum facultate iterùm vocandi in judicium, si nova supervenerint indicia procedit, & Fisco prodest, si nova supervenerint indicia intra biennium, juxtà naturam ipsius judicii, quod biennio terminatur; tamen in eadem causa Joannis Andreæ Venturæ M. C. etiam loco reclamationis decidit, fidejussores esse requirendos, non obstante, quòd longè post biennium supervenissent indicia, & ita practicatur, teste Dom. Reg. de Marinis *lib. 1. jur. resol. cap. 184. num. 13. in observ. ad Dom. Reg. Revert.* 539. ac Dom. Reg. Capiblanco *in additionibus ad Pragm. 6. de Baronibus num.* 40. Et ad confirmationem confidem, quòd propter multitudinem causarum, quæ concurrunt in Tribunalibus Neapolis, & precisè in M. C. & S. C. & R. C. multæ omittuntur diligentiæ in verificandis criminibus, meritò quandocumque crimina claruerint, eorum punitio omitti non debet, alioquin hic frequens omissionis neglectus esset in maximam Reipublicæ perniciem.

In decreto verò *Habilitetur domi*, quia in eo non contestatur lis, non intras dubiatio.

11 Cæterum decretum *Habilitetur in forma*, vel *per palatium*, ideò excarceretur cum cautione onciarum auri tot de tenendo domum, vel palatium loco carceris, propriè procedit, quando aliquis reperietur carceratus pro crimine, cujus pœna est infra relegationem, vel ut aliquod evitetur inconveniens, quod postea aliquo accidenti non ita urget.

12 Decretum *Habilitetur per mensem*, idest excarceretur cum cautione de se præsentando intus carceres completo mense, vel finito certo tempore, procedit, quando aliquis est carceratus pro crimine pœnam ultra relegationem merente, verùm indicia ad torturam non existunt, & fiscus instetit pro impinguatione, vel si carceratus nobilis, vel dives est intus carceres ægrotat, ac crimen mortis pœnam non continet.

13 Decretùm quoque *Liberetur in forma* interponitur post torturam; nàm tortus si non confitetur, & indicia purgavit, liberatur in forma, præstita minimùm cautione de stando juri, & se intus carceres præsentando, si nova supervenerint indicia, quibus iterùm torqueri potest, teste Paride de Puteo *de syndicatu cap. de repetitione torturæ num.* 2. Fol-

G ler-

ler. *mne. pœnis debitis serventur num.* 77. Carrerio *de indiciis, & tortura nu.* 13. Sebastiano de Neap. *in cap. Regni Tormenta*, Claro *quæst.* 94 *nu.* 46. ubi de communi, & Patre Lessio *de justitia, & jure lib.* 6. *tit. de Judice, cap.* 29. *dub.* 17. *nu.* 168.

13 Et ad effectum prædictum indicia juxtà negotiorum diversitatem, & meo judicio ex quatuor ponderari possunt, nempè ratione loci, temporis, criminis, & personæ.

Ratione loci, ut si crimen patratum sit in domo, in eremo, in nemore, aùt alio loco secreto: in istis enim locis quum testium copia non inveniatur, aliqualia sufficiunt indicia, & Judex debet esse promptior ad torturam, ut Criminalistæ uno ore fatentur, & propter probationis difficultatem testes inhabiles admittuntur, juxtà *text. in l. Divus, ff. de quæst.* glossam *in l. consensum C. de repudiis* Farinac. *quæst.* 92. *num.* 55. P. Lessium *de justitia, & jure cap.* 34. *dubit.* 5. *num.* 41. *&* 42. *& seq.*

Ratione temporis, juxta glossam *in l. si eum exceptione, §. in qua actione, in verb. ignorantiam* ubi Apostilla *litera L. ff. de eo quod metus causa*, Farinac. *quæst.* 62. *num.* 31.

Ratione criminis, si tale est, quòd sui natura secretò committitur, ut adulterium, sodomia, partus suppositus, falsa moneta, mandatum, & similia juxta *tex. in cap. fin. de testibus cogendis* glossam *in capit. cum dilectus in verbo, etsi rei, de electione*, ut in *cap.* 1. *in verb. Cognoverint de arbitris*, ac juxta Regni *capitulam*, ut *vulgaris fama proloquium*, ibi: *Quæ fiunt, consueveruntque fieri clanculò, vulgarem probationem, & lucidam communitèr habere non possunt, propter eorum tamen grassantiam illa puniri expedit, ut sit locus exemplo.*

14 Ulteriùs ratione criminis, si id atrocissimum est, levia quidem ad torturam sufficiunt indicia, & ratio est, quia populi scandalo patratur, meritò in ipsius satisfactionem conveniens est, ut Judex in inquirendo, idest torquendo extendat arbitrium, ne crimen tantæ enormitatis impunitum remaneat: eo magis, quia rarissimè, sicut experientia docuit, is qui in tortura confitetur, criminis innocens reperitur, & condemnatur, cum Judex omnes confessionis circumstantias verificare teneatur, ut evidentia dignoscatur, an tormentorum inpatientia, an commissi criminis conscientia confessus est, maxime quod hodierno tempore homines uti in rebus pessimis assueti, in cordibus callum habent, idcircò & Judicis increpationes, ac tormenta contemnunt, indè est, quod rarissime in tormentis positus, quamvis acerbis, confiteatur, nec inconveniens est quod in tanto crimine Judex ad torturam, quæ infertur ad veritatem eruendam, promptior sit, & à juris regulis recedat, Sebastianus de Nespoli *in cap. provisa juris sanctio num.* 4. consuluit Ruland. *cons.* 2. *lib.* 1. *num.* 6. ibi: *Sed in atrocissimis delictis, & quæ solent committi occultè, non ita plenaria indicia ad torturam requiruntur, sicuti in aliis delictis*, idem Mascard. *de prob. lib.* 2. *concl.* 1391. *num.* 13. ibi: *Tertio declaratur, ut non procedat in criminibus, in quibus ex indiciis levioribus tortura infertur*, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 84. *num.* 6. ibi: *Vel tertiò quando agitur de atroci delicto, ut delictum non remaneat impunitum, & ut deterreantur homines pravi*, Clarus *lib.* 1. *§.* 1. testatur de consuetudine illius Senatus *num.* 6. ibi: *Nam in enormibus, & atrocioribus criminibus permittitur Judicibus jura transgredi etiam in procedendo, quia scelerè sinem deveniunt ad torturam, etiam si indicia non sint in totum sufficientia, neque probata per testes omni exceptione majores*. & Conrivis meus Mangrella *ad Bartolum in rubrica de publicis judiciis in fine, ac in rubrica ad l. Cornel. de sicariis, & veneficiis in principio*. Hinc in crimine pessimo,
15 nempè sodomia, solùm stuprati dictum in tortura ratificatum, indicium facit ad torturam, juxtà decisionem Dom. Reg. de Marinis *in observ. ad Dom. Reg. Revertérium* 415. imò etiam sine dicta ratificatione juxtà decisionem Pegurræ 76., tamen Juxtà *decis.* 14. Trevisani, si crimen est sine violentia commissum, dictum indiget ratificatione, si cum vi, & sine ratificatione sufficiens est, & dicitur cum vi, si puer deponat, quod unica vice crimen passus est, non concurrentibus conjecturis in contrarium. Nec non ut pluries tam in Regiis Audientiis, quàm in M. C. practicatum vidi, tunc solum stuprati dictum ad torturam sufficiens est, si cum eo concurrat delictum in genere de recenti, juxtà dictam decisionem Pegurræ, ubi illius Curiæ Procurator de hoc crimine inquisitus, ex quoin partibus pudendis pueri stuprati apparebat læsio de recenti, solo ejus dicto fuit tortus: nec mirum, legimus enim penès Plutarcum *in vita Marcelli* ob sodomiam, Capitolinum sola ejus pudoris animadversione, & juvenis lachrymarum conquerentis, condemnatum fuisse. Si delicti corpus non est recens, aliquod adminiculum concurrere debet, & ita practicatur.

16 Circa testes inhabiles non prætermitto eos, quòad torturam, vel quòad pœnam extraordinariam indistinctè admitti, quo verò ad pœnam ordinariam, idoneos non reputari nisi actu, & habitu, idest quando rei natura alii testes habiles adesse non poterant, & veritas alitèr haberi non possit, Dom. Præses Julius Clarus *quæst.* 24. *num.* 18. Dom. Reg. de Marinis *in observat. ad Dom. Reg. Revert. decis.* 221. sicuti in criminibus atrocioribus ad pœnam ordinariam non esse integros nisi criminis enormitate probationis difficultas concurrat, ut ex pluribus tradit eruditus de Rubeis *forens. cert. specimine* 12. *num.* 79. *&* 80. licèt in præcitatis casibus inhabiles testes admittantur, nihilominus, ut tenet Farinac. in omni casu nunquam ii sunt integræ fidei, nisi alia adminicula concurrant, ut videre est in *quæst.* 62. *num* 40. ubi loquitur de teste nocturno, & in *d. quæst. num.* 78. *&* 76. *& num.* 318. *&* 339. & tanto minus si fuerint ab accusatore producti.

17 Ratione personæ delinquentis, puta malæ famæ, & levis vitæ: quarè mala fama in specie contra talem est sufficiens indicium ad torturam, Farinac. *quæst.* 47. & magis attenta mala qualitate minantis, quamvis incertæ, & æquivocæ, ad torturam sunt satis, idem Farinac. *quæst.* 50. *num.* 9. plures referens, & ut testis minus idoneus, licèt contrà honestam personam requiratur omni exceptione major.

18 Decretum verò, *Consignetur*, idest alicui personæ, quæ se obligare debet sub pœna unciarum auri tot de exhibendo carceratum ad omnem Curiæ ordinem, etiam non novis supervenientibus indiciis, propriè locum habet, quando pro crimine plures sunt inquisiti, unus tamen reperitur carceratus, & cum de facili ob sociorum carcerationem possint indicia supervenire, si Judex eos præmanibus habet, ante carcerationem requirere potest consignatarium ad exhibendum carceratum, nè post carcerationem is instruatur ad fugam, & sic Judex quando sibi videbitur, etiam non novis supervenientibus indiciis, requirit consignatarium, & aliquando licèt reus sit probationibus oneratus, pro crimine tamen non capitali, à Judice superiori consignatur, justa ad id impellente causa, quo casu licet reus hoc decreto non condemnatur, neque liberatur, quadam tamen indulgentia gaudet, & Fisco non præjudicatur; cum omni tempore eum habere possit, ut observatum vidi in Regiis visitationibus per Dom. Regentes; citatio enim, qua consignatarius requiritur, talis est v3.

19 *Alguzeriis, & servientibus M. C. sive quarumvis Curiarum significamus, qualitèr ordine M. C. mediante decreto interposito die, &c. fuit consignatus T. de T. & eum in sui posse pro consignato cœpit, ut ex obligatione apparet, cujus tenor est, die, &c. constitutus T. de T. penès acta præsentis causæ pro executione dicti decreti, sponte cœpit in sui posse Talem de T. inquisitum, ut in actis, & se obligavit sub pœna unciarum auri tot Fisco Regio de illum exhibendo ad omnem ordinem M. C. etiam novis non supervenientibus indiciis, nec non cum potestate capiendi, constituta, & precario se, & bona omnia obligavit, juravit, atque renunciavit in forma, in fidem talis Actuarius. Idcòque vo-*

bis

bis dicimus , committimus , & mandamus , quatenùs receptis præsentibus ad omnem instantiam Regis Fisci peremptoriè citetis T. de T. consignatarium ad pœnam in d. consignatione contentam , quatenùs prima die juridica post præsentium notificationem præsentare habeat , & debeat dictum T. de T. consignatum in eodem termino quoque compareat in M. C. ad dicendum causam quare contra eum exequi non debet pœna in consignatione contenta , & ita , &c. Accusatis postea contumaciis , & ultima C. pro T. S. ut moris est , interponitur Decretum. *Die , &c. visis actis provisum est , quod contra Talem de T. incusetur pœna unciarum auri tot , Fisco Regio eam consignationem non factam T. de T. inquisiti , ipse consignati servata forma decreti , & proinde pro pœna prædicta exequatur realiter , & personaliter , hoc suum , &c.*

20 Secundo quæro , an Judex fidejussores requirere possit ad exhibendum habilitatum per mensem , aut consignatum , si is novum committat crimen ? Et affirmativè probat , & decisum refert Dom. Reg. Sanfel. *decis.* 159. per *tex. in l. sed etsi quis* , §. *illud ff. si quis caut.* Negativè probat , & quoque decisum recenset Consiliar. Petra *cita* 264. *num.* 6. quia ratio suadet , quod omnis promissio quamvis jurata tacitam illam contineat conditionem *si res ita perduret* ; quare si principalis est effectus Clericus , fidejussores liberati dicuntur , Dom. Reg. de Marinis *resol.* 133. *num.* 11. *lib.* 1. Verùm si ex novo delicto fuisset condemnatus , Doctores sunt concordes , fidejussores non teneri , sicut si principalis captus , aufugisset , Petra *dicto ritu num.* 3. vel si birruarii eum capere tentaverint , idem *num.* 7. & de Marinis *num.* 10. vel si ob causam secundi delicti bona fuerunt notata à Curia ratione pœnæ , propter metum inquisito illatum , Petra *num.* 8.

21 Tertio , & ultimò quæro , an fidejussori requisito ad reum præsentandum concedi debeat terminus ad perquirendum , si forsan ab eo petatur ? & in hac quæstione , licèt Cellus Hugo relatus à Cancerio *variar. resol. libr.* 2. *cap.* 5. *de fidejussoribus nu.* 142. dicat , quod ei sit denegandus , cum succurrendum non sit ei , qui voluntarie se in necessitate posuit , juxtà *tex. in l. fidejussor* , §. *necessaria* , *ff. qui satisdare cogantur* , & quia à pœna conventionali , justa absentia non excusat , juxta glossam *in l. si eum militaribus* , C. *de in integr. rest.* & licèt Clarus *quæst.* 46. *num.* 28. ab eodem relatus *num.* 132. dicat , *tex. in l. Sancimus C. de fidejussoribus* , non esse in observantia , tamèn *nu.* 134. ex æquitate contrarium tenet , Judicem tempus moderatum suo arbitrio ad reum perquirendum concedere debere considerando , quod licèt fidejussor promiserit præsentare quoties fuerit requisitus , non est censendum , mentem fidejussoris , nec Judicis fuisse , ut ità fidejussor semper reum in promptu , & ad digitum ligatum haberet , sed permisisse Judicem , ut reus etiam sua negotia gereret , eo modo ut ad se præsentandum paratos esset.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

C A P. VII.

De Decretis: *Habilitetur* , *&c.*

SUMMARIUM.

1 *Formula dicta habilitationis remissivè.*
2 *Liberatio in forma in duobus casibus contingit fieri, saltem post defensiones factas , altera post terminum , licèt sint factæ defensiones .*
3 *Liberationis Decretum non interponitur ante rationem termini , sed decretum habilitationis in forma , qui sunt termini diversi .*
4 *Habilitationis Decretum convenit cum Decreto liberationis in forma in hoc uno tantum , quod ob defectum probationum relaxatur Reus sub fidejussoribus de se præsentando novis supervenientibus indiciis , & assignatur ratio .*
5 *Habilitationis Decretum differt à Decreto liberationis in forma , quia habilitatio fit ante defensiones , sed liberatio post defensiones .*
6 *Et differunt quia indicia quæ post habilitationem veniunt , conjunguntur ; sed post liberationem non conjunguntur , in primis liberationis decretum, cum clausula novis supervenientibus indiciis , declaratur .*
7 *Indicia nova supervenientia duas conditiones habere debent , & declaratur cum limitatione .*
8 *Indicia nova debent esse urgentiora veteribus , & assignatur ratio .*
9 *Clausula novis supervenientibus indiciis quid differt à clausula etiam novis non supervenientibus indiciis , rejecto Mascatello .*
10 *Casus , in quibus cautus Judex ponit clausulam , etiam non novis supervenientibus indiciis , declarantur .*

1 Ultra has formulas positas à nostro Auctore hic remitto lectorem ad formulas positas per *Sarnum in praxi crim.* , *& signanter à formula* 66. *usque ad* 71. ubi est mea additio .

2 Liberatio in forma est , quando Reus post datas defensiones relaxatur sub fidejussoribus de se præsentando , si nova supervenerint indicia , quod decretum in duobus casibus contingit fieri , uno v3. quando ob defensiones factas indicia sunt evacuata , vel ob torturam toleratam sunt elisa.

Altero v3. quando post impartitum terminum defensiorum , licet non sint factæ defensiones pro Reo , at quia de per se indicia non adfuerunt sufficientia ad torturam , sed sufficientia tamen ad nomen Rei recipiendum inter Reos , quæ minora sunt , quàm indicia ad torturam , juxta dictum per *Clarum q.* 20. §. *fin. versic. ad formandam* , tunc ob defectum probationum necesse est liberare Reum in forma , idest sub fidejussoribus de se præsentando relaxare.

Et sic decretum liberationis in forma non semper supponit factas esse defensiones , nam datur casus , ut supra dictum est , quod nullis factis defensionibus Reus liberatur in forma.

Verùm debet esse impartitus terminus Reo ad se defendendum.

3 Nam ante dationem termini non interponitur decretum liberationis , sed habilitationis in forma , qui sunt termini valde diversi.

Liberationis enim decretum.

4 Et decretum habilitationis in forma conveniunt in hoc uno tantum , quod in utroque decreto Rei relaxantur ob defectum probationum sub fidejussoribus de se præsentando novis supervenientibus indiciis.

Nam Judex non debet absolvere diffinitive inquisitum , quando causa esset dubia , an sit culpabilis , vel ne , sed solum sub cautione liberare , ut dixit *Caravit. rit.* 248. *ante n.* 19.

5 Differunt tamen in hoc quando decretum habilitationis interponitur ante defensiones , cum indicia sunt debilia.

Liberationis vero decretum in forma profertur post datas defensiones , ut supra dicturo est . Ita subscripta omnia concludet *Campana in resol.* 15. *n.* 21. *per totam* .

Differunt etiam , quia indicia supervenientia post decretum habilitationis in forma conjunguntur cum primis indiciis , quæ aderant ante decretum , quia dum non sunt per defensiones evacuata , firma adhuc manent *Foll. in Prag. de fidejussoribus nu.* 251. *Campana ubi supra* .

Indicia vero supervenientia post decretum liberationis infra non conjunguntur cum primis , quia prima jam sunt extincta , ut notatur.

Ita decisum est per *de Franch. dec.* 577. & Addentes

 ibi :

ibi, *Grazzarell. dec.* 78. *Sanfelic. decis.* 382. *n.* 5. *Giurba cons. crim.* 50. *num.* 42. relati per *de Luca ad Franch.* ubi supra.

6 Liberatio in forma est, ut supra diximus, quando liberatur, quia ex indiciis in processu existentibus non potest Reus damnari, & propterea fidejussoribus cum cautela de se præsentando novis supervenientibus indiciis. Et hic adverte, quod moderna praxis inolevit, tunc concipitur decretum cum dicta clausula novis supervenientibus indiciis, quando indicia in processu existentia sunt totaliter elisa, & evacuata, vel quasi totaliter, ita ut dicta prima indicia remaneant extincta.

Et propterea indicia supervenientia post decretum liberationis in forma cum dicta clausula interpositum, vz. novis supervenientibus indiciis non conjunguntur, quia prima jam supponuntur extincta, ut supra dictum est.

7 Nova itaque indicia supervenientia post dict. decretum liberationis in forma, ut officiant Reo, & possit Reus iterum citari, & contumax vocari, debent duas conditiones habere.

Primum vz. ut sint sufficientia de per se ad torturam, & non aliter, ut concludit *Campana in resol.* 15. *num.* 24. *ex dictis per Follerium in pragm. de fidejussoribus num.* 151. *&* *Farin. quæst.* 4. *n.* 25. *vers. ampliæ primo*.

Secundam conditionem debent habere nova indicia, ut differant specie a crimine, itaut si eadem species indiciorum sit, non dicuntur nova indicia supervenire, sed potius nova probatio eorundem veterum indiciorum, quæ elisa, & extincta remanserunt per decretum interpositum liberationis ab illis indiciis, & propterea illorum ratio non habetur, ut idem *Campana resol.* 15. *nu.* 23., *&* 29.

Juxtà tradita per *Guaz. defens.* 2. *cap.* 7. *num.* 18. *Cabal. resol.* 93. *n.* 43. *Farinac. quæst.* 38. *n.* 77.

Quam conclusionem limitat idem *Campan. in d. num.* 23., quando post dictum decretum liberationis superveniret unus testis de visu omni exceptione major, qua tunc licet antea unus testis de visu contra Reum adfuisset, & hoc indicium esset jam elisum per torturam toleratam, vel per defensiones datas, tamen hic novus testis de visu, cum sit indicium de per se sufficiens ad novam torturam, consequenter poterit Reus iterum molestari, citari, contumax fieri, & extorqueri.

Limitatur etiam in casu *decis. de Franch.* 576.

8 Hic advertit idem *Campana* illud dictum a DD. quod nova indicia debent esse urgentiora veteribus, intelligendum esse, ut nova sufficientia sint de per se ad torturam absque ope veterum indiciorum, cum quibus nova non conjunguntur, quia vetera sunt extincta, ut dictum est, non autem, quod superent vetera.

Unde si quis ex indiciis valdè urgentibus fuit tortus, & quia torturam substinuit, fuit liberatus in forma, si postea supervenerint nova indicia, specie differentia, licet non sint ita urgentia, sicuti erant prima, sufficit quod urgeant ad torturam, & ex dictis novis indiciis minus urgentibus poterit reus torqueri, & consequenter citari, quia de per se sunt sufficientia ad torturam, & non inspicitur, quod sint majus, vel minus urgentia illis veteribus.

9 Dixi supra quando moderna praxis inolevit, tunc ponere clausulam vz. (novis supervenientibus indiciis) quando sunt omnino vel quasi omninò indicia extincta, & evacuata.

At quando non sunt elisa, sed solum debilitata, itaut indicia remaneant debilia, vel partim evacuata, & partim non, tunc ne pro gravi delicto fiat levis, & ridiculosa condemnatio, tunc fit decretum liberetur in forma, sed cum dicta clausula, etiam novis non supervenientibus indiciis.

Ad hoc, ut si perveniant nova indicia conjungi possint cum primis indiciis remansis, quæ prima erant debilia, & non sufficientia ad condemnandum Reum, saltim extraordinariè.

Licet Muscatell. in praxi fidejussoria *modo primo num.* 26. ignaros vocet illos Judices, qui ponunt clausulam, etiam novis non supervenientibus indiciis, ut supra.

Attamen hodie rectore Muscatello, tam in M. C. quam Reg. Audientia, & in omnibus regni Curiis recepta est praxis ponendi dictam clausulam, teste Consil. Campana *resol.* 15. *nu.* 30., *& teste Actuario Broja in cap.* 17. *num.* 55.

Qui Broja sub die 2. Februarii 1685. in Civitate Nuceriæ Paganorum, ubi etiam Judex locutus est mecum in circulo plurium DD. & Actuariorum veteranorum, quorum magna est copia in dicta Civitate, omnes testificati sunt de dicta viridi praxi in omnibus Regni Curiis, quia ad beneficium Fisci servata videntur illa indicia ad finem conjungendi cum novis.

10 Et potest dari casus, quod post terminum nullæ stant defensiones, & sic indicia minime elisa censentur, & sic cautus Judex ponit dictam clausulam.

Item multoties dubitatur de inquietitudine rei liberati, & ut habeat Reum frenatum ponit dictam clausulam, quasi traditè illum liget de quietè vivendo.

Insuper quando pro crimine plures sunt inquisiti, qui non omnes sunt carcerati, & à sociis carceratis poterint supervenire indicia, solet fieri decretum, quod consignetur alicui personæ, cum obligatione sub pœna unciarum auri 100 de exhibendo Reum ad omnem Curiæ ordinem, etiam non supervenientibus novis indiciis, Auctor noster in hoc *cap.* 7. *num.* 18.

Leonardus Riccius.

CAPUT OCTAVUM.

De Decretis, quibus præit I. Quod Tales ad informationem Curiæ recepti habeantur pro repetitis. II. Quod Talis de Tale inquisitus, ut in actis, torqueatur ad eruendum ex ore proprio veritatem, citra præjudicium probatorum, & confessatorum. III. Quod Talis de Tale torqueatur acriter citra præjudicium probatorum, & confessatorum. IV. Visa instantia Regii Fisci fuit provisum quod torqueatur Talis de Tale ex processu informativo prævia dispensatione S. E. ex quo Neapolitanus. V. Torqueatur Talis de Tale ad convalidandam ejus confessionem tali die ... sponte factam in caput sociorum, non aliter, nec alio modo. *Si sunt plures.* Torqueatur, &c. ad convalidandas eorum confessiones, &c. *Si vero aliquis eorum sit minor.* Sed Talis de Tale terreatur ad convalidandum, &c. VI. Torqueatur Talis de Tale tamquam cadaver ad sciendos complices, fautores, ac alia patrata facinora, sive mandata.

S U M M A R I U M.

1 *Tortura unde dicta, quid sit, & quare inventa.*
2 *Tortura experimentum periculosum, referuntur exempla.*
3 *Tortura ut legitimè inferatur, plura concurrere debent requisita.*
4 *Indicia, quæ dicantur, & plures distinguuntur gradus remissivè.*
5 *Indicia alia remota, aliqua proxima, & quæ dicantur, nec non levia, vel gravia sunt.*
6 *Gravia sunt in triplici gradu, cum explicatione.*
7 *Urgentia, ut tortura adhibeatur, requiruntur.*
8 *Urgentiora, seù multum urgentia in tortura servorum, ut tortura repeti possit, requiruntur.*
9 *Urgentiora, seù multum urgentia, etiam ad pœnam extraordinariam valent.*
10 *Judex secundum Episcopum Sarmientu, aût reum absol-*

absolvere, aùt torquare debet, extraordinariè punire nequit.

11 *Secundum Dom. Cardinalem de Luço, pœna extraordinaria puuire valet, & ponuatur rationes.*

12 *Judex quando torturam repetere debet, & quando ad pœnam extraordinariam devenire.*

13 *Judex etiam post torturam reum ad pœnam extraordinariam condemnare potest.*

14 Pragmatica s. de monetis in lorum unius testis de visu, indicia multum urgentia volunt, & do rationes.

15 *Decisio M. C. & Regii Collateralis Consilii uniformis in causa cujusdam monetarii recensetur.*

16 *Indicia urgentissima convictionem important.*

17 *Indicia, ut tortura inferatur, an semiplenam probationem constituere debeant, ita ut semiplena sit necessaria, & minus quàm semiplena non sit sufficiens.*

18 *Testis de visu quando ad torturam sit sufficiens.*

19 *Indicia quamvis levia in delictis difficilis probationis sufficiunt, & num. 62.*

20 *Indicia Judici arbitraria sunt, & quot ad torturam sunt necessaria, & quæ num. 63.*

21 *Indicium quomodò probetur, & num. 64.*

22 *Fama quid sit, quomodo probetur, quotuplex sit, & quando faciat indicium ad torturam.*

23 *Fuga an faciat indicium ad torturam.*

24 *Inimicitia capitalis an sit sufficiens ad torturam.*

25 *Minæ an faciant indicium ad torturam.*

26 *Assertio vulnerati an ad torquendum sufficiat.*

27 *Res furata penès aliquem reperta, & instrumenta ad cudendum monetas, an inducant indicium ad torturam.*

28 *Confessio extrajudicialis an sit sufficiens ad torturam, & num. 73.*

29 *Dictum unius focii criminis an faciat indicium ad torturam.*

30 *Fuga focii criminis num faciat indicium contra carceratum.*

31 *Mendacium constituti an ad torturam sit sufficiens.*

32 *Secreta loquutio an faciat indicium ad torturam, & num. 68. 69.*

33 *Occultatio testium an faciat indicium ad torturam.*

34 *Præparatio armorum.*

35 *Asportatio bonorum è domo.*

36 *Frequentatio loci delicti an faciat indicium ad torturam.*

37 *Effusio sanguinis à cadavere in conspectu alicujus, an indicium faciat contra alium.*

38 *Remissio offensi, an, & quando faciat indicium.*

39 *Confessio non præcedentibus indiciis extorta, ne supervenientibus convalidare non potest.*

40 *Confessio, quamvis præcedentibus indiciis extorta à Reo immoderatè torto, nulla est.*

41 *Tortura an adhibeatur ante testium repetitionem.*

42 *Confessio à tertio habita ante testium repetitionem eorum repetitione non convalidatur.*

43 *Tortura non adhibetur lite non contestata.*

44 *Contestatio litis est initium belli legalis, & Judicii fundamentum.*

45 *Practica, & litis contestationis formula ponitur.*

46 *Tortura non adhibetur, nisi reo impartito termino ad se defendendum.*

47 *Copia repertorum reo concedenda est ante torturam.*

48 *Copia repertorum concedi debet facta testium repetitione, & de ratione.*

49 *Reus si daret testes pro repetitis præter absentes non est admittendus.*

50 *Decretum, quòd* testes habeantur pro repertis, *quando interponatur.*

51 *M. C. procedit ad torturam ex processu informativo.*

52 *Practica procedendi ex processu informativo undè procedit, & in qua ratione fundatur, ac Regni capitula,* In accusatis, Juris censura, Provisa juris sanctio, & cum scelerati, *expenduntur.*

53 *Tortura ex processu informativo, ut locum habeat secundùm quosdam Regnicolas, tria requiruntur nempè delicti atrocitas, indiciorum urgentia, ac levitas vitæ; secundùm alios duo sufficiunt, Auctoris opinio adsertur, & decisiones M. C. recensentur.*

54 *Votum Consiliarii Joseph de Rosa in causa Pompilii Gagliani.*

55 *Advocatus non potest esse Judex in causa connexa.*

56 *Acta an sint nulla ante Judicis recusationem.*

57 *Causa principalis delinquentis, & mandantis, vel consulentis, aut auxiliantis, an sit eadem, vel saltem connexa.*

58 *Princeps delegando, an dispensaverit, ita ut recusatio locum non habeat.*

59 *Capitulorum Regni* si cum scelerati *ab Auctore interpretatur, ut habeat locum contra consulentes, & auxiliantes, & mandantes.*

60 *Capitulum prædictum, ut procedat, tria requirit, nempe delicti atrocitatem, vitæ levitatem, & indicia sufficientia.*

61 *Ac secundum Auctorem indicia multum urgentia.*

65 *Indicia adducta à Fisco contra Pompilium ponderantur ab Auctore, num. 66. 67. 68. 69. 70. & 71. & sequent.*

72 *Auxilium præstitum post delictum, an faciat indicium de tractata, & consilio in delicto.*

75 *Indicia minus sufficientia an annotantur ad torquendum.*

76 *Consilium qua pœna punitur, cum distinctione.*

77 *Auxilium qua plectitur pœna, cum distinctione.*

78 *Tortura ex processu informativo non intrat, si pœna est extraordinaria.*

79 *Tortura adhibetur in crimine ultra relegationem, etiam si hæc pœna non reperitur determinata, cum limitatione.*

80 *Minor decimo quarto anno torqueri non potest, cum limitatione, & sublimatione n. 81. & 82.*

83 *Senex decrepitus torqueri non potest.*

84 *Mulier prægnans torqueri non potest, cum ampliationibus.*

85 *Advocatus Rei audiendus est ante torturam, etiam si ea inferatur ex processu informativo, & de ratione.*

86 *Confessio habita in tortura ratificari debet, ut ex ea sequatur condemnatio.*

87 *Ratihabitio quando facienda est.*

88 *Tortura repeti potest usque ad tertiam vicem, & repetitioni locus est tribus casibus n. 89.*

90 *Indicia post torturam supervenientia quomodo à primis differre debent, ut repetitioni locus sit.*

91 *Tortura e processu informativo, an reiteretur.*

92 *Terminus adversus confessionem concedi debet.*

93 *Tormentorum plura genera, atque gradus, & quomodo, numerantur ab Auctore.*

94 *Formula Decreti,* Torqueatur *ponitur.*

95 *Reus in tortura quomodo est interrogandus.*

96 *Tortura infertur quoque ad purgandam infamiam, & quomodo, cum ejus decreto, ac de differentia focii criminis, & in crimine.*

97 *Tortura infertur etiam ad feriendos complices.*

98 *Confessiones aliquo rigore à latronibus extortæ tamquam spontaneæ recipiuntur in Regno.*

99 *Reus verberibus est interrogandus.*

1 TOrtura à torquendo dicta, mentis, & corporis est cruciatus, & antiquitus inventa, ut ex sacra pagina *lib. Hester. capit. 12.* nè probationis defectu crimina remanerent impunita, & facinorosi licentiùs peccarent, si se non convincendos putarent; in itinere veritas debilis, & periculosa est: *nam plerique patientia, sive tormentorum duritia, ita tormenta contemnunt, ut ab eis veritas exprimi nullo modo possit. Aliique tanta sunt impatientia, ut in quovis mentiri, quam pati tormenta velint,* sicuti inquit Divus Adrian. *in l. 1. §. quæstioni ff. de quæst.* Hinc legimus penès Valer. Max. *lib. 3. cap. 4.* quòd cujusdam Argentarii servus inculpatus de morte alterius servi Titi Fanii fuit eo nomine tortus, & uti confessus condemnatus, sed non multum processit, & dictus Titi Fanii servus domum rediit, Paris de Put. *de syndicatu cap. & an si quis dixerit,* recenset, quòd cum quædam mulier graves intulerit minas, incontinenti minatus ab alio inimico fuit percussus, cogitans is, quod culpa in mulierem rejiceretur (prout evenit) quoniam mulier fuit torta, & confessa punita, quando innocens erat, ut tempore

pore compertum fuit. Farinac. *quæst.* 52. *n.* 227. refert, quòd quidam famosus fur, vulgò nuncupatus *il Pretino di Lucca*, ut furtum committeret in Domo Galeotti Geroni, se abscondidit in camino ignis existente in cubiculo, ubi pecuniarum arca aderat, a quo noctè egressus cum Galeotto certavit, eumque cultro occidit, ac à nemine visus per eundem caminum aufugit, & quia Magister filiorum dicti Galeotti, audito rumore prius occurrit, & intra cubiculum ab aliis familiaribus cum mortuo Galeotto fuit repertus, de hoc crimine quoque fuit inculpatus, is suo malo fato tortus, & confessus, quanquàm innocens, condemnatus extitit, tempore postea decurso fur sponte factum detegit; neque nostris temporibus exempla desunt, quorum unum retulit Dom. Reg. Tapia *dec. S. C.* 29. quadam alia in primo decreto retuli, & quoque Ego magno dolore in judicando expertus sum, meritò, ut adhibeatur, plura requiruntur. Primum, ut præcedat delictum in genere, sicut advertit Juris Cons. *in l.* 1. *§. item illum ad syllan.*
3 Secundum, ut legitima præcedant indicia, ut in *l. Milites §. oportet, & in l. cum cognitionaliter, C. de quæst.* cum concordantibus adductis à glossis;
4 indicia enim sunt omnia, ex quibus aliquo modo colligi potest, quis sit criminis reus, & in plures distinguuntur gradus, ut ex Patre Sanchez, Lessio, & D. Card. de Lugo in primo decreto recensui, & hic non prætermitto, quòd alia indicia sunt remota,
5 alia criminibus proxima. Remota sunt extrà delictum, & quæ illud immediatè non respiciunt, sed tantùm ipsius congruentias, sicut post multos Lanatius ad Dom. Reg. Rovitum *pragm.* 27. *de offic. Magistri Justitiarii, vers. quò ad indiciorum inquisitiones*, puta fama, inimicitia, absentatio, minæ, quæ delinquentem immediatè non indicant. Proxima illa dicuntur, quæ immediatè rei veritatem respiciunt per sensum visus, sive auditus juxta delicta; uti in homicidio, armatione per campaneam, testis de visu in consilio, mandato, blasphemia, injuriis, testia de auditu, idest testis, qui deponat, quod audivit T. de T. hora, & loco, quòd Titius blasphemavit, & prout magis, aùt minus ad delicta inferunt, alia levia, alia gravia judicantur.

6 Gravia meo arbitrio sunt in triplici gradu, vz. gravia, & sunt, quæ cum aliqua probabilitate delicta respiciunt; alia multum urgentia, quæ magna probabilitate, & verisimilitudine delinquentem indicant; alia sunt urgentissima, quæ maxima probabilitate delinquentem demonstrant, & illa etiam dicuntur indubitata, quibus mens Judicis conquiescit ad credendum contra inculpatum, & ultrà investigare non curat.

7 Prima vz. gravia, urgentia regulariter requiruntur, ut tortura adhibeatur, sicuti colligimus ex dictis Juribus in *l. milites, & in l. conditionaliter.*

8 Secunda, idest Urgentoria, seù multum urgentia requiruntur in eo casu, quo torture inferenda est servo contra Dominum de crimine suspectum, ut in *l.* 2. *ff. de quæst.* ibi: *Ad tormenta servorum ita demum veniri oportet, cum suspectus est reus, & aliis argumentis ita probationi admovetur, ut sola confessio servorum deesse videatur*, juncta Glossa *in verb. Confessio*, Glossa parva *in verb. Admovere*, ac Glossa *in l. meritus, ff. eodem, in verb. Illicite*, ibi: *sed quia in caput Domini*, & ita intelligo doctrinam Farinacii *qu.* 37. *num.* 3. & aliorum affirmantium, indicia ad torturam esse debere certa, clara, graviora, ac luce meridiana clariora, in tantùm, ut Judex sit quasi certus de delinquente, sed nihil aliud sibi deesse videatur, quàm ejusdem Rei confessio; vel requirantur in repetitione torturæ, Bart. *in l. unius, §. reus, de quæst. num.* 2. ibi: *Quandoque contra reum appareat indicia manifesta, & multum urgentia, tum si in prima tortura reus nihil dicat, & stat durus, poterit iterùm torqueri*, Paris de Puteo *in verb. tortura, in lib.* 2. *cap.* 2. quod incipit *de repetitione torturæ*, Blanc. *in l. fin. d. quæst. num.* 12. ibi: *Nota tertiò, quod quando sunt indicia urgentia, reus semel torquetur, sed si essent multum urgentia, tunc fit repetitio in tortura*, & allegat Bart. *in d. l.* Tho. *c. in* 3. *part. in verb. tortus in fine.*

9 Hæc etiam Urgentiore, seu multum urgentia valent, ut reus condemnetur in pœnam extraordinariam, ut quotidiè servari videmus, ex doctrina D. Præsid. de Franchis *decis.* 571. & D. Reg. Rovit. *sup. prag.* 3. *de militibus*, & est in arbitrium Judicis, aùt inferre reo torturam, & illam iterùm adhibere, aùt inferre à principio, & ad pœnam extraordinariam devenire.

10 Sed Episcopus Sarmiento *selectarum interpr. lib.* 1. *cap.* 1. Pater Sanch. *consiliorum moralium lib.* 3. *cap. unico dub.* 12. *num.* 4. & P. Diana *resol. moral. tract.* 6. *de tortura in S. Officio, resol.* 18. plures referentes, tenent reum ex defectu plenæ probationis esse aùt absolvendum, aùt torquendum, & Judicem non posse cum pœna extraordinaria punire, infrascriptis rationibus. Prima, quia Juris Consultus in *leg. aùt facta ff. de pœnis*, & Alexander Tertius in *cap. sicut dignum*, causas ex quibus Judex pœnam minuere potest, connumerant, & inter eas probationis qualitatem non recensent: nam in hoc casu si reus non est convictus, jure statutum est, ut torqueatur, *l. edictum ff. de quæst.* Secunda, quia factum est individuum vz. aùt Titius necavit, vel non necavit, & in hoc medium constitui non potest, quarè si Judex pœnam extraordinariam infligeret, quippè judicaret Titium reum, cum non absolvet, & innoxium scilicèt non occidisse, cum pœna homicidii non puniat, & sic occidisse, vel non occidisse, pronunciaret, quod ridiculum esset, & facilius, vel innocentem oneraret, vel nocenti justam delicti pœnam non irrogaret, propterea, aùt absolvendus, vel torquendus est. Tertia, quia in pœnis requiruntur liquidissimæ probationes *l. fin. C. de prob.* quæ non distinguit circà pœnam mortis, vel exilii, & ultimo ex *lib.* 3. *Regum, cap.* 3. ubi Salomon mulierem, quæ alterius Puerum rapuit, quamvis violentissimam habuisset præsumptionem, ad nullam condemnavit pœnam.

11 Contrariam opinionem quamplures DD. substinent, & veriorem existimant, ut præsertim D. Card. de Lugo *de just. & jure disp.* 37. *sectione* 12. *n.* 143. *&* 144. his mediis, quia aliquibus indiciis urgentibus gravatus, certè magis reus, quàm innocens reputatur, & quamvis sit in possessione suæ indemnitatis, est tamen præsumptio ita vehemens, ut possessioni prævaleat, & hæc constituit eum in statu, quo aliquod malum justè pati potest; quarè licèt pejus sit punire innoxium, quàm absolvere noxium; hoc est verum in pari causa, non quando magna est inæqualitas. Pejus enim esset Reipublicæ noxios omninò manere liberos, quàm innoxios urgentibus indiciis affectos sine culpa pati. Secundò, quia sicut urgentibus indiciis justè reus propter bonum publicum torquetur, ita & urgentioribus, aliqua pœna extraordinaria punitur, & aliam ego addo rationem, nam malitia aucta, homines in male agendo callum in corde habent, increpationes, & tormenta contemnunt, & ut experientia docet, ex centenis unus in tortura confitetur, quarè si aliqua extraordinaria pœna delinquens non esset plectendus, Respublica valdè læderetur tot improbis hominibus repleta, contrà *textum in l. congruit de offic. Præsidis*, & ità pro bono publico (cui tantùm pœna consulitur) dicta contraria opinio usu recepta est.

12 Judex autem, criminis qualitate attenta, hoc regulabit arbitrium, quoniam si crimen grave, & exemplare est, tunc, ut judicium magis veritati conforme proferre possit, & crimen requirit, ad torturam non semel devenire tenetur; maximè si crimen à pluribus commissum præsumitur, ut confessione, quæ vi tormentorum speretur, ordinaria, & condigna pœna plectatur, ac socii detegantur: firmum igitur remanet, quod sit in Judicis arbitrium, aùt devenire ad torturam, aùt ad pœnam extraordinariam contra reum indiciis multum urgentibus gravatum, sicut quoque existimat Præs. Menoch. *lib.* 1. *q.* 91. *num.* 3.

13 Amplius etiam post illatam torturam Judex ad extraordinariam pœnam devenire potest, idem Dom. de Franchis *in d. decis.* 42. *&* 96. & existentibus indubi-

dubitaris codicis antè promulgationem *Pragm.* 52. *de offic. Judicum*, inquisitur de homicidio tee fuis tortus, & deinde ad Regias triremes vita durante condemnatus, & decretum confirmatum à S. C. idem Gram. *dec.* 8. itàque delicti atrocitate attenta, & indiciorum urgentia, tortus etiam ad extraordinariam condemnatur pœnam, sicuti testatur quoque Clarus *q.* 20. *num.* 3. & 64. *num.* 15. & 85. *num.* 10. Dom. Ricc. *Collect.* 1567. & 2263. *par.* 3. Farinac. *cap.* 15. *num.* 50. Olanus *in concordia Juris lit. T.* Sanchez *lib.* 3. *cap. unico dub.* 12. *n.* 9.

14 Indicia multum urgentia recensentur etiam in *Regia Prag.* 2. *de monetis*, §. *decimotertio*, quæ mortis pœnam imponit, quoties contrà inquisitum adest unus testis de visu fide dignus, mala fama, & levis vita (quod intellige extrà delictum in genere) etiam vigore *Cap. jam sæpè*, aut deficiente teste de visu, si cum dicta mala vita, & fama concurrant indicia multum urgentia, & quòd etiam isto casu sit in Judicis arbitrio ad dictam pœnam devenire, quæ *Pragm.* attenta probationis difficultate circa convictionem modificavit Jus Commune, & tamen in hac modificatione cum magna processit cautelà, quoniam unus testis de visu fide dignus facit semiplenam probationem, undè in ipsius locum æqualis probatio erat necessaria, & proinde duo remota indicia legitime probata sufficiebant, & quia dicta indicia in rei veritate non sunt illius efficaciæ, atque evidentiæ, qualis reputatur testis de visu; cum ista sit naturalis probatio, illa judiciaria, idest Judicis intellectu supposita; ista testis de visu, immediata, illa mediata, idest mediante intellectus discursu; ista evidens, illa minus evidens, ut post antiquiores D. Card. de Lugo *de just. & jure disput.* 38. *sect.* 12. *n.* 239. meritò duo testes de visu plenam, & perfectam constituunt probationem, quoad pœnam ordinariam, quatuor remota indicia non, & meritò meo judicio pro effectu dicto *Reg. Pragm.* in defectu testis de visu, indicia multum urgentia voluit, ità cautelatè procedendo.

15 Quare licèt M. C. ad mortis pœnam processisset contra mercatorem Joseph Sansone inquisitum de tonsione Regiæ monetæ vigore *d. Pragm* & ejusdem *cap.* 13. sequentibus probationibus. *Primò*, quia in palmento apothecæ, & propè ipsius bancum fuis reperta una incisura Regiæ monetæ argenti. *Secundò*, nàm in cella vinaria, juxtà dictam apothecam fuerunt nonnullæ aliæ incisuræ inventæ in quadam pagina involutæ. *Tertiò*, ea quo supra apothecam, etiam fuere duo lateres reperti cum expolituris, sivè signaturis argenteis. *Quartò*, in priverno fenestræ dicti cubiculi aliæ signaturæ apparabant, quæ recognitæ fuerunt ab expertis Regiæ Siclæ, & attenta inventione dictarum incisurarum, deponebant de judicio, quòd dictæ signaturæ in lateribus, & priverno repertæ, causa expoliendi, sive circumlimandi monetas incisas, factæ fuissent; cum experientia compertum sit Incisores in dictis lateribus, sivè in aliis consimilibus instrumentis monetas incisas expolire. *Quintò*, quia in forfice ejus exerantii rebavæ incisi argenti fuerunt recognitæ. *Sextò* unus testis dicti inquisiti famulus, quamvis minor decem, & octo annorum, major tamen decimosexto, deponebat, vidisse dictum Josephum per rimulam ostii alterius apothecæ contiguæ, de nocte, candela accensa, argenteas monetas incidere supra bancum, juxtà quod fuit dicta incisura reperta. *Septimò*, aliqui convicini habitantes contra fenestram deponebant de rumore incisionis cum forfice in dicta fenestra, & de judicio, quòd tunc Joseph monetas incidebat. *Octavò*, pluras testes de fama, quod Regiarum monetarum erat incisor, & denique quia reperiebatur inquisitus de usuraria pravitate in Magna Curia, quamvis de ea non erat condemnatus, sed in visitatione mandato dimissus.

Sed reclamatione impetrata, cum in reclamationis termino fuerint pro parte inquisiti plures testes, qui deponebant de rumore propè fenestram repulsati, uti querelantes in processu de usuraria pravitate, compilato termino, facta relatione in Regio Collaterali Consilio, ubi etiam intervenerunt DD. Felix de Lanzina S. C. Præses meritissimus, & Raphael de Villoia, tunc Locumtenens Reg. Cameræ, sees enim DD. Reg. decretum M. C. confirmaverunt, vigore dictæ *Pragmatica*, & *Capituli* 23. quo pœna mortis imponitur, quoties penès aliquem, aùt instrumenta apta ad cudendas monetas, sive monetarum incisuræ reperiuntur, & fama laborat, quòd sit falsator, sive Regiæ monetæ sit incisor, & si levis vitæ est, ac unus testis fide dignus de visu deponat, & idem Judicis arbitrio, si loco testis indicia multum urgentia concurrunt, quæ requisita, uti consideraverunt, aderant contra Sansonem, & primo, fama in specie, de crimine per plures testes probata, mala qualitas personæ, quia inquisitus de usuraria pravitate, quæ furto æquiparatur, Glossa *in cap.* 1. *de usuris*, & *cap. si quis usuram* 14. *quæst.* 4. Et inquisitio de furto fuit quoque considerata pro mala qualitate in expendente falsam monetam, ut mortis pœna procederet, Dom. de Franchis *decis.* 401. *num.* 2. & testis de visu, qui uti famulus, quamvis pro domino non admittatur in testem, *text. in cap. in liberis extra de testibus*, quia Domini præsumitur benevolus, & per fas, aùt nefas obedire consuetus, argumento text. *in l. cum ad fidem de restitutione spoliatorum*, & *in l.* 1. *C. de raptu virginum*; contra Dominum tamen admittitur, probat Farinac. *q.* 55. *num.* 143. Mascard. *de probat. concl.* 578. Quinimò huic testi magis credendum: nam ratione qua supra præsumitur, quod veritatis stimulus ad sic deponendum coegisset, sicuti in simili de affine, & domestico consuluit Aimon. *consil.* 220. *n* 9. & quamvis minor decem, & octo annorum; consideraverunt, quòd pubes annorum quatuordecim in criminalibus in testem admittitur, ut in aliquo facias indicium, Farinac. *quæst.* 58. *num.* 36. & 18. Eò magis, quia proximus erat decimoseptimo anno, quarè attenta immunitate criminis, quod tanquam læsæ Majestatis crimen reputatur, uti in *Capitulo Regni jam sæpè titulo de demolientibus, falsatoribus, & incidentibus liliatos carolenos*, in quo crimine minor probat *ten. in l. de minore, ff. de quæst.* Glossa *in l. invidi secunda in verb. Sed nec pupilli, ff. de testib.* Albericus de Rosate *in l. in testimonium, vers. fallit in criminibus. ff. de testibus* Campec. *de testibus, regul.* 113. Gigas *de crimine læsæ Majestatis, rubr. quomodo, & per quos crimen læsæ Majestatis probetur, q.* 14. Mascard. *de probat. lib.* 3. *conclus.* 1246. Farinac. *qu.* 58. *num.* 22. 23. & 24. Item probationis difficultate attenta, quia crimen patratum in loco secreto, & in domo, in qua alius non aderat; idcirco uti testis idoneus erat reputandus, juxtà doctrinam Marsilii *in l. de minore, ff. de quæst. n.* 24. & 28. *in l. infans, num.* 82. & 46. *ff. ad l. Cor. de sicar. in pract.* §. *diligenter, n.* 80. & 82. qui testatur, quòd ubi veritas haberi non potest, dictum impuberis sufficit ad torturam, & duo impuberes faciunt plenam probationem, Gram. *cons.* 45 & Carret. *de indiciis, & tortura*, §. *ultimo de testibus*, & quamvis Farinac. *d. q.* 58. *num.* 34. hanc doctrinam impugnet, Farinac. loquutus est de impubere, & hic testis non solùm pubes, sed decimoseptimo anno proximus erat, & ejus dictum verisimile, quia deponebat vidisse Sansonem supra bancum monetas incidere, & propè illud incisura monetæ fuerat reperta, ab eodem Marsilio *in l. infans num.* 46. *ff. ad. l. Cornelium de sicariis*, & Blanco *in l. finali num.* 349. Ant. Gomez *variar. resolut. lib.* 2. *rub. de probat. n.* 22. Carterio *in d.* §. *ultimo in testib.* Et quamvis in hoc teste aliquis consideretur defectus, & requisitum deficerat: etiam Joseph Sansone mortis pœna erat dignus, secundùm aliam lecturam dicti *capitis* 13. *Regia Pragmatica*; nam aderant indicia multum urgentia, nempè dictæ incisuræ repertæ, signaturæ in lateribus, & priverno, necnon rebavæ incisi argenti in forfice, ac eadem forfex, quæ utique omnia cum dicto teste, indicia multum urgentia constituebant, etenim sola instrumenta ad cudendas monetas indicium faciunt ad torturam, Dom. de Franch. *decis.* 440. & ibi de Luca, Caball. *casu* 197. *nu.* 10. 11. & 29. Boss. *tit. de falsa moneta num* 7. Dom. Reg. Capyc. Latro *dec.* 179. *num.* 46. unita autem cum

teste,

teste, certè indicia multum urgebant, quibus reos in crimine falsæ monetæ vigore dictæ *Regiæ Pragm.* condemnari potest, Ricc. *decis.* 132. *par.* 4. ponderando etiam, quod in crimine tonsionis, & fabricationis falsæ monetæ, instrumenta reperta apta ad incidendas, & falsandas monetas penes aliàs condemnatum, sive tortum plenam constituunt probationem, ut in *d. Pragm.* 4. *cap.* 12.

Alii verò quatuor DD. Reg. decretum reformaverunt: nàm unus fuit voti pro acri tortura, alii tres pro triremibus ejus vita durante, considerando, quod Jure communi ordinaria pœna practicatur in confesso, aut convicto *l. qui sententiam Cod. de pœnis*, ubi glos. cum concordantibus, & convictus dicitur, quando contra se don testes deponunt. de visu, aùt tres, si unus ex duobus est fide dignus; de Jure Regni vigore Regiæ *Pragm.* 2. *cap.* 13. *de monetis*, pœna mortis practicatur, si reus hujusmodi criminis est levis vitæ, si cum ejus mala qualitate concurrit fama de crimine, ac testis de viso fide dignus, vel in ejus defectu indicia multum urgentia, quare *Pragmatica* circa convictionem modificavit Jus Commune; ideircò uti pœnalis, & exorbitans strictè intelligi debebat *cap. odia*, & *cap. in pœnis de regulis juris in* 6. Mastrill. *dec.* 22. & hæc tria requisita sine ulla diminutione erant practicanda, quando in præsenti casu contra Sansonem fama non solida, & inconcussa, quia plures testes, etiam de vicinatu deponebant de ejus bona vita, & fama, qua mala elisa videbantur, juxtà notata a Consil. de Bottis *in d. cap. jam sæpè, in secunda additione*, ibi: *Item si inquisitus probaret de contraria fama*, Farinac. *qu.* 47. *num.* 168. & *num.* 165. ubi etiam bona fama in genere debilitat malam famam in specie, & *num.* 151. ubi loquitur in statuto famam requirente, & dicit quòd ea probari debet per testes omni exceptione majores, inquisitio de usuraria pravitate levis, quia non condemnatus, ut ille de furto in relata decisione Dom. de Franchis, non convictus, sed leviter indiciatus, & mandato dimissus. Et circà testem de visu, quòd Reg. *Pragmatica* in hoc crimine etiam probationis difficultatem consideravit, & nihilominùs testem fide dignum voluit, & meritò, quia alia duo sunt extra crimen, & remota, & confert P. Lessii doctrina *lib.* 2. *cap.* 30. *dubit.* 4. *nu.* 25. ubi quòd unico teste Rea ad mortis pœnam, vel membri mutilationem devenire nequit, si alia ratione is de crimine non sit certus, & testis summæ authoritatis, & fidei; in casu præsenti, quia minor non erat fide dignus eo magis, nam relevare tenebatur. Neque aderant indicia multum urgentia, quoniam ista ultra delictum in genere requiruntur, Muscatell. *tit. de falsa moneta num.* 35. & 36. & colligitur ex dicta *Pragmatica*: nàm licèt instrumenta convincunt alias inquisitum, ut in *cap.* 12. propter præcedentem inquisitionem, tamen contrà non inquisitum ultra ea, vult probationes, ut in *cap.* 13. ibi: *Concorrendo*, &c. itàque hæc omnia ultrà instrumenta desiderantur, & in facto incisuræ repertæ delictum in genere constituebant figonaturæ, & rebavæ in forfice, illud quoque respiciebant, & si extra illud considerabantur vaga indicia, & satis debilia erant; eò magis, quia Joseph Sansone erat mercator nonnullarum mercium, & cum forfice alia metalla incidere poterat, & si incisuræ fuerunt repertæ, non autem monetæ incisæ, & nonnullæ optimi ponderis, & ex his ad Regias triremes, cum in Regio Collaterali Consilio procedat *tex. in l. inter partes ff. de re judicata*, ità DD. Reg. & Judices in M. C. neque concordes fuerunt.

16 Indicia in tertio gradu vz. urgentissima, attenta Regia *Pragmatica* 12. *de officio Judicum*, convictionem important, & ex ipsis Judex reum ad mortis pœnam condemnare valet, de istis loquitur Dom. Reg. Capyc. Latr. *decis.* 163. & Dom. Reg. Rovit. *dec.* 63.

17 Rursus Julius Clarus *quæst.* 64. *in principio*, Farinac. *quæst.* 36. *num.* 214. & 231. Dom. Card. de Lugo *de just. & jure disput.* 37. *sect.* 13. *num.* 154. & Doctores ab eodem Farinac. ibi tenent, quod tortura infligi non possit, nisi ex indiciis resultet semiplena probatio, & communiter allegant glossam *in l. maritus*, *in verb. a quæstionibus*, & *in verb. illicite ff. de quæstionibus*, ubi illicita tortura fuit reputata ex dicto unius testis familiaris.

Verum idem Julius Clarus *quæst.* 20. *vers. Et hoc ego credo*, Caravit. *rit. M. C.* 41. Doctores relati à Farinac. *d. quæst. num.* 218. & P. Lessius *de just. & jure tit. de Judice*, *dub.* 17. *num.* 176. affirmant ad torturam inferendam, minùs quàm semiplenam probationem sufficere, & allegant glossam in *l. cum probatio in verb. præcedunt*, *ff. de probationibus*, & apostillam Bolognet. ibi? *istam glossam mandat signandam pro singulari ad hoc, quod solum indicium etiam non sufficiens ad semiplenam probationem dicitur sufficerat, ut quis subeat torturam*. Hæc Patris Lessii, & aliorum opinio meo judicio procedit in delictis difficilis probationis.

18 Sane illa Domini Cardinalis, & aliorum procedit in aliis delictis, sicuti, ut tortura adhibeatur, licèt Doctores communitèr requirant unum testem de visu omni exceptione majorem, ut videre est penès Grammaticum *cons.* 1. Clarum *quæst.* 21. Dom. Reg. de Marinis *lib.* 3. *juris resol. allegat.* 132. & Farinac. *quæst.* 37. *num.* 56. & 58. *quæst.* 45. *num.* 2. ex *tent. in l.* 1. §. *Idem Cornelio*, *in l. maritus*, ubi glossa *in verb. illicite ff. de quæstion.* & glossa *in* §. *item verborum Inst. de inutilibus stip. in verb. Idoneus*, tamen in delictis occultis, & difficilis probationis, vel quando inquisitus est homo malæ famæ, dictum unius testis, qui non est omni exceptione major, sufficiens est, dummodò plures non patiatur defectus, ut pe-
19 nes eundem Farinac. *d. q.* 17. *num.* 65. quamobrem indicia, quæ regularitèr aperiunt tantùm viam inquisitioni, in delicto occulto, & quod de sui natura difficilis probationis est, valent etiam, ut inferatur tortura, putà in crimine falsi, Falsæ monetæ, Veneris præposteræ, criminis adulterii, veneni, in mandato, & in similibus, quia hæc crimina nunquàm palam committuntur, aùt in criminibus difficilis probationis ex accidenti, quia patrata tempore, & loco, ubi testium copia reperiri minimè potest, ut putà de nocte, & in nemore: in istis delictis leviora quidem ad torquendum sufficiunt indicia sicuti fatetur Bald. *in l. quicumque octavo notabili C. de servis fugitivis*, Casonus *de non torquendis sine indiciis cap.* 4. *num.* 5. & 6. *Brunus de indiciis p.* 2. *quæst.* 5. *num.* 6. Carrer. *in tract. de indiciis*, & *tortura*, *tract.* 2. §. *circa quartum num.* 19. Afflict. *in Constit. super incisionibus*, *num.* 24. & 25. Muscatell. *de cognit. seù probat. delictorum*, *rubr. de privilegiis simplicis homicidii*, *num.* 32. & 40. Vivius *decis.* 169. Dom. Reg. Valenzuola *cons.* 28. *num.* 11. Dom. Reg. de Ponte *dec.* 16. *num.* 11. ubi loquitur de crimine reputandorum, Giam. vero 3. ubi loquitur de crimine veneni *cons.* 27. de crimine furti, *cons.* 36. *decis.* 33. Dom. Reg. Capyc. Latr. *decis.* 163. ubi loquitur de crimine sodomiæ, Consil. Staiban. *resol.* 11. ubi loquitur de crimine falsi, Farinac. *quæst.* 37. *nu.* 153. plures referens; in his equidem casibus lex contenta est de probationibus, quæ haberi possunt, nè facinorosi impunes remaneant, ac alia committant facinora, sicuti consideravit Rex Robertus felicis recordationis in *cap. Præsidentis incumbit officio n.* 2.

20 Cæterùm indicia, quibus tortura infertur, Judici arbitraria sunt juxtà negotiorum, ac personarum qualitatem; undè aliquando duo remota requiruntur indicia, aliquando unum junctum aliquo adminiculo, aliquando unum tantùm sufficit, Clarus *qu.* 21. Carrer. *in* §. *an unum indicium*, Guazz. *defensa.* 32.
21. *cap.* 30. Farinac. *quæst.* 37. *num.* 45. & quodlibet indicium remotum probari debet per duos idoneos testes, sicut quodlibet adminiculum, ex glos. *in l. final. Cod. familiæ herciscundæ*, *in verb. indiciis*, communiter Criminalistæ fatentur.

Quinimò quodlibet indicium probari debet per duos testes omni exceptione majores, quia idem jus, quod est de toto quoad totum, esse debet de parte quoad partem, *l. quæ de tota ff. de rei vind.* & quia tortura gravissimi est præjudicii, per quas rationes post multos hanc tenent opinionem Mascard. *de probat. l.* 2. *concl.* 895. *num* 3. Menoch. *de præsumpt. l.* 1. *quæst.* 91. *num.* 5. & 6. Farinac. *quæst.* 37. *n.* 28. & 29. qui testantur de magis communi, & veriori opi-

opinione, & novissimè tenet Consil. Joseph de Rosa in sequenti voto in causa Pompilii Gagliani. sed ego contrariam opinionem sublinui in decreto *Capiatur informatio num.* 36. per rationes, ut ibi, quæ magis me movent, quàm Doctorum authoritates: Doctores enim uti volucres sunt, quo unius, cæteri omnes sectantur volatum, & si tibi ea non arridet, eam omninò non sperne, & saltem sequi poteris in delictis difficilis probationis, vel in delictis atrocissimis, vel si testes, quibus probantur duo remota indicia, non sunt omnes quatuor minus idonei, cum ex fide idonei contestis suppleatur, juxta tradita a Farinac. *qu.* 62. *n.* 345. maximè si plura in processu concurrunt indicia, juxta notata a Mascardo *d. concl. num.* 13. vel si pluribus inhabilibus testibus probata sunt indicia, cum eorum fides suppleatur ex numero, dummodo in verisimilia non deponant, quia testium numerus inhabilitatem supplet quoad personas, non quoad dicta, teste eodem Farinac. *n.* 319. & dummodò plures non patiuntur defectus, *n.* 324.

Hic etiam licet omnia indicia, quia infinita sunt, numerare non possim, tamen quæ frequentiùs adesse solent, prætermittere nolui, & primò de fama criminis, de qua quatuor quæro. *primum*, quid sit? *secundum*, quomodo probetur? *tertium*, quotuplex sit? *quartum*, an sola faciat indicium ad torturam.

22 Circa *primum*, fama est Rei, de qua agitur, vulgi, loci, sed majoris partis opinio, ita ex *tex. in cap. sæpè fit* 22. *quæst.* 2. D. Card. Tusch. *lit. F. concl.* 63. *nu.* 4. vel est loci communis opinio, sive majoris partis ex suspicione proveniens, voce manifestata.

Circa *secundum*, juxta Gramm. *voto* 35. *& cons.* 32. post multos, quatuor requiruntur. *Primum*. ut testes nominent personas, a quibus audiverant, ut in dicto *voto num.* 13. *& cons. num.* 8. cum à persona odiosa originem trahere possit, & inquisito minimè nocere, *cap. qualiter*, *& quando de accus. Secundum*, ut dicant causam, qua moventur, sicut in dicto *voto num.* 15. *& cons.* 6. *num.* 9. quia omne judicium pedem figere debet in verisimile *cap. quam verisimile*, *de præsumptionibus*, alioquin falsitatis imago videretur. *Tertium*, ut deponant ante querelam, vel carcerationem, ut in dicto *voto num.* 17. *& cons.* 6. *num.* 10. ne ab accusatore, & ab ipsa carceratione ortum habere videatur. *Quartum*, ut deponant factum audisse à majori parte populi, sicuti in dicto *voto num.* 16. *& cons. n.* 12. etiam ex glossa *in l.* 2. §. *ejusdem de testibus*. Sed Batt. *in l. de minore*, §. *tormenta*, *num.* 16. *ff. de quæstionib.* tenet, quod fama orta etiam post accusationem, sive post carcerationem valida est, si ex justa suspicione proveniat, ibi: *fama potest habere originem tempore commissi maleficii*, *& postea*, *ante accusationem*, *& post accusationem*, *secundum quod manifestatur causa*, *ex qua populus*, *vel vicinia in suspicionem*, *& credulitatem deducitur*, *ex qua postea credulitate dicunt*, *quod dictum vocatur fama*, quem sequitur Farinac. *quæst.* 57. *num.* 278. & maximè procedit si incontinenti sequatur carceratio, cum fama antecedere non potuerit, sicut de consuetudine satis est, si duo testes deponant, ità se publicè audivisse, licèt non dicant à majori parte populi, teste Claro *quæst.* 6. *nu.* 24. & Lessio *de justitia*, *& jure lib.* 2. *cap.* 29. *dubit.* 6. *num.* 144. ibi: *Quis enim qui cum majore parte oppidi*, *aut vicinia loquatur*, *ut advertat se loquutum*, *sed satis est*, *ut testetur se ita publicè audivisse*. Cæterum fama licèt per modicos testes non inducatur inducta tamen per duos solos probatur, post antiquiores D. Cardin. Tusc. *lit. F. concl.* 64. *num.* 2. dummodo sint integræ fidei, Farinac. *quæst.* 47. *num.* 210. contra tamen hominem facinorosum sufficiunt minus idonei, causam edicere, personas nominare, ac se ità publicè audivisse, vel passim dici testari debent, ut sciatur famam habuisse originem ab homine probo, non inimico inconsiderato, & mendace, ac veram esse formam, & testes non fingere.

Circa *tertium* dico, quod fama duplex est, vehemens, & simplex; vehemens est, quæ habet enunciata requisita, vel quando provenit ex verisimili causa, de quo testes concludentes deponant, Foller. *rubrica*, *dentur capitula*, *quòd suffocavit uxorem*, num. 28. & hic vehementi famæ convenit secunda definitio, verùm quod Judicis arbitrio remittitur, quando fama sit vehemens, D. Card. Tuscus *lit. F. conclus.* 65. *n.* 17. Gram. *dec.* 34. *&* 42. de Angelis ad Foller. *dict. Rubrica num.* 39. Farinac. *quæst.* 49. *nu.* 29. Simplex est, quæ non continet dicta requisita, sed quando testes solum deponunt, ita publicè audivisse.

Circa *quartum*, fama vehemens facit indicium ad torturam, Hippolitus de Marsiliis *in practica* §. *diligenter num.* 29. Blancus *in l. fin. de quæstionibus*, *nu.* 313. *vers. & probata fuerit causa*, Foller. *in d. rubr. num.* 86. *vers. ad propositum*, Gram. *dec.* 34. *nu.* 52. Bart. *cons.* 191. *Domino Paci de Burgo Sancti Sepulchri*, Galeatius *cons.* 110. inter *consilia crim. divers. lib.* 1. D. Reg. Revert. *dec.* 365. & ibi D. Reg. de Matinis; in hac enim fama duo considerantur, populi opinio divulgata, quæ Judicem movet ad ita credendum, juxta illud, *Vox populi*, *vox Dei*, & causa, ex qua reus præsumitur, Casonus *de indiciis tract.* 2. *cap.* 3. Farinac. *quæst.* 52. *num.* 145. merito ad torturam sufficiens est. Simplex est inefficax, licèt de ea plures deponant testes, juxtà illud, *Nec judiciorum plurimorum acquiesces sententiæ*, *& à vero devies*, *Exod. cap.* 22. ad dictum enim unius facilè sequitur multitudo *cap. cum juventute de purgatione canonica*, valdè certò indicium remotum est, & valdè in hoc regno periculosum ex indicio famæ movere, Dom. Reg. Tapia *dec. S. C.* 29.

Verùm juncto alio indicio ad torturam satis est, puta juncta inimicitia, fuga, vel minis cum simplici dicto, cum mala fama in genere, idest contra personam levis vitæ, quæ constet ex actis, Farinac. *d. quæst. n.* 17. *usque ad* 23. vel aliquo adminiculo, ut si in veste, & in armis facinoris vestigium appareret, P. Lessius *cap.* 29. *dubit.* 17. *num.* 156.

In delictis occultis, difficilisque probationis quoque sufficiens est, Clarus *quæst* 21. *num.* 1. *vers. posset etiam esse*, & ibi Bajard. *vers. item adde*, asserens, quod fama est magnum indicium in delictis de nocte commissis, idem dicit de Angelis ad Follerium *in rubrica dentur capitula*, *quod suffocavit uxorem num.* 39. Riminal *cons.* 302. *nu.* 5. *in fine*, Farinac. *dict. quæst. num.* 11. *&* 12. id affirmat, dummodò fama sit legitimè probata. In hoc autem casu secundùm Gargiarei inter *cons. crimin.* 126. *num* 78. & hujus Regni Consuetudinem, legitimè probata dicitur, si decem, vel saltem septem testes de ea deponant, attenta testium qualitate, & loci, idest Terræ, vel Oppidi, in quo crimen est patratum, ac dummodo ex verisimili suspicione proveniat, quòd intellige, quamvis suspicionis causa non sit probata, sed testes de quoque per famam deponant: nam si probata esset, vehemens fama vocaretur.

23 Fuga è Civitate, ubi delictum est perpetratum, non leve contrà fugientem inducit indicium, juxta illud *fugit impius nemine persequente*, *justus autem quasi leo confidens absque terrore erit*, *Proverb. cap.* 28. *nu.* 1. & in delictis capitalibus ante accusationem, vel inquisitionem, idest assumptam informationem, sufficiens est ad torturam, ut post antiquiores tenent Præses Jul. Clarus *quæst.* 21. *num.* 22. *vers. quæ tamen* Farinac. *quæst.* 48. *num.* 27. Dom. Reg. Revert. *decis.* 44. & ibi D. Reg. de Matinis *in observatione num.* 4. *& ad decis.* 257. post enim accusationem, vel informationem quilibet, licet innocens, sciens se de crimine fuisse imputatum, rationabiliter Judicis timore quærit fugam.

In delictis verò non capitalibus etiam post querelam sufficiens est, ut citati Doctores affirmant, cum ratio ponderata in hic non ita urgeat ratione pœnæ, & licèt idem Farinac. *nu.* 58. dicat, quòd fuga uti remotum indicium numquàm sit ad torturam satis, nisi alio indicio juncta, ejus opinio procedit, vel in fuga post accusationem, vel in ea, quæ aliqua causa colorari potest, ut si fugiens sit solitus discedere ad mercimonia exercenda, vel ubi proceditur ex processu informativo, & tamen in capitalibus post accusationem juncta fama nunquam facit indicium ad torturam, Clar. *nu.* 23. cum fama sit indicium valdè remotum, contrarium verius est cum alio indicio.

Latitatio pari ratione in latitante, & se occultante

in eadem Civitate non leve producit indicium, & deprehenditur ex *textu in §. igitur ne latente eo, auth. de exhibendis, & introducendis reis:* sicuti & multo magis ad Ecclesiam refugiatio, & fuga idem operatur in promptu, quod in effectu, idem contra fugientem, & præparantem se ad fugam, Farinac. *n.* 9. nunquam tamen si ea aliqua justa causa apparente processit, ut puta si impulsatus sit solitus discedere ad mercaturam exercendam vel si ab inimicis, qui eam habuerint suspectum, graviter minatus fuisset, Farinac. *quæst.* 48. *n.* 36.

24 Inimicitia capitalis sola indicium facit ad torturam, ut voluerunt Joannes Andreas *in special. tit. de præsumptionibus*, Romanus *in l.* 1. *§. si quis in villa ff. ad Senatus C. Syll.* Felinus *in cap. afferte de præsumptionibus num.* 12. Gram. *conf.* 15. *num.* 2. *&* *decis.* 30. *num.* 8. Merlin. *inter cons. crim. divers. conf.* 90. *nu.* 12. Crav. *conf.* 621. *n.* 4. ac alii cumulati a Farinac. *quæst.* 49. *n.* 89. & meritò quia de inimico lex præsumit omne malum, *l. prima §. præterea ff. de quæstionibus*, cum concordantibus congestis à glossa *in verb. memoratur*, & confert illud Ecclesiast. cap. 12. *Inimico tuo non credas in æternum*, ac maximum appellat inimicitiæ indicium, Cavalcanus de *brachio regio par.* 3. *num.* 95.

Sed quod sola non sit sufficiens, nisi juncta alio indicio, tenet Menoch. *de præsumptionibus lib.* 1. *quæst.* 89. *nu.* 51. Mascardus *de probat. l.* 2. *concl.* 901. *nu.* 6. Clarus *quæst.* 21. Farinac. *d. quæst. nu.* 101. qui plures allegat, & de magis communi opinione, & vera, a qua in judicando non esse recedendum testatur Gabrielius *com. opin. lib.* 1. *opin.* 374. *vers. sed prima opinio*, P. Lessius *de justitia, & jure cap.* 29. *dubit.* 17. *n.* 164. *vers. quintum indicium*, & novissimè D. Cardinalis de Lugo *disp.* 37. *sect.* 13. *num.* 154. *vers. sufficit. etiam*, ea ratione, quia inimicitia est indicium remotum, & unicum remotum indicium sufficiens non est, & licèt deliquisse præsumatur, qui delinquendi causam habuit, tamen, quia delictorum multæ sunt causæ latentes, & ignotæ, cum nemo sit qui non irascatur, metuat, oderit vel speret, contingere potest, quod Sejus, Mævii occultus inimicus, eum occidat, & Titius, quamvis innocens de more torqueatur tamquam manifestus inimicus, quod absurdum est evitandum.

E contra tamen ego considero, quod de occultis solus Deus est vindex, exemplum narratum rarissimè occurrit, & frequentius inimicus mala de inimico cogitat, & non est semper verum, quod ad torquendum duo remota requirantur indicia, quoniam aliquando unum aliquo adminiculo junctum, aliquando duo, vel unum quoque sufficiens est, prout magis, vel minus contra imputatum urgent, ut sæpe probavi, & hic allego magistrum Bartol. *in l. fin. nu.* 6. *ff. de quæstionibus*. Quarè cum Antonio Gomez. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 13. dico, quod si inimicitia ex gravi causa provenerit, & non adest alius inimicus, sola sufficiens est; prudens enim Judex inimicitiam arbitrabitur ponderando causam cum consuetudine loci, ubi aliquando licèt levis injuria, gravis tamen reputatur, ac qualitate personæ, nimirum si vindex sis ad vindictam potens, vel ad animum revocaverit injuriam.

Insuper cum Riminal. *conf.* 301. & Farinac. *ubi sup. num.* 104. affirmo, quod si secundam opinionem sequi velis, in hoc casu levia sufficiunt indicia, imò adminiculo juncta sufficiens est, necnon cum eodem Riminaldo *num* 9. & Claro *d. num. in fine*, in delicto clam commisso, si nullus alius imputetur, sola sufficiens est; & licèt Scialoya *in praxi forjudicatoria cap.* 4. *n.* 38. cum Thes. *dec.* 24. *num.* 7. *vers. quamvis*, valde de hoc dicto dubitet; nihilominus ab eo non est recedendum, in delictis enim occultis communis Doctorum conclusio est, quod levia, & aliqualia ad torturam sufficiunt indicia, ita suadente Reipublicæ favore, ne facinorosi, qui occultè facinora committere studeant, licentius peccent.

Cæterùm si offensus haberet plures inimicos, isto casu attendi debet inimicitia gravior, & recentior, vel quæ sit pluribus indiciis adminiculata, ut probat Farinac. *num.* 114. cum præsumptio contra unum inimicum dubia, & incerta reddatur; & in illo casu adverto, quod licèt inimicitia gravior sit, non tamen operatur, nisi alio indicio juncta, cum reperiantur homines, qui facilius indignantur etiam ob levem causam, & injuriam, quamvis levem ad animum revocant, & gravem reputant.

25 Minæ urgent ad torturam, si minans solitus sit minas exequi, aùt concurrente aliquo adminiculo, Farinac. *quæst.* 50. *num.* 12. *&* 30. & licèt dubiæ, incertæ, & æquivocæ sint, urgent tamen attenta mala qualitate minantis; quidam Doctores conclusionem restringunt, nempè si incontinenti, & non ex intervallo crimen sequutum sit, cum ex temporis modicitate in Jure indicium frequens sit, & post multos exemplum ponit Crusius *de indiciis delictorum cap.* 35. in debitore delegato, qui si illicò post delegationem aufugit, delegans in dolo præsumitur, & delegatione non liberatur; sed veritas est, quod Judicis arbitrio tempus remittatur. Rursus licèt minans solitus sit minas exequi, minæ non producunt indicium ad torturam, si minati alius apparet inimicus. Cæterùm illæ probantur per testes concordes in qualitate minarum, licèt sint in loco, & tempore discordes, & Doctores cumulat Farinac. *conf.* 22. *num.* 5. *&* 8. *& in d. quæst. num.* 41. quibus addo Vincentium de Anna concivem meum *sing.* 70. & ibi Fabium ejus filium.

26 Assertio vulnerati sanæ mentis facta incontinenti post illatum vulnus cum juramento in casu difficilis probationis, si sit perseverata in mortis articulo, sola facit indicium ad torturam contra occisorem, maxime si est facta post Sacramentalem confessionem, ea ratione, quia moriens non præsumitur mentiri, & immemor salutis æternæ innocentem inculpare; & quamvis moriens non præsumatur quasi alter Sanctus Joannes Evangelista, nihilominus, quia morientis dictum frequentissimè veritatem attingit, sine ullo dubio ex ea circumstantiis consideratis oriri prædictum indicium affirmo, sicuti hac ratione attenta Doctores maximæ auctoritatis relati à Farinac. *quæst.* 46. *num.* 1. *&* 37. testantur, quibus addo D. Reg. Revert. *dec.* 46. & regularitèr quando cum ea concurrunt adminicula, vel indicia, licèt ista sint levia, indicium facit ad torturam, Mastrill. *decis.* 232. *num.* 5.

27 Res furata penès aliquem reperta, authore non docto, facit indicium ad torturam, ut tenent Doctores relati a Farinacio *quæst.* 187. *nu.* 2. *per tex. in l. civile C. de furtis*, ibi: *Nam à transeunte, & ignoto se emisse, dicere non convenit, volens evitare alienam à bono viro suspicionem*, & quod dicta opinio procedit in Regno testantur Joseph Mele ad Gizzarell. *decis.* 89. & Vivius *decis.* 140. per *Pragm.* 11. *de furtis*, quæ *Pragmatica*, ut videre est, loquitur contra emptores rerum furtivarum, ut teneantur ad pœnam in dicta *pragm.* & non contra fures, quidam alii ab eodem relati *num.* 5. distinguunt v3. aùt is, penès quem res furata reperitur, est malæ, aùt bonæ famæ, primo casu facit indicium, secus in secundo: quam distinctionem quoque amplectitur de Angelis *in dicta decisione Gizzarelli*, qui ita decisum refert in S. C. quia si gravetur indicio rei furatæ, sublevatur indicio bonæ famæ: verùm ego aliam pono distinctionem, nimirùm aùt res furata reperitur penès aliquem, & in ejus propria persona, & authore non docto, facit indicium ad torturam, nàm non præsumitur, quod pro bona alterius fama conservando propriam negligere velit; aut in domo, & rursus distinguo, aùt reperitur in loco, ubi cæteris aditum habere potest, & si est bonæ famæ, non facit indicium ad torturam, quia fraudis suspicio adesse potest, nisi aliqua conjectura contrà eum concurrat, ut si celandi animus appareat, sicuti consideravit Antonius Faber *tit. de furtis defin.* 4. si in loco secreto, ut putà in ejus arca, & scrinio (cujus claves ipse retinet) & de authore non docto indicium urget ad torturam.

Hæc distinctio quoque procedit, si instrumenta apta ad cudendas monetas penès aliquem reperiantur; sed Marsilius *in l. qui falsam C. ad l. Corn. de falsis num.* 114. Mascard. *de prob. numer.* 1702. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 6. Bertazz. *conf.* 155. *lib.* 2. Hond. *conf.* 91. *lib.* 1. *numer.* 10. Giurba *conf.* 85. *num.* 19. Guazz. *defensa* 4. *cap.* 9. Thorus *in commen. par.* 3. *lib.* 2. *in verb. monetarii*,

& de

& de Luca *in observ. ad Dom. de Franc. dec.* 440. indistinctè tenent, quòd ea in domo alicojus bonæ famæ reperta ad torturam non urgent, dummodo ejus bona fama notabilis sit, & non vulgaris; nàm, ut ajuot, nemo tam vilis est, quòd aliquos non reperiat testes bonam ejus famam deponentes, & nil mirum si præcitati Doctores hanc restrictionem ponunt: nàm ut considero, difficile est rem alienam invito domino contrectare, & per consequens non præsumitur, quòd homo bonæ conditionis, & famæ periculo se exponat, sed facilè est in propria domo, nemine contradicente, monetam tondere, & fabricare.

28 Confessio extrajudicialis ad torturam sufficiens est, glossa *in verb. accusatori, in l. capite quinto, ff. de adulteriis*, & glossa *in l. ictus fustium, ff. de his qui notantur infamia*. Fullerius *in* 2. *part.* 3. *part. in verbo, & si confitebuntur numer.* 22. Clarus *quæst.* 21. *&* 55. *num.* 2. Farinac. *quæst.* 82. *num.* 23. plures referens, Dom. Riec. *coll.* 2120. P. Lessius *de just. & jur. l.* 2. *cap.* 29. *dubit.* 17. *num.* 157. qui de communi testatur, & Sese *dec. Arag.* 211. *num.* 5. refert, quòd in Regno Arag. æquiparatur testi de visu quoad omnis; indicia enim, quæ ex delinquentis ore proveniunt, cùm immediatè ex proprio facto, & non ex alieno, Judex quid certi habeat, aliis graviora sunt Bald. *in l. unica, ff. de confessis*, Gram. *cons.* 5. *num.* 7. Mascardus *de probat. lib.* 1. *quæst.* 15. *num.* 13. Farinac. *quæst.* 36. *num.* 53. sæpè quidem occulta Facinora, Deo permittente, facinorosi, quamvis sapientes, proprio ore, casu, & inconsideratè manifestant; quarè hoc indicium omni alio potentius est, & tantæ efficaciæ, ut eo præcedente confessio in tortura habita ratificatione non indigeat, Bart. *in l.* 1. §. *Divus Severus, ff. de quæstionib.* DD. cumulat Foller. *d. loco num.* 29. & ea exorta legitimis præcedentibus indiciis ipso superveniente convalidatur, Marsilius *in l. quæstionis*, Gramm. *cons.* 4. *num.* 20. & Bajard. ad Clarum *quæst.* 64. *numer.* 30. Sed Bartoli opinio a P. Lessio non admittitur, nisi ad pœnam extraordinariam, ut in *titulo de Judice n.* 159. & à Dom. Card. de Lugo *disp.* 37. *sect.* 12. *nu.* 154. similitèr illa Marsil. ac aliorum refutatur à Farinac. *quæst.* 83. *num.* 5. & Guaz. *defens.* 30. *cap.* 38. *n.* 3. quia de essentia hujus judicii requiritur, ut præcedant indicia.

Ut autem extrajudicialis confessio ità urgeat, plura requiruntur. *Primum*, ut probetur per duos testes omni exceptione majores: nàm si ipsum indicium dubium est, ita ut non constet, & exillat, æquitas non patitur, ut quis propter illud torqueatur, ità P. Lessius *ubi supra*. *Secundum*, ut sint contestes de loco, & tempore: cum non ex dicto testium, sed ex dicto extrajudicialitèr confitentis habetur. *Tertium*, ut scientiæ congruam, & verisimilem causam reddant. *Quartum*, ut de criminis causa in processu appareat. *Quintum*, ut sit clara, & non æquivoca, possibilis, & verisimilis.

Alia requisita, quæ cumulantur à Follerio, nempè, ut testes sint à Judice examinati, & ut ea non sint in judicio revocata à Farinac. *d. loco*, ut non sint incidenter emanata, ut testes sint rogati ad ea audiendum, & quòd non sufficit, si fortuitò audiverint, quem sequitur de Angelis ad Foller. non admittuntur in practica; ac circa secundum requisitum, quòd confessio extrajudicialis probari non debet per testes singulares, licèt ferè omnes Doctores, qui tractant hanc materiam, ita fatentur, ut videre est penes Farinac. *quæst.* 64. *num.* 145. & ità communis praxis servat, tamen sicut durum est contra stimulum calcitrare, ita alicui est contra proprios sensus assentire. Ego, si plures testes idonei de ea deponant, licet sint singulares de loco, & tempore, contrarium affirmo ex sequentibus rationibus. *Prima*, quia non præsumitur, quod plures testes idonei, & legales in re tàm gravi mendacium dicant. *Secunda*, quia confessio est actus iterabilis, & pluries emitti potest, quo casu testes singulares de loco, & tempore probant, ut plures Doctores affirmant, quos congerit Farinac. *dicta quæst. num.* 85. & hac ratione, ut considero, minime quoque per testes singulares probantur, ut in indicio minarum recensui. *Tertia* quia magis verisimile est, quòd delinquens, qui sui natura culpam tacet, eam coràm uno, quàm coràm duobus simul manifestet. *Quarta*, quia non tractatur immediatè de probando delictum tali die, & loco commissum, sed de indicio rei iterabilis, quæ infert ad delictum. Et insupèr dico, quod probatur quoque per duos testes singulares, si cum eis adminicula concurrant, juxtà notata ab eodem Farinac. *num.* 302. *&* 303.

Cæterùm confessio extrajudicialis non solùm dicitur, quæ extra judicium, & tantùm coram testibus fit, sed etiam, quæ à Judice reperitur non in figura judicii, vel à non competenti, tamen hæc propter Judicis authoritatem, quoad pœnam extraordinariam absque dubio sufficiens est, & hic advertendum, quod Judex extra residentiam ret confessionem cum interventu Officialis loci recipere debet.

Tandem si Rei confessio à notario tantùm recepta est, etiam ad torturam urget, Bartolus *in l. cum scimus, Cod. de agricolis, & censitis, lib.* 12. *n.* 6. *vers. Hoc est verum*, quia notarius est persona publica, duorum testium vicem obtinet, cum juraverit officium legalitèr exercere, Cravetta *cons.* 4. *n.* 3. Parisiensis *tit.* 10. *glossa* 7. *n.* 4. & per hæc idem dicendum est de actuario, Guaz. *defens.* 32. *cap.* 27. concurrente tamen ejus bona fama.

29 Dictum unius socii criminis, ubi de consociis interrogari potest, nempè in crimine, quòd cum sociis regularitèr committi potest; vel quando indicia existunt socios habuisse; & in criminibus exceptis, quæ numerantur à Menochio *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 374. *num.* 27. & a Farinac. *quæst.* 43. *nu.* 45. contra nominatum præsumptionem facit, communitèr fatentur Doctores; sed an hæc præsumptio sola absque alia suspicione, vel conjectura sufficiens sit? Doctores non sunt concordes: nam ex recentioribus Julius Clarus *quæst.* 21. *num.* 8. *&* 22. Menoch. *d. cas. num.* 43. *& de præsumptionibus lib.* 1. *quæst.* 89. *num.* 73. Farinac. *quæst.* 43. *nu.* 145. Guazz. *lib.* 2. *defens.* 31. *cap.* 8. P. Lessius *lib.* 2. *cap.* 26. *dubit.* 17. *num.* 161. *&* 162. Dom. de Franchis *dec.* 577. & Dom. Reg. Capyc. Latro *decis.* 132. tenent, quòd absque alia suspicione, & conjectura, sive adminiculo sufficiens non sit, plures Doctores cumulant, & testantur de vera, & magis communi opinione, quæ subsequentibus fundatur rationibus: *prima*, nè sit in facultate cujuslibet scelesti virum probum tormentis subjicere; *secunda* quia in criminalibus sicut ad condemnandum probationes esse debent luce meridiana clariores, ità ad torquendum indicia debent esse clara, certa, & non dubia, sed de socii dicto valdè res dubitat, nè malevolum nominet, ut insimul cum eo pereat, vel potentem, ut absolvatur, notat glossa *in l. fin. Cod. de accus. in verb. Aut inimici, & in verb. Aut eripi*, vel saltèm pœnæ diminutionem consequatur, & ita blandiator cogitans magnum Curiæ afferre beneficium propter talem nominationem.

Hanc conclusionem ampliat Farinac., etiam quòd socius in dicto perseveret usque ad mortem, quia non præsumitur morti proximus, quasi alter Sanctus Joannes Evangelista, & non semper præsumitur, quòd dicat verum, *numer.* 28. & in quocumque crimine excepto, ut *num.* 150 *&* 151.

Caballus verò *causa* 84. & de omni genere homicidii *num.* 535. *vers. Cujus contrarium est verum*, contrarium tenet, ut sola sufficiens sit plures quoque Doctores congerit, atque in dictu casu testatur, quòd contraria opinio vera est de Jure; non autem de Consuetudine, & maximè in exceptis, & huic opinioni conservas infrascriptæ rationes. *Prima*, nàm Jura in criminibus exceptis admittunt socium absque dicta restrictione, ut in *l. in Privatarum, Cod. de Feriis, l.* 1. *de falsa moneta, l. quisquis ad l. Juliam Majest.* & in aliis congestis a glossa *in l. fin. de accus. verb. Conscientia*. Erit *Secunda*, nàm si aliud indicium, vel conjectura requireretur, frustrà admitteretur socius, cùm ea non concurrente immane crimen remaneret impune, contrà Legislatoris

mentem. *Tertio*; nàm in delictis atrocioribus, sed exceptis à regulis juris receditur, quare Judex debet esse promptior ad torturam, & testes minus idonei, integri reputantur, ut probavi in decreto *Habilitetur num...* & tenet Caball. *d. cas. num.* 17. & licèt talis possit inimicum, & potentem nominare, de raro tamen hoc contigit, & communitèr nominatus criminis particeps est, maximè nominatur ab eo, qui ab hac vita migravit, cum non præsumatur immemor salutis æternæ.

Ea bis anceps redditur quæstio; non tamen prætermitto, quòd in criminibus occultis, in quibus leviora sufficiunt indicia, Doctores sunt concordes, ut cum dicto socii nulla requiratur conjectura, sivè aliud indicium, ut videre est penès eundem Farinacium *d. quæst. num.* 68. qui bene hanc conclusionem declarat, procedere in delicto difficilis probationis, quòd sui natura cum pluribus committitur vel quando indicia existunt, quod cum pluribus delictum sit commissum, ut *nu.* 74. & insupèr, quòd in delictis exceptis leviores conjecturæ, & sufficiunt, quàm in non exceptis, ut idem Clarus *d. quæst. num.* 12. *in fine* dixit, & notat Cabal. de omni genere homicidii *num.* 543. *in fine*.

Ut autem dictum socii nominatum afficiat, ultra juramentum duo requiruntur. *Primum*, ut dictum in tortura confirment, communis est Doctorum conclusio, & in hoc Regno in praxi servata, sed in multis locis contraria adest consuetudo, ut videre est penès Farinac. *d. quæst. num.* 134. Pegueram *decis.* 5. qui testatur de stylo Consilii Cathaloniæ, & si in confessione in tormento habita in socios nominaverit, ratificata prius confessione extra torturam, ut moris est, dictum in caput sociorum iterùm in tortura ratificare debet, ut docet Clarus *quæst.* 45. *num.* 13. Farinac. *quæst.* 43. *num.* 139. Caball. *quæst.* 33. & Guazz. *defens.* 25. & *num.* 9. *Secundum*, ut hæc repetitio fiat citato nominato, Clar. *quæst.* 21. Farinac. *num.* 543. Guazz. *defens.* 24. *cap.* 9. Caball. *cas.* 269.

Cæterùm dictum duorum sociorum in casibus, quibus interrogari possunt, indicium facit ad torturam, trium tamen, aùt plurimum non convincunt, ut latè Farinac. qui more solito Doctores congerit *d. quæst. num.* 39. 40. & 41. ubi testatur de veriori & magis communi opinione, quia testes omni exceptione majores ad condemnandum requiruntur, ut Doctores uno ore fatentur. Quare absurdum esset, si quis infamium, & criminosorum dicto convinceretur, & licet in exceptis testes inhabiles admittantur, eorum tamen fides ex numero non suppletur, nisi ad torquendum, Farinac. *quæst.* 62. *num.* 312.

Dixi de magis communi opinione; nam ii Doctores, qui tenent, quòd dictum unius socii in exceptis sufficiens sit ad torturam, tenent quoque, quòd dictum duorum faciat plenam probationem, ut etiam P. Lessius *de just. & jure lib.* 2. *cap.* 30. *dubit.* 1. *num.* 39.

Sed hæc magis communis recepta est in Regno, ubi in quibusdam casibus, ut socii convincerent, municipali lege fuit cautum.

In hoc enim Regno adcompescendam delictorum frequentiam per *Capitulum* incipiens, *Frequens, & inæffrenata*, tres latrones consocium, sive complicem, & fautorem nominantes, ita tamen, ut unus alterius depositionem ignoret, convincunt, & reputantur tamquam integri testes, quatuor concurrentibus. *Primum* ut depositionem cum juramento in tortura ratificent, de Nigris *in d. cap. num.* 59. & 62. Dom. de Franchis *decis.* 570. & 577. ubi Addentes, & novissimè de Luca. *Secundum*, ut hæc repetitio fiat prævio juramento delato in faciem nominati, si is est præsens, vel eo citato, si est absens, D. Reg. Sanfel. *decis.* 37. *Tertium*, ut dicti socii non patiantur alios defectus, præter defectum criminis confessati, D. Reg. Sanfel. *decis.* 382. *num.* 5. Prat. *resp.* 23. *n.* 35. recta ratione ut inquit D. Reg. Sanfel. *num.* 7. nàm cum *Capituli* dispositio sit exorbitans, quia probatio privilegiata de facili revertitur ad Jus Commune, qua ratione attenta, cum tortus, & confessus tamquàm cadaver, non habeatur integræ fidei, juxtà tradita à Bertazzol. *cons.* 534. à Dom. Reg. Rovit. *in prag.* 5. *de recept. malefact.* ex ejus dicto, ac aliorum duorum sociorum non habetur plena probatio, ut nominatus ordinaria pœna plecti possit, ut est *decisio* Reg. Sanfel. 385. Sed ubi non proceditur ad ordinariam pœnam, & vigore dicti *Capituli*, socius Criminis, quamvis ex alia sit inhabilis, in delictis exceptis juncto aliquo adminiculo, sive aliquo suspicione, rejecta opinione Farinac. *quæst.* 43. *num.* 522. & 178. & *q.* 44. *num.* 25. legitimè probat, & ita decisum refert in Cur. Archiep. Neap. Ricc. *dec.* 243. *p.* 3. cum pauci sint criminis socii, qui pluribus defectibus non sint notati, & delicta remanerent impunita, dummodo iste defectus ex alia causa non sit, aut minor ætas, inimicitia, vel perjurium. *Quartum* ut nominatus sit levis vitæ, & malæ famæ, ut fuit declaratum per *Constitutionem* incipientem *Divæ memoriæ*, ubi commentatores, & Dom. de Franch. *dec.* 570. & 577. Consil. Grza. *decis.* 78. *num.* 7. de Marin. ibi *num.* 11. Dom. Reg. Sanfel. *decis.* 382. *num.* 6. & confert *cons.* Giurb. 50. *num.* 42.

Sed Muscatellus *de cognitione, & probatione delictorum, tit. de privileg. furti, rapinæ, & latrocinii*, refert decisum, quod vir bonæ famæ, ex quo contra eum existebant duæ depositiones latronum, fuit per Reg. Audientiam Capitanatæ tortus, & non confessus ad Regias Triremes condemnatus, & quòd per M. C. non obstante, quòd constabat de ejus bona vita, & fama, & conditione, fuit iterùm tortus, & non confessus, liberatus in forma; itaque bona fama nominati operatur circa pœnam ordinariam attento dicto *Capitulo*, non autem circa torturam. Hinc Farinac. *d. q.* 43. licèt *num.* 178. plures DD. recenseat, qui de communi testantur, dictum socii criminis contra nominatum bonæ conditionis, & famæ non producere indicium ad torturam, tamèn *num.* 588. affirmat, quòd in practica via obtinetur.

Rursùs tres depositiones delinquentium, qui furta commiserunt contra itinerantes per vias hujus Civitatis, vel contra alios cum scalatione, fractura, vel discassatione pothecarum, vel domorum in Civitate, & Suburbiis, factæ in tortura contra eorum socios, & complices, licèt sint singulares, legitimè probant contrà nominatos, *Pragm.* 3. *de furtis*, edita 20. Junii 1581. Quæ *Pragmatica*, ut dicit Scialoya *in praxi forjudicatoria cap.* 4. *num.* 82. habet locum etiam non concurrente fractura, vel scalatione teste Dom. de Franchis *dec.* 570. qui ponit exemplum in furibus, qui furati fuerunt ducatos septingentum, & quædam mobilia in suburbio Sancti Antonii, in domo mulieris honestæ, repertis januis apertis, & quia contra unum ex illis erant depositiones sociorum criminis, M. Curia ad mortis pœnam condemnavit, & sententia in S. C. fuit confirmata. Sed adverte, quod tunc dicta ampliatio procedit, quando furtum committitur a pluribus in comitiva armata manu, quo casu concurrit ratio dictæ *Prag.* 13. violentia, quæ benè consideratur in comitiva armata, ut ex dicta *decis. vers. hoc enim tempore*. In alio enim casu non procedit, quia illa apparet emanata ad extirpandos fures ab hac Civitate, qui enim scalis appositis, vel effractis januis domos ingrediuntur, & furantur, ut consideravit Grzz. *dec.* 78.

Amplius per *Pragm.* 13. *de exulibus num.* 2. dispositum reperitur, contra comburentes fruges causa extorquendi pecuniam, quod tres sociorum depositiones singulares plenè probant, & ita etiam contra occidentes animalia causa prædicta, ut per *Prag.* 14. *num.* 4. *de exulibus*.

Sic etiam contrà receptatores bannitorum, duæ eorum depositiones licèt singulares plenè probant, *Pragm.* 6. *de receptatoribus delinquentium*.

Dummodò dictæ depositiones sint repetitæ in tortura, prævio juramento delato in faciem nominati, vel eo citato, si est absens, Dom. Reg. Rovit. *in prag.* 4. *de persequendis malefactoribus num.* 51. Caravita *in prag.* 1. *de exulibus num.* 73. Dom. Reg. Sanfel. *dec.* 37. & dicta repetitio est necessaria, etiam si pro-

ce-

cedatur ad modum belli, *prag.* 10. *de officio Judicum*, *num.* 51. & ita servatur rejecto Joanne Grande *spec.* 90. Quinimò, si nominatus haberet depositiones tanquàm legitimè receptas, & dicti testes pro legitimè repetitis, nec etiam sufficerent, quia de forma *Pragmatica* est, ut testes realitèr sint parte citata repetiti, Dom. Reg. Rovit. *in Pragm.* 1. *de persequendis malefactoribus num.* 13. & Consiliarius Paschalis *de viribus patriæ potestatis par.* 4. *cap.* 3. *num.* 41. adeò quod non sufficiat ficta repetitio; potest enim contingere, quod dictæ depositiones sint in tortura extortæ, & non sint veræ, ac nominati tædio vitæ testes habeant pro repetitis: sed meo judicio hæc pia est consideratio; & sanè casus rarissimè contingere potest.

Tandèm pro ornatu hujus judicii quæro, an duo, vel tres sociorum depositiones parte citata non repetitæ valeant ad inferendam torturam ex processu informativo? Et respondeo negativè, si depositiones sunt singulares, nam de Jure Communi etiam mille non conjunguntur, & una absque adminiculis non est sufficiens. Quæ opinio recepta est in Regno, & *Pragmaticæ* requirunt omninò repetitionem, ac uti correctoriæ, intelligi debent in casu, quo loquuntur.

30 Fuga consocii facit indicium contra carceratum, & in delictis individuis: nempè quæ actu, & potentia ab uno committi non possunt, ut est adulterium, stuprum, sodomia, & similia, absque dubio ad torturam sufficiens est; In aliis criminibus, an sola ad torturam sufficiat? scissæ sunt Doctorum sententiæ, ut videre est penes Farinac. *quæst.* 48. *num.* 21. *&* 22. ipse tamen *nu.* 26. negativam tenet, quod sola non urgeat, & de magis communi opinione testatur.

31 Mendacium an solùm faciat indicium ad torturam, Doctores non sunt concordes; nam plures relati *a* Farinacio *quæst.* 32. *num.* 4. affirmant, quamplures alii *num.* 6. negant. Is verò *num.* 8. tenet, quòd tunc faciat indicium, quando est junctum cum aliqua conjectura, sive adminiculo, ea ratione, quia negari non potest, quin sit indicium remotum, ideircò solum insufficiens: at dictum declarat, procedere quoties mendacium consistit circa qualitates, & circumstantias ad delictum inferentes: nempè circa tempus, & locum delicti, vel similes, necnon si consistit circa id quod si reus agnosceret, sibi præjudicaret, ut *num.* 11. *&* 14. Sed ego dico, quod si consistit circa id, quòd ad delictum confert, de se solum sufficiens est, ea ratione: nàm indicia, quæ ex ore delinquentis perveniunt, semper aliis gravia sunt, ut alibi probavi, & ita teneo, nisi signum innocentiæ adesset, aut mendacium ex oblivione perveniret.

32 Secreta loquutio cum percussore quamquàm remotum indicium sit, si tamen tria concurrant, sufficiens ad torturam est, nempè, *Primum*, ut alloquens cum percusso sit inimicus. *Secundùm*, ut percussio incontinenti post alloquutionem sequatur: idest, quod percutiens non divertatur ad extraneos actus. *Tertium*, quod si alloquutio est in loco publico, fit ad percussoris aures; istis tribus concurrantibus alloquutio indicat mandatum, & ad torturam producit indicium, sicut fatetur Clar. *quæst.* 89. Carrer. Mascard. & alii citati *a* Farinac. *quæst.* 134. *num.* 56. 57. *&* 58. Si verò is, qui cum percussore alloquitur, non est cum percusso inimicus, sed homo malæ vitæ, dicta loquutio consilium indicat.

33 Occultatio testium contrà occultantem de crimine imputatum est indicium sufficiens ad torturam, Mastrill. *decis.* 225. *num.* 5. argumento *text. in cap. pervenit* 1. *de testib. cog. & in l. providendum C. de postulando*. Cæterùm testes occultans, nè examinentur, pœna Judicis arbitraria, & non ordinaria punitur, Caball. *resol. crim. casu* 42. *&* 273. ea ratione, quia non potest dici pro certo, quod si examinati fuissent, factum probassent ad favorem Curiæ contra imputatum ad convincendum, nec fortè ad torquendum, in quo dubio melius est in partem mitiorem inclinare, ut probatur *in l. hæc tenim ff. de suspect. tutor. & in l. quoties nihil ff. de regulis juris*.

34 Præparatio armorum indicium est ad torturam, Menoch. *de præsumptionib. lib.* 1. *quæst.* 89. *nu.* 122. & Farinac. *quæst.* 52. *num.* 75. qui plures referunt, & intelligo dictum procedere, quando is, qui visus est gladium, vel scopettam emere, vel polire, armis uti non sit consuetus, & occiso erat inimicus, licèt non capitalis: vel quando visus est arma in domo ponere, à quo homicidium patratum sit, concurrente etiam aliquo adminiculo. Sic etiam si arma reperiantur prope occisum, indicium ad torturam contra Dominum producunt, nisi is probet perdidisse, vel alteri commodasse, ut communiter Doctores; operatur itaque hoc indicium audito Domino.

35 Asportatio armorum ante, vel post delictum à domo absque dubio ad torturam urget: cum à delinquentibus communiter fieri soleat, quæ enim communiter accidunt, Juris præsumptionem afferunt, probat Crusius *de indiciis delictorum cap.* 150. *nu.* 1. *&* 2. Hinc quia regularitèr partus sequitur ventrem; si probas te ingenuum, ingenuitatem filiæ tuæ non probas, *l. neque natales*, *Cod. de probat.* Hinc communitèr puberes dicuntur, qui pubertatem ostendunt, idest qui in pudendis lanuginem habent, & illi generare possunt, *cap. puberes de desponsat. impub.* quæ jura hoc loco à Doctoribus adducuntur.

36 Frequentatio non solita per locum, ubi homicidium est commissum, indicium est ad torturam, Menoch. *de præsumpt. d. quæst.* 89. *num.* 126. Farinac. *d. quæst. num* 142. aliquo tamen adminiculo concurrente, vz. levitate vitæ, vel asportatione armorum; quinimò si quis visus fuit prope locum delicti cum armis, quibus homicidium fuit commissum, aliqui volunt hoc facere indicium ad torturam, sed veritas est, quòd junctio aliquo adminiculo, ut notat Borrellus *cons.* 45. *num.* 26. *&* 27. ut si vulnera sint reperta ad mensuram gladii, quem visus gestabat, juxta novissimè notata a Sese *dec.* 121. *n.* 33. & ità intelligi debent Doctores, qui de hoc indicio loquuntur.

37 Effusio sanguinis ab vulneribus, vel è naribus occisi coràm suspecto de crimine, indicium est ad torturam, ut voluerunt Paris de Puteo *de syndicatu*, *cap. mandavit Rex*, *num* 29. *vers. si occisus exhibeatur*, Blancus *in l. fin. ff. de quæst. num.* 408. Afflict. *de feudis tit. de pace jur. firman. fol. mihi* 690. *num.* 34. Berous *decis.* 166. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 270. *& lib.* 1. *de præsumpt. quæst.* 89. *num.* 128. ac relati a Josepho Sese *de Arag.* 111. qui plures referunt casus, plerosque ex hoc indicio tortos inde confessos morti fuisse traditos dicunt.

Hæc enim effusio sanguinis, ut probat Claudius Bertazzol. *cons.* 320. Bartolomei *lib.* 2. fit ex quadam antipathia, quæ est inter occisorem, & occisum; sed præcitati Doctores dicunt communiter, quod proveniat quodam naturæ instinctu, de quo ratio reddi non potest.

Contrarium nempè, quod sufficiens non sit ad torturam, tenet Farinac. *quæst.* 53. *nu.* 156. cum Anton. Gom. *var. resol. lib.* 3. *tit. de tortura*, *Cap.* 13. *num.* 15. *vers. Sed salvo meliori judicio*, Marsilio *in pract.* §. *diligenter num.* 181. Calono *in præmissis cap.* Mascard. *de prob. conclus.* 867. ac Novello *in pract. num.* 64. *& reg.* 184. *in fine*, quibus addo P. Lessium *tit. de Judice num.* 167. Triplici ratione, *prima*, tanquam ex incognita nobis, & remota causa proveniens; *secunda* cum tortura sit gravissimi præjudicii stante prædicta incertitudine, sanctius est nocentem impunitum relinquere; *tertia*, quia licet indicia sint arbitraria, nobis tamen esse debent certa ex aliqua extrinseca, & cognita præsumptione.

Ego tamen nego hoc signum ab antipathia devenire, duplici ratione: *prima*, quia non semper sanguinis effusio à cadavere, præsentato interfectore, profluit, quamobrem hæc experientia in desuetudinem abiit; *secunda*, nam si ex antipathia solum intra paucas horas sanguis coram interfectore proflueret, durante nimirum calore in corpore, sive, & melius, adhuc fervescente ira vindictæ in corde, & venis insita, exemplo ligni accensi, à quo licet

ignis

ignis extinguatur, in eo tamen caloris reliquiæ re-
manent, Sed cum etiam post multos dies profluere
possit, ut recenset Boctius *dicta decis.* nempe pue-
rum è matre interfectum, matre inspiciente post octo
dies sanguinem è naribus emisisse, & ex alio mortuo
duobus post mensibus ex vulneribus sanguinem pro-
fusisse, dicendum est, non ex antipathia fieri, quæ
potius inter vivos operatur, sed occulto Dei judi-
cio, ut delinquens non remaneat impunis: nihil
enim sine nutu Divino natura agit; quarè affirmo
hoc indicium uti opus divinum ad torturam sufficiens
esse. Judex enim si experientia uti velit, duo animad-
vertere debet, *primum*, cadaver stare faciat per ali-
quot temporis spatium immotum, *secundum*, ut prius
ante illud introducat testes, qui de actu deponere ha-
beot, postea introducat suspectum, ne is dicat, quod
aliorum causa sanguis profluit. Insuper si hoc repe-
tatur experimentum, idest si pluries introducatur
suspectus coram cadavere, ex quo profluat sanguis,
& recedat, cum ex actus geminatione augeatur su-
spicio, nu la hoc casu consideratur dubitatio, imo ad
acriorem torturam sufficiens est, Thes. *dec.* 173. *in
fine*.
38 Remissio si fuerit à parte procurata, & in judicio
presentata, iodicium facit ad torturam, secus si of-
fensus sua sponte quocumque tempore remittit, &
ratio est, quia hoc secundo casu vulnerati dictum sim-
plex est, & in primo adminiculatum, nempè offen-
soris agnitione, ea enim delictum acceptare videtur;
idcirco caveat Advocatus remissionem coram Judice
præsentare, nisi ubi tractatur de compositione, vel
studeat exculpationem procurare, quæ innocentem
clientulum teddit.
39 Tortus igitur legitimis non præcedentibus indi-
ciis, & confessus condemnari non potest, quia con-
fessio per injuriam extorta pro non facta habetur,
textus est *in l.* 1. §. *Divus Severus*, *in l. maritus*, &
ibi glossa *lit. B.* & glossa *in l. quæstionis ff. de quæstio-
nib.* etiam si pervenerint indicia, quia de forma, &
substantia hujus judicii est, ut præcedant indicia, ita
post antiquiores Clarus *quæst.* 94. *num.* 9. Additiona-
tor *num.* 90. *lit. M.* Farinac. *quæst.* 83. *num.* 3. Guaz-
zin. *defens.* 30. *cap.* 38. Unde cum actus a principio
fuerit nullus propter ordinis perversionem, ex quo
indicia non præcesserunt, propter supervenientem
probationem convalidari non potest, Dom. Reg. de
Marinis *cap.* 176. *num.* 3. & item si ex ea sequatur cum
juramento ratificatio, tanquam accessoria ad antece-
deos invalida reputatur, argumento *textus in l.* 5.
C. de legibus, Mascard. *de probation. concl.* 1285.
Farinac. *d. quæst. num.* 6. Guazzin. *d. cap. num.* 4.
40 P. Lessius *lib.* 2. *cap.* 29. *dubit.* 17. *num.* 155. & am-
plius confessio extorta a reo immoderatè torto nulla
est, Dom. Reg. de Marinis *resol. juris cap.* 208. *num.*
16. alios referens.
41 Tertium, ut repetantur testes, si Parte citata re-
cepti non fuerint, aut confrontati, Joannes An-
tonius de Nigris *in cap. Regni si justè num.* 53. Af-
flict. *in Const. Regni*, *si damna clandestina* Gramm.
cons. crim. 15. *& vota* 30. Cartarius *de interrogan-
dis reis lib.* 4. *cap.* 1. Garrerius *de indiciis*, *vers. qua
autem*, Follet. *in verb. Etsi confitebuntur* 3. *par. num.*
40. Farinac. *cons.* 103. Ita ut si sequatur, nulla sit
confessio de Angelis ad Follerium *tit. & demum re-*
42 *petantur testes num.* 1. Additionator ad Clarum
quæst. 45. *num.* 14. nec repetitione convalidatur
num. 17. testes enim recepti parte non citata ad vi-
dendum testium juramenta non probant, *text. in l.
finali*, *C. de testibus*, *cap.* 2. *extra de testibus*, sunt *ri-
tus* Mag. Cur. 143. 145. *&* 147.
43 Quartum, ut cum reo contesletur lis, de Marsil.
in practica §. *nunc videndum*, Carterius *de indi-
ciis*, *& tortura*, §. *circa quintum*, *num.* 3. Foller.
in dict. verb. Etsi confitebuntur 3. *part. num.* 39. de
Nigris *in capitulo Regni. Si justè num.* 51. Guazzin.
ad defensas defensa 30. *cap.* 4. *nu.* 1. Litis enim con-
testatio legalis belli est initium, dum Judex inter-
44 rogando, & reus respondendo, glossa *in cap. ex te-
nore de testib.*, *in verb. Adjuvatur*, judicium, fun-
damentum, & principium accipit, & in practica
expletur post rei examen, iterùm reo legendo suam
45 primam depositionem, hac videlicet formula: *Die,
&c. coram, &c. constitutus Talis de Tale principa-
lis inquisitus, & carceratus, solutus vinculis, &
extensis, & in pristinam libertatem positus, animo
litem contestandi, interrogatus super tenore suæ in-
quisitionis, quæ incipit die tali, & sequendo finit,
&c.* & additur, quod reus respondit; ea enim defi-
ciente processus est nullus, *cap. cum de litis con-
testatione*; meritò reus non torquetur; & ex quo non
fuerit interrogatus, condemnari non potest, Vivius
dec. 319.
46 Quintum, ut torture inferatur, sunt impertien-
dæ reo defensiones, quod uno ore testantur Crimina-
listæ ex *tex. in l. unius*. §. *cognitorum*, *de quæst. &
l. defensionis facultas C. de jure fisci*, & est Regni Ca-
pitulum, *Habebitur*.
47 Sextum, ut repertorum copia concedatur, *c. qua-
liter*, *& quando*, in secundo, *extra de accusatio-
nibus*, Cap. Regni *In generalibus*, *subjungendo*, *&
habebitur*. Sebastianus de Neapoli *in d. cap. habebi-
tur*, Nigris *in cap. si justè*, Foller. *in rubrica detur
copia capitulorum inquisitionis*, *utsa rubrica confi-
tebuntur* 3. *part. num.* 51. ut adversus testium examen,
dicta, & personas opponere possit, articulos in sui
defensionem formare.
48 Hæc enim repertorum copia non conceditur, nisi
testibus repetitis, aut à reo datis pro citatis juratis,
& legitimè repetitis, cum de facili is testes subver-
tere possit, ne dicta retificent. Capyc. *decis.* 74. Fol-
ler. *in rubrica detur copia*, *num.* 5. Clar. *quæst.* 49.
nu. 11. *vers. item scias*, Dom. de Franchis *dec.* 629.
49 Si reus daret testes pro legitime repetitis, præter
absentes, non est admittendus, quia procurare po-
terit, nè amplius repetantur, sicuti benè consideret
Additionator ad Clarum *in dict. quæst.* à *nu.* 32. *usque
ad num.* 37.
50 Hinc non prætermitto, quod si testes Rei opera la-
titant, capta informatione de fraude, interponitur
Decretum. *Quod testes ad informationem Curiæ rece-
pti habeantur pro repetitis*, & ità observatur in M. C.
authoritate glossæ *in cap. cum causam* 27. *de testib. in
verb. Compellas*, ibi. *Et si nullo modo potest compelli,
ita testes non possunt inde decere veritatem, quid erit;
Videtur, quod debent haberi pro producto, ac si de-
posuisset contra illum, qui fecit testem impediri, vel
consensit: quia si vellet prohibere, ne taliter impedi-
retur, benè posset*: & in Apostilla *lit. I.* dicebat Ho-
stiensis, *Quod si principalis, vel alius, eo mandan-
te, hoc faciat, habetur testis pro producto arg. ff. si
quis caut. l.* 1. §. 2. *simili modo idem si hoc fiet per
alium amicum principali tacente & dissimulante,
arg. de simil. cap. sicut nobis, & cap. nobis, secus si
hoc fiat ab inimico, vel etiam amico ipso sine fraude
contradicente, ut ibi, & ex quib. caus. in possess. ea-
tur*, *l.* 1. fraus enim, & dolus nemini patrocinari de-
bet, *textus est in cap. ad nostram de emptione, & ven-
ditione*, *l.* 1. *ff. de judiciis*. Quare si inquisitus alle-
gat, quod testium repetitio deficit, quia ipsius ope-
ra ipsi hæc fraudulenta caculatio patrocinari non
debet, argumento *l. si creditoribus*, *C. de servo pigno-
ri dato*.
51 M. C. tamen in criminibus atrocioribus, & exem-
plaribus torturem infert ex processu informativo,
ideò testibus non repetitis & defensionibus non da-
tis, neque publicato processu. Quæ praxis descen-
52 dit ex literis arbitrariis, vz. ex Cap. Regni, *In ac-
cusatis*, *Juris sancitio*, & *Si cum scelerosis*, ut atro-
ciora crimina evitentur, quæ frequentia sunt in Re-
gno & in Civitate Neap. uti plena magna Populo,
sicut legitur in dicto cap. *Juris Censura*, & ne Advo-
catorum astutiis remanerent impunita, sed illa celeri
expeditione castigarentur, juris ordine non servato,
cum jus facinorosis condemnant, ut in dicto Capitulo.
Si cum sceleratis, & ibi Jo: Antonius de Nigris: nec
ad supplicandum debet admitti, qui admittere hu-
jusmodi facinus non dubitavit, ut dicit *text. in cap.
frater* 17. *quæst.* 4. & quia leges transgredi ex causa
licet *l. si hominem ff. mandati*, *c. tempora plenitu-
dinis* 26. *quæst.* 7. Dom. Card. Tusc. *concl.* 491. *lit.
I.* Cavalc. *de Brachio Reg. par.* 1. *num.* 128. Gram. *de-
cis.* 36. *num.* 23. *&* 6. Dom. Reg. Rovit. *in prag.* 10.
de

de condemnatis pro delictis num 4. & ordo est ordinem non servare, Caball. *conf.* 85. Consil. Gizz. *decis.* 78. videlicet delictorum frequentia attenta. Marsilius *conf.* 5. *&* 9. Roland. *conf.* 12. Gram. *conf.* 40. Simon de Petris *conf.* 104. ac eorum atrocitate, Farinac. *quæst.* 23. *num.* 20. qui cæteros allegat, & ita pro bono publico in hoc Regno per prædicta Capitula fuit ordinatum.

53 Hæc autem praxis ut procedat, tria concurrere debent, *primum*, ut torquendus sit alias inquisitus, & levis vitæ, *secundum* ut legitima præcedant indicia, & *tertium*, ut crimen sit atrocius, sicuti tenet de Nigris *ubi supra num.* 39. Dom. Reg. Tappia *in eodem cap. Si cum sceleratis*, *&* in *dec.* S. C. 22. Grammat. *voto* 3. de Afflict. *decis.* S. C. 391. Addentes ad Dom. de Franch.

Sed quod duo sufficiant, vz. quod crimen sit gravius, & exemplare, & quod præcedant indicia multum urgentia, tenent Dom. de Franchis *decis.* 143. Ricc. *collect.* 651. Bajardus ad Clarum *quæst.* 64. *num.* 88. novissimè D. Reg. Merlinus *cap.* 33. Dom. Reg. Capiblancus *de Baronibus pragm.* 8. *tom.* 1. *num.* 75. Cons. Roccus *de offic. tit. de modo procedendi*, qui hoc fundat, quia dictum Capitulum, totum remittit ad Judicis arbitrium, ut ex illis verbis: *Sicuti in promptu de eorum criminibus sibi constiterit per aliqua indicia, vocem, seu famam publicam, vel aliquos testes, & alibi juxta suum arbitrium*. Et licet videatur, quod verba hæc tantùm probationis pondus respiciant, ut in inferenda tortura indicia arbitrentur, tamen, ut duo illa requisita sufficiant, valde mihi arridet, maxime, si torquendus est homo potens, quia in atrocioribus valet Judex leges non servare, uti suprà diximus, & testatur Novellus *in tract. ad defensam. cap.* 3. *sub. un indicia pro reo, num.* 6. Bertaz. *ad conf. Patris* 130. Farinac. *quæst.* 39. *num.* 97. *in princ.* qui in specie loquitur de dicta tortura, & *quæst.* 23. *num.* 20. *Secundo* ut homines non tantum a pœna, sed etiam ab asperrimo modo procedendi deterreantur & peccare oderint. *Tertio*, quia si de tali crimine publicato processu judicaretur, de facili innocentia evitarentur ex astutiis Advocatorum, ut in d. *Cap.* procurando ne testes repetantur, ac eorum dicta falsis testibus; quibus Regnum abundat impugnando, & si est homo potens, ut diximus, ità observari debet, quia adest timor subornationis, quam rationem in præsenti casu consideravit Addens ad Angelum *de maleficiis*, *in verb. quod fama publica*, *num.* 38. *lit. D. in fine* Bursatus *consil.* 101. *num.* 77. *vers. accedat*, & Dom. Reg. Merl. *d. cap.* 33. & meo tempore in M. C. utramque opinionem observatam vidi; nàm referente Judice D. Petro Cortes, nunc Regio Consilisr. meritissimo, pro furto commisso pretii ducatorum mille argentorum intus Civitatem Neapolis in domo Illustr. Marchionis Casalis Novi cum scalatione, & fenestræ domus effractione, fuit me interveniente tortus ex processu informativo Jacobus Fois Siculus, qui erat alias de furto inquisitus, & præcedebant legitima indicia, & uti confessus laqueo suspensus, nec non pro eodem furto, fuit etiam ex processu informativo tortus Nicolaus Drago quamquam non erat de aliis inquisitus, sed quia aderant indicia multum urgentia, & attenta dicti criminis gravitate ex quo non confessus, fuit ad remigandum per septennium condemnatus, & decretum confirmatum per collaterale Consilium. Sanè ab hac secunda opinione in judicando contra potentem nunquam discederem; & licet dictum modum procedendi ex processu informativo impugnent nonnulli gravissimi DD. citati a Perer. *de instrum. editione cap.* 6. & ex nostris Dominus Reg. Rovitus *in prag.* 1. *de bonis proditorum* cum casus evenire possit, quod torquendus sit innocens & innocentiæ causam, processu minimè publicato ac defensionis facultate deficiente in judicio demonstrare nequeat & sic gravamen inferretur, quod inconveniens est, tamen cum de crimine imputatus, & multum urgentibus indiciis gravatus rarissimè innocens reperiatur, hæc ratio in consideratione habenda non est; ad ea enim, quæ frequentius accidunt, lex prospexit, & nos prospicere debemus, sicuti docet *Juris Cons. in l. nam ad ea*, *Cod. de legibus*.

Dispositio igitur mentionatorum Capitulorum Reipublicæ utilis a nostris Regnicolis vario modo practicata est: nam quamplures tenentur, quod concurrentibus indiciis multum urgentibus, & atrociori crimine locum habeat, prout ego teneo: nam indicia ad torturam sufficientia cum levitate vitæ reputantur multum urgentia. Igitur si in principio sunt multum urgentia, sine levitate sufficiunt. Quamplures tria, ut diximus desiderant, vz. levitatem vitæ inquisiti, 54 crimen atrocius, & legitima indicia, sicut etiam fuit voti Consilisr. Joseph de Rosa meus germanus, & D. meus, in causa Baronis Pompilii Gagliani, qui adversus decretum, quod torqueatur ex processu informativo, aliquas proposuit nullitates, & magis substantiales fuerunt tres, quarum *Prima*, quod in ejus causa votum protulit Consilisr. Caravita, qui non poterat intervenire, nam in causa principali fuit advocatus Fiscalis. *Secunda*, quod processus fuit fabricatus a Consil. Antonio Capiblanco, qui fuit recusatus. *Tertia*, quod non procedebant legitima indicia, ac alia requisita, ut ex processu informativo torqueri possit. Super his enim nullitatibus discussio insigna fuit, & in hac causa quamquam sciam nonnullos, præcipuè U. J. D. Franciscum Mariam Prata, & Dominicum de Rubeis, tunc Pompilii Advocatos, ac viros eloquentissimos, scripsisse, placet nunc, quæ circa pleraque puncta, atque ita ut ipse scripsit, referre, ne in aliam formam mutando originalis prærogativas amittam.

Inquirebatur planè Baro pompilius Saglianus de auxilio, sive consilio præstito Scipioni Vitaliano ejus cognato Baroni Marianellæ, inquisito de mandato in homicidio injuncto Antonio, & Francisco Antonio Vitalisno, Bartholomæo de Alexandro, & aliis quatuor, qui die 29. Junii 1669. ab Ecclesia Marianellæ extraxerunt quatuor Equites de Familia Carafa, & pluribus scoppictarum ictibus occiderunt, ex causa, quod dicti de Carafa dominabantur in dicta Terra Baronis Scipionis, in quo facto inquirebatur etiam Donatus Saglianus de auxilio, & consilio præstito dicto Baroni.

55 Circa *primum*, Advocatus non potest esse Judex, *textus in l. fin. de assessoribus*, ne affectionis suæ, vel advocationis memor incorrupti Judicis non possit nomine proferre, nec in causis connexa Advocatus Judex esse potest, Farinac. *in cap. postremò*, *num.* 1. *&* 2. *de appellat.* & ibi Alex. de Novo *num.* 2. Aviles *in cap.* 3. *prætorum*, *verbo Advocatos num.* 4. Xaimar. *de officio Judicum*, *& Advocatorum p.* 5. *quæst.* 5. *n.* 49. Cabedo *decis.* 20. *num.* 2. *p.* 1. Bertazzol. *conf.* 550. *num* 13. Gratian. *discept.* 4. *num.* 5. *& discept.* 190. *num.* 26. Farinac. 2. *par. fragmentorum tit.* 1. *num.* 854. *& in praxi quæst.* 60. *num.* 179. Giurba *observ.* 95. *num.* 22. ex nostris Capyc. *decis.* 146. *num.* 9. Sanfel. *dec.* 79. *num.* 1. Merlin. *cap.* 37. *num.* 11. *cent.* 2. ubi ita per S. C. decisum.

56 Circa *secundum*, an acta sint nulla ante recusationem, de Jure Communi negant Jason. & Alex. *in l. solent ff. de Jurisdictione omnium Judicum*, Cravetta *conf.* 169. Gratian. *discept.* 4. *nu.* 21. Tappia *decis.* 40. *& Juris Regni lib.* 5. *tit. de suspicione Officialium* Affirmant. Avendan. *de exeq. mand. cap.* 23. *num.* 10. Gregor. Lopez *lib.* 10. *tit.* 4. *par.* 2. *verb. non deve*, Bertaz. *d. consil.* 550. Sanchez *in opere morali lib.* 3. *cap.* 11. *dubio* 26. *num.* 3. Montalvus *ad l. fori lib.* 3. *tit.* 9. *glos. pro Christiano*. Distinguunt Cabedo *dec.* 30. *p.* 1. inter acta modici, & magni præjudicii, inter Delegatum, & Ordinarium; in Ordinario esse nulla, non in Delegato *glos. in l. qui jurisdictioni ff. de jurisdict. omn. Judicum*, & ibi Jas. *n.* 10. Molina *in emptoria p.* 1. *tit.* 2. *n.* 208.

Contrarium de diametro distinguit Speculator *tit. de Judice delegato* §. *superest*, *vers. item si fuit Advocatus*, Castrens. *in l. quisquis*, *Cod. de postulando num.* 1. & ibi Aretin. *num.* 2. Aviles *d. cap.* 3. *verb. Advocatus num.* 3. Bertaz. *d. conf.* 110. inter criminalia, & civilia; in Criminalibus sunt nulla, ratione juris publici, glos. *in dict. l. qui jurisdictioni*, ubi Jason. *num.* 10. & Alex. Antonius de Butrio *in cap. cum contingat de foro competenti*, & in civilibus in R. C. fuit disputatus articulus, & decisum

contra

contra Fiscum, Tap. *dec.* 40. Indè fuit emanata *Prag.* 15. §. 18. & sic de Jure Regni non habet dubium articulus, Rovitus *Prag.* 2. *num.* 41. & *Prag.* 9. *nu.* 2. *de suspicionibus Officialium*.

57 Sed an dicatur eadem causa principalis delinquentis, & mandantis, vel consulentis, aut auxiliantis? Eadem dicitur, Nellus *de Bannitis* 2. *pars. secunda temporis num.* 7. Decius *in l. si quis id quod*, *de jurisdictione omnium Judicum*, Decian. *tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 32. *num.* 5. unicum delictum, sicuti omnes fatentur ex eo, licèt diverso modo, unus Judex debeat esse omnium, Jason. *in l.* 11. *Cod. de judiciis*, Bald. *cap.* 1. *de controversia apud pares terminanda*; probationes, & defensiones communes, absolutoria principalium juvat Consultorum; saltem non potest negari, quin sit connexa, Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 45. licèt autem non accipitur eadem causa strictè, sed largè pro annexa, & dependente: nàm de Jure Communi textus *in l. quisquis Cod. de probat.* dixit: *In eodem negotio*, & in *l. fin. C. de assessoribus*, *In his causis*, *quorum patrocinium adepti sunt*, *quibuscumque Advocationem suam præstiterunt*: & tamen omnes in connexa concludunt, ut supra, & in specie de nullitate in connexo, probat Aretinus *cons.* 29. Bertazzol. *decl. consil.* & in terminis *Pragmatica* videtur probare Reg. Merlin. d. *cap.* 37. *n.* 11. *lib.* 2.

58 Sed an Princeps delegando dispensaverit? Affirmat Morel. *par.* 1. *tit.* 3. *num.* 208. probat *lex quidam consulebant ff. de re judic. l. Barbarius ff. de officio Prætoris*, Ant. Gabriel. *de præsumpt. concl.* 8. In impedimento juris positivi Princeps sciente concedendo dispensat, si faciat mentionem inhabilitatis, vel ex verbis cognoscatur Principem illam scire, Felin. *in cap. nonnullis de rescriptis*, Bellamera *dec.* 363. licet hodiè de stylo requiretur expressa dispensatio, Gabriel. *d. conclus.* 8. *num.* 7. Oldrad. *cons.* 326. si impedimentum oritur in præjudicium tertii, non censetur, imò non potest dispensari absque causa legitima, Lattea *alleg.* 4. *per totam*, *tex. d. l. quidam consulebant*, in impedimento servitutis, quæ auferuntur absque tertii præjudicio, debet adesse clausula *Recusationis remota*, alias non censetur dispensare, *text. in cap. cum inter*, ubi DD. *de exceptionib.* Jason. *cons.* 84. *lib.* 1. Rebuf. *tit. de recus. in præfat. num.* 15. & hæc clausula non tollit, nisi leves suspiciones non autem graves, & in corpore juris inclusas, de quibus non præsumitur, nec potest Princeps loqui, Nevizan. *cons.* 36. Duennas *reg.* 43. Barbos. *clauf.* 75. Oldrad. *de rescriptis prælud.* 7. *num.* 574. maximè in criminalibus, in quibus non potest dispensare, Dec. *d. cap. cum inter*, Rebuff. *ubi supra num.* 11. Nec tollitur nullitas ex eo, quod opus fuit declaratione: nam videtur esse jus dubium. *Primò*, quia declaratio respexit factum, non autem jus, quod erat certum, alioquin nunquam haberet locum nullitas, cum etiam ea, quæ ipso jure constituta sunt, egeant facti declaratione. *Secundò*, quia Judex dubius de sua jurisdictione, si procedit, acta sunt nulla, Felin. *in cap. sane, de officio delegati*, Vantius *de nullit. ex defect. jurisd. n.* 169.

Circa tertiam nullitatem de Jure Communi torture non potest inferri, nisi datis defensionibus, alioquin est nulla, *l. unius*, §. *cogniturum*, *ff. de quæstionib.* Clar. *quæst.* 48. & 49. Farinac. *quæst.* 38. & 39. latè Pereja impugnans Petrum Navarra, qui dixit, hoc jure cautum non esse *de instrumentorum editione tit.* d. *resol.* 8. *lib.* 2.

59 An intret Capitulum Regni *Si cum sceleratis* Negativè, Capitulum istud est strictissimè intelligendum, quia correctorium, & contra Jus, Gramm. vocavit usurpationem, quia odiosum · tollit enim defensionem, licet non adversùs delictum, ut ait Reg. Merl. *cap.* 43. *lib.* 2. tamen adversùs torturam istam, quæ est pena gravior relegatione, ut benè Reg. Rovitus *in pragm.* 1. *de bonis proditorum*, & de bellis *lib.* 1. *cap* 4. periculosum, *l.* 1. §. *quæst. de quæstion.* Hoc supposito triplici capite, textus ipse cessat in facto nostro. *Primò*, quia loquitur in personam, non in rem, idem non comprehendit consulentes, auxiliantes, & forte nec etiam mandantes. *Secundo*, quia deficiunt requisita illius *text.* *Tertiò*, ratione delicti & pœnæ, quæ venites imponenda, eo verificata. Statutum loquens in personam non comprehendit consulentes, auxiliantes, & mandantes juxta Bart. *l. aut qui qualiter*, §. *fin. ff. quod vi, aut clam in l. non ideo minus*, *C. de accus.* 38. DD. refert. Bertazz. *cons.* 221. *lib.* 1. alios adducit Menoch. *casu* 351. Clar. *quæst.* 89. Farinac. *quæst.* 129. *num.* 103. & 105. Ofase. *dec.* 66. ex nostris Afflict. *dec. ult.* Gramm. *decis.* 27. & 28. Reg. Rovit. *pragm.* 1. *de assassinio num.* 21. & *dec.* 15. Reg. Merlin. *controv.* 47. *nu.* 5. *lib.* 1. probat tex. *in l. item si obstetrix* 9. *ff. ad l. Aquil.* ibi. *Magis enim mortis causam dedisse, quam occidisse videtur*, ideoque *l. Aquil.* non tenetur, quia lex Aquil. loquitur in pœnam, ut in *l.* 1. *ff. ad l. Aquil.* at lex. Corn. loquitur in rem *l.* 1. *ad legem Corn. de sicariis*, ideo *text. in l. nihil interest ad leg. Corn. de sicariis*, dixit: *Nihil interest*, *occidat quis*, *an mortis causam præbeat*. In terminis statuti torquendi ex processu informativo, quia loquitur in personam, non comprehendit consulentes, & auxiliantes, Antonius de Bellis *lib.* 4. *quæst.* 7. melius Marius Burgius *de modo procedendi ex abrupto quæst.* 70. *per totam*.

Capitulum *Si cum sceleratis*, loquitur in personam, non in rem, enim dicit, pro talibus delictis detur tortura, sed ait: *Contra quoslibet notatos*, *seu denunciatos*, *aut informatos*, *quod sint disturbatores stratarum*, *aut homicidæ*, *fures*, *seu latrones insignes*, *aut aliorum gravaminum labefacti infamia*. Illa dictio *Quoslibet* denotat personalitatem, & reflectitur in personas delinquentium, non in delictum, quæ est distinctio Clari *quæst.* 89. *nu.* 2. Farinac. *quæst.* 129. *num.* 103. & de ista particula in specie post Castillum *controverf.* 15. *lib.* 3 Reg. Merlin. *cap.* 47. *num.* 24. Reg. Rovit. *dec.* 25. *num.* 3. & *prag.* 2. *de assass. num.* 12.

Rursùs Capitulum expressè excludit consulentes, & auxiliantes in illis verbis: *Sic in promptu ad fatendum de ipsis criminibus veritatem*, *cornmque complices*, & *fautores eos* (hoc est principales) *prout sibi videbitur subjicere valeas quæstioni*.

60 Requisita dicti Capituli sunt tria, Levitas vitæ, scilicèt, quod sit alias criminosus, & gravium scelerum patrator, Indicia sufficientia ad torturam, & Gravitas delicti. De levitate vitæ *tex. cap. si cum sceleratis*, & *reprobis*, *quos notabiliter fama gravat*, *vel crebra commissio criminum dat insignes*, & ibi. *Contra notatos*, *denunciatos*, *vel infamatos*, *quod sint disturbatores stratarum*, *aut homicidæ fures*, *seù latrones insignes*, &c. Colligitur ex eo *text.* Isernia *in Const. Regni Si damna clandestina*, Paris *de syndic. verb. Torturæ cap. si quis num.* 9. Quod M. C. non debet torquere ex informativo, nisi in maleficis insignibus, & in latronibus valdè diffamatis, Afflict. *dec.* 391. ubi postquam discussit M. C. & S. R. C. resolvisse, tortura ex processu informativo utendum contra disturbatores stratarum, violentos raptores, incendiarios, & alia gravia crimina committentes, subdit *nu.* 10. Sed si inquiretur contre vassallum Regis bonæ fame de aliquo delicto non notorio, tunc non justum, quod procedatur ad torturem ex informativo, & ita dicit vidisse servatum, quod affert etiam Affl. *in Const. Si damna clandestina*, Gremm. latissime *vot.* 3. & *cons.* 64. *et dec.* 36. ubi ait, hanc infamiam debere esse de aliis criminibus gravibus, præter illud, de quo inquiritur, sed in eodem genere nati, & debere esse convictum, nec sufficere, si sit indiciatus, sequitur Joannes Antonius de Nigris *d. cap. num.* 32. & 33. Carraba *de preæminentia M. C. num.* 26. Reg. Tapp. *decis. S. C.* 12. *num.* 3. Reg. Merlin. *cap.* 33. *num.* 2. Farinac. *quæst.* 28. Borgius *quæst.* 64. ideo maledixit, Franch. *dec.* 143. nisi velis intelligere, quod voluerit illum esse abusum M. C. quod patet: nam in discursu postea decisionis dicit, *despices levitatem vitæ*. Pompilius Doctor, Baro publicæ æstimationis, egit plura guberna, ita quod *tex. in cap. Regni Provisa juris sanctio*, non procedit, ibi. *Quosdammodo manifestos illos*, *quos notoria Populi opinione gravatos*,

vatos, & esse ob ipsorum delictorum crassante labefactatos infamia.

De indicns *tex. ibi. Sic, ut in promptu de criminosis personis, & eorum criminibus sibi consliterit per aliqua indicia*, esse communem omnium sententiam requiri sufficientia, tùm de Jure communi, *l. milites*, §. *oportet*, *Cod. de quæst.* tùm de Jure Regni, *Cap. Reg. tormenta*. Neque Capitulum aliud fecit, nisi dispensare, ut tortura daretur ex informativo ante defensiones, Ctam n. *conf.* d4. Joannes Ant. de Nigris *d. cap. num. 9. & num.* 21. *& seq.* Farinac. *dec.* 143. Reg. Tap. *dec.* 22. *num.* 3. Reg. Rovit. *prag. de bonis proditorum*, Reg. Merlin. *cap.* 33. *lib.* 2. ubi debere adesse indiciorum gravitatem, dixit Farinac. *quæst.* 37. *num.* 71. Scaccia *de judiciis lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 88. Olascut *decis.* 79. Cavalcan. *de Brachio Reg. par.* 4. *num.* 113. Guazz. *defens.* 30. *cap.* 4. *nu.* 4. adeò ut si ex tortura confessio sequatur, sit nulla, Grammat. *dec.* 64. Jo: Ant. de Nigris *num.* 30. Castill. *dec.* 79. Et ego arbitror, fortiora debere esse indicia
61 ad torturam ex informativo, quam datis defensionibus, quo casu probationes Fisci sunt legitimæ, & jam patet, quòd adversus eas sit deductum, ac antè defensiones ex informativo probationes sunt dubiæ, uti receptæ parte insudita, & subsunt periculo, ut per defensiones evacuentur.

62 Propositio de indiciis procedit etiam in atrocissimis, Farinac. *quæst.* 37. *nu.* 79. & 83. Honded. *conf.* 88. *num.* 27. *vol.* 2. Niger *in dict. cap. Si cum scelerata num.* 14. Guazzin. *in dict. defens.* 30. *cap.* 4. *num.* 8. & quo magis gravia sunt delicta, eò graviora requiruntur indicia, Riminald. junior *conf.* 36. *num.* 32. *lib.* 4. in occultis præsertim, seù difficilis probationis, Farinac. *quæst.* 32. *num.* 30. Clarus *quæst.* 64. *n.* 6. Guazz. *defens.* 30. *cap.* 4. *n.* 9.

63 De indiciorum verò qualitate, & probatione est tex. in *l. milites*, §. *oportet*, *Cod. de quæstionib. Oportet autem Judices, nec in his criminibus, quæ publicorum judiciorum sunt ad investigandam veritatem à tormentis initium sumere, sed argumentis primùm verisimilibus, probationibusque uti, si his veluti certis indiciis ducti, investigandæ veritatis gratia ad tormenta putaverint esse veniendum: tunc enim id facere debebunt, si personarum conditio patiatur: hac enim ratione, etiam universi Provinciales nostri fructum ingenitæ nobis benevolentiæ consequantur.* Ex quo textu DD. concludunt, indicia debere esse clara, verisimilia, perfecta in sua specie, quæ de jure subsistant, non levia, non vaga, Bald. *conf.* 259. *num.* 4. *lib.* 1. Dec. *conf.* 85. *lib.* 1. Farinac. *quæst.* 37. *num.* 3. adeò ut reddatur Judex quasi certus de delinquente, & sola confessio deesse videatur, Trivisan. *decis.* 50. nec sufficiunt ea, quæ possunt habere varias interpretationes, Honded. *conf.* 89. *lib.* 2. & debent facere ad minus semiplenam probationem.

64 De probatione distinguunt DD. indicium proximum, quod probat immediatè ipsum delicti actum, si testis deponat vidisse hominem delinquere, Remotum, quod non tangit delictum, sed aliud factum, ex quo delictum colligitur. In primo sufficit unus testis omni exceptione major, in secundo requiruntur duo in quolibet indicio, Glos. *in l. fin. Cod. famil. ercisc.* Clar. *quæst.* 22. Gomez. *cap.* 13. *nu.* 18. Mascard. *concl.* 895. Farinac. *quæst.* 37. *num.* 13. Guazz. *defens.* 30. *cap.* 31. etiam si proximum sit delicto, sed non immediatum, ut confessio extrajudicialis, etiam in gravissimis, Farinac. & Guazz. & debent esse omni exceptione majores, ut præcitati DD. post multos, & Guazz. *num.* 3.

65 His positis, quæ sint in facto indicia, videndum est, & pro facti claritate operæ pretium est, ut prius numerentur illa, quæ existunt contra Baronem Scipionem, ac Donatum Gaglianum ejus cognatum, & fratrem dicti Baronis Pompilii.

Contra Scipionem existunt plures testes, qui deponunt de judicio, quamplures de minis, ex causa, quòd dicti de Carafa contra ejus voluntatem dominabantur in Terra Marianellæ, & unus testis deponit, quod paucos dies ante Baro minatus est, mordendo digitum suum verbis offensionem, sivè vindictam denotantibus, ex quo prædicti de Carafa verberarunt ejus vassallum; plures alii testes deponunt, quod pluribus vicibus Baro secretè loquutus fuit cum interfectoribus, & quod die 22. Junii discessit à Marianella cum tota familia, & in discessu dixit aliquibus interfectorum hæc verba, *Admenate manus, quia Ego, & Terram, & filios vendam*; omnes testes in numero plurali deponunt de judicio, quod dictus Baro discessit à Terra, & ivit Neapolim, nè de facto inculparetur, alii de fuga a Civitate Neapolis, & refugiatione ad Ecclesiam S. Francisci Terræ Tramontis.

Contra Donatum testes deponunt, quod die vigesimatertia Junii misit à Terra Ottajani, ubi morabatur, tres de occisoribus, Josephum Soldano, & Franciscum Antonium Vitaliano, ac alium socium, qui eadem die locuti fuerunt cum ipso Donato Gagliano, sicuti die vigesimaquinta; nec non, quod post delictum cum pluribus armatis associavit dict. Josephum Soldano, Franciscum Antonium Vitaliano, & alios occisores dictorum de Carafa in partibus Amalphiæ: itaque hujus delicti principalis instigator, consultor, & auxiliator fuit habitus Donatus Gaglianus, frater Baronis Pompilii; & similiter cognatus Baronis Scipionis, & pro hoc fuit citatus ad forjudicandum.

66 Discutiam nunc juxtà ordinem temporum indicia contra dictum Baronem Pompilium: *ante delictum* primum sumitur indicium, ex quo plures testes deponunt de auditu, quod Baro Pompilius in eodem mense Junii pluribus vicibus miserat Notarium Stephanum Atenasium, ejusque Locumtenentem in Terra Politani ad Ottajanum, gerendi causa negotium cum Donato Gagliano, sicuti plures testes deponunt ex ore dicti Notarii in Ottajano, & ex hoc præsumit Fiscus, auxilium præstitum fuisse à Donato Gagliano, ad persuasionem ipsius Baronis, mediante persona Notarii Stephani, & quod dictum negotium importabat auxilium, & tractatum.

Hæc est vana præsumptio: in primis, quia hoc factum contra Pompilium probatur per testes de auditu, qui nihil probant. *Secundò*, quis revelavit Fisco, quòd negotium gestum à Notario Stephano erat necis tractatus? malum non præsumendum, & in facto apparet instrumentum stipulatum dicto tempore cum interventu Notarii Stephani; inverisimilis est hæc præsumptio, primò ex causa delicti: Baro enim Scipio est communis cognatus; injuria igitur æqualitèr pertinebat ad unumquemque; undè Donatus non egebat Pompilii persuasione; eò magis, quia Donatus erat inimicus nomine proprio dictorum de Carafa, uti ait D. Catarina Carafa in memoriali in processu existenti. quoties igitur occisor est inimicus, præsumitur ex inimicitia, non ex consilio alterius occidisse, ità in auxiliatore si est inimicus; ex hoc præsumitur auxiliari, non ex alterius persuasione, Donatus magis habilis ad incedendum per campaneam cum actuali comitiva. Ulterius Donatus Clericus sine familia; si igitur Donatus non egebat auxilio, ut committeret, non persuasione ut resolveret, quomodo persuasione Pompilii? & si Donatus est habitus, uti principalis auxiliator, & ita citatus, quomodo Pompilius?

67 Secundum indicium, ex quo die 22. Junii Baro Scipio discessit à Marianella, & cum tota familia, insimul cum Josepho Soldano, & Francisco Antonio Vitaliano venit Napolim, & comederunt in domo Baronis, qui post prandium præcepit Fabio Garzone, qui est unus ex famulis, ut januam scalarum clauderet, ut nemo accessum haberet, & secretè in cubiculis colloquium habuerunt per spatium duarum horarum circitèr, sicut deponit de visu Margarita Gracioppa ejus famula & dictus Fabius, qui circa colloquium deponit, quod vidit omnes post prandium in cubilibus, & circà reliqua est contestis, & supponit Fiscus, quòd in illo colloquio Pompilius consuluit, & tractavit homicidium.

68 In primis dictus Fabius non deponit de vero colloquio, nisi de tacito colloquii, quod uti indicium remotum debet probari per duos testes contestes, Eugen. *conf.* 27. *lib.* 1. Honded. *conf.* 87. *lib.* 1. Huic præsumptioni contradicunt aliæ conjecturæ. *Prima*, quia Baro Scipio malitiosè discessit a Dicta Terra, nè de homicidio inculparetur, ut deponunt testes Fi-

I sci,

sci, & fuit una de conjecturis contra Baronem Scipionem, sicut fuit enunciatum in citatione, ergo jam ante resolverat delictum absque consilio Pompilii. *Secunda*, si dictus Baro Scipio prius minatus fuit dictis de Carafa, ut deponant, & cum Soldano, & Alexandro jam resolutum delictum, sicuti ex illis verbis ab ipso prolatis in discessu, vz. *Admenate manus, non timete, quia vendam Terram, & filios*: quomodo dicitur, quòd dicta die sit tractatum homicidium in domo Pompilii? *Tertia* de jure colloquium est levissimum indicium, Bald. *in l.* 3. *num.* 6. *Cod. unde legitimi*; interdum verò indicia sunt levia, & magno spatio rationis distant a necessitate vel fide, puta fuga, colloquium, & his similia: idem Bald. *cons.* 381. *lib.* 1. Eugen. *cons.* 27. *lib.* 2. Honded. *cons.* 87. *lib.* 2. Mascard. *conclus.* 80. Farinac. *quæst.* 134. *num.* 58. debet enim præsumi bonum potius, quod dissuaserit, maximè non data gravi inimicitia cum Pompilio, quæ est causa delicti, qua cessante non præsumitur consilium.

69 Communis opinio, quòd requirantur tria copulativè, inimicitia capitalis cum occiso, colloquium secretum, & delictum incontinenti sequutum, Anton. Gabriel *lib.* 7. *conclus.* 2. *num.* 57. Menoch. *lib.* 1. *quæst.* 89. *de præsumpt. num.* 215. Clar. *quæst.* 89. ubi Bajard. Farinac. *quæst.* 134. *num.* 57. *& cons.* 101. *&* 102. *lib.* 1. *&* 142. *n.* 7. *&* 42. Honded. *cons.* 87. *n.* 171. *lib.* 2. Giurb. *cons.* 87. *num.* 23. & addit quartum requisitum, ad hoc enim, ut ex colloquio nascatur indicium, necesse est, ut mandatarius, vel is, qui ex consilio occidit, sit plenariè convictus de delicto, vel verè confessus, nec sufficit, quòd sit indiciatus tantum: imo si fictè esset confessus per contumaciam non sufficeret. Dec. *cap.* 1. *de officio delegati*, Bertaz. *cons.* 20. *lib.* 1. *num.* 6. *&* 11. Surdus *cons.* 40. *num.* 9. Mascard. *concl.* 1139. Farinac. *quæst.* 131. *num.* 54. *&* 55. Menoch. *casu* 352. *nu.* 20. Clar. *quæst.* 90. *l. si is, qui rem, §. si in Titium*, ubi Bart. *ff. de injuriis*. Hic non intervenit inimicitia capitalis cum Pompilio delictum non incontinenti, sed post octo dies; incontinenti autem hic accipitur statim post colloquium, antequam divertant ad extraneos actus, Eug. *cons.* 27. *num.* 37. Hond. *cons.* 87. *lib.* 2.

Tertium indicium, ex quo certioratus de delicto nihil dixit, illa die non exivit è domo, & secretè loquutus fuit cum Barone Scipione, qui die sequenti ipso condolentè discessit, dicente ipso Pompilio uni ex famulis, *Melius in agris, quam in cavea avis*, sicuti testes concludenter deponunt. Ex hoc nescio, quid velit Fiscus, quid minus potest homo facere, quam nihil dicere, signum potius doloris, quàm facti complacentiæ est; Avis dictum retorquetur, si Pompilius criminis reus esset, in sui commodum consilium sumeret.

70 Quartum, ex quo die 2. Julii Donatus Gaglianus cum hominibus armatis ivit Pasetanum ad domum Notarii Stephani, qui misit Dominicum Guerniero Neapolim, ut Pompilius consuleret illis, quid facere deberent, & quòd Pompilius consuluit, ut aufugere deberent, & cautè, nè mancipparentur, & detegeretur crimen, ut ait: *Et omnes in perditione essemus*; sicuti dictus Guernerio, & alius testis deponunt, & ex hoc verbo vz. *Et essemus in perditione*, videtur confessum esse delictum.

71 Respondetur, quod Notarius Stephanus coactè receptavit Donatum, & socios armatos, quia Donatus Baronis frater, & factum ipsius non nocet Domino, Honded. in puncto *cons.* 87. *lib.* 2. Decian. *lib.* 9. *cap.* 22. Item quia dictus Dominicus, & alius testis fuerunt repulsati, ideoque eorum dictum non probat.

72 Sed quando de illis esset credendum. Videndum *primò*, an ex hoc consilio vz. (quod cautè aufugerent) dato post delictum, oriatur indicium de tractatu, & consilio in delicto, itaut Pompilius possit torqueri. Controversa quæstio est, multi negant, alii affirmant apud Farinac. *qu.* 132. *num.* 34. Sed opinio affirmans intelligitur *primò*, si auxilium sit datum innocenti post delictum: non si ex intervallo etiam unius diei, Menoch. *de arbitrar. q.* 89. Honded. *cons.* 87. *num.* 160. *lib.* 2. Farinac. *d. q.* 135. *n.* 35. *& qu.* 133. *num.* 18. & ita procedit *consilium* Giurbæ 41. quia ibi incontinenti fuit datum auxilium, hic ex intervallo post quatuor, aut quinque dies. *Secundò*, si sit inimicitia capitalis cum occiso, Carrer. *in pract. tract. de homicidio, & assassinio*, §. *post maleficium*, *num.* 3. *Tertiò*, ut auxilians non sit consanguineus, aut affinis percussorum, tunc omninò cessat præsumptio, Menochius *d. quæst.* 89. *num.* 111. Farinac. *d. quæst.* 131. *num.* 59. *& quæst.* 133. *num.* 17. *&* 30. Simon de Pettis *cons.* 15. *Quartò*, ut quis ex auxilio post delictum possit torqueri, tamquam suspectus de tractatu, & consilio, debet esse convictus plenè de auxilio, non autem solummodo indiciatus, quia tunc esset facere indicium de indicio, quod jura non permittunt, Honded. *cons.* 87. *n.* 156. *lib.* 2. Gram. *cons.* 22. Menoch. *præsumpt.* 132. *lib.* 3. & alii supracitati. Quinto, ut habuerit terminum defensionis, & non probaverit contrarium, tunc enim ab auxilio post delictum oritur indicium tractatus, & consilii, quando inquisitus contrarium non probavit; ideòque non est indicium sufficiens ad torquendum ex processu informativo: sed datis defensionibus, ita colligitur ex supracitatis, præsertim ex Grammat. *d. cons.* 12. Carrar. *d.* §. *post maleficium*. Farinac. *d. q.* 132. *n.* 34.

73 *Secundò* est videndum, an ex verbis relatis à testibus supracitatis: *Quod si manciparentur, detegeretur crimen, & essemus omnes in perditione*, oriatur confessio extrajudicialis delicti, quæ faciat indicium ad torturam? & dicendum, quòd non: etenim confessio extrajudicialis non potest dici facta ex verbis æquivocis, generalibus, & quæ delictum ipsum non contineant, sed potius illativè, seù conjecturalitèr aliquid significant, sed debet esse clara, non dubia, alioquin semper verba accipiuntur in favorem Rei, Dec. *cons.* 118. Foller. *in pract. p.* 1. 2. *p. verb. Etsi confitebantur*, *nu.* 59. ubi alios allegat, Gomez. *de delict. tom.* 3. *variarum cap.* 13. *rubr. de probat. delict. num.* 8. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 89. *num.* 20. Mascard. *concl.* 350. *num.* 16. Farinac. *q.* 82. *num.* 29. *&* 30. benè Peguer. *dec.* 17. *num.* 3. *&* 4. Imò DD. isti volunt, quod confessio contineat expressè delictum commissum, & personam, in quam est commissum: puta, quòd dicat, occidi Titium, etsi hoc non contineat, nihil probat, imò plerique, & fortè communius voluerunt, ut adjiceretur locus, & tempus, aliàs esset informis; ex verbis verò generalibus nunquam inducitur, & re vera Pompilius dixit illa verba: *Essemus omnes in perditione*; includendo in illis quoque se ipsum propter suspicionem, quam generare poterat cognatio propter damna fratris, sororis, & conjunctorum, quibus ipse postea debebat subvenire, & jam prophetavit; damnum conjunctorum proprium aliquando existimatur. *Tertiò* requiritur, ut confessio sit facta principalitèr, & propter se, non enunciativè, seù incidentèr, & propter aliud, Bart. *l. si confessus*, *ff. de custodia reorum*, Afflict. *dec.* 176. Foller. *verb. Etsi confitebuntur p.* 1. *num.* 1. *in fin. & num.* 31. Farinac. *q.* 81. *num.* 218. *& quæst.* 83. *nu.* 42. hic Pompilius illa verba dixit ad incutiendum metum illis, ut fugerent. *Quartò* debet probari per duos testes contestes, Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *qu.* 89. Mascard. *concl.* 492. Foller. *d. verb. par.* 2. *num.* 2. Farinac. *d. q.* 83. *nu.* 44. *&* 45. quod hic deficit.

74 Quintum, ex quo plures testes deponunt de fama publica contra Baronem, ipsum fuisse complicem in delicto, ac Notarium Stephanum, ipsius Baronis gratia, & quod hac causa dictus Notarius se præripuit à dicta Terra, Fama non habet requisita, Clar. *quæst.* 9. orta post inquisitionem, ideo nihil valet, Gramm. *voto* 34. in priori informatione examinantur centum testes, & 50. de Amalphia, & nihil dicunt, pars ipsa non est conquesta, notitias delictorum Pompilii dederunt Pandolphi illius inimici, undè clarè ortum habuit à malevolis, & de Notario Stephano, cur ille fugeret, testes in priori informatione examinati dixerunt, quod erat absens, ne uti testis examinaretur contra Baronem.

Omnia igitur indicia, quæ ponderantur contra Pom-

Pompilium, deficiunt insufficientia, quia colloquia absque requisitis, auxilia non incontinenti, & consanguinei confessio præsumpta informis, & nihil concludens, fama absque requisitis malevolis, & post inquisitionem, deficiunt in probatione, quia pauca ex his probantur per duos testes contestes, & nullus ex eis per testes idoneos contradicit aliis fisci probationibus, & indiciis, ex quibus apparet manifestius, Baronem ex se ipso deliberavisse delictum, ratione propriæ inimicitiæ, antequam Neapolis adveniret: & sic sine consilio Donatum auxiliatum ex se ipso absque Pompilii persuasione. Quo modo igitur ex illis potest deveniri ad torturam, vigore Capit. *Si cum Sceleratis*?

75 Nec intrat quæstio de unione indiciorum insufficientium: quia licet controversa sit opinio, an indicia minus sufficientia uniantur in criminalibus? in qua communis distinctio est, quòd si indicia sunt insufficientia de sui natura, quia remota, sed benè probata, & tendunt ad eundem finem, hoc est ad integrandum unicum factum, & uniuntur; si verò ad diversum finem, & non uniuntur; si verò sunt insufficientia ratione probationis, quia unumquodque ipsorum non probatur per duos testes, tunc non possunt uniri, & multò minùs, quando adest utraque imperfectio, & naturæ, & probationis, ut in casu nostro, quia adducerentur duo specialiter, ita Grammat. *vot.* 3. Thesaur. *dec.* 24. Mascard. *conclus.* 1213. Farinac. *q.* 27. Pellegr. *cons.* 2. *lib.* 2. Eugen. *cons.* 27. *lib.* 1. Honded. *cons.* 87. *lib.* 2.

Rursus non potest tractari de unione indiciorum, quando ex testibus Fisci indicia debilitantur, sive impugnantur, Grammat. Eugen. Honded. *ubi supra* Olasc. *decis.* 79. Boer. 195. imò unicum indicium ex testibus Fisci est tantæ potentiæ pro Reo, ut tollat omnia indicia contra Reum, & impediat omninò torturam ex informativo, Boer. Olasc. Gramm. Honded. *ubi supra*, Farinac. *q.* 38. *num.* 110. Guaz. *defens.* 30. *cap.* 4. *num.* 4. hic concurrunt multa ex dictis, & ulterius unum, quod cæteris fugientibus ipse Pompilius non aufugit.

76 Sextum requisitum est gravitas delicti, ibi: *Occisione graviorum criminum*, delictum si consideratur in casu gravissimum est: sed videndum de quo inquiritur Pompilius, de consilio, & auxilio: circa consilium communis distinctio, aut consuluit alia facturo, aut non? Primo casu pœna extraordinaria est, Bart. *cons.* 165. Clar. §. *fin.* *q.* 88. Menoch. *casu* 311. Olasc. *decis.* 67. Farinac. *q.* 129. *num.* 108. Covarr. *p.* 2. §. 2. *de homicidiis*, contra Bartolum *in l. usufo-lum*, §. *si mandato ff. de injur.*

Etiam in atrocissimis, Covar. & Menoch. ubi supra, Bajard. ad Clar. *q.* 88. Cephal. *cons.* 76. & qui tenent contrarium, loquuntur, ubi conatus punitur pœna delicti, etiam non sequuto effectu, ut læsæ Majestatis, vel ubi consilium confunditur cum delicto, ut in hæresi, Scrader. *de feudis part.* 9. *cap.* 1. *num.* 49.

An autem principalis sit facturus, vel non agnoscitur. *Primò* si inter occisorem, & occisum adsit gravis inimicitia, præsumitur, quod causa impellens sit inimicitia, non consilium, quia illa naturalis inhærens, potentior, Angel. *cons.* 22. Berous 175. *lib.* 3. Bertaz. 72. Surd. 40. Decian. *tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 36. Farinac. *q.* 129. *num.* 145. Intrigl. *decis.* 38. ubi sic decisum, etiam si ipse consulens sit etiam inimicus eum occiso, Gram. *voto* 3. *cons.* 63. Decian. *cons.* 115. *lib.* 3. Honded. *cons.* 87. *num.* 78. imò in mandato mandatarius inimicus præsumitur occidisse ex inimicitia, non ex mandato, Bertazz. *cons.* 5. Decian. *dict. lib. cap.* 36. Grammat. & Honded. *ubi supra*. *Secundò* ex minis præcedentibus, Cons. Bertazz. 62. *num.* 7. *lib.* Surd. 40. Decian. *ubi supra*, Farinac. *d. quæst.* 129. *num.* 143. hic adsunt minæ, ut diximus. *Tertio*, præparatio ad delinquentem, Ang. *cons.* 22. *DD. ubi supra cit.* hic adest quia vigesima tertia iverunt occisores Martanellam die 22. Baro Scipio discessit.

77 Circa auxilium triplex, ante delictum, in delicto, & post delictum. *Primo* casu debet esse proximum, & quod det causam delicto, ut sine eo non posset fieri. Anton. Gomez. *tit. de homicid. cap.* 3. *num.* 49. Clar. *q.* 90. Menoch. *cas.* 349. Bertazz. *cons.* 74. Lardech. 194. Pacian. 159. Mascard. *concl.* 259. in delicto debet esse comperativum delicti, Farinac. *qu.* 131. & neutrum hic adest, post delictum omnes concludunt pœna extraordinaria, Clar. Mascard. *ubi supra*, Menoch. *casu* 349. Farinac. *quæst.* 132. Maximè si non incontinenti post delictum, Giurb. *cons.* 32. *num.* 19. vel si conjunctus, quo casu non habet dubium ex *l.* 1. *ff. de rapt.* imò si hoc auxilium fuerit ab initio promissum adhùc pœna est arbitraria, nisi quando delictum sine eo omnino fieri non potuisset, Cepolla *cons.* 27. sequuntur in dicto casu tres consulentes, Rimin. *jun. cons.* 310. *lib.* 3. Bertazzol. 324. *lib.* 2. Landerch. 194. Farinac. *q.* 132.

78 Si pœna extraordinaria, non est locus torturæ ex informativo, Intrigliol. *decis.* 38. *num.* 14. loquitur in specie in consulente alias facturo, idem Intrigl. *sing.* 234. *lib.* 1. Mastrill. *dec.* 191. *num.* 25. & 218. *num.* 10. Castill. *dec.* 178. *num.* 2. & 3. Giurb. *cons.* 10. *num.* 4. Carraciol. *decis.* 17. *num.* 3. ex nostris Capyc. *decis.* 226. *num.* 13. Gramm. *cons.* 15. *num.* 4. Foller. *in pragm. num.* 215. & *verb. condemnati num.* 12.

Et ex his nullitates obstare, quia non datis defensionibus decretum est nullum, & non convalescit, ex *cap. Si cum sceleratis*, ex quo non applicatur, & tortura absque indiciis legitimis est nulla, quia contra *textum in l. milites*, §. *oportet*, *de quæst.* & *Capitulum Regni Tormenta*: ita concludunt omnes Doctores, Farinac. *q.* 37. *num.* 110. & *q.* 83. *num.* 9. & 12. aliòs refert Castill. *dec.* 279. *num.* 1. adeout confessio indè sequuta nulla sit; est enim requisitum substantiale intrinsecum decreti de torquendo, & ipsius torturæ, neque *Pragm.* 77. *num.* 17. *de offic. S. R. C.* quæ post pronunciatum rejicit actorum nullitates, quid mutat, quia textus expressi sunt *in* §. *oportet*, *in cap. Regni Tormenta*, *l. unius*, §. *cognitorum*, & *in defensionis facultat*. Præterea tortura est interloquutorium merum, in quo *Pragmatica* non habet locum, quæ loquitur in sententia, & decreto diffinitivo. Hæc distinctio probatur à Sese *decis. Aragoniæ*, *dec.* 314. *num.* 88. & *seq. lib.* 3. Quarè in hac causa essem voti, quod aut impinguetur, aut consignetur tutæ personæ, fortè principales venirent carcerati, ex quibus tempore veritas aperietur, mora opus est in occultis, sicuti festinatione in notoriis Joseph de Rosa.

79 Septimum non in omni crimine, sed in capitali adhibenda est, Divus Augustinus *in l. edictum*, *de quæst.* præscripsit, & in Regno tantùm in delicto, quod pœnam ultra relegationem meretur, si reus hac pœna plectendus esset, si convinceretur, extant *Regni capitula Tormenta*, *Si justè*, *ac delatas*, testatur de Nigris, & Dom. Reg. Tapia *in dictis Capitulis*, Paris *in verb. Tortura*, Clarus *q.* 63. *vers. præterea*, Farinac. *q.* 42. *num.* 3. & 6. Caball. *resol. crimin. casu* 18. *num.* 5. & 14. Guaz. *defens.* 30. *cap.* 3. Trentacinq. *cons.* 21. & 26. *lib.* 2. Dom. Reg. Revert. *dec.* 400. Pater Lessius *de just. & jur. lib.* 2. *tit. de Judice*, *dub.* 17. *in verb. Notandum* 4.

Etiam si dicta pœna in jure determinata non reperiatur, sed Judicis arbitrio remissa, juxtà *text. in* §. *atrox*, & Glos. *in* §. *in summa*, *de injur.* Thor. *in verb. Tortura cap.* 8. Ubi de pœna pro vulnere in faciem illato, sed in tortura ex processu informativo non procedit, Dom. Reg. Rovit. *in pragm.* 1. *de custodia reorum*, *num.* 11. *in fine*, & *in pragm.* 1. *de immunitate Neapol.* ratio est, nam pœna Judici arbitraria arbitrari minimè potest, nisi compilato processu.

Tortura enim omnem pœnam pecuniariam excedit *l. in servorum*, *in fine ff. de pœnis*, Gram. *cons.* 25. Giazarell. *decis.* 26. Cartarius *de interrogandis reis*, *lib.* 4. *c.* 1. *num.* 8. Et plusquam utriusque manus abscissio reputatur, uti in *tex.* §. *quia verò*, *Auth. ut nulli Judicum*, Marsil. *in practica*, §. *expedita num.* 59. Paris *de syndicatu*, *verb. Tortura*, de Nigris *in cap. Regni*, *Ad hoc*, *num.* 40. Bossius *tit. de tortura num.* 12. Farinac. *tit. de indiciis*, & *tortura*, *num.* 14. Dom. Præses de Franch. *decis.* 410.

D. Reg. Capyc. Latr. *dec.* 134. *par.* 2. meritò nisi in crimine ultra relegationem inferenda est. alias major consideraretur pœna in detegendo, quàm in puniendo crimine; & in supradicto casu delatus incarcerati potest absque citatione, *cap. ab illo inchoandum*, & *Pragm.* 2. *de custodia reorum*, Novarius *de gravaminibus tom.* 1. *gravam.* 279. *num.* 11.

80 Octavum requisitum ex Rei persona sumitur, nam minor decimoquarto Anno torqueri non potest, *l. in libero*, §. *de minore*, & *l. de minore*, *de quaest.* & *l.* 1. §. *impuberi*, *ff. ad Senat. Cons. Sylla.* Foller. *pract. crim. rubr. rei indurati torqueantur num.* 20. Jul. Clar. *q.* 64. *vers. quaero numquid*, Carrer. *eod. tit. verb. circa tertium*, *num.* 37. Cart. *de interrog. reis lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 49. Farinac. *q.* 41. *nu.* 16. Guaza. *ad defensam defens.* 30. *cap.* 11. *num.* 1. potest tamen terreri, & ferula caedi, *per text. in d.* §. *impuberi*, dummodo pubertati proximus sit, Farinac. *q.* 91. *n.* 20. Guazzin. *defens.* 30. *cap.* 11. *num.* 1. Cartarius *de interrogandis reis d. cap.* 1. *num.* 149. & quando terretur minor, fit decretum cum interventu Curatoris, qui introducitur in camera cordae, & intervenit in actu juramenti tantum, et si confessus fuerit, uti spontanea valet confessio, argumento *text. in l. item apud Labeonem*, §. *quaestionem*, *de injur.* Pater Lessius *tit. de Judice*, *dubit.* 17. *num.* 155. *in fine*.

81 Limitatur in laesa Majestate humana, & divina, ut in *d. l. de minore*, *l. si quis aliquis*, *l. nullus*, *C. ad l. Jul. Majest.* & in proditione, *l. proditores*, *ff. de re militari* Capyc. *dec.* 130. *num.* 55. Carrer. *ubi supra num.* 57. Guazzin. *d. defens. cap.* 11. *num.* 9. Anton. de Bellis *q.* 13. *num.* 24. Sesse *decis. Aragonia lib.* 4. *decis.* 467. Villadiego *in politica cap.* 3. *num.* 382. Pater Lessius *d. dubit.*

82 Sed haec tortura in minori pubertate proximo moderatè etiam practicanda est, itaut omne absit periculum, Farinac. *n.* 103. Guazz. *d. cap. num.* 8 & Pater Diana *par.* 4. *tract.* 6. *de tortura in Sancto Officio*, *resol.* 19. ibi: *Quando sine periculo*, & *moderatè dicti minores*, &c.

83 Insuper ratione personae senex decrepitus torqueri non potest, *l.* 3. §. *ignoscitur ff. ad Senat. Consult. Syllan.* Riccius *collect.* 129. & *dec.* 233. *num.* 3. *part.* 3. Farinac. *d. q.* 91. *num.* 23. Guazz. *d. defensa cap.* 12. *num.* 1. Anton. Fab. *def.* 7. *lib.* 9. *tit. de quaest.* de Nigris *in cap. Regni frequens*, *num.* 38. & *in cap. si justè num.* 60. Grammat. *decis.* 22. Dom. Reg Sanfel. 235.

84 Mulier praegnans ob abortus periculum, *l. praegnantis*, *ff. de poenis*, DD. omnes *ubi supra*, neque potest terreri, Cavalcanus *de Brach. Regio par.* 3. *num.* 116. D. Cardinalis de Lugo *disp.* 37. *sect.* 13. *num.* 155. & post puerperium differenda est, donec vires fuerint confirmatae, quòd Judicis arbitrio remittitur, ità Gomez *tom.* 3. *variarum. cap.* 33. *num.* 3. & nisi post quadraginta dies, Canteran. *in quaest. crim. q.* 10. *de reo*, *num.* 1. Ghirlandus *de quaest. lib.* 4. *q.* 9. *n.* 5. D. Card. Tuscus *lit. T. concl.* 328. *n.* 21. Quare si infra quadraginta dies torqueretur, & delictum fatetur, nulla esset confessio, Bajardus ad Clar. *q.* 64. *num.* 67. sicuti minor, aut senex, qui non esset torquendus, si fateretur, confessio tanquam per injuriam extorta nulla est.

85 Nonum requisitum, ut publicetur processus, & antè torturae decretum moneatur Advocatus, & hic nota, quod in tortura ex processu informativo ante decreti prolationem audiri Rei Advocatus super criminis qualitate, & super capitulis requisitus, ac si fortassis incontinenti probationes de Rei innocentia haberet. Incontinenti autem dicitur, licet in promptu secum non habeat testes, sed dummodo non petat longas dilationes, ut dicit de Nigris *in d. cap. si cum scelerato num.* 48. quam doctrinam intellige, si Advocatus tales allegat circumstantias, ex quibus Judex informatus remaneat, quod non dilatandi caussa brevem petat dilationem; potest enim pœna dilata exigi, non potest exacta revocari, Seneca *secundo de ira* 22. unde Menoch. obsecro Judices, ut isto casu dent spatium, renuemque moram.

86 Tortus autem, & confessus, ut condemnari possit, ultra praedicta novem requisita, alia duo concurrere debent. Primum, ut tortus solutis vinculis extra torturae locum, post certum tempus, coram Judice pro Tribunali sedente confessionem ratificet, ex glossa *in l.* 2. *in verb. aliquid*, *Cod. quorum appellationes non recipiuntur*, & *in l. servos*, *Cod. ad l. Juliam de vi publica*, *glossa in l.* 2., *Cod. de custodia reorum*, *verb. consisteret*, & post antiquiores affirmant Julius Clarus *quaest.* 64. *num.* 34. & *qu.* 65. *num.* 2. Farinac. *quaest.* 83. *num.* 53. Guazzin. *defensa* 30. *cap.* 35. Dom. Car. de Lugo *de just. & jur. disp.* 37. *sect.* 13. *num.* 156. P. Diana *de tortura in Sancto Officio*, *resol.* 22. Et est de practica, quae optima ratione fuit introducta, quia tortura periculosa est, ut diximus, & pluries insontes tormentorum dolore confessi perierunt, sicut plura recensentur exempla à Claro *d. quaest.* 63. *vers. ultimo propter tormentorum saevitiam*, Cartario *de interrogandis reis*, *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 129. & Bertazzolo *consil.* 129. & *consil.* 162.

87 Tempus verò, quo ratihabitio haec facienda est, cum in jure non reperiatur determinatum, Judicis arbitrio remittitur, attenta criminis atrocitate, indiciorum pondere, ac Rei torti qualitate. Regulariter tamen post viginti quatuor horas, aut die sequenti fit, quo temporis spatio in dolore esse non videtur. In casibus vero, quibus M. C. uti delegata, & Regiae Audientiae ad modum belli procedunt, etiam eadem die post horas fieri potest: ratihabitione enim omnis excluditur dubitatio, Bart. *in l. inter omnes* §. *recte*, *de furtis*, Paris *de Syndicatu*, *cap. ratificatio*, *fol.* 345. & extorsionis vitium purgatur, *text. in l. unica*, *Cod. de plus petitionibus*, Paris *in cap. an fieret dicto torti num.* 3. & *in cap. sequitur quaest. quotidian. col.* 1. *fol.* 341.

88 Sed si tortus dicta in tormento neget, & dicat, quod tormentorum dolore fuit confessus, iterum torquendus est. *Primo*, quia indicia non sunt elisa, quinimò confessione, & revocatione nova orta videntur. *Secundo*, nam si hoc casu tortura non repeteretur, torturae remedium frustratorium esset, enim nemo suam ratificaret confessionem, si putaret, io se amplius non posse illam exerceri, Boss. *in tit. de tortura*, *nu.* 43. Clarus *quaest.* 64. *in fine*, & ibi Giacharius, & *in qu.* 21. *nu.* 36. Farinac. *quaest.* 38. *à nu.* 91. *usque ad* 69. Grammat. *decis.* 72. Dom. Reg. Sanfel. *decis.* 252. Pater Lessius *tit. de Judice*, *cap.* 29. *n.* 168. qui testatur, quòd usque ad tertiam vicem hoc casu tortura repeti potest, & licet Pater Sanch. *cons. moral. lib.* 6. *cap.* 4. *dub.* 5. *nu.* 3. & Pater Diana *resol.* 24. teneant, quod delatus plusquam bis torquendus non sit, Contrarium tamen usque ad tertiam vicem, & acriter, est verius, ut servatur in practica.

Si dicta revocet, quia ex errore confessus, & erroris caussas alleget, terminus ei concedendus est, quo errore non ducto torquetur Afflict. *in constit. Regni*, *Si damna clandestina*, *nu.* 44. *in fine*, Boss. *tit. de tortura nu.* 9. Guaz. *defensa* 20. *cap.* 24. *nu.* 7. qui caeteros refert.

89 Reiteratur quoque tortura, si à principio indicia sunt multum urgentia, & prima tortura inquisiti robore, & tormenti qualitate attenta, purgata non videtur, juxta *text. in l. unius*, §. *reus* & *in l. repeti*, *ff. de quaestion* & licet in hoc casu quamplures DD. affirment, quod tertia vice repeti non debet, ubi P. Sanchez *cons. moral. lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 15. *nu.* 14. Farinac. *quaest.* 38. *nu.* 97. & 103. Pater Diana *de tortura in Sancto Officio*, *resol.* 24. ubi in fortiori casu, quando bis tortus, & confessus, si in ratificatione negat, quod tertia vice non sit torquendus: tamen hoc dictum est contra communem, & veriorem sententiam, quia ex tali variatione nova nascuntur indicia, ex quibus tertia vice torquetur; sicuti si semel, aut bis sufficienter sit tortus, si nova superveniant indicia, iterum torquetur, Paris de Puteo *cap. de repetitione torturae*, *nu.* 2. Sebastianus de Neapoli *in cap. Regni Tormenta*, *nu.* 20. Clar. *qu.* 64. *nu.* 47. Sanch *ubi supra* P. Lessius *cap.* 29. *nu.* 168. & est communis. Tribus igitur casibus tortura repeti potest. *Primo*, si confessus in tortura in ratificatione negat, quod Faber *d. quaest. def.* 5. restringit si incontinenti, sive in ipsis tormentis sequatur revocatio, cum non praecedente aperta confessione

fessione per denegationem non videatur inducta variatio. *Secundo*, indicia a principio multum existunt urgentia. *Tertio*, si post torturam alia superveniant indicia: & hoc ultimum restringitur, si tortus & non confessus ad extraordinariam pœnam sit condemnatus, Dom. Reg. Sanfel. *decis.* 138.

90 Circa autem indicia supervenientia, ut reiteretur tortura, quæsito est inter Doctores, qualia esse debeant? nam quidam tenent, quod esse debent in specie & in substantia differentia, adeo quod si ex remotis indiciis illata sit, cum aliis remotis repeti non possit, quia non nova indicia sed ut ajunt, dictorum novæ probationes, ut videre est penès Caballum *casu* 65. & Patrem Dianam *d. tract. resolut.* 15. Quidam alii tenent, quod ea sufficiunt, quæ non sunt ejusdem speciei, idest ejusdem generis, videlicet *remota* cujus prima indicia erant, ut docet idem P. Diana cum Quevedo *de indiciis, & tortura par.* 2. *cap.* 7. & hæc opinio mihi magis arridet: nam ut existimo, si à principio in processu existerent quatuor remota indicia legitimè probata, in atrociori crimine tortura quoque aut cum verberibus, aut funiculis adhiberetur: & si non ita adhibita fuerit, quia tormenta purgata non censentur, de consuetudine, & secundum omnes Criminalistas tortura repeti posset. Pari igitur ratione, si ex duobus remotis non ejusdem speciei supervenientibus repeti potest.

91 Quæstio quoque occurrit, an tortura reiteretur ex processu informativo? Negant de Nigris *in cap. Regni si cum sceleratis nu.* 20. Gramm. *cons.* 12. *&* 64. *&* *voto* 3. Carrer. *in prax. cap. quæ autem*, Affirmant vero Sion de Pretis *cons.* 104. Danza *de pugna DD. titulo de præeminentia cap.* 1. *num.* 40. Thorus *in compendio dec. part.* 3. *in verb. tortura cap.* 11. *in ordine*, & ita refert decisum in M. C. contra Dominicum Roccio.

92 Secundum, ut ratificata confessione adversus eam terminus concedatur: si enim sponte confessis impartiendus est *prag.* 10. *num.* 15. *de officio Judicum*, eò magis in tortura confessis, & ita servatur in practica, de qua post antiquiores testantur Caravic. *de brachio Regio par.* 1. *nu.* 575. D. Ricc. *coll.* 2457. Farinac. *cons.* 16. *n.* 15. Caball. *res. crim. casu* 186. Guazz. *def.* 31. *cap.* 1. Confessus enim in hoc termino confessionem erroneam, & non veram probare potest, sive caussam, ob quam pœna lenienda est.

Concludamus igitur, quod delatus de crimine, cujus pœna est ultrà relegationem, si graviter est indiciatus, non minor, non decrepitus, neque aliqua de caussis exemptus, testibus Fisci repetitis, lite contestata, capitulorum copia data, & defensionis termino ei concesso, ac monitu ejus advocato, ritè, & rectè torquetur. Tortus, & confessus, si intra vigintiquatuor horas, vel die sequenti confessionem extra tormentum ratificet, ei denuò adversus confessionem defensionis termino concesso, ad criminis pœnam justè condemnatur. Quod si contingat, quod omnibus his concurrentibus innocens torqueatur, atque damnetur, satis pro bono publico est dicta requisita, & cautiones in tortura adhibere, sine qua homines audacter peccarent, & ex scelerum impunitate Respublica humana pateretur; iis quidem mediis uti debemus, quibus majora evitantur mala, quamvis eisdem interdum minora eveniunt, sicut in hac re considerat Pater Lessius *de just. & jure tit. de Judice dubit.* 17. *nu.* 151. *in fin.*; de duobus enim malis minus est eligendum, si utrumque evitari non potest, D. Cardinalis de Lugo *eodem tractatu, disp.* 37. *sect.* 13. & magnus Criminalista Paris de Puteo *in tract. de syndicatu, capit. de repetitione torturæ, nu.* 5. *in fine*, inquit: *Quod sine timore torturæ Mundus non posset in pace manere.*

93 Tormentorum autem plura sunt genera, scilicet tormentorum cordæ, flanghettarum, funiculorum, vigiliæ, & alia quæ connumerantur, & explicantur a Farinacio *quæst.* 38. *num.* 60. & Sebastiano Guazzino *defensa* 30. *cap.* 21. tormentum funiculorum in hoc Regno adhibetur cum tormento cordæ, & in atrocioribus criminibus, juxta *pragm.* 2. *de quæst.* & tradita a Farinac. *quæst.* 27. *nu.* 89. in aliis criminibus infertur tormentum cordæ, quæ est regina tormentorum, & magis usitata.

Similitèr torturæ plures connumerantur gradus, ut videre est penes Fallerium *in rubrica, Rei indutus torquentur, nu.* 17. qui numerare incipit a verbali territione, & nimis de torquendo, sed si in hoc gradu habetur confessio, absque ullo scrupulo valet uti spontanea, P. Lessius *lib.* 2. *cap.* 29. *dubit.* 17. *nu.* 155. penes Clarum *quæst.* 54. *nu.* 22. Farinac. *quæst.* 37. *à nu.* 34. & Sebastianum Guaz. *defensa* 30. *cap.* 22. qui in sex distinguit gradus connumerando inter eos torturæ repetitionem; mihi tamen placet, gradus connumerare juxta textum *in l. item apud Labeonem*, §. *quæstionem*, *ff. de injuriis*, considerando torturam cum corporis dolore, ut ibi inquit J. C. *Quæstionem intelligere debemus, & tormenta, & corporis dolorem ad eruendam veritatem; nuda ergo interrogatio, vel levis territio non pertinet ad hoc edictum*, & sic a verberibus, vel ligatura, & hic est primus gradus.

Et quia tortura regulariter non debet excedere horam, juxta tradita ab eodem Farinacio *nu.* 54. Guaz. *d. cap. nu.* 6. nisi in atrocissimo crimine, & homine robusto. Cumque hora in quatuor secundum communem usum dividatur quadrantes, in quatuor quoque tortura dividitur gradus, vel in quinque incipiendo a ligatura, vel in tres si horam excedat; vel melius dico, quod hæc graduum divisio arbitrio Judicis relinquenda sit, qui eos connumerabit, attentis robore corporis, tormenti qualitate, ac temporis spatio, quo aliquis torquetur, regulando ejus arbitrium, ut regulantur gradus in calore, & in febre, cui tortura comparatur.

Sic etiam Judicis arbitrio torquendi modus remittitur, consideratis criminis atrocitate, rei qualitate, & indiciorum pondere; ita tamen, *ut servus salvus sit innocentiæ, vel supplicio*, sicut inquit J. C. *in l. quæstionis modum de quæst.*

94 Quare in crimine ultra relegationem, & citra mortem simplex tormentum cordæ adhibetur, & Decretum ita concipitur: *Die, &c. Mensis, & Anni, &c. facto verbo in M. C. fuit provisum, quod T. de T. inquisitus, ut in actis, torqueatur ad eruendam ex ore proprio veritatem, citra præjudicium probatorum, & confessatorum.* Et si de pluribus est inquisitus, & pro uno crimine convictus, explicatur in decreto, pro quo crimine torquetur, ac ponitur clausula, *citra præjudicium confessatorum*, contingentia attenta quod reus crimen agnoscit cum qualitate, & in aliqua parte, nec non dicitur *probatorum*: nam si indicia multum urgentia extant, tortura non purgantur, & alicui pœnæ locus est.

In crimine atroci & exemplari, quod ultimo castigatur supplicio, in Regno adhibetur tormentum cordæ, præcedentibus vel quatuor vel duobus funiculis, aut cum verberibus, prout Judici videbitur, & decretum concipitur: *Die &c. visa instantia Regii Fisci, & facto verbo in M C. fuit decisum, quod T. de T. torqueatur acritèr citrà præjudicium probatorum, & confessatorum*; & hac clausula *acriter*, intelligit cum duobus, aut quatuor funiculis arbitrio Judicum, qui interveniunt in actu tormenti.

In crimine atrocissimo, puta hæresi, læsa Majestate, ingenti assassinio, enormissimo homicidio personæ in dignitate constitutæ torquetur tormento cordæ cum funiculis, aqua frigida in dorso, vel aliquo pondere in pedibus, vel torquetur tormento vigiliæ, juxtà notata a Farinac. *d. quæst. num* 50. *&* 51.

Ubi adhibetur ex processu informativo, Decretum ita concipitur: *Die &c. facto verbo in M C. visa instantia R. Fisci fuit provisum, quod T. de T. torqueatur ex processu informativo citra præjudicium probatorum, & confessatorum*, & hoc verbo, *acriter*, & tortura non intelligitur cum funiculis, cum interpretatio in molliendis, & non in exasperandis pœnis facienda sit, *l. interpretatione de pœnis*, *Glossa verb. in judicium*, §. *ex maleficiis de actionibus*, *Glossa in verbo feceritèr cap.* 1. *quibus modis feudum amittatur*. Quare Notario Mario Giamprismo inquisito de pluribus falsitatibus fuit illata tortura absque funiculis, Decreto M. C. dictante, quod torqueatur ex processu informativo, & ita decisum per Collaterale Consilium, etiam reclamante docto, & erudito viro, summeque laudando Januario de Andrea Fisci patrono, qui fundabat suam instantiam, quod tortura ex processu informativo

semper

semper adhibetur in gravibus criminibus, in quibus habet locum funiculorum tormentum, *Pragm.* 2. *de quæst.* processus est in Banca de Mauro penès Scribam Tenca.

Si tortura inferenda est Neapolitano, Decretum interponitur: *Die &c. visa instantia Regii Fisci fuit provisum, quod torqueatur T. de T. ex processu informativo prævia dispensatione S. E. ex quo Neapolitanus*, pro qua fit relatio, & hoc decretum subscribitur ab omnibus Judicibus.

Actus verò torturæ ita expletur: *Die &c. pro retroscripti decreti exequutione dictus Talis de Tale in camera cordæ secretæ, & ante præsentiam DD. Judicum Talis de Tale per eos fuit monitus dicere veritatem circa crimen in personam T. de T. patratum, ubi, quando, quibus armis, quomodo, qua de causa, quibus sociis? dixit (Signore, io non sò cosa alcuna) & sic ordine supradictorum Judicum fuit T. de T. spoliatus, & monitus dicere veritatem circa dictum crimen, dixit, &c. & ad cordam ligatus iterum monitus, &c. dixit, &c. quorò ordine dictorum fuit ad cordam elevatus, & in ea pendens fuit monitus dicere veritatem circa dictum crimen, dixit, &c.*

Et in ea pendens monitus, &c. dixit, &c.

Et in ea pendens monitus, &c. dixit, &c.

Et in ea pendens monitus, &c. dixit, &c.

Et cum T. de Tale stetisset in tormento prædicto per spatium unius horæ, vel media hora, vel magis, aut minus, *ad horologium pulveris semper in negativa persistendo, & nihil de interrogatis circa crimen confitendo fuit ordine supradictorum DD. Judicum descensus, & solutus, ac brachiis accomodatis fuit ad carcerem dimissus cum protestatione in forma: Talis de Tale Actuarius.*

95 In hoc autem actu qoatuor adverto: *Primum*, quod antequam reus ad cordam elevetur, tres præcedere debeant monitiones, ut appareat de Judicis benignitate, & Rei duritia. *Secundum*, ut de sociis non interrogetur, nisi contra consocios extent indicia, vel in criminibus exceptis. *Tertium*, quod Judex scribi faciat in actis omnia, quæ in tortura dicit, cum contingere possit, quod pro crimine iterum torqueatur, & variet a primo dicto; quod si variatio respicit delictum, seu qualitates, & circumstantias ad delictum inferentes, novum producit indicium, juxtà notata a Farinacio *quæst* 52. *num.* 24. Tandem *quartum*, ut is non interrogetur per suggestionem, nempe an tali die, an modò occiderit, vel cum talibus surripuerit, &c. quæ suggestio si evitanda est in carcerato, eò magis in torturam patiente, juxtà notata a Guazzino *defens.* 29. *cap.* 13.

96 Rursus tortura infertur confesso in caput sociorum ad purgandam infamiam, ut iis confessio præjudicet: tortura enim facit personam testis integram, quæ alioquin non esset integra, cum propriam sibi objiceret turpitudinem Antonius Faber *tit.* 21. *d. qu. defin.* 23. & decretom concipitur: *Die &c. torqueatur T. de T. ad convalidandam ejus confessionem tali die sponte factam in caput sociorum, non aliter, nec alio modo.* Et si sunt plures confessi ad invicem torqoentur; & decretum interponitur: *Die &c. torqueantur Talis de Tale, & Talis de T. ad convalidandas eorum depositiones, sive confessiones sponte factas, alter in caput alterius, nec aliter, nec alio modo.* Et si aliquis eorum est minor, decreto additur: *Sed T. de T. terreatur ad convalidandum, &c.*

Et hæc tortura non excedit primum gradum imo de consuetudine in hoc regno levissima est: nam lecta depositione, postea prævio juramento delato in faciem nominati, aliquo modo in corda elevetur, & interrogatur de veritate dictorum, proceditque hæc tortura in socio criminis, non autem in socio in crimine, qui non participavit de crimine, idcirco probat absque tortura, teste D. Reg. Capyc. Latro *decis.* 164. *nu.* 46. *per tex. in cap.* 1. *de testibus*, ubi Glossa dicit, quod socius in crimine simoniæ, si non est socius criminis, & muneris probat contra consocium.

97 Infertur quoque confessis convicto, & condemnato ad detegendos criminis socios publicæ utilitatis gratia, cujus semper, & præsertim in vindicandis criminibus rationem habere oportet, & practicatur contra grassatores campaneæ, mandatarios, ubi constet crimen per plures fuisse commissum, & decretum interponitur, idest condemnationis decreto additur, *Nec non torqueatur tanquam cadaver ad sciendum complices, fautores, ac alia patrata facinora (sive mandata)* & hæc tortura, quia tanquam de cadavere, ut criminis socios, quos habuerit, detegat, & non ut de se fateatur, acerrima esse debet, juxta Fabrum *defin.* 16. sed verius Judicis arbitrio remittitur, & quidem levis, si confessio adhibeatur: nam si contra se, eo magis contra alios libenter fateri credendum est.

Cæterum tortura ad eruendam veritatem illata infamiam non irrogat, *l. nullam* 14. *Cod. ex quibus causis infamia irrog.* Caball. *resol.* 29. *num.* 8. non tantum juris, sed nec etiam facti, teste Bartolo in *d. l.* & Dom. Reg. de Marin. *quotid. resol. juris lib.* 1. *cap.* 287. rejecta *Glossa in d. l. in verb. infamiam*, quæ contrarium tenet. Etenim quicquid in tortura confitetur, pro veritate habetur, Rota penes Magon. 89. *qu.* 40. *a.* 1.

98 Unum tandem non prætermitto, quod in Regno contra latrones viarum publicatum, assassinos, & exules ac criminosos, contra quos proceditur ex processu informativo, & ad modum belli, ne remaneant impunes, habet locum tortura in primo, & secundo gradu: nam juxta indiciorum qualitatem minis, vel verberibus interrogantur, etsi confitentur, eorum confessiones tanquam spontaneæ recipiuntur, ut contra plures practicatum vidi, & præsertim contra Simeonem Tajano, qui in Reg. Aud. Principatus Ultra introductus in camera Cordæ, ibique ligatus, & parum elevatus, cum fuisset confessus, orta fuit dubitatio inter Auditores, an ejus confessio esset tanquam spontanea recipienda? & fuerunt in pari voto; quare facta relatione S. E. fuit paritas per Judices M. C. ut moris est, dirempta, ac sub die 17. Octobris 1671. a S. E. Regiæ Audientiæ rescriptum, quod uti spontanea reciperetur. In Regia Audientia Theatæ Camillus Pizzullus levitèr indiciatus de homicidio cum qualitate assassinii commisso in personam Æratii Terræ Ripæ de crimine verberibus interrogatus atque confessus, quod ad petitionem cujusdam Sacerdotis pro ducatis decem occiderat, habita confessione tanquam spontanea, me referente intra paucas horas fuit morti tradi-

99 tus. Quamplures quidem, qui indiciorum defectu habilitari debent, hoc modo interrogati, atrociora confessi fuerunt crimina, & quamplurima occulta, de quibus nulla habebatur notitia. Hæc praxis Reipublicæ utilis fundatur. *Primo*, quia Judex in atrocioribus valet a regulis juris recedere, & ordinem non servare, ut superiùs firmavi. *Secundo* in his criminibus leviora indicia, & probationes minùs legitimæ ad torquendum sufficiunt, ut probavi in Decreto *Habilitetur*. *Tertio* in doctrina Farinac. *quæst.* 37. *num.* 105. & *quæst.* 38. *nu.* 45. & 46. ubi levitèr indiciatum levitèr torqueri posse is affirmat, ac in aliis doctrinis, quas cumulavi in Decreto, *Terminus adversus confessionem*.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

C A P. VIII.

De Decretis: *Torqueatur citra præjudicium probatorum, &c.*

SUMMARIUM.

1 *Tortura adhibetur in crimine ultra relegationem, & non est danda post prandium infra sex horas.*

2 *Tortura inferre non potest, nisi probatum sit delictum in genere, & adsint indicia propinqua ad torturam, nam cum indiciis remotis Judex tenetur in syndicatu.*

3 Tor-

3 *Tortura adhibetur quando pœna est ultra relegationem, ut num. 1. sed relegationis pœna ab usu recessit, & ea regno condemnatur ad actuale bellum, & præsidia clausa.*

1 OBserva quod tortura adhibetur in crimine ultra relegationem, ut concludit noster Author hic num. 79. & confessio habita in tortura ratificatur, ut ex ea sequatur condemnatio, ut noster Author hic n. 86. Et tortura non est danda post prandium infra sex horas. Novar. *gravam.* 177. *tom.* 1.

2 Tortura, ut possit inferri debet esse probatum delictum in genere, & debent esse indicia ad torturam propinqua, & proxima: nam per indicium remotum non potest inferri tortura. Alias Judex tenetur in syndicatu. Carrob. *in tract. de pœnitent.* M.C.V. *fol.* 15. ex Bossio *tit. de indiciis num.* 71. rejecto Claro *in quæst.* 1. *versicul. inimicitia in fine, & quæst.* 54. *versicul. sed quæro.*

3 Observa quod Tortura adhibetur, quando pœna est ultra relegationem. Author noster hic ut supra. Sed relegationis pœna ab usu recessit, teste Menochio *de arbitr. Judic. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 248. *num.* 19. Et in Regno nostro raro practicatur, sed criminosus in locum relegationis condemnatur ad actuale bellum, vel ad præsidia clausa teste Domino Crispo *in praxi crimin. lib.* 1. *cap* 3. *tract.* 9. *& cap.* 15. *n.* 12. *de fugit.* Et de Tortura observa, quæ dixi *inc.* 2.

Leonardus Ricciat.

CAPUT NONUM.

De Decretis, quorum I. Deponat. II. Citetur. III. Citetur, & capiatur. *Ac de cæteris septem aliis hoc capite contentis.*

SUMMARIUM.

1 *Citatio unde dicta, quid sit, quare inventa, & de quo jure sit.*
2 *Citatio, quæ defensionem respicit, à Rege, vel Statuto omitti nequit.*
3 *Citatio justa accedente causa à Rege tolli potest, & recensentur exempla, & n.* 4.
5 *Citatio, licèt à Rege tolli non possit, modus tamen citandi variari, & alterari potest.*
6 *Regi asserente se ex justa causa motum sine citatione procedere, an fides adhibenda sit.*
7 *Citatio, quæ de jure positivo est, ut ad sententiam, indistinctè à Rege tolli potest.*
8 *Citatio in notoriis an requiratur, adfertur distinctio.*
9 *Citatio, tum respectu rei, ob quam expeditur, tum respectu modi est multiplex, & in criminalibus respectu Rei est triplex.*
10 *Citationem indicia præcedere debent, & quæ?*
11 *Citatio,* Ad deponendum, *quando procedat? cum Decreti, & dictæ citationis formulis, ac Authoris animadversione.*
12 *Citatio ad informandum quando locum habeat? cum formula dictæ citationis.*
13 *Decretum* Citetur, & capiatur, *quando interponatur.*
14 *Decretum,* Capiatur ad finem cognoscendi, *vel* Ducatur coram ad finem recognoscendi.
15 *Testes si rei nomen ignorent, eum designent, & quomodo fiat hæc designatio?*
16 *Confrontatio, seù recognitio, in quibus procedat casibus, & in quibus fundetur juribus? demonstratur, & n.* 17. *&* 18.
19 *Recognitio, ut legitimè procedat, quinque requiruntur.*
20 *Recognitionis formula ponitur.*
21 *Judex pro recognitione barbam inquisito tondere nequit.*
22 *Citatio,* Ad capitula, *ubi locum habeat, & nu.* 28.
23 *Formula Decreti,* Citetur ad informandum, & capitula *traditur.*
24 *Assecuratio an pro aliis delictis in citatione sit necessaria.*
25 *Citationis* ad informandum, & Capitula *quænam sunt causa.*
26 *Formula citationis* ad informandum, & Capitula.
27 *Citatio ratione modi est multiplex, nempe Realis, & Verbalis, & hæc vel fit sola voce,* num. 28. *Vel in scriptis,* n. 29.
30 *Citatio de persona, Vel Domi,* n. 31.
32 *Citatio per edictum, Vel per Proclama,* n. 33.
34 *Citatio per Campanam, Vel per Tubam* n. 35.
36 *Specialis vel Generalis citatio.*
37 *Citatio plura habet requisita, & tria continet extrinseca, nempe Judicis commissionem, Nuncii Executionem, & ejusdem Relationem, & num.* 38. 39. *&* 40.
41 *Quandonam citatio ad informandum non est delicto congrua, & citatio ad capitula non sustinetur.*
42 *Caussa non prolata reum convictum de alterius mandato deliquisse apparet.*
43 *Nec minus procedit, quando citatio contineret delictum qualitate admista, quæ etiam constituit crimen ultimo supplicio dignum.*
44 *Continere debet etiam citatio querelam, vel Fisci instantiam, necnon nomen, & cognomen querelantis, &* n. 45.
46 *Nulla erit citatio nisi congruum habuerit tempus intrà quod ad M. C. accedere possit delinquens.*
47 *Quando citatio præbeat justam caussam appellandi.*
48 *Citationis terminus ad quot dierum numerum extendatur de jure Regni, & vigore constitutionis, tam si citandus permanet in Regno, quam si extra Regnum, & una dies quot milliaribus assignanda erit, ibidem.*
49 *Citatio sine termino de jure communi valet, ad hoc ut citatus mulctetur, non verò ut contumax reputetur.*
50 *Fieri debet quoque citatio verbo* Peremptoriè *donatu.*
51 *Locum ubi citatus comparere tenetur, assignare debet citatio.*
52 *Excusatur Citatus à contumacia, quando locus ei non est tutus, &* n. 53.
54 *Quæ requisita locum non tutum reddunt.*
55 *Ne citatio appareat circumducta, muniri debet data diei, nec non Judicis, Actuariique subscriptione, &* nu. 56.
57 *Ne Judicis quoque Commissione careat citatio, ac in M. C. V. & S. R. C. de R. C. S. citationes notificantur à Porteriis dictorum Tribunalium, in Regiis Audientiis verò, & aliis Curiis à servientibus eorum intimandi facultatem habentibus,* ibidem.
58 *Tenorem Commissionis debet habere citatio, si Judex est delegatus.*
59 *In loco verò ubi non residet, Judex Nuncius citationem coram publica persona citare debet, vel duobus testibus.*
60 *In calce citationis ejusdemet Relatio Nuncii adponenda est una cum testium interventorum in actu citationis subscriptione, aut tantum nominatione.*
61 *Ut sibi injunctum est, in citatione referat Nuncius. Et pariter se fecisse diligentias, & non invenisse de persona. Verùm si domi, se citasse modo, & forma sibi commissis referat, &* num. 62. *&* 63.
64 *Item cui de domo nunciavit, referat si extra Civitatem, secus autem si in Civitate, &* nu 66.
65 *Quæ solemnitates, si deficiant, invalidam reddunt citationem. At temporibus hisce nostris recesserunt ab Aula, & exemplificatur.*
67 *Requisita ad convalidandam citationem necessaria enumerantur, &* n. 68. *&* 69.
70 *Solum in M. C. Nuncius relationem scribere tenetur.*
71 *Formula relationis à Nuncio peractæ traditur.*
72 *Pro criminis pœna citatus licet infra relegationem, an de jure per procuratorem comparere possit, Tamen de stylo M. C. Vicariæ hoc contrarium servatur.*
73 *Datur locus citato opponere per procuratorem exceptionem absentiæ, vel infirmitatem, &c. & est de*
stylo

1 Citatio à verbo cieo, idest voco dicta; in jus vocatio est Judicis mandato ad Fisci, vel partis instantiam comparere, ut est *l. 1. de in jus vocan.* & fit, ut is, de cujus causa agitur, comparens se judicio sistat, & se defendat, & ut id, de quo reus dicitur, plenius discutiatur, *Glossa in extravaganti Rem non novam, de dolo, & contumacia, in verbo est igitur considerandum.* Quatenus defensionem respicit, de jure Divino est, ut in Genesi *cap. 3.* ubi Deus, cui omnia sunt manifesta, ut daret nobis exemplum, antequam Adam condemnasset, eum citavit, *Cain inquiens, Ubi est Abel frater tuus?* & Deuteron. *c. 1. Audite illos, & quod justum est, judicate.* Atque de jure naturali, ut in Clement. *pastoralis, §. cæterum de re judicata*, Bart. *in extravag. Ad reprimendum in verb. figura*, communiterque Doctores.

2 Quamobrem à Rege, vel statuto omitti non potest, *cap. 1. de causa possess. & prop.* ibi: *Nec nos contra innocentem partem aliquid possumus desinere*, Gloss. *in d. extravagenti, rem non novam, in verb. quis*, ibi: *Et per consequens, quod Papa contra aliquem procedere non potest, nisi citatione præmissa.* Vanctius *de nullit. in cap. de nullit. ex defectu citationis*, Caballinus *milleloquio* 833. & 834. Capyc. *dec.* 68. *num.* 35. Borellus *in summa decis. tit.* 44. *de citatione, num.* 504. ubi testatur de communi, D. Reg. Fabius Capyc. Galeota *controvers. Illust. controv.* 12. *num.* 27. & P. Baptista Fragoso *de Regimine Reipublicæ tom. 1. lib. 5. disp.* 12. *nu.* 8. & 9. ubi referendo Doctores in contrarium testatur, hanc esse veram sententiam, & Doctores loqui non etiam de plenitudine potestatis, ubi citatio defensionem continet.

3 Verùm hæc vera conclusio non procedit justa accedente causa, *Glos. in l. ut, qui Republica 44. ff. ex quibus causis majores, in fine*, Gabriel. *communium concl.* 1. *num.* 31. Cevall. *communium contra communes, quæst.* 176. *num.* 3. D. Cardinalis Tuscus *lit. C. conclus.* 270. *num.* 18. & post multos Reg. Barbosa *in cap. suscepti de causa possess. & prop. num.* 9. & 19. ibi: *Nullum tamen est inconveniens, quod occurrentibus justis circumstantiis, quæ cessare faciant rationem illam justæ defensionis à lege, vel à Principe certis quibusdam casibus tolli potest*; & accedit ratio à Divo Thoma ponderata 2. 2. *quæst.* 86. *art.* 10. quod lex ponitur respiciendo ad id, quod est, ut in pluribus bonum; sed quia contigit, hoc in aliquo casu non esse bonum; idcircò in illo particulari casu legem non esse servandam, per aliquem determinari sanè oportet; & ut advertit Covarruvias *par.* 2. *de dispensatione c.* 2. *§.* 9. *nu.* 10. potius declaratur, seù interpretatur per Principem jus Divinum, vel naturale, ut locum non habeat tali casu.

4 Sane in quatuor casibus relatis à P. Lessio *de justit. & jure, lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 11. *num.* 100. & à me in decreto *defensiones num.* 3. à Rege inauditus condemnari potest.

Hinc licet debitor inauditus non sit molestandus, carceratur tamen absque citatione, si est de fuga suspectus, D. Card. Tuscus *concl.* 271. *num.* 9. & in Regno vigore Ritus M. C. 170. practica est, ut capta summaria informatione de suspicione fugæ per duos testes detineatur, donec fidejussores præstiterit, Franciscus Maria Prato ad Muscatell. Glos. *detinebitur, à num.* 15. Consiliarius Petra *dicto ritu num.* 9. ad quem te remitto, & sic quando periculum esset in mora, ubi si fieret citatio, causa evanesceret, omitti potest, P. Fragoso *dicto tit. num.* 11.

5 Citatio enim licèt tolli non possit, modus tamen, seù forma, quia de jure positivo est, indistinctè à Rege variari, & modificari potest? quare valet statutum, quòd intra certum tempus compareat, quo termino elapso, amplius non audiatur, D. Cardinalis Tuscus *lit. C. concl.* 271. *num.* 8. & 16. P. Baptista Fragoso *d. tit. num.* 8.

6 Difficultas tamen est, an Regi asserenti se ex justa causa motum sine citatione processisse, fides adhibeatur? vel alias in dubio præsumendum sit, & justam causam favere? hæc est magna quæstio diversos habens commolitiones, ut videre est penès Alciat. *in tract. de præs. regula* 3. *præs.* 3. Menochium *de præsump. lib.* 2. *præs.* 10. Ceval. *communium contra communes quæst.* 529. sed P. Fragoso *d. tit. nu.* 11. dicit, quòd receptior opinio est negativa; nam licèt pro Judice, & maximè pro Principe sit præsumendum, tamen hoc non procedit in iis, quæ illicita sunt, & sine causa facere eis liritum non est: nam si de causa non appareat, præsumptio est, quod illicitè fiat, *leg. qui testamentum, ff. de probat. leg. si donationem, Cod. de collat.* & ex hoc infero, quod causa debet esse certa, & clara, & non dubia, alioquin admitteretur præsumptio jam dicta.

7 Cæterùm ubi citatio defensionem non continet, & est de jure positivo, indistinctè à Rege, & Statuto tolli potest, ut est citatio ad sententiam, quæ si post conclusum in caussa, & sic post defensionis terminum Afflict. *dec.* 283. Cevall. *d. quæst.* 275. *in fine*, secus ubi aliqua defensio potest reo competere, vel sa-
8 mus in dubio, quæ distinctio quoque procedit in notoriis, & de communi testatur Farinac. *quæst.* 2. *n.* 7. & P. Fragoso *num.* 10. sed in notoriis contra absentes, Clar. *quæst.* 9. *vers. ego verò, & quæst.* 11. *in principio*, ac alii relati ab eodem Farinac. *num.* 6. indistinctè tenet contra absentes citationem requiri.

9 Citatio autem respectu rei, seù caussæ, ob quam expeditur, & respectu modi, quo exequitur, est multiplex. Respectu rei in criminalibus loquendo est triplex, nempè ad deponendum, ad informandum, & ad recipiendum capitula.

10 Sed priusquam demonstrem, quando una, vel alia locum habeat, pro claritate præmitto, quòd Judex ad citationem devenire nequit, nisi præcedant indicia, & hæc est communis DD. conclusio. verùm qualia sint hæc indicia, Doctores non sunt concordes: quidam indicia ad torturam desiderant ea ratione, ut puto, quia hæc requiruntur, ut reus interrogari possit, pro quo effectu præsens inquisitus in judicio vocatur; alioquin frustra citaretur, si de crimine interrogandus non esset, & quod dicta requirantur indicia, ut de crimine interrogetur, probavi in Decreto, *Habilitent* , ex Doctoribus magnæ authoritatis, quibus addo F. Michaelem Salon *in commentario Divi Thomæ* 2. 2. *quæst.* 69. *art.* 9. *contr.* 2. *glos.* 2.

Quidam alii tenent, quòd leviora sufficiunt, cum majoris præjudicii sit torquere, quàm citare, quod patet sensui; & quod ad rei examen sufficiunt indicia, licèt non sint ad torturam, si tamen sint gravia, ut videre est penès Clarum *quæst.* 20. *nu.* 3. Menoch. *de præsump. lib.* 1. *quæst.* 88. *num.* 2. & 21. Farinac. *quæst.* 5. *num.* 45. & Guazz. *ad defens. lib.* 1. *defensa* 19. *cap.* 2. qui licèt dicant, hanc secundam, nempè leviora de consuetudine sufficere, Veritas tamen est, quod ubi contumax vigore statuti habetur pro confesso, omninò indicia ad torturam requiruntur, ut consuluit Natta *cons.* 594. *lib.* 5. Becc. *consil.* 11. *num.* 7. D. Reg. Rovit. *in rubrica de forjudicationis sententia*, D. Reg. Tap. in *Consil. Parum eorum*, Consiliar. Campan. *resol.* 5. *num.* 2. Ubi autem contumax non habetur pro confesso, leviora sufficiunt indicia. Judicis tamen arbitrii, attenta qualitate criminis, & personæ citandæ, ut si tractetur de citando pro furto hominem bonæ famæ, non est trans-

transmittenda citatio, nisi indicia ad torturam præcedent.

Cæterum hæc opinio, ubi locum habet, Reipublicæ favorabilis est: cum contumacia juncta, præcedente inquisitione, indicium ad torturam producat, & si citatus comparet, interrogari poterit, ut ex ejus ore eripiantur indicia, sine particula *monitus*, & juramento, & ità salvatur utraque opinio; nam si indicia non habentur, habilitari poterit in forma, ex qua habilitatione Fiscus cautelam acquirit.

21 Citatio igitur *ad deponendum* propriè procedit, quando factum potest continere, & non continere delictum: isto enim casu Judex, qui non est benè certioratus, de facto providebit, ut prætensus inquisitus super eo deponat, ut ex ejus ore factum clarescat; hinc si ex depositione citatus relevatur, & apparet non adesse crimen, Decretum interponitur: Vel *Remota criminalitate agatur civiliter* (*si fortassis alterius interesse facto insit*) Vel *Visa depositione non molestetur*, si verò non relevatur, *quod reducatur in provisionem*, & ità servat Mag. Curia.

Insupèr in levibus criminibus, in quibus tortura non infertur, & delatus de hujusmodi crimine est tantùm indiciatus, citatur quoque ad deponendum: cum leve crimen pro crimine non reputetur, & qui est tantùm indiciatus, potiùs innocens, quàm reus præsumatur.

Decretum verò in M. C. ab uno Judice, & unico verbo expletur, vz. *deponat*, & si contra delatum plura existant capita, dicitur: *T. de T. pro tali capite deponat*; in R. Audien. decretum fit in Aula, præcedente Fisci instantia, dicitur, *Talis de Tale citetur ad deponendum*, & citationis formula subsequens est.

De Mandato M. C.

Ab alguzeriis, & servientibus M. C. ad instantiam Regii Fisci citetur T. de T. de T. patria ad pœnam unciarum auri 25. Fisco Regio quatenus prima die juridica post præsentium notificationem personalitèr comparere debeat in M. C. ad deponendum tanquàm principalis super iis, de quibus fuerit interrogatus in caussa in d. M. C. vertente inter Regium Fiscum, & dictum talem inquisitum pro tali delicto, ut ex actis. Talis Judex, Talis Actuarius.

Verùm in primo casu, quando factum potest continere, & non continere delictum in dicta citatione, non dicitur (tamquam principalis) neque (pro delicto) sed solùm dicitur ad deponendum super iis, de quibus fuerit interrogatus; neque dicitur super delicto, sed pro caussa vertente, &c. & maximè si citatus est bonæ famæ, quod non est memoriæ prætermittendum.

22 Citatio *ad informandum* habet locum, quoties Judex est bene informatus, quòd factum continet crimen, proceditque si duo concurrunt; nempè si pœna est ultra relegationem; & si indicia ad torturam exstant, Arnon. *singulari* 75. Vivius *dec.* 121. *Pragm.* 37. *de officio Magistri Justitiarii*.

Si enim crimen grave est, & pœna ultra relegationem, indicia tamen sunt levia, hoc casu relaxetur citatio *ad deponendum*, & ea contracta citati contumacia relaxatur citatio *ad informandum*: cum ex dicta contumacia novum oriatur indicium, Arnoldus *in comment.* 19. Additionator ad Dom. Reg. Rovitum *d. Prag.* 37. *vers. adnotare*; quod dictum intellige ad finem torquendi, non autem condemnandi in contumaciam vigore Statuti, & Decretum concipitur: *Ex qua contumax ad deponendum citetur ad informandum*.

Dicta *Prag.* 37. quoad indicium requisitum a Consiliario Campana *resol.* 15. *num.* 2. intelligitur, ut habeat locum in forjudicando, cum alioquin leviora, quàm ad torturam sufficiant indicia, teste Clar. *dicto loco*. Sed ego hoc requisitum ad Judicis arbitrium remitto, ut supra quoque affirmavi; eò magis, quia D. Reg. Rovitus *Pragmatica Commentator* eam hoc modo non est interpretatus, & ibi Additionator *in verb. Adnotare*, notat, quòd contumacia *ad deponendum* fit citatio *ad informandum*: contumacia enim indicium ad torturam producit.

In levibus quoque criminibus procedit citatio *ad informandum*, si plenè probationes existant.

Decretum verò in M. C. etiam ab uno Judice fit, hoc modo: *Die, &c. Talis de Tali pro causa, ut in actis, citetur*, & intelligitur *ad informandum*, & practicatur in crimine ultrà relegationem, & citra mortem. Formula concipitur.

De Mandato M. C.

Ab Alguzzeriis, & servientibus M. C. ad instantiam Regii Fisci citetur T. de T. de T. patria ad pœnam unciarum auri 25. Fisco Regio quatenùs prima die juridica post præsentium notificationem personalitèr comparere debeat in M. C. ipsam informaturus super nonnullis causis mentem M. C. moventibus, & significanter super informatione contra ipsum capta de tali delicto in personam T. de T. ut ex actis, aliàs, &c. Neapoli, die, &c.

23 In præfato enim crimine, ubi Judici arbitrarium est, vel à principio ad citationem, vel ad capturam devenire, Decretum quoque interponi solet, nempè, *quòd T. de T. citetur, & capiatur*, ac capturæ diligentia expleta Alguzzeriis deinde consignatur citatio.

24 Hinc etiam, ubi Rei nomen, vel cognomen ignoratur, testes tamen dicunt, quòd si eum in præsentia haberent, fortassis recognoscerent, Decretum interponitur, *quod inquisitus, ut in actis, capiatur ad finem recognoscendi*: in crimine verò infra relegationem decernitur: *quod T. de T. ducatur coràm ad finem recognoscendi*; & facta recognitione in hoc secundo casu reus vel sub mandato, vel sub cautione relaxatur.

25 Animadvertat tamen Judex, ut testes in eorum examine Reum describant ex ætate, statura, capillatura, & omninò ex facie, arg. *text. in l. cum in diversis*, *ff. de Religios. & sumptib. funerum*, ibi: *Ubi quòd principale est conditur, idest caput cujus imago fit, undè cognoscitur*; & Alciati glossa ibi: *Qualis cujusque imago fit, cognoscatur*, ut postea carcerato Reo, testium evitetur subornatio.

26 Quoties enim testes Reum per nomen solum, vel cognomen nominant, quia plures esse possunt de eodem nomine, vel tali cognomine, ut condemnatio locum habeat, necesse est, ut Reus liquidetur per demonstrationes, ac differentias, quæ personam à persona distinguunt, juxtà *text. in l. si nominatim* 34. *ff. de cond. & demonstr.*

27 Quinimò si testes reum liquidarent per nomen, & cognomen, non ex sua ipsorum certà scientia, sed ex aliorum auditu (quia in criminalibus agitur de fama, & hominis vita, & oportet, ut probationes sint luce meridiana clariores) etiam illum recognoscere debent, ut de identitate rei appareat, & indubitate, & certè liquidetur persona, quam Judex punire intendit.

28 Hæc autem recognitio hoc modo fit: ponuntur plures consimiles ringatim, inter quos prætensus Reus; postmodum introducitur testis, ut reum, quem in sua depositione designavit, digito demonstret, & de illius identitate indubitate constet.

Et descendit *ex text. in l. hac actione* 3. § *si quis noxali*, *ff. ad exhibendum*, *in l. cum* 3. § *quod ait*, *ff. de publicanis*, *& vectigalibus* & ex *text. in l. certum* 6. *ff. de rebus creditis*; ubi Jurisconsultus inquit: *Certum est, cujus species, vel quantitas, quæ in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ea demonstratione, quæ nominis vicefungitur, qualis, quantaque sit, ostenditur, nàm & Pedius lib. 1. de stipulationib. nihil referre ait, proprio nomine res appelletur, an digito ostendatur, an vocabulis quibusdam demonstretur, quatenus mutua vice res funguntur, quæ tantundem præstent*.

Ac de dicta recognitione post antiquiores tractant Foller. *in verb. capiat informationem*, Clarus *qu.* 45. *num.* 14. Cavalcan. *de Brach. Regio par.* 4. *n.* 107. Cartarius *de interrogan. reis lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 30. Scaccia *de judiciis quæst.* 86 & Guazz. *ad defensam reorum*, *defensa* 20. *cap.* 19. *num.* 7. & *cap.* 20. licèt aliquantulum confusè.

29 Ut legitimè procedat, quinque requirit. *Primum*, ut personæ, quæ cum reponuntur in hoc actu, sint

K fal-

saltem duo, vel tres, & non minus dicto numero. *Secundum*, ut dictæ personæ, quæ in dicto actu ponuntur, testibus non innotescant. *Tertium*, ut de veritate dicenda jurent in eorum præsentia. *Quartum*, ut non omnes simul, sed unus post alium ad recognoscendum introducatur, cum animadversione, ut unus cum alio non alloquatur. *Quintum*, ut testis Reum digito demonstret, & Reum tangat, ut absit omnis dubitatio.

Hæc autem recognitio si post longum tempus fiat, periculosa est: quoniam hominum effigies longo tempore mutantur, & è memoria labuntur. Sane enim non admitterem, nisi testes particulari signo delinquentem describerent.

Cæterùm necessaria non est in fraganti crimine capto: nam testes, qui in loco, ubi requiritur captura, reperiuntur, licet capturam non cognoscant, satis est, quod in actu capturæ jurent in faciem, sive incontinenti, & per horas, imò usque ad vigesimam quartam horam, dummodo à facie capturati non amoveantur, ac se divertant ad extraneos actus. Hinc in excubiis, quæ noctu fiunt in hac Civitate, ducuntur testes extra guardiam, qui hoc modo deponunt; *Et juraverunt in faciem T. de T. qui sic nominari, & cognominari se dixit*.

20 Pro majori cæterùm declaratione hic ponitur actus etiam cum repetitione ad evitandum circuitum, cum simplex recognitio totum, quod testis deposuit, non comprehenderet.

Die &c. & coram T. de T. in M. C. posito T. de T. principali inquisito, & carcerato in medio aliorum hominum carceratorum sibi consimilium, ibidem fuit introductus T. de T. testis, cui fuit delatum juramentum de veritate dicenda in faciem dictorum carceratorum, monitus, ut attentè, & diligentèr inspiceret, si inter homines sic singatim positos adsit is, qui tale patravit crimen, eo modo, sicut dixit in sua depositione, quæ incipit, &c. & sequendo finit &c. cum subscriptione dictante (io T. de T. ho deposto come di sopra) vel cum signo Crucis, & per dictum testem benè audita, & intellecta dicta ejus depositione de verbo ad verbum, ut jacet, ipsam cum juramento ratificavit, emologavit, acceptavit, ut ea se retulit, singula singulis referendo, & nihil diminuendo, in ea firmiter institit, tam de loco, & tempore, quam de omnibus aliis circumstantiis. Ac demum per dictum testem dictis hominibus visis, & revisis dixit, Signore questo è il Tale de Tale, toccandolo con le mani; deindè dictus testis abiit, ac dictus Talis de Tale principalis fuit ad carceres dimissus. In finem T. Actuarius.

21 Demùm pro recognitione facienda Judex inquisito barbam tondere nequit; scilicèt si testis dicat, quòd tempore delicti erat imberbis: & sic de facto illam tondere faciat, ab hoc actu admittitur appellatio: quia in eo injuria inest, cum membri appellatione barba veniat, & præjudicium quoque consideretur in dicta recognitione, testatur Maita *conf.* 111. pilos autem a facie tondere potest; nam actus est consuetudinarius.

Citatio ad capitula relaxatur, ubi forjudicatio
22 procedit, & dicitur *ad capitula*, quia in ea exprimitur factum, & ponitur capitulum inquisitionis, ut citatus ad comparendum deliberare possit. Quarè dico, quia in rei favorem fuit introducta.

Cæterùm uti forjudicationis sententiæ præambula est maximi præjudicii.

In hoc Regno, & in præfato crimine, pro quo delinquens forjudicatur, duæ fiunt citationes, ad informandum una, ad recipiendum capitula altera, & unico Decreto præcedentibus omninò indiciis ad torturam relaxantur, Dom. Reg. Rovitus *in rubr. de forjudicationis sententia num.* 26. Dom. Reg. Tapia *in constit. Pœnam eorum*, de Angelis ad Gitz. *decis.* 18. Campana *resol.* 15. Scialoya *de forjudicat. cap.* 4. Decretum verò hac concipitur forma: *Die &c.*
23 *mensis, & anni &c. facto verbo in M. C. T. de T. citetur ad informandum, & capitula suspecto anni termin* (vel dicitur) *ordinariè*, ubi M. C. non procedit tamquam delegata, alioqui, ut in delicto sclopi ictu patrato, dicitur: *Cum delegatione, abbreviatione, & pœna, servata forma Regiarum Pragma-*
24 *ticarum*. Etsi inquisitus prò alio crimine fuerit citatus, Decreto additur clausula: *Cum assecuratione aliorum delictorum, quatenùs opus sit*.

Hæc enim assecuratio tali casu non necessaria est; quoniam impium videretur aliquem arctare ad comparendum in loco non tuto; & licèt Consiliar. Campana *resol.* 17. post plures conclusiones *num.* 5. affirmet, dictam assecurationem damnato, sive forjudicato solùm competere, & non simplicitèr contumaci per *text. in l. sed etsi quis*, §. *illud quoque*, *ff. si quis caut.* cum minimè sit succurrendum ei, qui ex propria culpa se conjecit in necessitatem, & impossibilitatem comparendi, & præterea afferat quod si assecuratio concederetur, præmium loco pœnæ is reportaret, & quod praxis M. C. abs paucis ab hinc annis citationes cum assecuratione expediantur, sint in Judicis arbitrio, & non in necessitate: tamen in contrarium urget ratio, & consuetudo, & per consequens contrarium verius est: quoniam criminis reus sua sponte non tenetur Judicem adire: natura quidem hominibus inductum est, ut a periculis, & vexationibus se eripiant. Hinc etiam is, qui propria culpa in periculo se constituit, licèt se defendere potest, ut communitèr fatentur Doctores, & exemplum afferunt de adultero, qui se defendendo virum adulteræ occidere potest. Neque refragantur ponderata; præmium enim pro pœna non consequitur, qui pro uno crimine assecuratus in judicium venit ad demonstrandum pro alio crimine ejus innocentiam, atque ad detegendum verum criminis reum, quæ omnia labore, & expensis fiunt. Prout neque refragatur *tex. in l. sed etsi*, nam loquitur contra eum, qui Curiæ se obligavit præsentare, & fidejussores præstitit; & ita in crimine capitali practicatum vidi, tàm in Regiis Audientiis, quam in M. C. pro levi tamen assecuratio non est necessaria, Dom. Reg. Sanfel. *decis.* 136.

Cum autem assecuratio forjudicationis cursum impediat, si breve tempus deficit, ut pro primo crimine forjudicetur, pro secundo crimine Judex in citando supersedebit.

25 Insuper citatio *ad informandum, & capitula* relaxatur pro capitali crimine, quamquam ultimi supplicii pœna aliqua causa temperetur, ut pluries practicavimus, & testatur Consiliarius Campana *resol.* 14. non ad finem forjudicandi Reum, sed pro bono regimine in satisfactionem partis offensæ, & ad terrorem, cum formidine pœnæ, ac ut ex asperrimo procedendi modo homines peccare oderint, necnon praxis est fisco utilis pro duarum contumaciarum pœna, & maximè procedit in homicidio, quod cæteris criminibus gravius reputatur, S. Thomas 2. 2. *q.* 7. *art.* 3. triplici ratione. *Prima*, quia homicida Dei officium usurpat: mors enim, & vita in manu Dei est, Deuter. *cap.* 32. ibi: *Non sit alius Deus præter me, ego occidam, & ego vivere faciam*, & Job. 14. *Secunda*, nàm homo est creatus ad imaginem, & Dei similitudinem, Genesi *cap.* 1. & 49. *cap. hæc imago* 33. *q.* 5. *Tertia*, quoniam homicida, & hanc imaginem lædit, ac naturam, quæ inter nos quandam cognationem constituit, *l. ut vim de justitia, & jure*. Formula verò Citationis *ad informandum, & capitula* in crimine ictu scopictæ, quam pono pro exemplo, talis est.

De mandato M. C. V. Deleg.

26 Alguzeriis M. C. ac aliarum quarumvis Curiarum ad infrascripta requirendis significamus, qualiter formata inquisitione contra, & adversus Petrum de Antonio de Terra Juliani de appensato homicidio in personam Francisci de Francisco ejusdem Terræ, cum dictus Petrus die sexta Julii 1678. circa horam vigesimam secundam diei in dicta Terra, & propriè in loco, ubi dicitur *la croce via*, ictu scoppictæ lethaliter vulneravit dictum Franciscum de Francisco in pectore, ob quæ vulnera post paucas horas ab hac vita migravit, ea causa, quod ipse Petrus solvere debebat ducatos centum dicto Francisco, qui pro illorum consequutione die 15. Junii executionem fecisse in bovis domi existentibus dicti Petri, qui indignatus minatus fuit dictum Franciscum, suum mordendo digi-

digitum; per M. C. V. Dicto die, &c. facto verbo fuit provisum, quòd dictus Petrus de Antonio pro causa prædicta citetur ad informandum, & capitula cum breviatione dierum quindecim, delegatione, & pœna servata forma Regiarum Pragmaticarum, cum assecuratione aliorum delictorum, quatenus opus est. Talis de T. Judex, Talis de T. Actuarius. Et quia dictus Petrus de Antonio ictu scopictæ non considerant, quàm grave scelus sit, similia delicta patrare, in talibus incidit a Jure, sacrisque Regni Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis, statutis, & signanter emanata sub die 14. Aprilis 1614. per Ill. Comitem de Lemos, & aliam per Illustrem Comitem de Monte Regio, olim hujus Regni Proreges, sub die 25. Martii 1637. per quos sancitum est, quod omnes, qui deliquerint ictibus scopictarum infra dies 15. forjudicentur; non obstantibus Regni Constitutionibus, & quod M. C., & Regiæ Audientiæ procedant tamquam delegatæ, ac alia Regia Pragmatica promulgata sub die 1. Septembris 1636. per Ill. Ducem Medinæ de las Torres tenoris sequentis. E perche conviene procurare con ogni mezzo d' evitare, quanto sia possibile d'estinguere detti delitti, ordiniamo, e comandamo, che tutti quelli, che commetteranno detti delitti con dette arme di fuoco, oltre delle pene in dette Regie Prammatiche stabilite, incorrano nella pena pecuniaria di docati mille, la quale s'intende applicata al Regio Fisco statim commesso detto delitto, e possa esigersi fatto, che sarà il delinquente contumace. Ideò vobis, ut supra, Alguzeriis, &c. insolidum dicimus, committimus, & Regia, qua in hac fungimur, authoritate, mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & R. F. requisitionem peremptoriè citetis suprascriptum Petrum de Antonio personaliter, si ipsum de persona repereritis, sin autem domi ejus solitæ habitationis; quod prima die juridica post præsentium notificationem, personaliter comparere debeat, vel infra 15. dies in dicta M. C. V. D. recepturus copiam capitulorum specialis inquisitionis contra eum formatæ, & meliùs formandæ ex mero officio) vel ad querelam T. de T.) defensurus, litem contestaturus, facturus, dicturus, & exequuturus id totum, & quidquid per dictam M. C. V. D. ei rationabiliter injunctum, atque mandatum fuerit, eique notificetis dictum decretum interpositum per dictam M. C. V. D. & quod M. C. V. ipsa contra eum procedit tanquam Delegata, omni appellatione remota, ac etiam quod si non comparuerit infra dies 15. a die contractæ ultimæ contumaciæ, M. C. V. D. procedet contrà eum ad forjudicationis sententiam, Anni circulo non expectato vigore dictarum Pragmat. nec non notificetis, quod si personaliter non comparuerit coram nobis in d. M. C. V, contracta ultima contumacia, procedetur contra eum ad exequutionem, & enunciatæ pœnæ ducatorum mille exactionem in beneficium Regii Fisci juxta præinsertam Pragmaticam emanatam per Illust. Ducem Medinæ de la Torres, olim hujus Regni Proregem, citetis, & in forma referatur. Neap. die &c. T. Judex T. Actuarius.

27 Citatio ratione formæ, seù modi, quo exequitur, vel est Realis, vel Verbalis. Reali idest captura, quæ hic non est multiplex, nam vel fit voce, vel in scriptis.

28 Voce, quando quis ab eodem Judice, aut a nuncio, & Scriba caussæ, sine literis, mandato Judicis certioratur, ut probatur in *cap. cum dilectus, extra de dolo, & contumacia*, & hodiè practicatur in levibus, puta rixis, nam a Judice in M. C. committitur Scribæ caussæ, ut partes vocet coram ipso, ad finem eas concordandi, & si renitentes fuerint in comparendo, præcedente fide Scribæ de dicta citatione, Decretum à Judice interponitur. *Visa fide, ex quo renitentes ducantur carcerem*.

29 In scriptis, idest literis, Judicis subscriptionem & Curiæ sigillum continentibus de jure Regulariter non est necessaria, ut probat Maranta *Speculo aureo, part. 6. nu. 63.* nisi in infrascriptis casibus. *Primò*, in Judice Delegato, qui citare debet cum inserto tenore suæ commissionis. *Secundò*, in citatione reali, idest captura in personam, vel in bonis. *Tertiò*, in nuncio specialiter deputato, & non consueto Curiæ. *Quartò* in citatione extrà Provinciam. *Quintò*, quando fit domi. *Sextò*, quando citatur aliqua persona Illustris ob reverentiam. Ego addo septimum, nempè in causa criminali ob rei gravitatem. De consuetudine autem in omni casu necessaria est, præterquàm in levibus.

30 Rursùs citatio, vel fit de facie ad faciem, seù personalitèr, vel domi, probatur in *l. oportet, §. qui autem, ff. de excus. tut. l. 4. §. prætor ait, ff. de damno infecto, in Constitutione Regni Citationis literæ, & in Pragm. 2. de ordine judiciorum*.

31 In causa criminali cum magnum insit præjudicium, de facie ad faciem facienda est, in defectum verò domi, ut jubet dicta Constitutio, & affirmant ibi Commentatores, Grammaticus *cons. crim. 71. nu. 6.* Dom. Ricc. *coll. 3896. vers. insuper*. Ita quod nuncius prius personam perquirere debeat, ut ei citatorias literas de facie ad faciem notificet, facta dicta diligentia domi solitæ habitationis juxtà enunciatam Constitutionem, & licèt Maranta in *Speculo aureo part. 6. nu. 126.* & Foilerius *in verbo, vel eos verbalitèr citari faciat, n. 28.* dicant, quod citatio facta domi valet, etiam non facta dicta perquisitione, per Regiam *Prag. 2. de ordine judiciorum*, quæ loquitur alternative, scilicet, quod quis citetur personaliter, vel ad habitationis domum, & cum lex alternativè loquatur, sufficit unum adimplere, *l. scire oportet, ff. de excus.* & sic quod indistinctè facta domi valet.

Tamen in criminalibus contrarium verius est. *Primò*, nam ubi vera notitia elici non potest, tunc convenit, ut præsumpta elicíatur: vera per citationem de persona inducitur, præsumpta per citationem domi. *Secundò*, nàm Borrell. *in summ. decis. tit. 44. de citat. nu. 22.* & Dom. Riccius *coll. 3103. vers. intellige (la primo) & collect. 3892. vers. est igitur citandus* licèt affirment, quod in Regno citatio personaliter, vel domi fit, postea dictum declaraverunt, nempè citationem domi procedere, non reperta persona, & illi Doctores sunt recentiores. *Tertiò*, nam dicta pragmatica joxta jus commune interpetrari debet, ut illud minus lædat, *cap. cum dilectus, de consuetud. l. 2. C. de noxalibus*, de jure enim communi citatio, primo de persona in defectum domi facienda est, *l. aut qui aliter, ff. quod vi, aut clam*, ubi: *Et si fortè non sit, qui denuncietur, neque dolo malo factum sit, nè sit: amicis denique, aut procuratori, aut ad domum denunciandum est*. Et melius in *l. 1. ff. de liberis agnoscendis*, ibi: *Si putet pragnamem denunciare intrà dies triginta post divortium connumerandos, ipsi marito, vel parenti, in cujus potestate est, aut domum denunciare, si nullius eorum copiam habebat*. *Et quarta*, quoniam de stylo M. C. & Regiar. Audientiarum in litteris citatoriis committitur nuncio, ut personaliter citet, & si personam non reperias, domi solitæ habitationis, & in relationibus, quando domi fit, legitur illa particula *Per non averlo potuto ritrovare di persona*. Hinc dicimus, quod stylus Curiæ pro lege servandus est, *cap. ex literis, § quia autem, de constitutionibus cap. cum gravi, de crimine falsi*.

Hæc verò citatio domi facta in apotheca non tenet, Dom. Ricc. *coll. 2104. vers. intellige secundò*, nisi in apotheca citandi familiares quoque existerent, quibus denunciatum sit: cum hoc casu verosimiliter citatus citationis notitiam habere possit.

Hæc enim citatio domi solitæ habitationis facienda est coram familiaribus, atque ab iis juramento recepto, ut quamprimum poterunt ad citati notitiam perducant, ut in dicta Constit. *citationis litteræ*, quæ circa dictum juramentum non servatur, cum dicerit ibi Afflictus, quod ad majorem cautelam id recipiebatur.

32 Insuper vel fit per edictum, idest per effixionem in aliquo loco, quando quis de persona, vel domi citari nequit, ut quia est vagabundus, non habet domum, vel in ea latitat, ac impedimentum affert, nè Nuncius citationem notificet, vel locus, ubi degit, Nuncio tutus non est, ut in *Clementina saussam, §. verùm, de elect.* ac in dicta Regni *Constitutione quæ incipit, Citationis literæ*, vel si Judex loci, ubi degit citandus, recuset brachium impartiri literis citatoriis emanatis, D. Reg. Rovitus *in rub. de tit. nu. 3.* ut in civilibus fit, ubi contradictor est incertus, in confectione inventarii, in materia diffamationis, ac cæteris casibus, quos

K 2 cumu-

cumulat Camillus Borrellus *in d. tit. nu.* 77. & Dom. Riccius *coll.* 828. 2106. 2212. *&* 3200.

Hæc autem quia exorbitans est à jure communi, ut in *d. Clem.* 1. §. *quod verò statutum*, à principio non est facienda, sed in casu necessitatis, alioqui citatus gravaretur.

De jure non decernitur, nisi capta summaria informatione de causa, seù qualitate, ob quam dicta citatio fit, Bart. *in extravagante Ad reprimendum*, *verf. per edictum*, Capycius *decis.* 87. *nu.* 2. Ricc. *collect.* 3214. *verf. Nota tertio*.

De consuetudine tamen non requiritur, ut testatur *Scaccia lib.* 1. *de judiciis*, *quæst.* 45. *num.* 25.

Et in M. C. practica est, quòd traduntur literæ citatoriæ Nuncio, qui eas primò denunciare debet de facie ad faciem, in defectum domi solitæ habitationis, & si domi citari nequit, impedimenti causam in scriptis referre tenetur, & visa posteà Nuncii relatione Decretum interponitur, *quod citetur per edictum*.

Quod intellige, si citandus est exterus, vagabundus, vel ubi impedimentum præstat sine delicto, secus si cum delicto, puta Nuncio non est tutus assensus, quia minatus, vel aliqua injuria affectus. Hoc enim casu dictam citationem summaria informatio præcedere debet, juxta decis. S. R. Rom. penès Puteum ibi.

Hæc etiam citatio, ut valida sit, omninò requiritur, ut per Nuncium legatur, sive publicetur, ut notoria sit iis, qui legere ignorant, citandi fortassis amici. Hic Neapoli ad majorem cautelam publicatur cum tubicta.

Requiritur etiam, ut publicetur, & saltèm in tribus, vel duobus locis, ubi major pars hominum congregari solet, affigatur, Dom. Riccius *collect.* 828. *&* *collect.* 2306. *verf. intellige*, ubi plures S. R. Roman. cumulat decisiones, ut omnes videre, & in eis contenta denunciare possint, ac verisimilitèr ad citati notitiam citatio perveniat; & hic adverto, quòd si citandus est vagabundus, citatio affigi debet in eo loco, ubi conversari solitus est, D. Riccius *collect.* 2. 90. *verf. Scias autem*. Si is, qui habet domum, sed in ea latitat, in januis domus, juxtà dictam Regni *Constitutionem Citationis literæ*.

Requiruntur ampliùs, ut contineat temporis spatium unius mensis, si citandus est Regnicola; si verò exterus duorum mensium servata forma dictæ Constitutionis; quod non procedit, si citatio hæc fiat propter metum Nuncio illatum; isto enim casu tempus Judicis arbitrio judicatur, minus quàm triginta dierùm, ne præmium ex crimine consequatur.

Ut coram duobus, vel tribus testibus affigatur, & Nuncius publicasse, atque in locis consuetis affixisse referat.

Demùm citationis formam, & ad capitula per edictum pono pro aliorum exemplo, & talis est.

De mandato M. C. V.

Tubbictis, & servientibus M. C. sivè quarumvis Curiarum, ad infrascripta insolidum requirendis noveritis, qualitèr formata inquisitione contra, & adversus N. N. pro tali crimine in personam Talis de Tale patrato, per eandem M. C. sub die, &c. fuit provisum, quod N. N. citetur ad informandum, & capitula, vigore cujus decreti fuerunt expeditæ duæ citationes, una ad informandum, & altera ad capitula, quæ talis est, (*& inseratur*) quia dictus N. N. est exter, & certum domicilium non habet, tàm in hac Civitate, quàm in dicta ejus patria, ubi citari possit, propterea per dictam M. C. fuit interpositum decretum tenoris sequentis, vz. in causa N. & N. &c. die, &c. per M. C. visis relationibus in processu, fol. &c. fuit provisum, & decretum, quod citationes ad informandum, & ad capitula expediantur per edictum, hoc suum, T. de T. Judex, & T. de T. actuarius. Ideò vobis, ut supra jam dictis insolidum dicimus, committimus, & Regia, qua in his fungimur, authoritate mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitionem Regii Fisci sive, &c. quis vestrum ad prædicta fueris requisitus, peremptoriè citet supradictum N. N. personalitèr si illum de persona reperiri contigerit, aut domi solitæ habitationis, sin autem primò proclamando ad sonum tubæ alta, & intelligibili voce, more præconia, per loca solita hujus fidelissimæ Civitatis Neapolis, ut moris est quatenùs sub pœna a jure statuta infra dies triginta post præsentium intimationem personaliter coram nobis in d. M. C. V. comparere debeat, & habeat capitulorum copiam dictæ ejus specialis inquisitionis contra eum formatæ, & meliùs formandæ recepturus, & in dictis capitulis, & unoquoque ipsorum, quo melius potuerit, in judicio comparеat, se legitimè defensurus, litem contestaturus, terminum recepturus, omne totum, & quicquid ei per eamdem M. C. V. rationabiliter injunctum, & mandatum fuerit servata forma dictorum, alias, &c. & ad hoc ut dictus N. N. ignorantiæ causam allegare non possit, copias præsentium in valvis M. C. & aliorum locorum affigatis, ac in forma referatis. Datum die, &c. T. de T. Judea, T. de T. Actuarius.

Et ita me referente per M. C. fuit provisum contra Antonium, alias Tonno Caviale, alias Amarena de Hostiliano, die 24. Septembris 1675. penes Scribam Capiblancum.

33 Vel est per proclama, & dicitur quando contentum in citatione manifestatur a publico præcone per publicas plateas alta, & intelligibili voce, & propriè habet locum contra absentes, & incertos, ut per Marantam *in d. cap. nu.* 97. Dom. Tuscum *litt. C. conclus.* 253. vel ubi non tractatur de particulari præjudicio. Dom. Reg. Capyc. Latro *decis.* 84. *num.* 26. *&* 27. differtque a citatione per edictum: nam illa per affixionem, tanquam factum permanens, magis notoria efficitur.

34 Vel est per campanam, & practicatur in congreganda Universitate, juxta Glossam *in l.* 2. *C. de Decurionib. l.* 56. vel in convocando Capitulo, ut in *cap. Campana de elect.* vel in persequendis malefactoribus, & in quampluribus aliis casibus, ut videre est penes Campanam *in cap. item boves* Dom. Reg. Rovitum in *Pragmat. de persequendis malefactoribus num.* 27. & 28. & Danzam *de pugna Doctorum lib.* 1. *tit. de Campana*. Hinc non omitto, campanæ usum fuisse introductum a S. Paolino Episcopo Civitatis Nolæ, ut legimus in ejus vita, necnon dici campanam à Provincia, quæ nuncupatur Campanea, ubi est Nola. Et fuit principaliter introducta in honorem Dei, ut recenset *Glossa in extravaganti*, *quia cunctos*, *de officio custodiæ*, in his verbis.

Laudo Deum verum, *plebem voco*, *congrego Clerum*, *Defunctos ploro*, *pestem fugo*, *festa decoro*.

35 Vel est per tubam, sive tympanum, quo milites convocantur, ut per Marantam *in d. part.* 6. *num.* 11.

36 Demum vel est specialis, quæ fit certæ personæ, vel generalis, quæ fit incertis, vel specialis, quæ fit ad unum actum, puta ad videndum juramenta testium, vel generalis, quæ fit absenti ad omnes singulos actus.

37 Præterea citatio tria habet extrema, nempè Judicis commissionem, nuncii exequutionem, ac relationem, pluraque debet continere requisita.

Primò debet continere nomen Judicis triplici ratione. *Prima*, ut appareat, an citetur à Judice competenti, ordinario, vel delegato? *Secunda*, an a Judice sibi suspecto? *Tertia*, an sit erratum in nomine? quo casu non tenet citatio.

38 *Secundò*, debet continere nomen, & inquisiti cognomen, ut condemnatio locum habeat, & licet Follerius *in Rubr. vel eos verbalitèr citare fuerat*, *num.* 39. & alii ab eo relati dicant, quòd si non constet de nomine, inquisiti citatio fieri possit per signa inquisitum demonstrantia, committendo Nuncio, ut citet in T. Oppido unum senem monoculum, vel gibosum cum barba bifurcata, aut aliqua demonstratione adjecta, quæ inquisito convenit: cum non sit curandum de nomine, quando apparet de corpore, per *text. in l.* 4. *de legatis* 1. ubi Jurisconsultus inquit; *Si quis in fundi vocabulo erravit*, *& Cornelianum pro Semproniano nominavit*, *videbitur Sempronianus*; *sed si in corpore erravit*, *non debebitur*. Sufficit igitùr, quando constet de corpore, sicut probat Glossa *in cap.* 2. *de rescriptis in* 6. *in verb. nomina*, & confert Bartoli doctrina *in l. in testamento*, *ff. de condit. & demonstrat*, ubi dicit quod citatus nomine Petri Martini cum nominaretur Petrus Joannes, si non comparet, non dicitur contumax, nisi constaret de corpore.

Hanc

Hanc tamen citationem practicatam non vidi, sed practica est, ubi non constat de inquisiti nomine, decretum interponi: *capiatur*, vel *ducatur coram*, ad finem recognoscendi juxta criminis qualitatem, & si Judex ea ore velit, sane non subsistineatur, at contumax habetur pro confesso vigore statuti.

39 *Tertiò* debet continere caussam, quæ specificè exprimenda est, alioquin citatio redditur obscura, contra *tex. in l. aut qui aliter* 5. *ff. quod vi, aut clam:* ibi, *Neque perfunctoriè, aut obscurè dicere, aut denunciare, &c.* & constet ex *Constit. edictorum*, ibi *Deinde contineri coràm quo, & à quo, & de re, &c.*

Sicuti in civilibus dicitur de libello obscuro, qui est declarandus, ut reus instructus de actoris intentione deliberare queat, cedere, an contendere valeat & ne ei per indirectum aufecantur defensiones.

Crimen igitur, prò quo citatur, in specie in citatione exprimi debet, ut citatus contumax reputetur.

Quinimò adjudicatur citatio *ad capitula*, quæ forjudicationem præcedit & non tantùm crimen in specie, verùm etiam & criminis causam continere debet.

Causa enim id leviùs facit, vel gravius, pœnam auget, vel minuit, *l. aut facta*, §. 1. *de pœnis*, *l. verum* 2. *de furtis*, ibi: *Nec enim factum quæritur, sed causa faciendi*, *cap. cum dilecti* 18. *de accus.* & ibi glossa *verf. ex causa*, *cap. diligentiam* 6. *de verb. significat.* & ibi glossa *verb. ex causis*.

Causa criminis in citatione non expressa reus fortassis putare posset, eam non fuisse probatam, & justo timore non comparere, ut etiam aliquando causa gravis a reo justa reputatur, & levis.

Cum igitùr causa movere possit citatum ad comparendum, necesse est, ut in dicta citatione exprimatur.

40 Hinc in crimine, quod mortis pœnam continet, M.C. contra hujus criminis tantùm indiciatum, non concurrente causa non procedit ad citationem, sed ad carcerationem, & meritò, nam citatio *ad informandum* non est delicto congrua, & citatio *ad capitula* non sustinetur, cum causa deficiat, quæ practica non habet locum in reo convicto testibus de visu, quia isto casu effectu jam sequuto, contra delinquentem præsumitur omne malum, nè crimen remaneat impunitum *l. qui cædem*, *Cod. ad l. Cornel. de sicar.* Casonus *de indiciis*, *in* 2. *tract. cap.* 3. *num.* 10. Cartar. *dec. crim.* 50.

42 Imò causa non apparente delinquentem convictum de alterius mandato deliquisse præsumitur, Farinac. *quæst.* 37. *num.* 154. *quæst.* 43. *num.* 51. & 9. 54. *in princip.*

43 Neque procedit, quando citatio contineret delictum qualitate admissa, quæ etiam constitui crimen ultimo supplicio dignum: nàm licèt hoc caso non contineat caussam citatio, atque contumacia tenet, sicut definivit M.C. in caussa Joannis lo Monaco forjudicati pro homicidio ictu scopictæ in personam cujusdam Sacerdotis intus Ecclesiam, & in actu celebrationis Missæ, qui Joannes cum stetisset per decem annos carceratus in Regia Juncta exulum transmissus tandem ad M.C. adversùs forjudicationem plures proposuit nullitates, & signanter, quòd citatio ad capitula, licèt continebat delictum, non tamen dedit causam (quæ supponebatur honoris causa) & per M.C. referente Consiliario D. Aloysio Siato ejusdem Magnæ Curiæ Procegente, fuit dictum me interveniente, nullitates non obstare, in Anno 1675. fuit enim consideratum, quod inquisitio dicti Joannis continebat duo crimina, homicidium nempe, & sacrilegium, pro quo citatio sine causa sublimebatur, & per consequens forjudicatio, ac in puncto allegabam Bartolom. *in l. Senatus*, *ff. de accus. num.* 1. *signaculo* ✠, cujus verba sunt: *Quandoque in uno facto resultant duo crimina, seù duo tituli criminis, quæ se habent, ut genus, & species, ut homicidium, quod est genus, & parricidium quod est species homicidii, isto casu non potest puniri, nisi una lege tantùm; hic est casus notabilis secundum hanc legem, & ad diem l. prætor edixit*, §. 1. *de injuriis*. *Si verò resultant duo crimina, quæ se habent uti species separata, ac distincta, cum ex utraque punitur. ejus in l. si adulterium cum incestu de adulteriis, & exempla de hoc possunt esse plura, pone exemplum in delictis nominatis aliquis interfecit hominem in Ecclesia, & sic in uno actu homicidium commisit, quia occidit hominem, & sacrilegium fecit, quia turbavit Divina Officia, l. si quis in hoc genus, C. de Episcopis, & Clericis, tunc resultant duo crimina distincta, & separata, & ex utroque punitur*; & ad propositum hæc Bartoli doctrina adfertur a Consiliario Josepho de Sese *lib.* 1. *decis. Aragoniæ decis.* 106. *num.* 7. Cæterum de Jur. Com. citatio sine causa, ut citatus multetur pro contemptu, valet, teste Abb. *in c. licet de accus.* secus de Iure Regni, ubi causa est de forma, ut in dicta Constit.

44 *Quarto* querelam, vel Fisci instantiam: nam Judex ex mero officio procedere nequit, nisi ubi venit irroganda pœna mortis naturalis, civilis, vel membri abscissionis, *c. ut deletas*, *&c. c. ab illo inchoandum*, & præter hos casus inquisitio corrueret.

45 Necnon nomen, & cognomen querelantis, ut constet de persona legitima, cui accusandi actio competit: alioquin citatio esset nulla, quia nulla inquisitio.

46 *Quinto*, congruum tempus, intra quod ad Curiam accedere possit: si enim impossibilem terminum continet, dicitur nulla, & habetur pro non facta, *cap.* 1. & *cap.* 4. *vide quæst.* 2. de Afflict. *decis.* 24. *num.* 3. Vivius *dec.* 11. & 361. Camillus Borrellus *d. sic. num.* 56. D. Ricc. *coll.* 2104. de Angelis ad Foller. *in verb. vel non vel aliter citare facias*, *num.* 32. plores referens.

Qua ratione attenta citatum non arctat ad comparendum, etiam post terminum *decis. R. C.* Putei 150. *lib.* 3. Cevallos *com. contra com. quæst.* 809. *n.* 15.

47 Quod restringitur in citatione personali: quia hoc casu talis citatio præbet justam caussam appellandi, & per consequens cum dicat, injustitiam, & non nullitatem, citatus personaliter post terminum congruo tempore tenetur comparere, ut in dicta *dec.* Putei, alioquin habet locum mulcta, non tamen contumacia.

De Jur. Com. in criminalibus terminus quomodo regulariter impartiebatur citando, vide *text. in l.* 2. *Cod. de exhib. reis*.

48 De Jure Regni, & vigore Constitutionis, licet regulariter terminus sit triginta dierum, si citandus est in Regno, & extra Regnum degat sexaginta dierum, tamen Judicis arbitrio remittitur, considerata loci, ubi manet distantia, qualitate temporis, caussæ, atque personæ citandæ, Borellus *num.* 59. D. Ricc. *d. collect.* 2104.

Pro singulis vero viginti milliaribus una dies est assignanda, juxtà *tex. in l. iutere* 3. *ff. de verbor signific. l.* 1. *ff. si quis caut.* & *in* §. *qui autem excus. Inst. de excusat. tutor.* & pro quiete alia dies in qualibet hebdomada danda est juxta Glossam *in cap. incipientes*, *in verb. commodè*, *de elect.* ibi: *Pone unam in septimana*, quæ glossa est servanda in citatione III. personæ, vel citato longiter facto.

49 Ceterum citatio sine termino de Jure Communi valet: quia intelligitur cum congruo tempore, Carpian *ad statutum Mediolan. part.* 1. *num.* 100. Borrell. ubi *supra num.* 60. & 61. D. Ricc. *d. collect.* quod intellige ut citatus mulctetur, non ut contumax reputetur, ut bene Maranta *p.* 6. *num.* 65. Sed de jure Regni sine termino dicitur nulla, juxta Constitutionem *Edictorum ordinem* ibi; *Et tempus expressum*.

50 *Sexto* continere debet verbum *Peremptoriè*, idest quod intra tempus indicatum nulla alia dilatione citatus compareat; de Jure enim Communi tres denunciationes requirebantur ad constituendum reum in contumacia *l. ad peremptorium*, *ff. de judiciis*, *Auth. qui semel.*, & *l. tres denunciationes*, *C. quomodo*, & *quando Judex*, & ultima denunciatio vocabatur peremptoria, quia omnem dilationem, sive adversarii tergiversationem perimebat, unde peremptorium dicitur. Hodie vero fit una pro tribus cum particula *peremptoriè*, ut in dicta Constitutione *Edictorum* vel equipollenti, ut si dicant, compareat intra tres dies

dies, aliaa terminn elapso ulterius capectabitur, Foller. *in d. verbo num. 6.*

51 *Septimo*, si Judca certum non habet Tribunal, puta qaia Delegatas, citatio locum continere debet, ubi citatus compatere possit, juata *text. in l. aut qui aliter*, §. *si quis se denunciaverit* ibi. *Et diem*, & *horam denunciatione complecti*, & *ubi* & *quod opus facturus sit ff. quod quod vi, aut clam*, Glossa *in cap. fin. de rescrip. in 6. indeterminate*, si ordinarius est, qui certum tribunal habet, ubi majores jus dicere consuevesunt, sine certo loco citatio valet, *l. si locus* 59. *ff. de judiciis*, qaia intelligitur, ut compareat in loco consuetu, Maranta *in specul. aureo part. 6. num.* 64. Camillas Borrellus *tit. de cit. num.* 44. & 45. Dom. Ricc. *collect.* 2105. *vers. item citatio*.

52 Hinc si locus Citato non est tatus, is eacusatai a contumacia, juarà *text. in cap. accedens* 4. *ut lite non contestata*, *Clementina* 1. *de foro competenti*, Maranta *dict. part. 6. num* 132. D. Ricc. *coll.* 1104. Dom. Reg. Tap. *decis. S. R. C.* 16. *num.* 19. & Barbosa *in cap. ex parte de appell. num.* 2. qui plures cumulat.

53 Quod intellige, si notorie locus non est tutus: nam tunc non teneatur comparere, neque excusatorem mittere, & non reputatur Contumax, de Afflict. *Decis. S. C.* 289. *num.* 28. D. Cardinalis Tuscus *lit. C. concl.* 236. *num.* 2. & *seq.* Guazz. *ad defens. defensu* 12. *cap.* 1. *num.* 48. vel si Judici constet de loco non tuto, alioquin tenetur eaculatorem mittere ad allegandam exceptionem loci non tuti, & hæc vera distinctio proceditque etiam si transitus ad citationis locum non est tecarus, *l.* 2. §. *si quis* a. *ff. si quis cautio*.

54 Locus autem dicitur non tutus, vel propter capitales inimicitias, vel bellum, vel pestem ut citatis juribus, imo malum aerem. Hinc Aprutini a mense Julii per totum mensem Septembris eacusantur venire Neapolim, Scagl. *ritu* 163. *num.* 27. Vivias *dec.* 323. Borrell. *dict. tit.* 564. de Angelis ad Foller. *in verb. vel eos verbaliter citare faciat*, vel propter crimen prius a citato commissum: cum non teneatur comparere, nisi ei assecuratione præstita; & licet aliqui dicant, qaod hæc eaceptio loci non tuti non habet locum, quando culpa ipsius citati tutus non redditur accessus, per *text. in l. si vehenda*, §. *idem juris cum seq. ff. ad l. Rhodiam de jact.* & *in l. si quis* 3. *ff. si quis cautio*. contrarium tamen verius est, quoniam jura, quæ eacusant citatum comparendi in loco tuto, fundantur in naturali tali ratione, quæ est quia nemo vitæ periculo se exponere tenetur: æquitas enim magis quam delinquentis culpa est attendenda, *l. Popinianus* at. *ff. de moribus*: ibi: *Quid enim commune habet delictum cum venia ætatis*, latè probavi n.... & hic addo Barbosam *in d. cap. ex parte*, *num.* 2. *in fine*, & intellige dummodo culpa non esset affectata.

55 *Octavo*, datum diei mensis, & anni Foller. *in d. rub. num* 8. ut appareat, an sit circumducta.

56 *Nono*, Judicis, & Actuarii suspicionem, *prag.* 16. §. 5. *de officio S. C. & de Officialib.*

57 *Decimo* de jure debet continere Judicis commissionem, in hoc vero Regno sine alia speciali omissione in M. C. S. C. & Reg. Camera citationes notificantur per porterios dictorum Tribunalium, & in Regiis Audientiis, & aliis Curiis per eorum servientes intimandi facultatem habentes, nisi extra jurisdictionem fierent, Muscat. *in pract. S. C. par.* 1. *Glossa intimatio num.* 9.

58 *Decimoprimo*, si Judex est delegatus, citatio debet continere tenorem commissionis, ut post multos tradit Cons. Campana *resol.* 12. Episcopus Policastrensis meus germanus *tit. de exequutoribus litterarum Apostolic. qu.* 2. *cap.* 6. *num.* 3. nisi delegatio sit in corpore Juris, quia tunc satis est, at enunciectur.

59 *Decimosecundo*, ut Nuncius eam exequatur coram publica persona, vel duobus testibus, sicut in dicta *Constitutione Citationis literis*, & *prag.* 2. *de ordine judiciorum*, quod requisitum servatur, si citatio fit extra Judicis residentiam in loco vero, ubi Judex residet, hodie testes non requiruntur: in loco judicii, & ubi Judex sedet de facili falsitas non committitur: de hoc com usu testantur Patis *de syndicatu in cap. Judex in officio*, *vers. obstant citationis literæ*, Afflict. *in Const. Edictorum ordinem in* 4. *notabili*, Foller. *in rub. fiat relatio nuncii*, Concivis meus Troysias *in prag. de ordine judic. num.* 31. Consiliar. Petra *ritu* 94. *num.* 14. verum si nuncius in terra, ubi adest Curia, intimet coram uno teste, nulla est citatio, quia cum possit viam usam eligere, viam pragmaticæ citandi cum testibus elicit, nulliter citavit, arg. *tex. in l. fin* §. *sin autem hoc aliquis fecerit*, *C. de jure deliberandi*, ubi is, qui in hæreditatia aditione beneficio inventarii uti potest juxta præfatæ legis formam, si terminum ad deliberandum petierit juxta formam legis antiquæ, etiam qaod confecerit inventarium, tenebitur creditoribus, & sibi imputet, quod pro novo beneficio vetus elegerit gravamen, ut decisum recenset in facti contingentia D. de Franchia *decis.* 560. quam decisionem impugnat Consiliarius Petra *d. ritu num.* 16. ductus ratione, quia utile per innutile non vitiatur *cap. cum super de officio delegati*, & supeeflua cautela scripturam non vitiat, quin si citatio ea consuetudine intus Civitatem absque testibus sublineatur, multo magis teste roborata, & quod non refragatur *tex. in d.* §. *fin autem*, quia ibi heres se arctavit veterem viam eligendo, hic nuncius puram facti contingentiam retulit. Cui sententiæ adhæret Rev. de Luca *in d. decis. Dom. de Franchis*, & ego quoque; nam cautela in conficiendo inventarium post tempus præfinitam, idest legitimum, ut declarat Gothofred. *in d. l. fin. in verb. pœna lit. D.* fraudis suspicionem inducit, idcirco hæredem non revelat; cautela vero a nuncio adhibita citandi coram uno teste falsitatis suspicionem aufert.

60 *Decimotertio*, Relatio nuncii in calce dictæ citationis, ut in *prag.* 2. *de citationibus*, & 2. *de ordine judiciorum*, fieri potest etiam die feriato, probat Consiliarius Campana *resolut.* 18. *num.* 2. *ex ritu* 82. & 85. & ea ratione, qaia dicta relatio absque aliqua causæ cognitione per nuncium expletur, tanquam merum factum continens, & sic citatio die feriato expedita, *ritu* 114. & relatio. Hæc autem relatio juxta dictas pragmaticas fieri debet cum subscriptione testium, qui interfuerunt in acta citationis, si fiat in loco, ubi eorum copia haberi possit. Hodie tamen ubi testes requiruntur, satis est, ut fiat cum testium nominatione, Foller. *in cap. de ordine proced. Regni studiosis num.* 8. D. Regens Rovit. *in prag.* 2. *de citat. num.* 22. D. Reg. Sanfel. *in praxi num.* 7. Consiliarius Petra *ritu* 94. *num.* 65.

61 *Decimoquarto*, ut nuncius referat, citasse domi solitæ habitationis, si in citatione hoc ei est injunctum, Guazz. *defensa* 10. *cap.* 2. *vers. sed contra istum* & *vers. ego autem*, ubi de veteri opinione, & D. Reg. Sanfel. *dec.* 225. *num.* 8.

62 *Decimoquinto*, si citatio fit domi, qaia in criminalibus, ut probavi, secundario procedit, scilicet ubi persona reperiri nequit, oportet, ut nuncius quoque referat, fecisse diligentias, & non invenisse de persona alioqain citatio reddetur nulla, & maaime si expeditur sub commissione, ut nuncius personaliter citet si personam repetit, sin autèm domi solitæ habitationis, prout fiant criminales citationes, adest decisio S. R. C. coram D. Serafino Roman. Secret. Lunæ 17. Febr. 1592. Follerius *in praxi canonica in verb. repete culpabiles num.* 18. Farinac. *q.* 12. *nu.* 51. *vers.* & *nihilominus*, Guazz. *defens.* 10. *cap.* 2. *d. vers. sed contra*, Scialoya *in praxi forjudicatoria*, *cap.* 6. *num.* 50. Consiliarius Petra *ritu* 94. *num.* 7. *circa finem*.

63 Verùm si nuncius referat se citasse domi, modo, & forma sibi commissis, tenet citatio, D. de Franchis *dec.* 332. ubi de Luca *num.* 4. vel modo & forma ut supra, Dom. Reg. Capic. Latro *dec.* 161.

64 *Decimosexto*, ut referat, cui domo denunciavit ut appareat, an dicta persona sit odiosa, an citatio benevola, ac verisimile sit, quod in citatione contenta ad citati notitiam pervenient, adest capitulum Regis Ferdinandi I. positum in *prag.* 28. *num.* 3. *de officio S. R. C.* & affirmant de Nigris *in cap. sive quis* 155. *nu.* 19. Crammat. *cons.* 1. & 71. *num.* 4. Follerius *in rubr.* & *fiat relatio num.* 8.

Danz.

Danz. *de pugna Doctorum lib. 3. tit. de variis criminum cognitionibus*, Scialoya *in praxi cap. 6. numer.* 13. & de Luca *in d. decis. num.* 4. Quare forjudicationis sententia irrita fuit per M. C. declarata, ea quo pia viro fuit intimata uxor, quæ propter nimiam sævitiam eum odio habebat: & citatio erat expedita pro homicidio soceri, teste D. Regente Merlino *controverf. lib. 1. cap.* 41. cujus decisionis meminit Thorus *in compendio decis. lib. 3. verf. citato verb. forjudicatum*, *& in supplemento d. verf. citatio*, Novarius *de gravaminib. vassall. lib. 3. gravam. 9. num.* 2.

65 Citatio itaque invalida est, si nuncius in relatione nomen, cui eam denunciavit, non expresserit, contingere enim potest, quod dicta persona sit citato inimica, vel aliquis mutus, surdus, furiosus, infans, & citatum certiorare nequeat, & licèt Consiliarius Roccus *in tract. de officiis rubr.* 25. *num.* 181. fateatur, quod dictæ solemnitates, quæ in nuncii relatione requiruntur, recesserunt ab aula, adverto, quod is loquitur, ubi extraordinario modo proceditur, & juris ordine non servato, ut clarè ex facti narratione.

Non tamen omitto, quod per M. C. in causa Josephi, & aliorum de Ricciardo, ac Scipionis Acconciaioco Terræ Mugoani, inquisitorum de homicidio in personam Claudii de Palma pro levissima causa, licèt adversus eorum forjudicationem fuisset dictum de nollitate, & præsertim, quod nuncius tantùm retulerat, citationes ad informandum, & ad capitula notificasse præsentibus illis de domo, & non expressit cui, hoc non obstante fuit provisum, quod ii forjudicentur, & decretum confirmatum per Regium Collaterale Consilium referente Consiliario D. Aloysio Stato tunc ejusdem M. C. Proregente: processus est in Banca Battimelli, penès Scribam Falconum; & fuit consideratum, quod crimen erat atrox, & pro levissima causa, necnon quod domi habitatores, seù familiares præsumantur citato benevoli, & non inimici, nec furiosi, aut muti, & surdi, nisi alitèr conslet, ut in casu recensito a D. Merlino, verùm stante dicta Regia *Pragm.* 28. *num.* 3. cogitato in alia facti contingentia.

66 In judicio enim criminali, quòd graviùs est civili, omnis dubitatio abesse debet, & ubi majus est periculum, ibi cautiùs est agendum, *cap. ubi periculum de elect. in* 6. ut in nuncii relatione exorditur, *prag.* 2. *de citat.* vel dicat, quod in citatione extra Civitatem nuncius omninò, cui de domo denunciavit, exprimere teneatur: secùs in Civitate, cum fere omnia Civium facta Judici innotescant, & sic aliqua inter familiares adsit discordia.

67 *Decimo septimo*, ut citatio non sit circumducta, idest cancellata, seù tempore finita; *& uno modo* dicitur circumducta, si infra sex menses a die datæ numerandos non erit intimata, ut per *ritum* 121. quinimò si non erit incussa ultima contumacia, dicitur perempta, ut per *ritum* ibi: *Et accusata prima contumacia non curabunt ad ulteriora procedere*, Dom. de Franchis *dec.* 332. Muscatell. *in praxi*, *Glossa Tribunali num.* 8. *Secundo modo*, si citatio erit in
68 Civitate, & intimata, non tamèn infra mensem prosequuta, vel si extra Civitatem infra duos menses non erit accusata ultima contumacia, D. de Franchis *decis.* 471. D. Riccius *decis.* 83. *part.* 1. D. Reg. de Marinis *quotid. juris resl. cap.* 45. *lib.* 1. *& in obser.* 87. *ad D. Revert. Tertio modo*, si prima contumacia
69 non fuerit in tempore accusata, Consil. Petra *ritu* 28. *num.* 2. *&* 3. ubi citatio circumducta pro non facta habetur, plures referens.

Decimo octavo, ut nuncius relationem scribat, *prag.* 7. *de citat.* quod solum in M. C. servatur; ali-
70 bi Actoarius Curiæ fidem facit de nuncii relatione, quæ in criminalibus in citatione ad informandum, & capitula cum abbreviatione dierum 15. in crimine ictu scoppictæ tali forma inferitor.

71 „ A dì 20. di Luglio 1678. in Tale de Tale serviente della G. C. refero oggi vent' uno detto con la „ presente citatione *ad capitula*, e quanto in essa si „ contiene avere intimato nel sopradetto dì venti „ nella Terra di Giugliano Antonio di Pietro nella „ casa di sua solita abitazione, per non averlo potuto ritrovare di persona, presente Geronimo di Pietro suo padre, e presente per testimonj T. de T. e „ T. de T. di detta Patria, ed anco refero nell' istesso giorno 20. di Luglio aver citato detto Antonio „ di Pietro presente li tre detti testimonj, e Geronimo di Pietro l' abbreviazione della sua forgiudica, come non comparendo personalmente nella G. „ C. fra il termine di giorni 15. numerandi dal giorno della sua ultima contumacia *ad informandum*, „ *& ad capitula*, sarà fatto forgiudicato, non „ ostante non sia elasso il circulo dell' Anno servata „ la forma della Regia Prammatica dell' Ill. Conte „ di Lemos, a Conte di Monte Rey, olim Viceré „ di questo Regno, e decreto d' essa G. C. ed anco „ refero nel sopradetto giorno in presenza delli prenominati averli notificato, che contratta l' ultima contumacia detta G. C. procederà contra detto Pietro d' Antonio all' esecuzione, ed esazzione „ della pena di docati mille, servata la forma della „ Regia Prammatica dell' Ill. Duca di Medina de las „ Torres, olim Viceré di questo Regno, e che detta G. C. procede come delegata, sicome il tutto si „ contiene in detta citazione *ad capitula*, che *ad ungue* ho notificato al detto Pietro di Antonio, *modo*, *& forma*, come di sopra, Io T. di T. serviente della G. C. manu propria.

72 Cæterum, licèt citatus pro criminis pœna infra relegationem de jure per procuratorem comparere possit, juxtà *text. in l. pen. §. ad crimen*, *ff. de publicis judiciis*, *& rit. M. C. V.* 91. ac alia jura adducta ab Arnone *sing.* 71. & D. Reg. Tapia *in Quæst. Regni Generales inquisitiones*, ac eo magis consentaneum sit, ubi pœna est pecuniaria. Tamèn de stylo M. C. contrarium servatum, teste D. Reg. Sanfelicio *decis.* 137. *nu.* 8. ipse tamen D. Reg. contrarium sensit, ex quo citatio erat expedita, verbis *legitimè compareat*, & sic per dictum verbum erat electa via civilis, quamobrem Vitus Vinaccio citatus pro pœna in mandato contenta, quamvis instabat in M. C. comparere per Procuratorem, non fuit tamen admissus, sed contumax reputatus, & decretum confirmatum per Regium Collaterale Consilium, referente Consiliario Vergara. Processus est in Banca de Ferraro, penes Bossa Scribam.

73 Citatus tamen potest per Procuratorem, sive excusatorem opponere exceptionem absentiæ, infirmitatis, ut in *ritu M. C.* 169. vel carcerationis in alio Tribunali, vel notoriæ nullitatis, Caravita *in d. ritu*, & Campana *resol.* 17. & de stylo M. C. proposita aliqua exceptione in vocatione ultimæ contumaciæ decretum interponitur, *Condemnetur*, *& non ponatur*, *donèc aliter per M. C. fuerit provisum*, proceditque in citatione ad informandum, & capitula; in citatione vero ad informandum, vel deponendum dicitur: *Condemnetur*, *& non ponatur*, *donec per Dominum Commissarium providеatur*, cum dictæ citationes in M. C. a solo Commissario expediantur.

74 Ubi exceptio non habet locum, decretum interponitur: *Die &c. facto verbo in M. C. fuit provisum*, *quod T. de T. remaneat contumax*, *& ponatur in libro condemnatorum*.

Si à solo Commissario rejicitur exceptio, dicitur; *Quod T. de T. remaneat contumax*, *& ponatur in libro condemnatorum*, & in specie in exceptione absentiæ dicitur: *Quod absentia allegata per T. de T. non obstante*, *remaneat contumax*, *&c.*

75 Absentia enim, scilicèt dilatio pro absentia denegatur, quoties citatus est de crimine convictus, Caravita *ritu* 266. D. de Franchis *decis.* 486. D. Reg. Tapia *decis. S. C.* 16. *num.* 18. de Angelis *ad Faller. in rubr. Audiantur excusatores*.

76 Vel si post commissum crimen intra breve tempus fuit citatus, ac informatione constat, quod is in die præcedente, vel duobus diebus ante crimen, vel paulo post fuisset visus, ut affirmant præcitati Doctores per capitulum Regni, *Post commissum flagitium*, cujus vigore conceditur dilatio, si infrà aliquos menses, nempe duos, fuit citatus, Follerus *in rubr. Audiantur excusatores num* 20 D. de Franchis *decis.* 127. *numer.* 4. *&* 589. etenim post menses, vere

re citatus præsumitur absens, & cessat calumniæ præsumptio, in qua fundatur Regni Capitulum.

77 Sed quod Judici arbitrium sit inquisito concedere, vel denegare dilationem, si ea calumniosè petatur, etiam post duos menses, testatur D. de Franchis *decis.* 327. *in fine*, & ibi Amendola plures adferens, D. Riccius *ad decis.* de Franchis 589. ac D. Reg. Sanfel. *dec.* 33. ubi decisum refert, absentiam fuisse denegatam excusatori Pauli Girardi, qui post socii criminis capturam ab hac Civitate metu illius confessionis discessit, licèt post crimen plures fuissent elapsi menses.

78 Denegatur quoque absentiæ excusatio, si citatio de persona fuit exequuta, Caravita *in allegato ritu*, Visconte ad *Dom. de Franch. decis.* 327. nec conceditur contumaci, Foller. *in rubr. Audiantur excusatores num.* 12. Sic etiam citato ordinariè, & cum anni circulo, si denuò is citetur cum abbreviatione, licèt post plures menses, teste D. Reg. Sanfel. *decis.* 38. denotata *dec.* D. de Franch. 589.

79 Ubi dilatio conceditur, Decretum ita concipitur: *Die &c. facto verbo in M. C. provisum est, quod absentia allegata pro parte T. de T. non obstante, remaneat contumax, & ponatur in libro condemnatorum, verum si comparverit infra dies tot, deleatur a libro prædicto, nisi fuerit visus, vel captus,*

vel dicitur;

Firma remanente contumacia, si infra dies tot. T. de T. comparverit, deleatur à contumaci, & interim non scribatur in libro inferni, dummodò non fuerit visus, vel captus,

Hoc decretum propriè concipitur, quando excusator comparet post vocationem, & Decretum: *Remaneat contumax*.

80 Hinc nota, quod accusata contumacia excusator non repellitur, si comparverit, antequam Judices à Curia descesserint, Gallup. *in prax. S. C. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 22. quinimò sequuto Judicum discessu, dummodò aliquod verisimile allegaverit impedimentum, Foller. *in tit. audiantur excusatores num.* 196. Danza *de absentia cap.* 3. *num.* 38. Scialoya *in prax. for. jud. cap.* 8. *num.* 104. & ità ex æquitate servatur, non obstante *dec.* D. Reg. Sanfel. 32.

Etenim, quæ incontinenti fiunt, inesse censentur, *l. lecta*, §. *si certam petatur*, & æquum non est, quòd quis propter temporis momentum dilatione privetur, qua & Judicis contemptus, & citati præjudicium in re tam gravi sæpius evitatur.

81 Libellus autem excusationis intimatur Fisco, & Parti; cum opponere possint, citatum in territorio fuisse visum, quo casu relaxatus mandatum de capiendo, nec non decernitur, quod *capiatur informatio*, ubi testes recipiuntur parte non citata, ut notat D. de Franchis *dec.* 327. ibidem Amendola, & D. Riccius *ad dec.* 589. & si in ea constat, citatum fuisse visum, decretum interponitur. *Ex quo T. de T. fuit visus, non gaudeat dilatione prædicta.*

82 Completo absentiæ termino decretum interponitur: *Die &c. stante lapsu temporis, remaneat contumax, & pœna ponatur in libro inferni*, & practica est, ut denuò vocetur, & condemnetur.

83 Tandem à denegata absentia, vel a brevitate termini datur appellatio, Dom. de Franchis *dec.* 489. ubi de Luca, & in *dec.* 327. Dom. Reg. Tapia *dec.* 18. & adducta a D. Reg. Sanfelicio *dec.* 33. *nu.* 2. non procedunt in practica. Hinc si Judex ad ulteriora procedat, acta sunt nulla. Campagna *in d. cap. post commissum, num.* 32. Foller. *in rubr. audiantur excusatores, num.* 19. Scialoya *in praxi, cap.* 8. *nu.* 90. plures referens Doctores; tamen nullitas opposita propter dilationem nimis brevem fuit rejecta in forjudicatione Joannis Baptistæ Bonito, teste D. Reg. Sanf. *dec.* 226. *num.* 12. cum excusator a brevitate termini, appellare potuerit, & sibi imputabatur.

84 Verùm cum hæc appellatio ab interloquutoria fit ad finem obtinendi inhibitorias, S. C. Præsidi supplicatur, a quo indistinctè provisiones conceduntur, quòd M. C. *verbum faciat*, ut & è Regio Collaterali Consilio, a quo ordinatur, quod M. C. *relationem faciat*.

85 Hæc tandèm exceptio in citatione *ad deponendum*, *ad informandum*, vel *ad capitula* admittenda est, teste Dom. Reg. Salernitann *dec.* 3. *n.* 1. in alio autem tempore, puta in citatione *ad informandum*, tamquam calumniosa est rejicienda. Hic lapsus est Elisæus Danza, qui authoritate Dom. de Franchis *dec.* 589. Novarii *quæst.* 148. & de Angelis ad Follerium, *rubric. audiantur excusatores*, *num.* 16. *lib.* 2. *cap.* 2. *de absentia*, tenet, quòd tempore citationis *ad forjudicandum* admitti debet: etenim D. de Franchis, & de Angelis loquuntur, quando facto contumace in forjudicatione cum anni circulo, denuò citatur cum abbreviatione, quæ decisio, ut dixi, revocata fuit, & Novarius hoc non dicit.

86 In exceptione infirmitatis conceditur dilatio, quando infirmitas est gravis, & per modum periculosa, ut advertit. Dom Reg. Sanfel. *decis.* 316. *num.* 10. & de jure exhibita fide duorum Medicorum, vel ut in Regno unius Medici, ut testantur Caravita *rita* 267. *num.* 6. Scialoya *d. cap. num.* 63. & Dom. Reg. Sanfel. *ibid.*

87 Verùm si crimen est grave, conceditur, aut cum cautione de se præsentando, quamprimùm convaluerit, aut cum mandato: & si infirmus est in Civitate, & crimen grave, accedit Judex, vel Scriba ad eum recognoscendo infirmum.

88 Aliqua etiam dilatio in crimine infra relegationem concedi debet citato ob infirmitatem uxoris, patris, matris, ac filiorum, alioquin potius sævitia, quàm justitia videretur, Bajard. *ad Clar. quæst.* 24. *nu.* 22. Guazz. *desensa* 12. *cap.* 1. *num.* 26. de Angelis *ad Foller. in d. rubr. nu.* 57.

89 Decretum verò ita concipitur: *Die &c. facto verbo, visa fide Medici, fol. &c. fuit provisum, quod T. de T. remaneat condemnatus; verum si infra tot dies, vel mensem comparuerit, deleatur à libro condemnatorum*, terminusque prorogatur nova Medici attestatione.

90 Tandem ob citationis materiam te remitto ad Marant. *d. p.* 6. ad Camill. Borrel. *in summa dec. tit. de cit.* Hyeronimum de Cevallos *comm. contra commune quæst.* 175. 805. & 819. Dom. Cardin. Tusc. *lit. C. concl.* 230. *& seq.* & cumulata ab eodem Tusco in *addit lib.* 9. *fol.* 89. & ad R. P. Fragosio *de Regimine Republica tom.* 1. *lib.* 5. *dispos.* 12. & duo non prætermitto, *Primùm*, quod verbalis citatio in Ecclesia fieri potest, ut in *l. præsenti*, §. *sed si quidem*, *c. de iis, qui ad Eccles.* ibi: *Ipsis servata locis reverentia, Judicium, quibus subjacent sententiis moneantur responsum daturi*, &c. ibi Glossa *litera K.* pro re tamen citra pœnam sanguinis, Dom. Reg. Sanfel. *decis.* 141. *num.* 4. quamobrem ego dico, quòd hic citatus per procuratorem comparere possit. *Secundum*, citationem auferens, pœna falsi tenetur, *l. hodiè*, *ff. ad l. Corn. de falsis*, *l. etsi quis id quod ff. de jurisdict. omn. Judicum.*

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

CAP. IX.

De Decretis, *Deponat*, vel Citetur, &c.

SUMMARIUM.

1 *Citatus ad deponendum si ex depositione sua apparet non esse delictum, fit Decretum*: Quod remota criminalitate civilitèr agatur, *vel visa depositione* non molestetur, *vel* licentietur, *vel visa depositione* non procedatur, sed tollatur mandatum.

2 *Citatus ad deponendum, quando ex depositione totaliter non relevatur, nec totaliter gravatur, fit Decretum*: Suspensa criminalitate civiliter agatur,

vel

vel suspensa criminalitate infra quatuor dies audiantur Partes.

3 *Citatus ad deponendum quando ex depositione non relevatur, & crimen leve est, M. C. V. dicit quod* non visitetur per tot dies. *Sed in Curiis inferioribus ubi non visitantur Carcerati, fit Decretum:* Per dies tot coerceatur carcere, *vel* sub mandato Domi, *vel* per Palatium (*& vide quæ dixi in c. 4.*) *vel* cum cautione, *vel* cum obligatione de non offendendo.

4 *Scipio Brunus Plagenarum citatus a Regia Audientia ad deponendum ex depositione fuit relevatus, & fuit relevatus cum Mandato*, de se præsentando ad omnem ordinem.

5 *Citatus ad deponendum, si ex depositione non relevatur, fit Decretum.* Quod reducatur in provisionem, *idest iterum examinantur uti Reus, & cum particula* monitus, *& contestatur* cum eo lis.

1 Hic erit observandum, quod ipse dixi ad Sarnum *formula* 25. de citatione *ad deponendum*, ubi citatus ad deponendum, si comparet, & deponit, & ex depositione apparet non adesse delictum, fit Decretum *quod remota criminalitate civiliter agatur*. Vel *licentietur*. Vel *visa depositione non molestatur* Author noster hic *num.* 11. *& cap.* 111. *num.* 47. Vel *visa depositione non procedatur, sed tollatur mandatum.* Author noster *cap.* 2. *n.* 6.

2 Et quando ex depositione non relevatur totaliter, nec totaliter gravatur, fit Decretum? *suspensa criminalitate civiliter agatur*, vel *suspensa criminalitate infra quatuor dies audiantur Partes*.

3 Etsi crimen leve est M. C. Vic. dicit, *quod per dies tot non visitetur*, quando ex depositione non relevatur.

Sed in Curiis inferioribus, ubi non visitantur carcerati, fit Decretum: *per dies tot coerceatur carcere*; vel *sub mandato domi*, vel *per Palatium*. Vide quæ dixi hic in *cap.* 4. vel *Excarcerentur cum cautione*, vel *cum obligatione de non offendendo*. Author noster *in cap.* 3. *n.* 47.

4 Et per Regiam Audientiam Salerni Scipio Brunus Plagenarum ex depositione relevatus fuit cum Mandato *de se præsentando ad omnem ordinem*, ut ego retuli ad Sarnum *formula* 25.

5 Ubi dixi, quod si ex depositione non relevatus, fit Decretum: *Quod reducatur in provisionem*, idest, *ut iterum examinetur, uti Reus cum particula monitus & contestatur cum eo lis*. Author noster in hoc *cap. num.* 11. & *cap.* 3. *num.* 6.

Leonardus Riccius.

CAPUT DECIMUM.

De Decretis, quorum I. Forjudicetur. *Ac de cæteris septem hoc Capite circa Forjudicationem contentis.*

SUMMARIUM.

1 *Absens de Jure communi in pœnam capitalem minimè condemnari potest, secus hodie, & de ratione.*
2 *Absens reus in Regno forjudicatur, & quarè forjudicatus dicitur.*
3 *Forjudicatio provenit in Regno ex cap. Regni*, sive quis sit forbannitus, & Constitutione Pœnam eorum, *& hodie tantùm in crimine mortis naturalis pœnam merente procedit.*
4 *Pœna delicto est commensuranda.*
5 *Forjudicationis requisita ponuntur, & num. seq.*
6 *Pœna ex causa, & circumstantiis regulatur.*
7 *Homicidium ex gravi injuria patratum, licèt cum temporis intervallo extraordinariè punitur & refellitur* Farinac. *doctrina* quæst. 121. num. 113. & quæst. 125. num. 403.
8 *Pœna minori de Jur Com. est minoranda, de Jure Regni Judici est arbitraria, criminis gravitate, & reiteratione attentis.*
9 *Minor in gravissimo Sodomiæ crimine de magis communi opinione mitius est puniendus.*
10 *Indicia ad torturam, ut quis forjudicetur, existere debent.*
11 *Forjudicandus citari debet duabus citationibus.*
12 *Contumacia accusari debent contra citatum forjudicandum, & quomodò contumacia accusetur.*
13 *Citatio ex parte, si prima contumacia non accusetur in tempore, idest subsequenti die, non verò si ultima accusetur post triduum, & affertur ratio differentiæ.*
14 *Fiscus de Jure Regni in incusandis delinquentium contumaciis nunquam constituitur in mora, si nuncius tempore præfixo non redeat ad Curiam.*
15 *Incusationis contumaciæ actus.*
16 *Liberatus in forma, an subsequentibus indiciis, si reperiatur absens, possit denuò contumax reputari, ac forjudicari.*
17 *Minor an forjudicari possit? recensentur Doctorum opiniones, juraque ponderantur, & præsertim enucleatur* tex. in l. clarum, C. de auth. præst. ac tex. in l. minor quasi 9. ff. de minoribus.
18 *Pragmat.* 1. de ictu scopictæ, *qua fuit imposita mortis pœna adversus delinquentes armis igneis, etiam effectu non sequuto, cum modificatione fuit practicata postea pragmatic.* 32. *de armis confirmata, tandem pragmatic.* 19 *Augusti* 1617. *fuit revocata n.*20.
19 *Crimina, ut evitentur, rigorosè sunt punienda.*
21 *Pragmat.* 4. de ictu scopictæ, *qua fuit inducta ordinaria mortis pœna adversus delinquentem sclopo parvo, etiam in rixa, & defensionis titulo interpetratus, ut procedat vulnere sequuto.*
22 *Delinquentes cum armis igneis forjudicantur cum abbreviatione dierum* 15. *& fermatur cum delegatione, & pœna ducatorum mille contracta ultima contumacia.*
23 *Pragmatica Ill. D. D. Petri Antonii de Aragonia* 17. *Aprilis* 1669. *qua fuit declarata alia pragmatica* 19. *Augusti* 1671. *exemplis enucleatur.*
24 *Pragmatica* de ictu scopictæ *contra auxiliatores, & assistentes, an comprehendant mandantes.*
25 *Raptores mulierum forjudicantur, cum abbreviatione sex mensium, sic etiam osculantes mulieres, num.* 26.
27 *Offendentes innoxium pro noxio, cum abbreviatione dierum triginta.*
28 *Extorquentes remissiones per vim forjudicantur cum abbreviatione dierum viginti.*
29 *Rebelles quomodò forjudicentur.*
30 *Intedentes per campanam, si citati infrà decem dies non comparent, uti veri forjudicati reputantur, & expeditur prag.* 1. 6. 9. *&* 11. *de exulibus, ac ponitur formula citationis.*
31 *Comburentes fruges, vel animalia occidentes, recaptus causa, si ii citati non comparent in præfixo termino, tanquàm veri forjudicati reputantur.*
32 *Associantes se cum forascitis pro aliquo crimine committendo, licèt domum redeant, infra quatuor dies forjudicantur.*
33 *Citatio ad forjudicandum, & agnatorum, & cognatorum an requiratur, ubi proceditur extraordinariè, & juxta pragmaticas* 1. *&* 11. de exulibus.
34 *Regnum quare forascitis abundat, & de eorum exterpatione, citatio ad forjudicandum antè forjudicationis sententiam requiritur.*
35 *Agnati, & cognati amici, & vicini forjudicandi citari debent, quando citatur inquisitus ad forjudicandum de ratione, & quomodo citari debent.*
36 *Agnati, & cognati, an omnes sint citandi, an verò forjudicandi proximiores,* decis. D. R. Sanfelicii 215. *expenditur, nova alia adducitur cum Authoris opinione.*
37 *Decretum* Forjudicetur.
38 *Agnati, cognati, amici, & vicini adversus forjudicationem nullitates proponere valent.*
39 *Practica proponendi dictas nullitates antè, & post decretum forjudicetur, cum propriis decretorum formulis in judicio dictarum nullitatum.*

 30 *Agna-*

40 *Agnati, cognati, vicini, & amici adversùs forjudicationem exceptiones Clericatus, minoris ætatis, & similes proponere possunt.*

41 *Judex Ecclesiasticus Judici laico baptismatis librum ostendere tenetur.*

42 *Practica recognoscendi forjudicatum in fortiis Curiæ perventum.*

43 *Forjudicatus citari debet ad dicendum causam quarè forjudicationis sententia non sit exequenda.*

44 *Forjudicatus in fortiis existens nullitates adversus forjudicationem proponere potest, etiam ab agnatis propositas, exceptiones minoris ætatis, Clericatus, captivitatis, indultus, & similes.*

45 *Forjudicato an sit concedendus terminus ad exceptiones probandum.*

46 *Appellatio an admittatur à decreto* nullitates non obstare.

47 *Forjudicatio exequutioni non demandatur si constat de forjudicati innocentia, & quomodò constare dicatur.*

48 *Practica recognoscendi corpus forjudicati.*

49 *Practica decreti gaudeat indultus, vel expediatur guidaticum ad indultus discussionem pro criminibus confessatis libere, & absque clausulis, & fiat relatio S. E.*

1 ANtiquo jure Romanorum absens, excepto læsæ Majestatis crimine, ob nullum delictum capitale damnari poterat, ut rescripsere imperatores, & retulere Jurisc. *in l. 1. ff. de requir. reis, & in l. absentem, ff. de pœnis, ac l. absentem, C. de accus.* At hominum malitia in dies accrescente, atque malis patribus pejoribus succedentibus filiis multas apud gentes Romana Æquitas in desuetudinem abiit, teste Julio Claro *quæst.* 44. Farinac. *quæst.* 51. *num.* 4. Petro Caballo *resol.* 181.

2 Undè & in hoc etiam Regno ad reprimendam delinquentium nimium crescentem audaciam, si citatus pro capitali crimine in contumacia per annum perstiterit, forjudicatus, idest ab omni judicii aditu foris judicatur, & in pœnam meritò condemnatur.

Contumax enim pro confesso, & convicto habetur, ideoque forjudicatus post latam sententiam amplius audiendus non est, ac nemo pro eo loqui potest, cum in causa principali haud se defendere valeat, & impunè offendi possit, atque captus facta personæ recognitione, morti sit condemnandus, ut infra dicemus.

3 Praxis hæc ex Regni Constitutione *Pœnam eorum*, & Capitulo, *Sive quis sit forbannitus*, descendit, vigore verò d. Capituli in quatuor casibus forjudicatio procedit nempè in criminibus pœnam mortis, membri abscissionis, perpetui carceris, vel demiquè deportationis merentibus. Et quia in 2. 4. & 5. casu is offendi, & non occidi poterat, ac contingebat occidi, qui tantùm offendi permittebatur, cum vulnera non infemntur ad mensuram ideircò in primo casu usu recepta est, teste D. Reg. Tapia *in jure Regni in d. cap. & in decis. S. C.* 49. D. Reg. Rovito *in prag. tit. de sententia forjudicationis num.* 36. Consil. Gizzarello *decis.* 13. Novario *decis.* 18. Consil. Campana *resol.* 10. *Pro*
4 *mensura enim peccati plagarum modus esse debet*, Deuter. *cap.* 25. & pœna delicto est commensuranda, *l. sancimus, C. de pœnis, l. respiciendum, ff. eodem, l. rescriptum de his quibus ut indignis, cap. non offeramus 24. qu. 1. cap. felicis de pœnitentia in 6.*

5 Quinimò forjudicatio tanquam rigorosa, & contra enunciata jura non sine benignitatis temperamento recipienda est: etenim, ut procedat, plura requiruntur.

6 Primum, ut crimen mortis naturalis pœna sit dignum, criminis causa, ac circomstantiis attentis, quæ septem regulariter considerantur, nempè causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, & eventus, ut in *l. aut facta, in l. respiciendum, in l. si quis aliquid, §. instrumenta, l. absentem, ff. de pœnis, in l. 4. in principio, ff. ad leg. Cornel. de sicar. in l. Prædius, de incendio, ruina, & naufragio*, ibi: *Et hujusmodi causis, & personarum conditione, & rerum qualitate pœna sunt æstimanda*, & omnia recensentur in *cap. sicut dignum de homicidio, causa 33. quæst. 5. cap. 1. consideret, de pœnitentia dist. 1. & cap. aut facta dist. 1.* Ex quibus valet Judex augere, & minuere pœnam, ut exempla refert Bovadilla *lib. 1. tit. de la justicia, y piedad junctas*, Dom. Cardinalis de Lugo *de justitia, & jure disp. 27. sect. 8. num. 90. & 91.*

7 Hic licèt homicidium omni jure mortis pœna sit dignum, tamèn si sequatur propter gravem injuriam homicidæ illatam, extraordinariè punitur, etiamsi cum appensamento, & temporis intervallo sit patratum, ut probatur in *l. doli verbum, ff. de servo corrupto*, ibi: *Vel alia probata, vel justa ratione.* Et quamvis Farinacius *quæst.* 121. *num.* 113. & 128. & *quæst.* 125. *num.* 403. dicat, quòd cessante calore iracundiæ, & ubi crimen temporis intervallo committitur, ridiculum esset ab ordinaria pœna recedere, quia non sunt relaxandæ habenæ ad delinquendum, & ad judicium propria authoritate, eo quòd prædicto casu non injuriæ propulsatio, sed foret vindicta, quæ ad Rempublicam tantùm pertinet, ut æqualis sit pœna delicto, & æquitatis ratio locum habeat, quæ inter offensos nunquam consideraretur, & totus Mundus esset in certamine, & confusione: cum via aperiretur pravis hominibus scelem committendi, ejus tamen dictum procedit in juris rigore, & in ratione politica, non autem naturali ratione attenta, quæ in judicendo suadet, ut injuria aliquo modo cum pœna æstimetur; veriùs ideircò est, ut pœna hoc casu temperetur, Grammaticus *dec.* 5. & 23. Bertazz. *consil.* 206. *num* 4. *cons.* 356. *nu.* 19. & 20. ubi allegat *text. in l. Divus, ff. ad l. Cornel. de sicariis in cons.* 433. & 434. Consil. Gizzar. *decis.* 12. Dom. Reg. Sanfelicius *decis.* 337. *num.* 12. & Additionatos ad Cons. Paschale *de viribus patriæ potest. part.* 3. *fol.* 343. vers. *Hinc* justa enim causa junctum producit dolorem, qui semper cor premit, meritò omni tempore est in consideratione.

8 Sic etiam si a minore fuerit patratum, ut in *l. auxilium, §. in delictis, ff. de minorib., l. 3. §. impubes, ff. ad S. C. Syll. cap. 1. & 2. de delictis puerorum, cap. in adolescentia 33. quæst. 2.* & ità in Jure communi tribus rationibus reperitur determinatum. *Prima* quia in adolescentia ipsa fervescit ætas, ideo potius ætatis vitio, quàm improbitati est ascribendum. *Secunda*, nam in dicta ætate non consideratur plenum judicium ut consideravit J. C. *in l. 1. de minoribus. Tertia*, quoniam adest emendationis spes: nempè quòd cum adolescentia vitia deponat: De Jure tamen Regni pœna Judici arbitraria est, ut in *Pragm. 1. de minoribus, & 2. de furtis*, attenta nimirùm minoris qualitate, si imbecillis, parum sciens, non multum doli capax, vel si valde capax, si majori ætati proximus, & crimen dolo patratum; sicuti à quocunque majore criminis gravitate, & reiteratione perpensis contrà minorem tanquam majorem arbitrariè & potestativè devenitur, sicùt ponderat D. Reg. Rever. *dec.* 525. & ibi D. Reg. de Marinis, & *quotid. resol. lib.* 2. *cap.* 169. Quæ qualitates, nempè criminis gravitas, atque reiteratio cumulativè concurrere debent, præterquam in crimine atrocissimo, teste Dom. Reg. Sanfelicio *decis.* 57. *num.* 4. Sforz. Odd. *de in integrum restitut. quæst.* 80. *num.* 101. puta in homicidio proditionis, vel assassinii qualitate, etiam attenta Bulla Pii IV. qua major 14. annis, & minor 29. in homicidio ordinaria pœna punitur.

9 Verùm in nefando crimine licèt id gravissimum sit, & Grammaticus *in const. minorum jure, num.* 7. *in fine*, testetur, quemdam filium tabernarii minorem fuisse propter hoc crimen morti traditum de communi voto in Sacro Consilio; hæc tamèn decisio multum dura visa fuit, & contra illam judicatum in facti contingentia, teste Claro *quæst.* 60. *num.* 3. Farinac. *quæst.* 92. *num.* 83. & 34. Consil. Paschale *de viribus patriæ potest. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 22. Sforz. Odd. *de in integrum restit. gloss.* 80. *num.* 101. Dom. Reg. Sanfelicio *in fine relatæ decisionis*, ubi legitur, puberem annorum sexdecim, quamvis confessum nefandum vitium per sex menses passum fuisse, non morti traditum, sed stillis lardeis percussum in carcere per decennium fuisse detentum. Hoc enim crimen non ex animi feritate sed ex concupiscentia provenit; ideò minores leviùs, majores, vel senes acriùs puniri debent, *cap. tanta nequitia 86. dist.* Bovadilla *lib.* 2. *tit. de la justicia, y piedad junctas num* 12. Infantes verò, ne assuescant dolori, ferula cedi.

Qui-

Quinimo etiam in atrocissimis minores minori pœna, quàm majores puniri arbitratur Præses Menochius *de arbitrariis casu 329 num. 15.* & quando minori pœna sit minoranda in unaquaque delicti specie, exactè declaratur per Julium Cæsarem Ruginellum *pract. quæst. cap. 35.*

Cætera exempla in primo decreto reperies.

10 *Secundum*, ut in processu informativo existant indicia ad torturam, sellantur Afflictus *in dict. Const. n.41.* Dom. Reg. Tapia *ibid. num. 3.* Dom. Reg. Capycius Latro *decis. 161.* Campana *resol. 3. & 13.* ac communitèr *DD.* quæ indicia esse debent pinguia, clara, legitimè, & planè probata per duos testes, omni exceptione majores, etsi ad inferendam torturam constatium alibi probavi.

11 *Tertium*, ut citetur duabus citationibus, una ad informandum, quam præcedere debent dicta indicia, juxtà *prag. 37. de offic. Magistri Justitiarii*, altera ad capitula, qua certioratur de ejus inquisitione, ut comparere possit, si velit.

12 *Quartum*, ut accusentur contumaciæ, alioquin is pro contumaci non habetur, Afflict. *in d. const. pœnam eorum num. 8.* Borrellus *d. tit. de citat. 44. nu. 509.* Caravita, qui testatur de practica, licèt non de jure, *ritu 123. num. 5. vers. tamen in practica*, & de Angel. ad Folles. *rub. accusentur contumacia nu. 15.* Consil. Petra *rit. 28.* plures referens Doctores, Prima enim contumacia incusatur ex officio, elapso ultimo die in citatione contento; ultima verò incusatur elapso triduo, & Curia pro Tribunali sedente juxtà *ritum 119. & 183. & pragm. 3. de ordine judiciorum*, testantur Maranta *in dicta p. 6. num. 54.* Follerius *in rubrica, & accusentur contumacia*, & ibi Angelus Borrellus *d. tit: de citatione, in summa dec. num. 58. & 59.* Scialoya *in prax. forjud. cap. 7. in principio*, Consil. Petra *ritu 94. n. 18. vers. tamen si continuo more.*

Sed si dies, quo est accusanda prima contumacia, erit festivus, accusatur die sequenti; & fit mentio, quòd ille dies fuit festivus, ut in *ritu 304.*

13 Quamobrem si in dicto ultimo die non accusatur prima contumacia, citatio circumciditur. Si tamen ultima non accusatur, elapso triduo non expirat, nisi incuseretur post mensem, si in Civitate fiat citatio, ut dixi in præcedenti capitulo: & ratio est, nam prima contumacia est in odium rei, in favorem Fisci, quarè si non accusetur illo die in citatione contento, negligentia reo est proficua, cum valeat asserere, se illo die comparuisse, adest *Ritus M.C.* rubrica *de contumaciis accusandis* incipiens: *item nota, quod tales primæ contumaciæ*, ibi: *Ideo debet accusari prima contumacia die termini, qui non est feriatus, licèt Curia non sedeat, aliàs expirat citatio*, Follerius *in rubrica, Et accusentur contumacia, num. 2. in fine* Muscatellus *in prax. Glossa Tribunali, in additione litera A.* Consil. Petra *ritu 28. num. 2.*

14 Verùm favore Fisci, ne delicta remaneant impunita, si citatio sit expedita, & propter loci distantiam nuncius in tempore non redit, habentur ut in tempore incusatæ, *prag. 6. de citationibus* Dom. Reg. Rovit. *Prag. 5. n. 2. de citation.* Scialoya *in praxi forjudicatoria cap. 7. n. 4.*

15 Actus incusationis primæ contumaciæ talis est. Vocatur citatus, & si aliquis pro eo non comparet, dicitur? *Die &c. fuit ex officio Curiæ accusata prima contumacia contra T. de T. citatum, relatum, & non comparentem, N. & N. Actuarius.*

Secundæ, & ultimæ contumaciæ talis est, *Die, &c. Domn. Joannes Baptista Spinelli Marchio Fuscaldi, &c. Magna Curia pro Tribunali sedente, & instante magnifico Fisci Procuratore, quia Talis de T. vocatus in banca juris alta, & intelligibili voce more præconis, ut juris, & moris est, non comparuit, neque aliquis, qui legitimis excusationibus eum excusaret, constito de legitima citatione, nuncii relatione, & prima contumacia. à qua elapso triduo, eadem M.C. contra dictum T. de T. incusat ultimam contumaciam, eum banno supposuit, & ad tertiam partem bonorum mobilium condemnat, atque decernens, cætera ejus tam mobilia, quàm stabilia annotanda, & describenda esse ad opus, & instantiam R. F. usque ad circulum anni*: vel usque ad dies 15. si crimen in loco est patratum, vel usque ad tempus à lege municipali, vel à Principe constitutum, qui actus in M C. vocatur interloquutoria: in citatione verò ad informandum non condemnatur ad tertiam partem, sed ad pœnam in ea contentam.

Forjudicatio namque contumaciæ pœna non est criminis tantùm, clarè ex d. *Const. pœnam eorum*, dignoscitur ibi: *Pœnam eorum, qui in contumacia perseverant, dignis stipendiis, prosequi, &c.* ubi Andreas de Iseroia *in verb. Quid si Universitas* hanc esse verum constitutionis sensum docuit, quem sequitur Grammat. *in d. constit. num. 38.* Dom. Præs. de Franchis, *dec. 213. num. 20.* Dom. Reg. Merlinus *lib. 1. controvers. cap. 63. num. 5. & 6.*

Contumacia ergo incusanda, & in citatione est describenda, cum principaliter in duobus fundetur forjudicatio, nempe in crimine mortis naturalis pœnam merente, & dicta contumacia, ex qua rei confessio resultat, ut in d. *Constit. pœnam eorum.*

16 Hinc primo quæro, an is, qui fuit super crimine constitutus, & negavit, ac liberatus in forma, si postmodum nova superveniant indicia, & reperiatur absens, possit forjudicari? Et pro affirmativa dicitur, quod Fiscus ex novis indiciis potest formare novam citationem ad informandum, sive respondendum, ex qua citatione inducitur facta confessio, & per consequens forjudicatio, quæ in ea fundatur; & stante municipali jure, quòd contumax habeatur pro confessu, & possit damnari, dicit Hyppolitus de Marsiliis *in l. quæstionis habendæ, de quæstionibus, num. 9.* quòd vera est opinio, & à Bartolo practicata, & probatur in *l. consentaneum, C. quomodo, & quando Judex, & in l. properandum, in §. sin autem reus, C. de judiciis*; ubi sicut contra contumacem ante litem contestatam proceditur ad missionem in possessionem ex primo, & secundo decreto, ita potest procedi post litem contestatam. Pro opinione negativa consideratur, quòd constitutio fundatur in ficta confessione, ibi: *Sed perindè habeatur, ac si confessus de crimine, de quo accusatus fuerat, esset per diffinitivam sententiam condemnatus*: quæ dictio *perinde* fictionem significat, *l. jure civili ff. de condit. & demonst. & l. in jure civili, ff. de regulis juris*, Glossa & Andreas *in dicta Const.* ubi Afflictus *num. 64.* in proposito autem casu hæc ficta confessio cessat, quia reus interrogatus veritatem deposuit negando factum.

Si enim interrogatus respondit factum negando, nova citatio ad respondendum ineptè formatur, & si fuit negativus, quomodo nunc ex contumacia, fingendo, confessus pro eadem causa reputari potest, sanè ubi veritas, cessat fictio, & eo fortiùs si pro qualitate aggravante denuò citetur; etenim statutum, quod contumax habeatur pro confesso, intelligitur quoad delictum principale, non quoad qualitatem, ut plures fatentur Doctores, & præsertim Petrus de Ancarano *cons. 408. num. 2.* Augustinus ad Angelum *de maleficiis, in verb. Qui domiani Judex videns, quod inquisiti non comparent, num. 38.* vel in tortura negavit, & fuit liberatus in forma, quoniam, ut in decreto *Torquetur*, probavi, quicquid in tormento fatetur, pro veritate habetur, ideoque cogita in facti contingentia.

17 Secundo quæro, an minor possit forjudicari? Quæstionis resolutio pendet ex duobus, nempè an is pro crimine mortis pœna puniatur, & an contumaciam contrahere possit. Quòad primum non dubitatur, juxtà terminos *pragmatic. 1. de minoribus*, & allegata *n. 8.* ac ponderata à Ruginello *pract. quæst. cap. num. 76.* Quo ad secundum adest difficultas, sunt enim sunt Doctorum opiniones, ut penès Farinacium *d. quæst. num. 26.* quamplures affirmant, & moventur ex text. in *l. si minor, ff. de bonis, auth. judic. possi. leg. minor etiam quasi contumax, ff. de minoribus, & leg. si finita, §. si fortè, ff. de damno infecto*, quæ jura loquuntur de contumacibus, & procedunt etiam in minoribus, ut contra eos primum, & secundum decretum pronuncietur, sicut contra majores, & novissimè ex nostratibus hanc sequitur opinionem Consil. Campana *resol. 2.*

Quamplares alii negant, ducti ex eo, quia contumacia est delictum in omittendo, à quo minor excusatur, ut in *leg. 2. Cod. de his, quibus ut indignis, auth. si captivi, Cod. de Episcopis, & Clericis*, & etiam ex *text. in leg. contra pupillum 54. ff. de re judicata*, cujus verba sunt: *Contra pupillum indefensum, eumque, qui Republicæ causa abest, vel minorem viginti quinque annis, propositum peremptorium nihil momenti habet*, & hanc sectatur opinionem Gutierez *pract. quæst. lib. 1. quæst. 38.* Fontanella *dec. 275.* & ex Regnicolis concivis meus Troysius *titu 120. num. 3.* Episcopus Riccius *collect. 1626.* Novarius *in pragm. 1. de minoribus collect. 2. num. 19.*

Alii verò distinguunt, nempè minorem pro contumace haberi, si ei curator datus sit, juxtà *text. in l. clarum, C. de auth. præst.* ne ut ibi *ex sua imperitia, vel juventutis calore aliquid dicant, vel taceant, quòd si fuisset prolatum, vel non expressum, prodesse eis poterit, & à deteriori calculo eos eripere*, qui *tex.* quoque procedit in minore absente, ut probat Bald. *in l. clarum num. 5.* cum verbum *dicant*, comprehendit præsentem, verbum *taceant* absentem, *ibidem* subdens, non posse minorem vigore statuti ex contumacia pro confesso haberi, nisi Curatoris authoritas interveniat, qui etiam absenti invito dari debet, ex *text. in §. 1. vers. item inviti, Instit. de Curatoribus*, Doctissimus Fontanella *dec. 273. num. 16.* adest Fabri definitio *tit. de judiciis, defin. 33.* ibi: *Si ad tractandam litem citatus sit is, de cujus ætate dubitatur, an minor sit, necne? nolit autem ille in jus venire, quamvis sæpiùs, ne sæpius vocatus, non ideò tamen pro contumace haberi, & condemnari potest, priusquam appareat esse majorem, nec enim contumax videri potest minor, si non habet Curatorem, qui & etiam invito ad lites juvari potest. Quid ergo? jubendus quidem est, ut veniat, sed & cum eo agnati, cognati, affines, & vicini ejus evocandi sunt, ut de ætate interrogentur, & si minorem, dicant, detur ipsi Curator, quem elegerit, etiam invito nedum absenti: si majorem dicant; tunc tanquam contra majorem, eundemque contumacem lis peragatur, & judicetur, ita tractatum est.*

Vel tunc contumacem haberi, si is personalitèr citatus fortassis respondeat se nolle comparere, ut sentiunt D. Reg. Capyc. Galeota *controv. lib. 2. controv. 33. n. 12.* & D. Hieronymus Cala *in tract. de in integrum rest. cap. 38.*

Hæc distinctio vera mihi videtur, & solùm in casibus in ea contentis minorem esse forjudicandum puto: nostra enim Constitutio *Pœnam eorum* Juris Communis correctoria est, ideircò tanquam odiosa in vero casu, & non ficto intelligenda est, & sic de majore contumace, & non de minore, qui etiam juxtà *tex. in d. l. minor 9.* præsumtus, & non verus contumax reputatur; cum Jurisconsultus in *d. l.* utatur dictione *quasi*, quæ similitudinem demonstrat, & fictionem Thesaurus *in decis. 8. num. 9. vers. ad tertium.*

Et licet Farinacius *d. quæst. n. 30. in fine* dicat quod opinio affirmativa sit magis practicata, *num.* tamen 32. subnectit, quod si minor intra legitima tempora compareat & petat in integrum restitutionem, hæc ei omnino adversùs dictam fictam confessionem concedenda est, quod utique dictum est contra nostram Constitutionem.

Prædicta considerabam in M. C. in causa Caroli Antonii Bracalis contumacis pro nefando crimine patrocinante Papirio Calisto, olim merito Provinciæ Barensis, & Aprutii ultrà Fisci patrono, & articulus non fuit decisus. Prætereà adverto, quod ubi forjudicatio contra minorem procedit, intelligi debet contra minorem adultum, qui complevit decimum quartum annum, quia tunc ordinaria pœna plecti potest, juxta ponderata à Farin. *d. quæst. n. 30. vers. quid dicendum*, à Petro Caballo *resol. 134.* & novissimè à Consiliario Campana *resol. 2. n. 20.*

Quintum, ut annus expectetur à die contractæ ultimæ contumaciæ: verùm hoc tempus in quamplurimis casibus abbreviatum etiam reperitur, & primo in crimine ictu scopictæ, ut per plures pragmaticas, quas recenseo, ut consideret Lector, quod nihil in humanis actionibus perfectum, & sub Sole reperitur firmum.

18 Etenim in anno 1536. ab Invictissimo Imperatore Carolo V. *pragmat. 6. de ictu scopictæ*, pro hoc crimine mortis naturalis pœna fuit imposita, etiam effectu non sequuto: & licet cum modificatione fuisset practicata, nempè contra facinorosum, & ubi crimen cum appensamento fuisset patratum, ac vulnus sequutum, teste Consil. Gizzarello *dec. 25.*

In anno tamen 1614. criminis frequentia attenta *pragmatica* Ill. Comitis de Lemos 3. *de ictu scopictæ*, expressè ordinatum, ut dicta pœna procederet contra quemlibet delinquentem appensatè, & animo occidendi ictum emittentem, ut clarè ex verbis pragmaticæ, ibi *Senza null' altra interpretazione, e dichiarazione?* ac alibi. *Qualsivoglia persona di qualsivoglia dignità, grado, conditione, qualità, &c.*

In anno 1650. *prag.* Ill. Comitis Ville Medianæ 32. *tit. de armis*, cum iste rigor recessisset, sed non delinquentium multitudo, fuit renovatus, ut in §. 13. ibi: *item dichiaramo, che incorrono nelle dette pene contenute nella prammatica dell' invittissimo Imperadore Carlo V. tutti quelli, che delinqueranno con arme di fuoco, ancor che per altro non siano facinorosi.*

19 Frequentia enim inducit contemptum, & ut evitentur crimina, rigorosè sunt punienda, ut in *l. 1. ff. d. abigeis*, ibi, *Puniuntur autem durissimè non ubique sed ubi frequentiùs est id genus maleficii.* D. de Franchis *dec. 305. n. 22.*

20 Tandem in anno 1671. iste rigor fuit revocatus pragm. Ill. D. D. Petri Antonii de Aragona 19. Augusti, qua fuit imposita triremis pœna ignobilibus, & relegationis Nobilibus per octo annos, si vulnus ex acto non sequatur, licèt ictus appensatè, & occidendi animo sit emissus.

Nil enim tàm justitiæ conforme, & Deo gratum, quam, ut pœna commensuretur delicto, *Deuteron. cap. 26.* & in hoc tempore bono Proregis Regimine, hujusmodi crimen non viget.

21 Hoc vigore dict. *pragmat. 3. tit. de ictu scopictæ*, licèt crimen sclopo parvo etiam in rixa, vel defensionis titulo commissum mortis pœna puniatur, tamèn hodiè attenta dicta novella *pragmatica* si ex ictu sclopi parvi vulnus non sit sequutum, ordinaria pœna non procedit, duplici ratione, prima, nam inconveniens consideratum in dicta novella *pragm.*, nempe, ut non eadem pœna puniatur, qui vulnerat, & qui non offendit, quoque procedat in ictu sclopi parvi. Secunda, nam dicta *pragmatica* reformavit *pragmaticam 21. xiv. & xxii. de armis*, quibus contra sclopos parvos deferentes pœna mortis, vel ducatorum bismille Proregis arbitrio imposita erat, & nunc contra Nobiles relegationis per septenium, vel ignobiles triremis pœna est per eandem constituta; quamobrem me referente in M. C. in plena aula, Philippus Caulino inquisitus de ictu sclopi parvi in personam T. de T. Equitis Neapolitani, non sequuto vulnere, per M. C. fuit provisum, quod tantùm citetur, & capiatur die 4. Febr. 1675. acta in Banca Palermi.

Sequuto tamèn vulnere ordinaria pœna procedit, quia in hoc casu non videtur reformata; undè eodem tempore Joseph Talvia Gubernator Roccæ Rainulæ inquisitus de vulnere sclopo parvo illato in personam Notarii Lelii Villaccio, licèt per M. C. attenta provocatione, & rixa fuisset ad informandum tantùm citatus, nihilominus per Collaterale Consilium in gradu recursus, fuit citatus ad informandum, & ad capitula, referente D. Carolo Petra, processus est in banca Gagliardi penès Guidonem.

22 Insuper per dictam *prag. 3. de ictu scopictæ* & per *prag.* Ill. Comitis Montis Regii promulgatam in anno 1637. terminus forjudicationis fuit ad 15. dies abbreviatus, nec non ordinatum, quòd contra delinquentes armis igneis M. C. & Regiæ Audientiæ procedant uti delegatæ.

In anno 1538. die 1. Septembris pragm. Ill. Ducis Medinæ de las Torres ultra pœnam mortis fuit imposita pœna ducatorum mille Fisco applicanda contracta ultima contumacia.

In anno 1647. Maii per pragm. Ill. Ducis d' Arcos sancitum extitit, quod enunciatæ pragmaticæ compre-

prehendant assistentes, & auxiliatores, & quia juxtà ponderata à Consil. Campana *resol.* 1. fuit tantùm contra auxiliatores armis igneis interpretata, ideò in anno 1650. 16. Novembris per aliam pragmat. Ill. Comitis Villæ Medianæ fuit declaratum contra quoslibet assistentes, & auxiliatores in crimine ictu scopictæ patrato.

23 Demùm, quia ad evitandas pœnas dictarum pragmaticarum, delinquentes consueverant arma ignea asportare, & alia delinquere armis, in anno 1669. die 17. Aprilis per pragm. Ill. D. Petri Antonio de Aragonia, & per aliam in anno 1671. sancitum extitit, ut M. C. & Regiæ Audientiæ procedant contra tales delinquentes cum abbreviatione, delegatione, & pœna, dummodò crimina cum appensamento, & armis aptis ad nocendum fiot patrata. Hinc, quia arma ignea deferens, baculo alterius caput percutit, animum occidendi habet, quod intellige, si reiteratè percutit baculo apto ad vulnerandum.

Secundò, nam lapides, & fustes veniunt armorum appellatione, ut in *l. armorum* 41. *ff. de verbor. & rerum signif. l. si pignore* 56. *ff. de furtis*, *l.* 3 *ff. de vi, & vi arm. in §. item lex Cornelia de publicis judiciis*. Tertio, nam *pragm.* 17. Aprilis 166. generali verbo loquitur, ibi: *qualsivoglia forte d'arme*, sicut alia *pragm.* 19. Augusti 1671. ibi: *con ogni forte d'arme*; quarè concivis meus Anna *in Constitutione si quis aliquem*, *nu.* 59. dixit, quòd si dicta Constitutio nominasset tantùm *arma*, lapides in ea comprehenderentur, & fustes, sed cum loquatur de armis prohibitis, non comprehenduntur.

24 Hic, ut quidquam non prætermittam, quæro, an dictæ pragmaticæ comprehendant mandantes? Et primo dico, quòd si mandatario est injunctum, ut ictum scopictæ emittat, vel cum mandato sclopum fuit accommodatum; in his casibus quidem mandantes comprehendunt; quia ratio legis, quæ est, ut evitentur delicta cum hoc armorum genere, incit in mandato, quod transit in nomen delicti sclopo patrati.

Sed difficultas est, quando simpliciter fuit datum mandatum ad occidendum, & pro opinione affirmativa consideratur, quod si dictæ pragmaticæ procedunt contra assistentes qui minùs juxta omnium communem sensum delinquunt, quam principales, multò magis contra dictos principales, qui magis peccant, cum duorum bono præjudicent, nempè mandatarii, & illius, quem mandatarius occidit.

Secundò facit text. in l. 1. *§. dejecisse* 4. *ff. de vi, & vi armata*, ubi is etiam dejecisse videtur, qui mandavit, ut aliquid dejiceretur, & ita decisum per Collaterale Consilium refert Thorus in *compend. dec. par.* 3. *in verb. Mandans*.

Prò negativa verò consideratur, quòd dictæ pragmaticæ sunt odiosæ, & exorbitantes à Jure Communi; ideoque non extendunt ad mandantes; eò magis quia juxtà magis communem DD. distinctionem, quoties statutum loquitur in personam, non comprehendit mandantes, secùs si in rem, & loqui in rem, dicunt, quoties pœna imposita est delicto, loqui in personam verò, quoties contrà delinquentes (sicut dictæ pragmaticæ) & ratio à priori est, quia mandans non dicitur verè, & propriè facere, sed interpretativè, ut communiter Doctores; & quod dictæ pragmaticæ non comprehendant mandantes, decisum refert D. Reg. Merlinus *controv. cap.* 47. & tenet Scialoya *cap.* 10. *num.* 8.

25 Insuper contrà raptores mulierum libidinis causa, proceditur cum abbreviatione sex mensium, vigore *cap. Sine mortalis peccati discrimine*.

26 Contrà vi osculantes mulieres, cum abbreviatione sex mensium, ut ex *Pragm* 9. Martii 1563.

27 Contra offendentes nonnullum pro nosio, cum abbreviatione dierum 30. ut ex *Pragm.* 26. Junii 1623.

28 Contra extorquentes remissiones per vim ab offensis, vel querelantibus, cum abbreviatione dierum viginti, ut ex *Pragm.* 28. Maii 1647. 9. Octobris 1651. *tit. de exulibus*, ac 27. *eodem tit.* nec non cum eadem abbreviatione proceditur contra mediatores, licèt ex non fuerint obtentæ.

29 Contrà Rebelles; nàm formato processu citantur solùm ad dicendum causam, quarè non debent declarari incidisse in læsæ Majestatis crimen, & in pœnas pro eo statutas juxta *decis.* D. Reg. Capyc. Latr. 167. lib. 2. & contracta ultima contumacia, profertur sententia declaratoria in tale crimen N. & N. incidisse, & si Baro, vel titulo decoratus est, in dictæ sententiæ declaratione etiam hujus Regni Barones, vel titulis decorati intervenire debent.

30 Contrà incedentes per Campaneam in comitiva cum armis crimina committentes, ac publicam perturbantes quietem, ii enim si infrà decem dies citati non compareant, tanquàm forjudicati per sententiam reputantur, ut ex *Pragm.* 1. 6. 9. & 11. *de exulib.* qui decem dies contrà exules tunc temporis à die promulgationis, seù publicatione dictarum *pragmaticarum* decurrebant.

Prædictæ autem *pragmatica* circà incessum plenas requirunt probationes; circa delicta indicia tantùm ad torturam, proceduntque hodiè prævia citatione cum peremptorio dierum decem, nec non cum contumaciarum inculatione, ut novissimè testatur de Luca *in observatione ad decis. D. de Franchis* 683. *num.* 16. *circa finem*, ad majorem verò cautelam cum declaratoria practicantur, teste Capiblanco *prag.* 9. *de Baronibus*, *nu.* 129. & Consil. Campana *resol.* 8. C. 17.

Hinc etiam si hujusmodi forjudicatus in manus Curiæ perveniat, antequam morti tradatur, est citandus ad dicendum causam quare, uti verus forjudicatus condemnari non debet, cum opponere possit non concurrere contrà eum requisita Pragmaticæ, Joann. Grand *special.* 97. *nu.* 2. *& ibidem* Thorus.

Citatio verò ità hoc casu concipitur.
De mandato R. A. P. ultrà.

Ex provisione facta per eandem Alguzeriis ipsius, ac aliarum quarumvis Curiarum ad infrascripta insolidum requirendis, noveritis qualitèr ad instantiam Regii Fisci formata inquisitione contrà T. de T. de T. patria, de incessu cum publicis forascitis, præcedente instantia dicti Regii Fisci, cum pro dicto crimine in mortis naturalis pœnam incidisse, & forjudicatum reputandum esse, sub die &c. facto verbo in Aula Regiæ Audientiæ fuit provisum, & decretum, quòd dictus T. de T. citetur atque contra eum procedatur, servata forma Regiæ Pragmaticæ 11. *de exulibus*, ideò vobis jam dictis dicimus, committimus, & Regia, qua in his fungimur authoritate mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem Regii Fisci requisitionem, peremptoriè citetis dict. T. de T. taliter inquisitum, & personaliter requiratis, si de persona reperiri contigerit, sin autem domi solitæ habitationis, quod infra dies decem post præsentium notificationem personalitèr in dicta R. A. coràm nobis debeat comparere ad dicendum quicquid, & quarè non debet pro vero contumaci, & forjudicato haberi, teneri, ac reputari, servata forma dictæ Regiæ Pragmat. *de exulibus*, edita ab Ill. Comite de Olivares, eique notificetis, quod elapsis dictis decem diebus, absquè aliquo actu, & monitione R. A. illam contumacem, ac pro vero forjudicato habebit, ac si per sententiam forjudicatus fuisset declaratus; itaut ab omnibus impune occidi possit, notificando dicto T. de T. verba prædictæ Pragmaticæ, quæ contra tales incedentes ita disponit, *& sunt*: Ci è parso col voto, e parere del Regio Collaterale consiglio, appresso di noi assistente, fare il presente Banno, per il quale ordiniamo, e commandamo, che tutti, e qualsivogliano fuorasciti, e contumaci, che sono andati, vanno, o andaranno in comitiva di fuorasciti per la campagna rubbando, e facendo altri delitti, perturbando il quieto vivere de' popoli, debbano fra il termine di giorni dieci comparire, e presentarsi personalmente avanti il Tribunale, nel Territorio dal quale averanno delinquito, o dove saranno stati citati a stare a giustizia delli delitti, che se li pretendono, e non comparendo elasso il termine predetto, senz' aspettare il circolo dell' Anno, che per Constituzione di questo predetto Regno stà concesso, nè altra qualsivoglia solennità, saranno tenuti, trattati, e reputati per diffidati, rebelli, contumaci, banniti, e come veri forgiudicati della Regia Corte, siccome noi per tenore del presente banno ex nunc prout ex

tunc,

tunc, li dichiaramo, damo, e tenemo per contumaci, diffidati, ribelli, e forgiudicati, come se avessero perfistito un'anno in contumacia, talmente, che incorrano in tutte le pene, che sogliono incorrere quelli, che sono dichiarati fuorgiudicati per sentenza definitiva. Sicut hæc, & alia in dicta Regia Pragmat. 11. *de exulibus* Ill. Comitis Olivares, edita die 10. Martii 1697. continentur, & sic citetis, & in forma n. & n. Auditores, & Judices, t. Actuat.

Contrà abducentes homines extorquens de causa pecunias, ut dicitur recaptus, vel pro causa prædicta mittentes epistolas, vel nuncios cum minis adversùs personas, & bona, proceditur cum abbreviatione dierum quatuor, ii enim delinquentes vigore *Pragmat.* 10. *de exulibus*, si citati infra quatuor dies non comparent, pro veris forjudicatis, ac si per sententiam fuissent declarati, reputantur, proceditque pœna, etiam si recaptus fuissent tentati, & non exacti, ut in dicta *pragm.*, *& in pragm.* 10. *de officio Judicum & 26. de exulibus*, quæ extenduntur contra delinquentes in hac Civitate, & Casalibus, & comprehendunt scientes dictorum criminum mediatores; sed vigore dictæ *pragm.* 26. contra prædictos delinquentes proceditur cum abbreviatione dierum decem, & quamvis Scialoya *in praxi forjudicatoria*, *cap.* 19. *num.* 17. dicat, quod cum dicto termino dierum decem procedi debet contra mediatores, & cum termino dierum quatuor contra principales, cum in effectu minus delinquant mediatores, quam principales, alioquin contra mentem Regiarum Pragmaticarum minus punirentur delinquentes intus Civitatem Neapolis, ubi crimina graviora reputantur ob Principis insidentiam, quàm alibi; nihilominus veritas est, quod prædictus terminus dierum quatuor fuit prorogatus vigore *pragm.* 26. tàm contrà principales, quam contrà mediatores ad dies decem, ut ex verbis pragmaticæ, ibi: *E che contro de detti delinquenti nel modo predetto*. Quæ verba referuntur ad omnes, & etiam cum tàm principales, quàm mediatores in eandem incidant pœnam, & considero, quod dicta *pragm.* 10. indistinctè non procedit: nam si in Provincia Campaneæ committeretur crimen recaptus, fortassis ab Aprutinis, dicta citatio peremptoriè cum dicto termino dierum quatuor congruam dilationem non contineret, & per consequens nulla.

Quinimò vigore dictæ *pragm.* 26. Curia procedere debet eadem forma, qua proceditur vigore Constitutionis *pœnam eorum*, quæ solùm circà terminum abrogata censetur.

Verùm in arbitrio Curiæ est, aut procedere vigore dictæ *pragm.* 26. aùt 10. ubi citatio infra 4. dies congrua est.

31 Dicta enim *pragm.* 26. tanquàm exorbitans, licet velit solum indicia ad torturam: practicatur tamen cum legitima, & plena probatione, teste Capiblanco *pragm.* 8. *num.* 229. *& l.* 2. *cap.* 52. *num.* 17. Novario *in d. prag.* 10. *num.* 4. *&* 5. *in decis.* 39. *&* 80. & ita practicatum vidi rejecta opinione Campanæ, qui hoc probationis genus ad Judicis arbitrium remittit, attenta forasciторum multitudine, si hoc fortassis vigeret contra comburentes fruges, vel animalia occidentes recaptus causa, si ii citati non comparent in præfixo termino, tanquam veri forjudicati reputantur, juxtà *Pragm.* 13. *&* 14. *de exulib.*

32 Associantes se cum exulibus pro aliquo crimine committendo, licet domum redeant, infrà quatuor dies, forjudicantur vigore *Pragm.* 2. *de exulibus*, §. 6.

33 Sed pro dictorum majori claritate quæro, an citatio ad forjudicandum, & citatio agnatorum cognatorum, & conjunctorum, requirantur, si vigore *Pragmat.* 1. *&* 11. *de exulib.* incedentes per Campaneam citentur, ut infra dies decem compareant, quo termino elapso habeantur tanquam veri forjudicati, ac si per sententiam fuissent declarati, & vigore *pragm.* 10. qua si inquisitus de recaptu citetur infra quatuor dies, ut compareat, eo non comparente pro forjudicato reputetur.

Et quòd requiratur citatio ad forjudicandum adducitur *text. in l. ab eo* 3. *& in l. si ut proponis* 4. *C. quomodo*, *& quando Judex*, confert doctrina Borelli, *qui in summa dec. tit.* 44. *num.* 248. probat, quòd citatio ad audiendam sententiam respicit defensionem, scriptura præsentari possunt, & ad illarum concomitantiam testes examinari, & in criminalibus usque ad sententiam recipi; ideoque dictam citationem esse necessariam firmant quoque D. Ricc. *collect.* 2145. *vers. etiam requiritur*, *& coll.* 4007. & Barbosa *in cap. consuluit de officio*, *& potest. Judicis delegati num.* 2.

Sic etiam conjunctorum citationem requiri tenet Danza *de pugna Doctorum tom.* 3. *tit. de sententia forjudicationis*, *cap.* 2. *& cap.* 4. *num.* 24. ea ratione: nam dicti conjuncti adversus forjudicationem nullitates, & exceptiones proponere valent, & aliquo modo inquisiti innocentiam Judici demonstrare, & cum hæc respiciant forjudicandi defensionem, quæ est de jure naturali, ideò eam omninò requiri ait, quem sequitur Scialoya *in praxi forjudicatoria*, *cap.* 10. *num.* 18.

Sed contrarium est veriùs, & circa citationem ad sententiam. *Primo* cum Hieronymo de Cevallos *comm. contra comm. quæst.* 174. *num.* 12. dico, quòd prima citatio ad causam est de Jure naturali, cætera verò sunt de Jure civili, undè primam Princeps, vel statutum omittere nequit, cæteras potest. *Secundò*, quòd doctrinæ allegatæ procedunt pro reo præsente, secùs pro reo in causa criminali contumace. Hinc valet statutum, quod citatus intra certum tempus compareat, quo termino elapso amplius non audiatur, ut probavi in præcedenti decreto *num.* 5. & per dictas pragmaticas sancitum extitit. *Tertio*, quia hæc citatio ad forjudicandum, ut dicit Glossa *in const. Pœnam eorum in verb. forjudicari*, & D. de Franchis *decis.* 515. *num.* 2. procedit de æquitate, quæ contra prædictos delinquentes servanda non est.

Et circa dictam conjunctorum citationem dico, quod citatio, quæ expeditur principali, est de jure naturali, & omitti per statutum non potest, ut is tanquàm informatus possit se defendere, in judicio comparere, aùt excusatorem mittere; hæc autem citatio procedit de æquitate, argumento *text. in l. hæc ergò sciendum*, *ff. quibus ex causis majores*, *& in l. hæc autem*, *ff. quibus ex causis in possessionem eatur*: quæ leges in judicio civili adversùs pupillum, & absentem, jubent requiri agnatos, affines, & quos verisimile est eos defensuros per necessitudinem, vel caritatem, & nihilominus favent ei, qui fraudandi causa creditores latitat: nàm in primo casu creditores mittuntur in possessionem bonorum custodiendi causa tantùm, in secundo casu si absens non defendatur boni viri arbitratu, ejus bona possidentur per creditores, & etiam venduntur, ut in *l. Fulcinius*, *& in §. quod sit latitare*, *ff. ex quibus causis in possess. eatur*, ac juribus congestis per Glossam *in cap. consultationibus de offic. & potest. Judicis deleg. in verb. Restitutionem*. Sed hìc vigore dictarum pragmaticarum citatus non Reipublicæ causa abest, sed per Campaneam incedit in Reipublicæ perniciem, & cum dictæ citationes sint de jure positivo, benè per statutum tolli possunt, prout eas abrogaverunt Pragmaticæ, ibi in Pragm. 11. *Senza aspettare il circolo dell' Anno*, *che per Costituzione di questo Regno stà concesso*, *nè altra qualsivoglia sollennità*.

Urget demum alia ratio: nam forjudicetur quia vigore *constit. Pœnam eorum*, ad citationem sufficiunt indicia ad torturam; ut autem habeatur pro forjudicato juxta *Pragmaticas de exulibus*, in citatione requiruntur plena probatio, ut constat ex *Pragm.* 22. *d. tit.* §. 6. ibi: *Ogni volta*, *che costarà legitimamente*, & practici criminalistæ fatentur, etiam si quis pro recaptu sit citandus, non obstante *Reg. Pragm.* ut dixi: contrà enim convictum Jura benignè procedere sinunt, meritò agnatorum citatio non est necessaria, nec ego eam practicatam vidi, sed non nego Judici arbitrarium hoc esse, dummodo intrà breviatum terminum *Pragmatica*, principales, ac consanguinei reputentur contumaces.

Cæterùm, ubi *pragmaticæ* solùm jubent cum abbreviatione dierum procedi, omnes solemnitates requiruntur, juxtà *constit. Pœnam eorum*, quæ tantùm circa terminum abrogata videtur.

Præ-

Præterea, ubi quis pro recaptu citatur, Decretum ita concipitur: *Die. &c. facto verbo, &c. Talis de T. inquisitus de recaptu, ut intus, citetur, moneatur, & requiratur, ut infra quatuor dies peremptoriè compareat pro causa prædicta, quibus elapsis, ipsoque non comparente, contumax intelligatur, ut nisi verus forjudicatus reputetur, servata forma Regiæ Prag. hoc suum.* In citatione vero hoc Decretum & Pragmaticæ Capitulum inseri debet.

34 Licet vero in hoc Regno pro extirpandis forascitis multæ Pragmaticæ promulgatæ fuerint, iis etiam Regnum abundat, quia ut considero quamplurima oppida sunt in montibus, & locis nemorosis constructa, ideoque habitatores Brutis sunt similes. Hinc Torquatus.

La terra lieta, molle, e dilettosa,
Simile a se l'abitator produce.

Qui etiam Doctrinam Christianam non edocti, & a pueritia desidiæ dediti in male agendo integrem vitam sectantur. Hinc merito Horatius.

Quo semel imbuta, recens servabit odorem,
Testa diù.

Sane, salva pace bonorum, alioqui hujus Regni Episcopi non animarum curam, sed pecuniam procurant, vinea enim inculta non uvas, sed tribulos producit, & spinas. Hinc homines sine Doctrina Christiana, & Divinorum ignari non cavent a malo nisi quatenus natura docet; hæc vero, quia est corrupta, non est bona magistra. Insuper Provinciarum Præsides, salva pace aliquorum pejores sunt, quam publici latrones, omnia quæstu corrumpunt, idcircò omnia ruunt. Tandem considero, quod si de emolumentis, vulgo franchitiis, quibus Regni milites gaudent corpus militum crearetur qui essent in actuali servitio, Regnum pauperibus purgaretur, & vagabundis utique fures in tanto non essent numero, & in occurrentibus casibus Rex promptos milites haberet, & habiles, ii quoque in provinciis deservire possent absque onere Regiæ Curiæ.

35 Sextum, elapso Anno a die interloquutoriæ, antequam per sententiam condemnetur, forjudicandus ipse denuo ad forjudicandum citetur, Glossa in *dicta constit. Pœnam eorum in verb. Forjudicati*, Afflict. *in constit. citationis litera not.* 3. D. de Franchis *decis.* 515. & 165. Scisloya *in cap.* 11. *nu.* 1. & confert *tex. in l. post edictum* 73. & *in l. de unoquoque, ff. de judiciis*.

36 Septimum requiritur, ut citentur agnati, cognati, affines, vicini, & amici ad allegandam causam, quare agnatos, amicus, & vicinus forjudicari non debeat, justa inveteratam praxim, & jure merito; nam sicut in civilibus leges justitiæ, & æquitatis cultrices, cum debet aliquid fieri in præjudicium minoris, furiosi, & absentis, vocari jusserunt agnatos, affines, & amicos pro eorum defensione ut in *l. hæc autem* 5. §. 2. *ff. quibus ex causis in possess. datur*, & *in l. ergo* 22. *ff. ex quibus causis majores*, *l.* 6. *ff. ubi pupillus*, *l.* 5. §. 11. *ff. de rebus eorum qui sub tutela*, aliaque jure, atque argumenta cumulat Tiraquellus *de pœnis temperandis causa* 22. *a num.* 69. ita & multo magis in criminalibus; Criminales enim causæ graviores sunt, quam civiles propter vitam, & hominis infamiam *l.* 19. *ff. de pœnis in fine*.

Amici, & vicini, sufficit, quod vocentur per proclama, Dom. Reg. Capyrius Latro *decis.* 74. D. Reg. Merlinus *controv. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 13. Scialoya *cap.* 10. *num.* 4. Cons. Roccus *in tract. de officiis rub.* 15. *num.* 175. Rever. de Luca *in observ. ad D. Franchis dec.* 516. *in fine*.

Agnati, cognati, & affines habita prius eorum nota ab Universitate loci, quo forjudicandus habitat, sigillatim de persona vel domi solitæ eorum habitationis sunt citandi, nisi sint absentes, & locus, ubi commorantur, non innotescat; vel sint extra Regnum, vel in Civitate Beneventana, D. Reg. Capyc. Latr., D. Reg. Merlin. *citatis locis*, Scisloya *d. cap. num.* 4. Consil. Roccus *d. cap. num.* 276. Gizz. *ad Capyc. Latr. n.* 7.

37 Difficultas est, si omnes consanguinei juxta dictam Regiminis notam sunt citandi, an satis sit, ut proximiores vocentur? & quod strictiores tantum sunt vocandi, consideretur *text. in l.* 1. §. *denunciatio, ff. de ventre inspiciendo*, ibi: *Iisdem est denunciandum, quibus proxima spes est successionis*.

Secundò, quia hæc citatio procedit de æquitate.

Tertiò, adsertur authoritas rei judicatæ: etenim D. Reg. Sanfelic. *dec.* 125. decisum refert, quod per M. C. die 6. Aprilis 1628. fuerunt forjudicati Joannes Baptista Bonitus, & Joannes Baptista de Alexio inquisiti de assassinio, uti mandantes, licèt unius pater, & mater non fuissent citati ad forjudicandum, sed tantùm frater, & filii, & de mense Februarii ejusdem Anni fuit forjudicatus Andreas Figlio Marino, non citato patre, qui erat in nota.

Sicut me interveniente in M. C. in anno 1675. referente Consiliario Sisto M. C. Præside optimo, Joannes lo Monaco forjudicatus pro homicidio cum sacrilegio fuit morti traditus, rejecta nullitate adversùs forjudicationem proposita, quod Ferdinandus, & Joseph lo Monaco ejus fratres, ac Petrus Tristano consanguineus, qui erant in nota habita ab Universitate, non fuissent citati, patre, matreque citatis.

In contrarium ponderantur verba *tex.* in *d. l. hæc autem*, ibi: *Si qui fortè alii sunt, quos verisimile est defensionem non omissuros*, quæ verba, ut patet ad sensum, omnes comprehendunt.

Secundo, quia ut considerat Pulverinus *in const. Pœnam eorum, vers. Quid si forjudicandus num.* 30. esse potest, quod unus aliquas rationes alii incognitas alleget, ac esse, ut addo, quod proximiores sint in pauco numero, & ob aliquod impedimentum comparere nequeant, vel odio, vel lucri spe nolint.

Tertio, quia ità fatentur DD. Regentes Rovitus *in rubr. de forjudicationis sententia nu.* 3. Tapia *dec. S. C. num.* 18. Capyc. Latr. *dec.* 74. Merlinus *controvers. lib.* 2. *c.* 39. *num.* 19. Consil. Roccus *d. rub. nu.* 179. & *in resp.* 92. *tom* 2. ubi quod debent citari omnes, qui sunt in nota, & Rever. de Luca in *observat. ad D. de Franchis dec.* 516. *num.* 4. *vers. Ego in hac difficultate*, alioquin, ut inquit, deserviret de vento petere notam consanguineorum ab Universitate.

Hæc verior mihi videtur definitio, & decisionem D. Reg. Sanfelic. procedere in casu, quo proximiores comparuerunt ad defendendum consanguineum; sicuti in casu dictæ decisionis, proximiores comparuerunt, & eum viriliter defenderunt, ut *num.* 6. hoc enim casu ad forjudicationem procedi potest, licèt remotiores non fuerint citati, confert *tex. in l. fin. C. de auth. præst.* in *l.* 1. *C. si ex pluribus tutoribus*, & *Glossa in l.* 2. *in verb. iis tantum*, ubi satis est citatio unius ex pluribus tutoribus, si citatus in judicium venit, & pupilli causam defendit, alioquin omnes citari debent.

38 Et adverto, quod non solùm agnati, idest ii qui forjudicando sunt adstricti ex parte patris, & cognati, qui ex parte matris, sed etiam affines citari debent, ut clarè *in d. l. hæc autem*, in qua præsertim fundatur hæc praxis, fatetur Glossa *in const. Pœnam eorum, num.* 20. Afflict. ibid. *verb. Sed quæro quomodo*. Et cum adversùs forjudicationem Caroli Visconte Baronis fuerint aliquæ nullitates propositæ, & inter eas præcipua, quod D. Franciscus Castromedianus Marchio Gabballini frater uxoris dicti Baronis non reperiebatur citatus, & tamen erat in nota Universitatis descriptus, per Regiam Cameram fuit provisum, nullitates obstare, prout refert Consil. Roccus *resp.* 92. *tom.* 2.

Secundum vero hodiernam praxim forjudicando conjuncti specialitèr citantur usque ad quartum gradum de Jure Civili, nè causa differetur: & quia ad quartum gradum pro forascitis quoque extractari debent, & ordo, qui Universitati dirigitur, talis est.

Magnifici Sindico, Eletti, ed altri del governo della Città della Cava vi significamo, come si ritrova inquisito in questa G. C. Carlo Pinto per un' omicidio commesso con colpi di coltello in persona di Pietro di Domenico, e per quello citato *ad informandum, & capitula*: e dovendosi procedere alla sua forgiudica, tenemo bisogno di nota distinta, vera, ed autentica di tutti li suoi parenti sino al quarto grado *de Jure civili*: che perciò vi dicemo, e ordinamo, che in ricevere la presente, dobbiate subito consegnare

segnare

segnare la detta nota a T. de T. Agozino di questa G. C. e non fate il contrario sotto pena d'onze d'oro, &c. Datum die &c. T. Judea, T. Actuarius.

Sequitur citatio ad forjudicandum.

De Mandata M. C.

Ex provisione facta per eandem Alguzeriis ipsius M. C. sive aliarum quarumvis Curiarum ad infrascripta insolidum requirendis, noveritis qualiter formata inquisitione adversus Carolum Pinto de Civitate Cavæ, de homicidio die 7. Julii 1678. cum appensamento, & pluribus cultri ictibus commisso in personam Petri de Dominico ejusdem Civitatis, ex causa, quod ipse Carolus cupiebat ducere in uxorem Catharinam de Dominico sororem dicti Petri, qui matrimonio non assentiebat per M. C. procedentem cum querela, & fori electione Victoriæ Sebastiano Matris Petri, & viduæ qu. Francisci de Dominico die 28. mensis Julii 1678. fuit provisum, quod pro causa prædicta dictus Carolus Pinto citetur ad informandum, & capitula cum Anni circulo, vigore cujus 30 decreti sub die ejusdem mensis cum effectu fuit citatus duabus citationibus, una ad informandum, & altera ad capitula, sub die 8. Augusti fuit accusata prima contumacia, sub die verò 11. triduo elapso vocatus in Banco juris, cum non comparverit fuit dictum, quod remaneat contumax, & banno suppositus, & quia à prædicto die 12. Augusti 1678. est elapsus Anni circulus, & plus, & prædictus Carolus in contumacia persistit, licèt Dominus Fisci Patronus maxima cum instantia petierit prædictum Carolum esse forjudicandum, ac procedendum ad forjudicationis sententiam, ejusque lecturam, servata juris forma, & decreti ipsius M. C. V. ne in scelere glorietur, sed ei sit in pœnam, cæterisque in exemplum, nos tamen considerantes, quod tractatur de vita hominis meritòque cautiùs sit procedendum, cupientes potiùs, quòd prædictus Carolus contumax, purgata priùs contumacia compareat in dicta M. C. & adversùs dictam forjudicationem se defendat, & vivat, quàm justitiæ gladio pereat; quamobrem volentes opportunè providere vobis ut supra jam dictis dicimus, committimus, & Regia, qua in his fungimur authoritate, mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & R. F. requisitionem peremptoriè citetis dictum Carolum Pinto personalitèr si de persona reperiri contigerit, sin autem domi suæ solitæ habitationis, quatenus infra tres dies post præsentium notificationem personaliter in dicta M. C. comparere debeat, ejus contumaciam, & Bannum purgaturus, & ad dicendum quicquid, & causam, quarè contra eum ad dictam forjudicationis sententiam procedi non debet, ac pro illius execqutione etiam citetis parentes, agnatos, cognatos, amicos, & vicinos dicti Caroli Pinto, ut prædicti si sua ipsorum putaverint interesse peremptoriè in dicto termino dierum trium, legitimè in eadem M. C. comparere debeant ad opponendum, & allegandum in jure, & in facto, & quicquid allegare, & dicere voluerint oretenus, & in scriptis, & quare contra dictum Carolum ad dictam sententiam procedi non debet; alias ipsis non comparentibus, stante lapsu termini unius Anni, & Fisci instantia ad eam procedetur, ita citetis, & in forma referatis. Datum Neapoli, &c. T. de T. Judex, T. de T. Actuarius, T. Scriba.

In hac citatione accusantur contumaciæ modo prædicto, & ultima contumacia contracta ponitur cartella in janua Aulæ, dicendò, qualitèr N. N. tali die, & deindè cum continuatione tractabit forjudicationis causam Talis de Tale, ut si quis forjudicandum velit defendere, possit, vocatur postea causa, & nemine comperente, Decretum *forjudicetur* interponitur, hac videlicet formula.

In causa Caroli Pinta cum Regio Fisco & Victoria Sebastiano querelante.

Die 7. Septembris 1679. facto verbo in M. C. cum fori electione procedente, visa instantia R. F. fuit provisum, & decretum, quod Carolus Pinta contumax pro homicidio cultro commisso, & cum appensamento in personam Petri de Dominico, forjudicetur, ac proindè ad forjudicationis sententiam procedatur, ejusque lecturam, hoc suum.

Sequitur sententia, pro exempla.

CAROLUS DEI GRATIA REX, &c.

Tenore præsentium omnibus innotescat, qualitèr perquisitis informationibus, & in libris M. C. existentibus invenimus Carolum Pintum Cavensem inquisitum de homicidio cultro commisso in personam Petri de Dominico, ex causa, quod dictus Carolus in uxorem ducere cupiebat Catharinam de Dominico sororem dicti Petri, qui matrimonio abnuebat, atque M. C. contumacem, nam pro dicto crimine peremptorie fuit citatus, ut personalitèr comparuisset intra tres dies in dict. M. C. copiam capitulorum recepturus, specialis inquisitionis contra eum ad querelam Victoriæ Sebastiano formatæ, & in dicta inquisitione legitimè se defensurus, ut constat ex citatione dicto Carolo sub die 31. Julii 1678. intimata per Carolum Nigrum servientem M. C. præsentibus testibus opportunè, & adveniente postmodum die, ex officio fuit accusata prima contumacia, triduoque de æquitate expectato, M. C. pro Tribunali Sedente fuit dictus Carolus Pinto per præconem vocatus, & quia non comparuit, neque aliquis pro eo, qui ipsius absentiæ causam proponeret, vel aliis legitimis excusationibus eum excusaret, fuit accusata ultima contumacia, & banno suppositus, nec non ad tertiam partem bonorum Fisco applicandam condemnatus; reliqua verò bona mobilia, & stabilia, usque ad anni circulum, ad opus R. Fisci annotata fuere, & elapso anni circulo, quamvis D. Fisci patronus contra ipsum ad forjudicationis sententiam procedi maximoperè institisset juxta S. Constitutiones, & Regni Capitula: nos tamen considerantes, quod nulla de hominis morte cunctatio longa est, cupientes potiùs, quod ipse Carolus Pinto personaliter coram nobis comparuisset contumaciam purgaturus, & seipsum legitimè defensurus, quàm gladii pœnam subiret, denuo exercendi gratia nostri Regis Clementiam, & ad malitiam enunciati Caroli convincendam, is peremptoriè fuit citatus, ut personaliter intra certum tempus comperuisset, contumaciam purgaturus, & adversùs forjudicationis sententiam defensurus, ac pari provisione ejus parentès, consanguinei, amici, & vicini, ut si suorum putaverint interesse, coram nobis legitimè comparuissent allegaturi quicquid valuerint, & quarè contra dictum Carolum Pinto inquisitum de dicto crimine, & per unum annum, & ultra in contumaciam persistentem ad forjudicationis sententiam procedi non deberet, ut ex dicta citatione constat, eique parentibus consanguineis, & prædictis omnibus sub die... intimata, & cum præfixo termino Carolus Pinto principalis, ejus consanguinei, ejusque amici, & vicini non comparuerint, contra prædictos ex officio fuit accusata prima contumacia & alio triduo elapso fuerunt omnes vocati in Banco juris M. C. pro Tribunali sedente, & accusata ultima contumacia.

Demùm iis in contumacia persistentes, instante Magn. Fisci Procuratore, vocata causa sub die 7. Septembr. 1679. per eandem M. C. fuit provisum, & decretum, procedendum esse, & procedi debere contra dictum Carolum Pinto ad petitam forjudicationis sententiam.

Quamobrem visa informatione ad querelam Victoriæ Sebastiano completa, visis citationibus, requisitionibus, & monitionibus, visis actis, & contumaciis, consideratis denique considerandis, prius Dei, & B. M. semper Virginis invocato auxilio, quo Judicantes justitia decernunt, & sine eo omnes sunt insipientes, Sacrosanctis Evangeliis propositis, & per nos recentèr inspectis.

Per hanc nostram diffinitivam forjudicatoriam sententiam decernimus, & diffinitivè sententiamus prædictum Carolum Pinto inquisitum, bannitum, & contumacem pro appensato, & crudeli homicidio in personam Francisci de Dominico patrato, ut ex actis, & in dicta contumacia per annum, & plus perdurantem, forjudicari deberi, prout præsenti nostra diffi-

nitiva

nitiva forjudicationis sententia ipsum forjudicamus, & pro causa prædicta forjudicatum esse volumus, atque mandamus juxtà Constitutionem Pœnam eorum, Capitula, & Regni pragmaticas, ità, quod deinceps, tanquàm convictus, & confessus, super prædicta causa seipsum defendere nequeat, & sit sibi omnem judicii aditum constitutur, eique judicii limina præcludantur, ut nullum appellationis, seù supplicationis remedium supersit, cum enim dict. Carolus coràm nobis tanto tempore non comparuisset, & proptereà seipsum contumacem esse negare non possit, meritò ab omnibus fere pro mortuo habeatur, hostis publicus reputetur, offendatur, atque impunè occidatur, adeoque si aliquis eum occiderit, nullam pœnam culpam, seù calumniam mereatur, sed præmium, & gratiam Regiam consequatur, hanc nostram forjudicationis sententiam omni modo meliori promulgantes. T. de T. & T. de T. Judices.

Retroscripta sententia forjudicationis lecta, lata, & publicata fuit in forma, Curia pro Tribunali Sedente die, &c. per T. Actuarium, præsentibus pro testibus T. de T. & T. de T.

Plures citationum ad forjudicandum, ac sententiarum formulas congerit Scialoya *in sua praxi forjudicatorum cap. 11. & 12.* verùm istæ a me hic positæ sunt iis breviores, & eadem, quæ in eis continentur, continent.

39 Prædicti agnati, affines, amici, & vicini antè decretum *forjudicetur*, nullitates, tùm justitiam, tùm ordinem respicientes proponere valent, & nullitates justitiæ ex ventre citationis ad Capitula colligere possunt; & in casu quo militant, decretum interponitur, *Primam, vel secundam, &c. nullitatem obstare, & proindè supersedeatur in forjudicatione*, ubi non militant dicitur: *Nullitates non obstare, & proindè T. de T. forjudicetur.*

In casu verò, quo nullitates ordinis locum habent, dicitur: *Primam v. g. vel secundam obstare, & proindè T. de T. iterùm citetur.*

Nec non prædictum Decretum, ante tamen ipsius promulgationem, atque lecturam, prædictas nullitates proponere queunt; etsi forjudicatio tractatur in R. A. practica est, ut prædicti compareant in Magn. Cur. nempe coram Mag. Judice criminali, a quo interponitur Decretum: *Regiæ Audientiæ Tale si forjudicationis sententia non fuerit lecta, lata, nullitates recipiat, vel super nullitatibus propositis specificè provideat, & si fuerit in vota, atque decreverit, nullitates non obstare, transmittat acta, vel relationem faciat, & usque ad alium ordinem non procedat*, cujus vigore provisiones obtinent; & si R. Audientia procedit uti Delegata, a Regio Collaterali Consilio provisiones impetrandæ sunt.

Si forjudicatio tractatur in M. C. vel in alio Tribunali Civitatis Neapolis, prædicti comparere debent coram S. R. C. Præside, & ab eo in calce supplicationis nomine *S. R. Majestatis* decernitur, nempè: *Si sententia forjudicationis non est publicata, M. C. V. de supplicatis verbum faciat in S. C.* cujus Decreti formam recenset D. Præses de Franchis *decis.* 688. *nu.* 2. & Dom. Reg. Rovitus *in rubrica de sententia forjudicationis, num.* 34. qui *num.* 31. dicit, quòd si cum his provisionibus compareant post publicatam sententiam, adhùc tamen Judice pro Tribunali sedente, opere restitutionis in integrum audiuntur, & in M. C. in supplicatione, quæ S. R. C. Præsidi dirigitur, exprimere debent, qualitèr comparuerunt C. pro Tribunali Sedente, licèt tardiusculè ob inadvertentiam horæ.

Cæterùm publicata forjudicationis sententia, forjudicato in fortiis non existente, prædictas nullitates proponere nequeunt.

Et licèt D. de Franchis *dec.* 688. contrarium per S. C. determinatum referat, decisio tamen non fuit in praxi recepta, teste D. Reg. Rovito *d. rub. n.* 34. D. Reg. Tapia *in Const. Pœnam eorum, n.* 8. Consil. Maitrillo *dec.* 161. & D. Reg. de Marinis *resol. juris lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 7. Et quamvis Reverend. de Luca *in observ. ad decis. D. de Franchis num.* 1. dictam decisionem comprobet authoritate Novarii *dec.* 14. & D. de Afflicto Episcopi Caveosis *controvers.* 11. advertito tamen, quod Novarius hac in re solum recenset provisiones Reg. Coll. Consilii a Hieronyma de Armicin impetratas, quibus Regia Audientia Principatus ultra fuit ordinatum, quòd in causa Caroli d'Aspido forjudicati, Hieronymæ viri, nullitates reciperet, & si in fortiis is non existeret; quia dicta Hieronyma in citatione ad forjudicandum nullitates proposuerat, & R. A. ea inaudita ad forjudicationis sententiam processit: Jure merito igitùr Reg. Collaterale Consilium in hoc speciali casu, specialibus provisionibus ità ordinavit, & Episcopus Cavensis dictam D. de Franch. decision. refert.

40 Præterea prædicti consanguinei possunt Judicem recusare suspectum, Dom. Reg. Merl. *contr.* 48. Rever. de Luca *in observat. ad decis. Dom. de Franchis* 328. *nu.* 6. necnon ii amici, & vicini adversùs forjudicationem exceptionis proponere, & præsertim exceptionem Clericatus; nàm productis Bullis, quæ ponuntur extra processum, supersedetur in forjudicatione, teste D. Præside de Franchis *dec.* 329. Dom. Reg. Tapia *in ejus Regni ritu* 65. *tit. de Episcopis, & Clericis* D. Reg. Rovito *in rubrica de sententia forjudicationis, nu.* 11. & Consiliario Campana *resol.* 4. ea ratione, nam prædicti agnati, &c. adversùs sententiam valent opponere id, quod est seorsum a crimine, prout est hæc Clericatus exceptio, quæ si non admitteretur, maximo cum scandalo Clericus a Judice laico prorsus incompetente occideretur.

Idem practicatur pro Clerico conjugato, teste D. Reg. Sanfelicio *decis.* 14. *num.* 13. ac pro Equite Hierosolymitano, Thoro *in comp. dec. cap.* 2. *num.* 79. Extenditurque ad Clericum effectum Laicum post citationem ad effugiendum forum sæculare, cum Clericatus non sit invalidus, ideoque eximit personam a potestate Judicis laici. Quinimo forjudicatus effectus, quia agitur de nova conditione personæ ad novum Judicem Ecclesiasticum, si in fortiis Curiæ perveniat, est remittendus; teste eodem Præside de Franchis *dec.* 484. idem si est effectus Monachus: nam professio æquiparatur Ordini Sacro. Glossa *in c. unico, de voto, & vot. redemp. in* 6. *in verb. Sacri Ordinis*, decisum refert D. Reg. Sanfelicius *decis.* 2. *num.* 27. & 28. Thorus *in supplemento verb. Remissio*, de Luca *in observ. dicta decis. de Franchis, n.* 4.

Constitutiones enim Sixti V. & Gregorii XIV. ordinantes, ut Monasteria sumant informationem de vita, & moribus in ea ingredientium, fuerunt reformatæ per Clementem VIII. Quarè professio licèt in fraudem sit emissa, non est invalida, ut in facti contingentia censuit S. Congr. die 5. Februarii 1628. ut in eadem *dec.* D. Sanfelicis, qui circa materiam plura S. Concilii Tridentini decreta recenset.

Hinc etiam relegatus effectus Clericus post relegationem, si ab Insula discedit, a Judice Ecclesiastico cognosci debet, D. Reg. de Ponte *de potestate Proreg. tit.* 787. *num.* 16. D. Reg. Tapia *lib.* 1. *juris Regni tit.* 2. *num.* 33. Dom. de Franchis *dec.* 209. & 395. ubi additionatores.

Aliqui dictam remissionem admittunt, quoad districtionem personalem, secùs quòd bona, & sic realem, juxta tradita a Dom. de Franchis *decis.* 209. & 697. verùm in quodam Laico penes acta obligato, & post obligationem effecto Clerico, licet per M. C. fuisset provisum, contra eum realiter esse exequendum, tamen cum appellatum esset ad S. C. fuit decretum revocatum & provisum etiam in gradu reclamationis, ad Judicem Ecclesiasticum in totum esse remittendum, teste Dom. Reg. de Marinis *resol. jur. lib.* 1. *cap.* 189.

Hinc etiam quæro, an Judex laicus in forjudicatione supersedere debeat, si Clericus tempore citationis reperiatur Laicus, & eum ex actis constet esse Laicum?

Et quod ad forjudicationem procedere possit, tenet Dom. Reg. Merlinus *lib.* 1. *controv. cap.* 49. *in fine*, quem sequitur Consil. Campana *resol.* 4. *nu.* 13. cum hoc casu Laici sequeretur occisio, & cessaret absurdum, quod a Laico occideretur Clericus, cui imputari debet, cum valuerit comparere, & adversus forjudicationem se defendere, & noluerit.

Hac in re, an Clericus effectus Laicus cognosci debet a Judice Laico, vel Ecclesiastico pro crimine Cle-

M rica-

ricatus tempore commissos? distinguit Dom. de Franchis *decis.* 417. *num.* 5. quòd si causa ab Ecclesiastico per legitimam citationem est præventa, ab eodem est cognoscendus, si secus à Laico, idem Dom. Reg. de Marinis *resol. juris lib.* 1. *cap.* 48. cum per dictam præventionem sit Judici Ecclesiastico jus acquisitum, eique per status mutationem præjudicari non posse, causa verò non præventa, ut ipse inquit *dict. cap. num.* 6. sicut Laicus effectus Clericus post delictum commissum est à Judice Ecclesiastico cognoscendus, quia propter characteris in anima impressionem censetur à jurisdictione Laici exemptus, ita à Judice Laico, ubi tempore, quo venit delinquens puniendus, reperiatur Clericalibus privilegiis spoliatus. Et licèt Consil. Staibanus *tom.* 2. *resol. cap.* 109. contrarium strenuè probet ea ratione, quia in foro competentia delicti tempus, & non sententiæ sit considerandum, & plures recenset Doctores sic affirmantes, & Martam *in tract. de jurisd. par.* 2. *cap.* 32. *nu.* 53 & D. S. C. Præsidem de Curte convicem meum *in divers. juris feud. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 114. plures decisiones referre, tamen resolutio Dom. Reg. de Marinis magis mihi arridet, & regulæ illæ, quòd ad Judicis jurisdictionem fundandam criminis initium attenditur, procedit, quando causa est præventa, cum tunc verè sit tali Judici jus acquisitum. Cæterùm dico, quòd quum Reipublicæ principalitèr offensio facta videtur, hæc non minùs ab Ecclesiastico, quam à Laico cohibetur, quæ ratio benè militat in præcedenti casu, pro quo etiam plures sunt S. C. decisiones, ut penès Dom. Reg. Sanfelic. *decis.* 218. & eundem Reg. de Marinis in *d. cap. in fine* videre est.

Rursùs praxim superledendi in forjudicatione restringit Dom. Merlinus *controvers. cent.* 1. *cap.* 40. ubi agitur de crimine, pro quo Judex Laicus contra Clericum valet procedere: contrarium affirmant Reg. Sanfelicius *dec.* 325. *num.* 20. ac alii relati à Rever. de Luca in *observ.* Dom. de Franchis *dec.* 329. *vers. Contrarium*, cum delicti qualitas non probetur ea tacita confessione resultante ex contumacia, si de qualitate plenè non constet.

Si Bullæ verò fuerint deperditæ, & præsentatur fides registri Curiæ Episcopalis, Curia mittere debet ad recognoscendum dictum registrum; in Regno enim productâ fide registri Clericatus probatur per testes, alioquin ii non admittuntur, teste D. Riccio *in dec. Curia Archiep.* 386. *par.* 4 & Novario *de elect. & variat. for. par.* 1. *quæst.* 53. *num.* 15. Hinc Clericatum per unum testem probari affirmat Concivis meus de Anna *sing.* 408. Rev. de Luca *in d. observ. num.* 6. qui cum Tassone *de antefata, observ.* 3. *n.* 10. maximè id admittit ad impediendam forjudicationem, quo casu probatio, ut ad Judicis instructionem, quam aliquo modo sufficit habere, sed intellige prævia fide registri.

41 Vel exceptionem minoris ætatis allegare Baptismatis fidem producendo: & hic adverto, quòd Parochus Baptismatis librum Judici seculari ostendere tenetur, & adest decretum Sac. Concilii Tridentini sub die 10. Decemb. 1662. tenoris sequentis: *In Lycien: Irregularitatis. Coràm Judice seculari Civitatis Lyciensis adolescens de gravissimo crimine accusatus, factis probationibus adeò premitur, ut capitalem pœnam propè diem daturus credatur, ad quam ille effugiendam excepit, se in minore ætate constitutum esse, prout ejusdem suadere videretur aspectus, Fiscus ad hujusmodi exceptionem elidendam à Domino Episcopo Lyciensi petiit sibi exhiberi librum in actis Curiæ Ecclesiasticæ de more conservatum, in quo describuntur Pueri baptizati: dubitans Episcopus, an si liceat petitioni indulgere, quandoquidem ex eo libro reum ætate majorem esse comperitne, supplex Sacram Congregationem controversiis jurisdictionalibus propositam consuluit, quæ oretenùs ad hanc Sacram Congregationem Concilii remisit, ideòque quæritur, an secundùm prænarratam facti seriem, ita liceat Episcopo Lycien. petitum librum baptizatorum Judici seculari exhibere, ut irregularis propterea minimè fiat. die* 10. *Decembris* 1661. *Sac. Congregatio Eminentiss. S. R. E. Cardinalium Concil. Trident. interpretum decrevit, in casu de quo agitur per exhibitionem libri baptizatorum non contrahi irregularitatem. I. Episcopus Calenen. Cardin. Sacchettus, de Vecchis Episcopus Secretarius*, Originale conservatur in Archivio Lyciensi.

42 Capto forjudicato, antequam morti tradatur, recognosci debet, si est is, de quo in sententia: recognitio autem duplicitèr fit, nempè per confessionem, vel per testes, & penès Follerium *in rubrica Capiti forjudicatis recognoscantur*, *num.* 1. & ibi de Angelis, Dom. de Franchis *decis.* 209. *nu.* 5. & 213. *nu.* 59. & ibi Viscontem, Thorum *in add. ad* Dom. Reg. Salernitanum *decis.* 3. *num.* 11. D. Reg. Capycius Latro *decis.* 161. *num.* 1. Farinac. *quæst.* 11. *n.* 21. & Cabal. *casu* 270.

Per confessionem dicitur, quando is interrogatur circa nomen, cognomen, patriam, patrem, matrem, ejus consanguineos, ac alias circumstantias, & congruè respondet, atque ex responsione dignoscitur esse eundem de quo in sententia, & circa hanc recognitionem tria adverto.

Primùm, quòd dicta recognitio, seù confessio recipienda est Curia pro Tribunali sedente; ut si fortassis sententia declaratur nulla, impartito termino adversùs confessionem celeri expeditione morti tradatur. *Secundùm*, quòd si confessioni forjudicatus subscribere se nolit, tunc fiunt ei tria præcepta, duo, quòd se subscribat, aliàs providebitur, quòd habeatur pro subscripta: tertiùm præceptum ità concipitur, nempè: *Die, &c. depositio facta T. de T. coràm M. C. pro Tribunali Sedente habeatur pro subscripta*. Tandem *Tertium*, quòd priusquam interrogetur, ejus effigies, statura, & capillitium describantur, ut distinguatur ab altero, fortassis ejusdem nominis, vel ipso negante, Judex cautelatè procedat in recognitione per testes, qui antequam forjudicatum recognoscant, circà forjudicati personam sunt interrogandi.

Hæc per testes recognitio locum habet, quoties forjudicatus tacet suum nomen, vel si est mutus, & surdus, & fit hoc modo; forjudicatus ponitur inter plures consimiles; & postea introducuntur testes, & prævio juramento interrogantur, an inter homines ringatim positos adsit Talis de T. de T. patria? Et hic etiam quatuor adverto. *Primum*, quòd dicti testes esse debent idonei, & concludentem scientiæ rationem allegare, ideòque concives, & vicini sunt legaliores. *Secundum*, quòd ii sigillatim sunt interrogandi, & si forjudicatum recognoscunt, in recognitione manibus tangere debent. *Tertium*, quòd si forjudicatus per unum testem solùm recognoscatur, torqueri potest ad declarandum ejus proprium nomen, Farinacius *quæst.* 11. *nu.* 25. *vers. Amplia rursùs*, Scialoya *in praxi forjud. cap.* 25. *num.* 23. Et pariter. *Quartum*, quòd licèt in forjudicatione sit erratum in nomine, aùt in cognomine, vel plurima habens nomina sub uno tantùm sit forjudicatus morti nihilominus traditur, si in recognitione constet de corpore, nempè esse eum, contrà quem pro crimine Curia ad forjudicationem devenit, Farinac. *d. quæst. num.* 22. Bajard. ad Clarum *quæst.* 96 *num.* 3. Scialoya *dict. cap. num.* 25. & sequitur recognitiones actus: *T. de T. &c. testis juratus in faciem, & præsentiam plurium carceratorum: & sub eodem juramenti vinculo interrogatur: Se fra queste genti, che se li dimostrano cusì alla renga, ei conosce T. de T. e che persona sia;* dixit: *Signore qui fra queste genti vi stà, e conosco T. de T. de T. patria, ed è quest'istesso, che tocco con le mie mani, e figlio delli T. e T., ed hà li T. e T. parenti, quale è pubblico forgiudicato per la T. delitto, ò vero fu citato per T. Corte, come sò, ed ho publicamente inteso, e lo conosco essendo suo Paesano, o con l'occasione &c.*

43 Recognitione expleta, vel per confessionem, vel per testes, juxtà inveteratam praxim forjudicatus est citandus ad dicendum causam, quarè sententia contrà eum lata exequi non debet? & jure meritò, aum nullitates à coniunctis, vel amicis propositas denuò ad majorem justitiæ claritatem proponere possit, atque omnes exceptiones, quæ si citationis tempore oppositæ fuissent, prædictam fortassis sententiam impedivissent.

44 Dum-

44 Dummodo exceptiones notoriæ sint, & evidentes, stant in promptu per scripturas probentur, & termino non egeant, teste Dom. Reg. Tapia *dec.* 54. & Consil. Campana *resol.* 25. *num.* 4. Verùm in exceptione Clericatus dico, quòd forjudicato non est deneganda dilatio ad producendum registri fidem; Clericus enim a jurisdictione Laicali exemptus eam prorogare nequit; idem in exceptione minoris ætatis, quæ omni jure pœnam minuit, ut hac in re consideravit Grammat. *vot.* 18. Hinc Jo: Baptista Bona de S. Cypriano pro homicidio ictu scopictæ commisso, cum in dicta citatione opposuisset, quod tempore delicti erat minor, & ad fidem præsentandam dilationem petiisset, non fuit ad ulteriora processum, & per M. C. provisum, quòd ad recognoscendum librum accederet solertissimus Judex Vignapiana, & facto accessu, is ad Regias triremes fuit postmodum concordatus: processus est in Banca Ferraro penès Bossam.

45 Similitèr dico in exceptione indultus, & impunitatis, ut quia occisus erat delinquens, vel forjudicatus: in his itaque casibus dilatio deneganda non est, etenim ut Plut. in *apoth. Lucan.* inquit. *In cognoscendis capitalibus causis, si semel erratum fuerit, corrigendi consilii potestas non est.*

46 Propositis autem nullitatibus, fit monitio pro illarum discussione, & si militant decretum interponitur: *Die &c. facto verbo audito R. F. fuit provisum, nullitates obstare, & proindè ordinariè procedatur.* Examinatus nimirùm reus, contestatus lis, & testibus repetitis auditur in suis defensionibus, quòd intellige si indicia ad torturam extant, alias processus impugnetur, ut ad ulteriora procedi possit; si non militant, interponitur decretum: *Die, &c. facto verbo audito R. F. & partibus fuit provisum, nullitates non obstare, & proinde forjudicationis sententia lata sub die, &c. contra T. de T. debita executioni demandetur, prout præsenti decreto mandatur, hoc suum:* a quo decreto non admittitur appellatio, quia per hoc decretum forjudicationis sententia confirmatur, a qua appellare non licet, vigore *Constitutionis Pœnam eorum*, & juxtà *Pragmaticam* 4. *de dilation.* qua ordinatur, quòd a decreto Præfecti Prætorio, *nullitates non obstare* non reclametur, secus, si sit pronunciatum, *nullitates non obstare*; verùm si forjudicationis Judex est inhibitus a Judice superiori, appellationi deferre debet, juxta doctrinam Farinac. *quæst.* 101. *num.* 109. & quotidiè videmus, quòd ab Advocatis a M. C. provisiones impetrantur, quibus Regiis Audientiis, sive aliis Tribunalibus mandatur, quòd si decreverint, Nullitates non obstare, transmittant acta, & non procedant, donec alitèr fuerit ordinatum, sicuti in Civitate in causis forjudicatorum, pro criminibus, quibus M. C. procedit uti Delegata, a Regio Collaterali Consilio obtinentur rescripta, quòd eadem M. C. relationem faciat, & pro quibus ordinariè procedit, a R. S. C. Præside, quòd M. C. faciat verbum in S. C. & hac præventione sententiæ executio impeditur.

47 Sic etiam sententia executioni non demandatur, si de forjudicati innocentia constat, aùt de aliqua qualitate mortis pœnam minuente: nàm juxta tradita a Consiliar. Campana *resol.* 25. Princeps consulitur. Quod dictum duplicitèr procedit, *uno modo*, quando per publicum instrumentum apparet, forjudicatum tempore criminis alibi fuisse, itant impossibile sit crimen eo loco commisisse, aut illum, qui occisus creditus, vivere, alibique commorari. *Secundo modo* per informationem a Judice captam in alio judicio, puta repositionis ad Ecclesiam, a qua forjudicatus fuit extractus prætextu homicidii proditorii, quoniam si in ea probatur per testes, quod dictum homicidium fuit in rixa, aùt præcedenti provocatione, quo casu non consideratur proditorium, & a pœna ordinaria receditur, & ad Ecclesiam est reponendus, & si forsan iterùm in manus Curiæ perveniret, morti non est tradendus, & quamvis de hoc secundo modo aliqui dubitent ea ratione, quia ut infringatur sententia in rem judicatam transacta, quæ appellatione non rescinditur, necesse est, ut de injustitia constet per probationem claram, certam, & evidentem, adeòut in dubium revocari non possit, teste Cancerio *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 63. & hæc per testes probatio certa dici non potest, cum multa sæpè per testes probantur, quæ vera non sunt, ut in proposito considerat Consil. Campana *d. resol. num.* 18. nihilominùs non est à dicto recedendum: etenim teste Divo Thoma 2. 2. *quæst.* 70. in humanis actionibus, super quibus judicia constituuntur, moralis sufficit certitudo, quæ per duos testes habetur, ut ibi, & sicuti hæc probatio, ut condemnetur homo, sufficiens est, ita quoque, ut absolvatur. Præterea in criminalibus pro reo probationes dubiæ, & minus concludentes probant, & testes inhabiles admittuntur, ut latè per Guazzin. *ad reorum defensum defensa* 29. *cap.* 3. Defensionis utique causa favorabilis est, quia tractatur de conservando homine in Republica, eoque magis hæc pro absente procedunt, teste Ulpiano *in l. servum*, §. *ex contrario ff. de procuratoribus*, cujus verba hic referre convenit: *Ex contrario quoque eum procuratorem dari posse, manifestum est. Publicè utile est, absentes a quibuscunque defendi, nam in capitalibus judiciis defensio datur: ubicunque itàque absens quis damnari potest, ibi quemvis verba pro eo facientem, & innocentiam excusantem audiri æquum est, & ordinarium admittere, quod ex rescripto Imperatoris nostri apparet.*

48 Si forjudicati caput præsentatur, recognosci quoque debet per duos testes idoneos, qui deponere debent, qualitèr viderunt, & inspexerunt caput hominis cum flavis, aùt crinibus nigris, cum barba, aùt sine, est T. de T. quia illum habebant in practica: omninò enim ea facie recognitio fieri debet, *l. cum in diversis, ff. de Relig. & sumpt. funerum.* Hinc si facies esset devastata, ea aliquo particulari signo in corpore existente, facienda est, ut pluries practicatum vidi juxtà tradita a Cabal. *casu* 270.

Actus recognitionis dicti capitis talis est.

Die, &c. coram, &c.

„ Postosi una testa d'uomo ucciso in tal luogo, introdotto T. de T. della T. Terra, di età di anni trenta, & dixit, cum juramento interrogatus, che veda bene esso testimonio, e riconosci di chi sia detta testa di uomo, come si chiamava, e di dove era, e per esso vista, e revista, cum juramento dixit; questa testa d'uomo con capillera negra, poco mostaccio, e barba, faccia tonda, che mi si dimostra, io la conosco benissimo, essere la testa di T. de T. della T. Patria, per averlo avuto in prattica, come conoscente, e non per altro, e io sò, che era forgiudicato, come pubblicamente ho inteso dire, &c.

Et ut evitetur fraus, hæc recognitio facienda est coram Judice, & ab eo testes recipi debent, juxtà *Prag.* 1. §. 20. *de officio Judicis generalis*: & cautela quoque est, ut antequam testibus caput ostendatur, si interrogentur de persona forjudicati, de facie vz. ætate, & capillatura; capta igitur informatione, decretum interponitur: *Die, &c. visis actis fuit provisum, quòd caput T. de T. ex quo forjudicatus, recipiatur, & ponatur in palo.* Si autem præsentatur a guidato indultum petente ad finem providendi decernitur, *quod capiatur informatio*, in qua constare debet, dictum servitium patratum fuisse a præsentante propriis manibus, adeò quòd mandans occidi forjudicatum indultu non gaudet, Caravita *sup. Prag. de exulibus n.* 40. Folierius *ibid. num.* 40. Dom. de Franchis *decis.* 608. ubi ita decisum refert per M. C. & Thorus *ad For Grande in prædicamento quantitatis*, *quæst.* 3. *num.* 2. ea ratione, ut asserunt, quia dicta Pragmatica loquitur in persona, idest in faciente, idcircò non habet locum in mandante; prout *Prag.* 11. aliæque promulgatæ loquuntur.

Verba verò *Prag.* 18. & 19. ibi: *Cinscheduno, che ucciderà, a presentarà o morto, o vivo un altro bandito di suo rematrivo, o d'altro, che si possono indultare testa per testa*: adverto, quòd ad majorem declarationem posita fuerunt nempè in duobus casibus; *primò*, ut si in certamine guidatus bannitum occi-

dat, cujus caput alii socii banditi reciderent, ut quotidiè faciunt, aut corpus asportarent, ut pluries contingit in Provincia Apruti, ad statum Ecclesiasticum; nam illo casu si liquidò constat de servitio, idest occisione indultu privandus non est. *Secundò*, ut indultu gaudeat non solùm si bannitum capiat, & vivum Curiæ presentet, quo casu magna consideratur utilitas, cum bannitus alios socios, receptatores & fautores, ac alia patrata facinora Regiæ Curiæ detegere possit, verùm etiam si mortuum, & sic banniti caput præsentat.

Sanè, ut guidatus ipse indultu gaudeat, regularitèr non convenit, ut pecunia, aùt alio opere forjudicati caput habeat, & Curiæ præsentet, ne hac facilitate delinquentium numerus augeatur (nisi ubi speciali causa Pragmaticæ facultatem nominandi occidenti concederent) sed necesse est, ut in bannitorum certamine is personalitèr interveniat, ejusque culpa vitæ periculo compensetur, & in facti contingentia Excellentissimus Marchio Velensium hujus Regni Prorex vigilantissimus filei Patrono Provinciæ Calabriæ citra ita rescripto animadvertit: cujus tenor est.

Magnifico Señor. Haviendome parrecipado el Preside de Cosencia, que mediante l'alvarann, que concedio a Andrea Folino con promessa d'indulto de su inquisitionès ha presentado enessa Audiencia la testa del bandido Joan Bavasso, que se costa haçer se logrado en escaramuza, donde se supone haya tanbien muorto Nicola Arenga, y berido otros compañeros, ha parecido engaros, que al tiempo, que se tractare delle indulto, estais muy vigilante en teconocer si se hallò personalmente este ombre en la occasion del servicio, y assi lo tendreis estendido, Nuestro Señor guarde, Neapoles à catorce Deciembre 1675. a lo que mandares el Marques de los Velez D. Ignatio Cruciat al Fiscal de Cosencia.

Ulterius animadverto, quòd circa servitii probationem milites campaneæ non sunt integri testes, sed eorum depositiones coadjuvare debent alii testes, ii deponere possunt de guidati discessu tali die, & loco cum militibus Regiæ Curiæ, de associatione cum eis ante, vel immediatè post dictum servitium, seù certamen.

Præterea adverto, quòd si guidatus bannitum vivum capere posset, & occideret, indultu non gaudet, imò in pœnam incidit, ut probavi in decreto *scribatur*, necnon si præsentat caput alicujus, qui pro delicto impune vigore statuti occidi potest, & de delicto tamen adhuc non constat, informatio à Judice est capienda, & non ab Actuario, alioquin tanquam suspecta rejicienda.

Insupèr, ut caput recipiatur in dicta informatione plenæ probationes adesse debent, ut practicatum vidi, rejecto Scialoya, qui in *praxi forjudicatoria cap.* 26. *num.* 66. tenet esse sufficientia indicia ad torturam, & adest rescriptum Regii Collateralis Consilii tenoris sequentis.

PHILIPPUS DEI GRATIA REX, &c.

Illust. Vir. Consil. Reg. fidelis dilectiss.

Avemo vista la vostra dell'ultimo del passato, per la quale ci scrivete, come questo Tribunale ha sempre osservato di non consentire, che per le teste de'forasciti, che sono presentate in quello, non se pigli informazione dopo li delitti da loro commessi; e che al presente con l'avviso del Mag. Auditore Goces maggiormente l'andarete osservando; però, come per esperienza s'è visto, che li forasciti predetti tengono tanto attimorate le genti, e giurisdizioni Baronali, che per tema non si piglia mai informatione contra di loro de' molti delitti, e recatti, che commettono, per il che quelli, che per fare altro servizio pongono a pericolo la loro vita, non possono dopo il servizio predetto godere delli premj contenuti nelli Regj Banni, per non esser prima presa l'informazione predetta, e con ciò si viene a raffreddare l'animo, e mancano l'effetti, che si potriano fare, e però vi ha parso darcene avviso supplicandoci fussimo serviri ordinare lo che averete ad esequire. E come che alcuni Commissarj delli Tribunali di Campagna alcune volte, così per inimicizia, come per ingordizia di godere li premj sono stati ammazzati, e presentatone le teste di persone, che non erano forasciti, nè publici delinquenti, del che ne sono stati giustiziati (cosa perniciosa, e di molto mal' esempio) non conviene per ciò, che dopò la morte di quelli si debbia pigliare informazione delli delitti per loro commessi, nelli quali possono commetrersi molte fraudi, e nascerne molti inconvenienti: vi rispondemo, e ordinamo che in niunn conto, dobbiate sopra ciò innovare cosa alcuna, ma avvertirete con ogni esattissima diligenza, che per detti Commissari, o altre persone si ammazzi, o presenti testa alcuna, che non sia pubblico, e notorio forascito, e disrobator di strada, nè permettere, che persona nessuna possa godere delli premj contenuti in detti Regj Banni, se non presenta la testa di forascito della qualità predetta, servata la forma delli Banni predetti, che tale è la nostra volontà, ed intenzione. Datum Neapoli die 11. Januarii 1593. El Conde de Miranda. Vidit Gostoriola Reg. Vidit Ribera. Reg. Fores pro Secret. in cur. 2. Capitan fol. 237.

Sicut pro prædictorum confirmatione Regia Pragm. de offic. Judicis generalis, *ibi*: E perche per il passato, per quanto semo informati si è causato grande inconveniente; in che le teste de'Banditi, che si portano in detto Tribunale di Campagna dalli Guidati, e Soldati non si sono riconosciute alle volte per lo Commissario di Campegna nella forma solita, ordinamo, e comandamo, che da quà avanti desto Commissatio non possa, nè debba ammettere nessuna presentazione di tali teste, senza, che prima per informazione fatta avanti d'esso, e non per altro, e il suo Mastro d'Atti costi bene, esser la testa del tale Bandito, essersi fatto il servizio per la persona, che la presenterà, e non per interposita persona, e dette sorti d'informazioni, si debbiano conservare con molto pensiero, acciò in ogni tempo costi la verità, e non si suppongano teste, ne servizj.

Adest ordo in facti contingentia ab Excellentissimo D. Admirato Castellæ Regni Viceregе, Regiæ Audientiæ Principatus ultra.

Foris. A Muy Illust. Señor el Duque de Salza del Consejo de S. M. y Preside ne l'Aud. de Monte Fusco da *cap. Intus verò*: Muy Ill. Señor. Ho entendido, que por le pasado hà avido grande desorden en rezevir cavaças de hombres sin saber la justificacion con que se han necho, y siendo la materia tan grave y digna de remedio, me hà parezido adbertir a V. S. que daqui edelante no se reziva en este Tribunal caviça ninguna sin prender informacion de quien hiso si lo puendo traher vivo, y si el muorto es forjudicando, o delinquente publico de campaña, y hallando tenor estos requisitos se trate in este Tribunal oydo el Fisco si deve rezevir, o no la caveça, y sobre esto se enterponga decreto, el qual hà da questar registrado en el proceso de las inquisiciones del muorto, y con esta destincion, y claridad me haga V. S. con esta Aud. relacion, del Servicio, la qual ha de venir firmada dal Fiscal, y no hallandose ser justificando con estas circonstancias, os haveis de assigurar de las personas, que buvierm hecho la caveca, y no puniendolas haver a las manos, procederà contro ellos, a lo que fuere de justicia advertiendo, que esta orden mia se ha de observar inbiolabilmente, y para que della coste en todo tiempo la darà V. S. al Secretario de la Audiencia para que la registre en los libros de su oficio, avisando de hazer, o executado N. S. guarde. Napoles a 26. de Junio 1644. a lo que V. S. mandare el Almirante. Bolle Secretario. A la Aud. de Montefusco.

Capta informatione modo prædicto decretum interponitur; *Die, &c. facto verbo audito Regio Fisco fuit provisum, quòd servitium capitis T. de T. Patria forjudicati, sive scurritoris campaneæ adscribatur in faciem, & beneficium T. de T. guidati Regiæ Curiæ, hoc suum, &c.*

49 Postmodum dicti guidati omnium delictorum confessione recepta, Curia pro Tribunali Sedente sub spe, & indultus promissione, quam Fiscus in tortura ratificare faciat in caput sociorum, si is crimina excepruata non commiserit, juxtà ei in albarano promissa, aùt indultus, aùt guidaticum ad discussionem in-

indultus conceditur, atque decretum hoc modo concipitur.

In causa T. de T. indultu gaudere petentis observatione Regia Curia per eum facta ob præsentationem T. de T., vel Capitis T. de T. banniti præcedente albarano, ut ex actis in M. C. vel. R. A.

Die, &c. facto verbo audito Regio Fisco fuit provisum, & decretum, quod fiat relatio S. E. pro indultus expeditione, & interim prædictus T. de T. manuteneatur sub guidatico libero, & absque clausulis, & expediantur provisiones.

Ex verò fuas tenoris sequentis.

A tutti, a singoli Officiali, e Tribunali del presente Regno, maggiori, e minori così regj, come da Baroni, Capitani di Giustizia di questa fedelissima Città di Napoli, Caporali, Soldati, ed altri, alli quali la presente spetterà, e sarà in qualsivoglia modo presentata, Regis fideles la grazia Ragia, e la buona volonta, vi significamo, come T. da T. inquisito di omicidio (o di altro delitto) essendosi ne' giorni passati offerto di dare in mano della Regia Corte alcuni publici delinquenti, a forgiudicati, con che se li fusse conceduto indulto de' suoi delitti, in conformità della facoltà da S. E. a noi concessa, con albarano spedito a dì &c. sub fide, & verbo Regio; atque Nostris, promessimo al sopradetto, che presentando vivo, e non possendo morto T. de T. o altro forgiudicato, o scorritore di campagna in questa G. C. di farli spedire indulto in forma valida per dette sue inquisizioni, ancorche non ne tenga remissione della parte offese, a fra tanto manutenerlo in giudatico a discussione d' indulto libero, absque clausulis.

E perche con effetto fra il termine prefissoli presentò avanti di noi la testa del T. di T. e a relazione del Signore Giudice T. inteso il R. Fisco fu interposto in beneficio del predetto T. de T. decreto, che si facesse relazione a S. E. per l'espedizione dell' indulto, a fra tanto, che si manutenesse in guidatico a discussione d' indulto libero, a senza condizione alcuna, perciò in esecuzione di detto decreto con la presente sub fida, & verbo regis, atque nostris, guidamo, ed assicuramo il detto T. de T. di tutti i suoi delitti, ed inquisizioni, ancorche di quella non ne tenesse remissione della parti offese, di maniera cha pendente detta relaziona da farli da noi a S. E. e pendenta detta discussione d'indulto, possit liberamente stare, e praticare nella fedelissima Città di Napoli, suoi Borghi, e Casali, in tutto il Regno, nella propria Patria, ed anco ne' luoghi della parti offese senza essetli dato fastidio per causa de' suoi delitti, ed inquisizioni forgiudica, pene, a contumacia, nella quali fussa incorso, nè impedimento alcuno, e così esequireta. Datum, &c. T. da T. Commissarius, T. de T. Actuarius.

Alia decreti formula utuntor Regiæ Audientiæ, nempè.

Die, &c. facto verbo audito R. Fisco, visa confessione T. de T. indultum petentis, fuit provisum, quod, stantibus delictis non exceptuatis expediatur guidaticum ad discussionem indultus, & fiat relatio S. E.

Decreti indultus talis est.

In causa T. de T. indultum petentis cum R. Fisco.

Die, &c. facto verbo audito R. F. visa confessione T. de T. fuit provisum, quod pro criminibus in ea expressis gaudeat indulto.

Formula verò decreti indultus, qui conceditur ob nominationem vigore banni, talis est.

In causa T. de T. inquisiti de talibus criminibus petentis gaudere de prædicto indultu, stante nominatione facta in servitiis præfatatis per T. de T. & ejus socios capitis T. de T. publici banniti, ut ex actis.

Die, &c. facta verbo audita R. Fisco fuit provisum quod T. de T. pro delictis prædictis, stante supradicta nominatione facta, & interveniente præsentatione dicti capitis banniti (vel talis banniti) in posse Regiæ Curiæ gaudeat indultu servata forma banni, & ordinis S. E. & expediatur indultus in forma, hoc suum, &c.

Hinc quæro, si constet, quod quis bannitum vivum cœperit, vel occiderit ante alberanum, an indultu gaudeat?

Primus casus mihi videtur, quod sit extra controversiam, cum bannitum vivum ante albaranum captum post albaranum in arbitrio capientis sit, vel eum dimittere, vel Regiæ Curiæ præsentare.

In secundo casu, aut occidit in rixa, & non ad finem præsentandi caput Regiæ Curiæ, & arbitror eum indultu non gaudere, aut ad finem præsentandi Regiæ Curiæ, & licèt dici posset, quod nec etiam gaudeat, per text. in *l. stipulatus*, *§. iam stipulatur*, *ff. de verbor. obligat.* ubi in contractibus non fit extensio de tempore ad tempus, per *text.* in *l. 7. C. de legibus*, & in *cap. fin. de Constitutionibus*, ubi habetur, jura circa futura disponere, & non præterita.

Hinc si assensus sit præstitus pro contractu faciendo, pro contractu jam facto non teneat, juxtà notata a Dom. Reg. Revertario in *decis.* 209. & ibi D. Reg. de Marinis.

Sed contrarium veriùs est juxtà dictum Baldi & Floriani in *l. si. ità scriptum*, *§. fin. ff. de legatis* 2. Marsilii in *l. quæstionis habendæ*, *ff. de quæstionibus*, Guazz. *ad defens.* 18. *cap.* 2. nempè, quod statutum dans præmium capienti bannitum, habet locum in eo, qui jam cœpit bannitum.

Et comprobatur *d. l. si ità scriptum* in *d. §. fin.* ubi legatum factum mulieri sub conditione *si nupserit* si ea jam nupta erat, debetur, sicut sustinetur hæredis institutio, si testator instituat posthumum, qui testamenti tempore natus erat, *l. Titius*, *§. Lucius*, *ff. de liberis*, & *posthumis*, necnon *l. si quis*, *§. eternum*, *ff. de injusto rupto*, & *irrito facto testamento*. Ubi licentia concessa, ut testari possit, extenditur etiam ad testamentum prius factum. Hæc opinio cum libertatis favorem respiciat, in præcedenti casu recipienda est.

Secundo quæro, an pro crimine non expresso guidatus indultu gaudeat? hæc quæsiti resolutio dependet ab alia, an & quando facti obreptio Principis gratiam annullet? qua in re plures affert distinctiones germanus meus D. Thomas de Rosa Episcopus Policastrensis *in tract. de exequutoribus litterarum Apostolicarum cap.* 5. sed magis communis distinctio est, quod si obreptio est facti, quod si expressum fuisset, gratiam non concessisset, vel difficiliùs, & tunc annullat gratiam, ut sunt plures S. Rotæ Romanæ decisiones, ut coram D. Merlino *dec.* 243. Rojas *dec.* 294. coràm D. Celso *dec.* 250. Dunozett. *dec.* 108 367. *n.* 16. 584. *et* 731. *n.* 45. & 957. *n.* 8. coràm Pentinger. *dec.* 367. *n.* 11. & coràm D. Bichio 189. *n.* 17.

Si taciturnitas, seù obreptio est facti, quod si expressum fuisset, adhùc Princeps concessisset, & valida est gratia, *cap. super literis*, *de rescript.*

Verùm ego in hoc secundo casu etiam dubito, si in indultu fuerit dictum, quod guidatus gaudeat pro delictis expressis, cum obstet decreti formula, & gratia interpretationem recipiat à petitione, & in casu nostro referatur ad confessionem, Capiblancos *de Baronibus Prag.* 6. *c.* 31. *num.* 2. tunc enim quando verba sunt clara, non recipitur interpretatio aliqua contra verborum lecturam, dicit Farinac. *quæst.* 29. *num.* 46. nisi crimen, quod tacetur, minus sit expresso, idem *num.* 75. eo magis dubito, cum Fisco expediat delicta detegere, eorumque authores, ne affligantur insontes.

LEONARDI RICCII

O B S E R V A T I O

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

C A P. X.

De Decretis : *Forjudicetur*, &c.

S U M M A R I U M.

1 *Citatio ad forjudicandum notificatur principali, & conjunctis usque ad quartum gradum de Jure civili inclusive.*

Qua

Qui Agnati, Affines, Amici, & Vicini Nullitates proponere possunt ante decretum Forjudicetur.
At post publicatam sententiam Forjudicata in fortiis non existente nullitates proponere nequeunt rejectis contrariam dicentibus.

2 *Minor delinquens quomodo sit puniendus.*

3 *Pragmatica prima de Minoribus declaratur.*

4 *Pragmatica prima de minoribus limitatur, & dissidentes opiniones narrantur.*

5 *Pragmatica prædicta requirit quatuor requisita, & narrantur.*

6 *Minor delinquens in rixa absque dubio ante vel post Pragmaticam, Judex potest moderari pœnam.*

7 *Minori quando infertur pœna ordinaria mortis, declaratur.*

8 *Minor condemnatus in Provincia Capitanata Comitatus Molisii, quod incesserat cum Bannitis per Campaneam, fuerunt Auditores ab officio suspensi ob excessum condemnationis.*

9 *Pragmatica de minoribus prædicta habet locum in delictis atrocissimis, & quæ sunt dicta delicta, declarantur.*

10 *Minor Infans delinquens nulla punitur pœna, & ratio quia caret usu rationis, & inspicitur tempus criminis commissi, & non tempus punitionis, quo factus est major.*

11 *Minor punitur pœna mortis in delictis, in quibus Pragmatica remittit arbitrio Judis, non tenetur in Syndicatu, neque de nullitate dici potest, & assignatur ratio, quia nullitas non cadit in his, quæ in arbitrio Judicis committuntur, Sed ab iniqua sententia appellatur.*

12 *Minor si forjudicatur, sententia est nulla, & ratio Assignatur, quia Pragmatica non loquitur circa absentem.*

e3 Constitutio pœnam eorum *quæ post anni decursum in contumacia existentem statuit procedi ad forjudicationem, & forjudicatum pro mortuo reputare, fuit correcta per capitulum Regni, Sive quis; Et dictum cap. Regni recessit ab usu, non communis practica est, ut ad forjudicandum deveniri non possit, nisi contra Reos mortis tantum dignos.*

24 *Minor forjudicari non potest, & ratio assignatur, quia contra minorem contumacem non potest procedi ad condemnationem, rejecto Consil. Campana, & Judice Calà.*

e5 *Minore absente apposita exceptione minoris ætatis, & petita dilatione ad præsentandam fidem non proceditur ad forjudicationem, & si minor citetur etiam in civitate, vel Casalibus, accedit Judex ad recognoscendum librum baptismatis.*

16 *Formula actus, quando minor septennia examinatur à Judice.*

e OBservetur, quod citatio ad forjudicandum notificanda est Principali inquisito, & conjunctis usque ad quartum gradum de Jure civili inclusivè, qui Agnati, Affines, Amici, & Vicini ante decretum Forjudicetur nullitetes proponere possunt. Auctor noster hic *num.* 40.

At post publicatam sententiam Forjudicato in fortiis non existente, nullitates proponere nequeunt, quidquid in contrarium referat decisum *de Franch. dec.* 688. *& de Luca*, ibi: *ex Novaria dec.* 14. *& Episcopo Afflicta controversia* 11. Auctor noster hic dicit *num.* 30.

2 Pœna minori de jure communi est minoranda; At de jure Regni Judici est arbitraria criminis gravitate, & reiteratione attentis, Auctor noster hic *n.* 8.

Ad cujus majorem declarationem addo infrà commentarium super Pragmaticam primam de minoribus.

COMMENTARIUS.

Super Pragmaticam Primam de Minoribus:

3 ANte hanc Pragmaticam certabant Doctores, an Judex ex necessitate punire deberet Minores mitiori, & non ordinaria pœne.

Unde ad dubietatem tollendam fuit per hanc Pragmaticam statutum, ut arbitrio Judicantium remittatur.

Et ut de *Franch. decis.* 130. *num.* 2. de hac Pragmatica loquens dicit, Visum fuisse Illustris. tunc Vice Regi unire omnia Tribunalia coram eo in Collaterali Consilio, & facta ibi exquisitissime discussione maximam partem votorum adhæsisse huic opinioni, licèt unus ex Dominis Regentibus valdè prò altera parte pugnasset. Et propterea fuisse editam Regiam Pragmeticam, dicto Regente procurante, & habente prò vere suam opinionem sub die 26. Octobris 1558. Impressa, qua statuitur hoc arbitrium minorandi pœnam, non subjacere necessitati, sed esse in arbitrio Judicie, an ordinaria, vel mitiori pœna Minores delinquentes puniendi sunt, considerata delicti atrocitate, personæ qualitate, delictorum reiteratione, cæterisque aliis considerandis rectè perpensis. Hæc ille.

4 Limitat hanc Pragmaticam Philippus Maradeus in sing. 231., quod in atrocissimis delictis non sunt considerandæ aliæ qualitates, sed quod sufficiat ipsa delicti atrocitas, ut *Sfora. Odd. de restit. in integram p.* 2. *quæst.* 80. *artic.* 9. *n.* 111., ea ratione, quia regulariter atrocissima delicta non committuntur ex causa fomitis naturalis, qui dominatur in ætate adolescentiæ, sed ut plurimum ex innata sævitia, & animi feritate, ac inclinatione ad sitiendum humanum sanguinem, quo casu nulla est veniæ deprecatio, qua nulla correctio atque sperari potest.

Contrarium tamen docet *Consil. Campana de forjud. resol.* e. *nu.* 54. quem citat, & sequitur *Dom. Constant. ad d. Pragm. num.* 8., quod arbitrium Judicis in pœnis minori inferendis ex dispositione hujus Pragmaticæ habet locum in atrocissimis tantum delictis.

Et ex verbis, & sensu ejusdem Pragm. clarè colligitur ibi, *Considerata delicti atrocitate, &c.*

Ex quibus verbis elicitur, quod unum ex quatuor requisitis posuit hæc Pragm. ut tunc Judex utatur arbitrio moderandi pœnam minori infligendam, quando adsit delicti atrocitas, qua rectè perpensa arbitretur, an mitiori pœne, vel an ordinaria sit minor plectendus.

Alterum requisitum, ut inspiciatur qualitas, ut si sit nobilis, vel bonæ conditionis, & famæ, *Honded. cons.* 104. *num.* 6.

Aliud requisitum si minor reiteratè deliquerit: nam verba sunt ipsius Pragmaticæ, ut rectè hæc tria requisita perpendantur, & concurrant.

Intelligas tamen de reiteratione facta in re temporibus distinctis. Nam committens uno eodemque impetu plura homicidia pro uno reputentur, ut advertit *Dom. Const. super hac prag. num.* 2.

Et *Dom. Cons. de Rosa* dicit hoc tertium requisitum non esse necessarium in *resol.* 2. *alias* 27. *an.* 20., *& resol.* 3. *sive* 28. *num.* 18. *citatus a Dom. Const. ibid.*

5 Requisitum, ut minor delinquet ex animi sententia, idest appensatè, & ex proposito, alios si in rixa dispositio Prag. non habet locum, cum loquatur de crimine appensato tantum, in quo juxta circumstantias gravantes, vel leves habet Judex arbitrium puniendi mitiori, vel ordinaria pœna.

Et sensus, & verba Pragmeticæ sunt clara ibi? Et si verum sit minoribus ex animo delinquentibus, &c. idest ex proposito, vel appensatè, &c.

6 In rixa, autem, sivè in delictis absque præmeditatione commissis nulla dubietas fuit inter DD. tam ante, quàm post Pragm. quin Judex moderarè possit pœnam etiam majoribus, *ut ex Prato in cap.* 25. *Mattiù de re criminali num.* 8. *Sforza Oddo de restit. in integr. p.* 2. *quæst.* 8. *art.* 9. *Card. de Luc. p.* 3. *supplem. observ.* 11. *fol.* 11.

7 Unde communis stylus nostrorum Tribunalium inolevit, tunc practicari pœnam ordinariam mortis contra minorem, quando crimen est ejusdem naturæ, ut si esset à majore commissum, non simplicem pœnam mortis delinquens mereretur, sed acerbiorem modum mortis, ut si traheretur per Civitatem, vel Cadaver comburi deberet, aut simili alio modo acriori morti tradi deberet: Et sic excessus illius pœnæ ultra mortem condonatur minori ob minorem ætatem, *D. Hyeronimus Calà de restit. in integ. resol.* 37. *nu.* 21 *Campan.*

pan. de Forjud. resol. 2. *num.* 28.

8 Et advertant Judices quod anno 1628. Auditores, & Fiscalis Regiæ Audientiæ Capitanatæ, & Comitatus Molisii condemnantes Franciscum Poliutcum minorem, prætextu quod incesserat cum bannitis per Campaneam fuerunt ab officio suspensi, & vocati à Prorege, *Marad. sing.* 231. *num.* 5.

9 Et dùm diximus dispositionem Pragmaticæ habere locum in delictis atrocissimis, scias quod *Jul. Clarus nu. 9. §. 1. lib. 5. de maleficiis* distinguit delicta atrocia ab atrocissimis, ut

Atrocia eu sint, pro quibus a lege, vel statuto imponitur simpliciter pæna mortis naturalis, vel Civilis, scilicet triremium perpetuò, quando talis pæna est in usu, & a Judicibus imponitur, & exequi solet.

Atrociora autem, sive atrocissima dicuntur, pro quibus lex, vel statutum imponit pænam graviorem quam simplicis mortis in ipso genere mortis, puta quia vult prò talibus delictis reos in sui Culeo, vel igne comburi, vel in frustra scindi, vel Rotæ inferi, vel trahi ad caudam equi, vel hujusmodi, ut in crimine Hæresis, Parricidii, Assassinii, Latrocinii ad viam publicam, Sodomiæ, Incendiarii, Falsæ monetæ, &c. & quando addit alias qualitates ultra Pænam mortis, ut quando extendit pænam etiam in filios, ut in crimine læsæ Majestatis, vel concedit aliqua specialia adversus delinquentes, ut in crimine raptus virginum, & honestarum mulierum.

10 Demum pro declaratione hujus Pragmaticæ quod infans delinquens cum careat usu rationis nulla punitur pæna, *l. infans, ff. ad l. Cornel. de Sicar. Clem. unica de homicid. Affl. in Constit. Terminum vitæ 7. fallentia art.* 12. *D. Constant. super hac Pragm. nu.* 6.

Declara etiam inspiciendum esse tempus criminis commissi intra minorem ætatem, licet tempore punitionis esset factus major *D. Const. ibid. num. 9. rejecto Sanfelic. in decis. 57. in Plaza*, & aliis.

11 Et dum Pragmatica remittit arbitrio Judicis, si Judex pæna mortis puniret minorem, in Sindicatu non tenetur, neque de nullitate dici potest.

Et ratio est, quia nullitas non cadit in his, quæ arbitrio Judicis committuntur, sed ab iniqua sententia poterit minor appellare, *Menoch. de arbitr. lib. 2. centur.* 1. *casu* 40. *num.* 14. *Campan. resol.* 7. *num.* 3. *Merlin. contr.* 98. *num.* 4. *lib.* 2. *D. Constant. in dict. Pragm. num.* 8.

12 Ultrà scias, quod sententia forjudicationis contra minorem est nulla, & sunt plures decisiones relatæ per *Dom. Marad. in obs.* 231. *num.* 2. & rationem assignat *Reg. Petr. in Rit.* 279. *& rit.* 293. *nu.* 32. *tom.* 3. *fol.* 203. ibi: *Non officit Prag.* 1. *de minor.* ubi sanctitum fuit, *ut Judex non adstringatur ad minorandam pænam minoris, sed ejus remaneat arbitrio etiam illam extendendi ad mortem attentis qualitate, & atrocitate*, absque circumstantiis.

Siquidem illa contra minorem absentem locum sibi minimè vindicat, cum tantum de præsente loquatur per verba illa plectendi, & faciendi, quæ ad præsentem referenda sunt. Cumque verè id plectere, & ferire non cadat in absentem, &c.

13 Et ratio rationis erit, quia Practica forjudicandi in Regno originem traxit a Constit. *Pænam eorum*, in quam Federicus Imperator contumacem ex solo delicto contumaciæ post anni decursum in contumacia persistentem statuit procedi ad sententiam forjudicationis, & eum pro mortuo reputari.

Quæ lex sic generalis cum visa fuerit nimis dura Regi Carolo Secundo fuit per dictum Regem promulgata altera lex, ut in *cap. Regni sive quis* sub his verbis ibi: *Quam forjudicationem tunc tantum procedere volumus, cum bannitus fuerit ob contumaciam criminis, cujus pæna est mors naturalis, aut deportatio, aut membri abscissio, aut Carcer perpetuus; Sed si de contumacia aliorum minorum criminum esset bannitus, & in contumacia, & banno duret per annum ipsum forjudicari non volumus.*

Et per hanc legem fuit moderata illa prima Constitutio, ne per contumaciam omnium delictorum possit quis forjudicari *de Franch. dec.* 203. *num.* 20. *Merlin. contr.* 63. *num.* 5. *lib.* 1.

Et licet nulla alia lex reperiatur circa forjudicationem, tamen communis Practica recessit a dicto capitulo Regni, & usus inolevit, ut ad forjudicationem deveniri non possit, nisi contra reos mortis tantum dignos, *Grezzell. decis.* 13. *Tap. decis.* 49.

Cum itaque Forjudicatio fundetur in contumacia

14 delinquentis persistentis per annum in ea, non potest forjudicari minor quia contra minorem non potest procedi in contumaciam ad condemnationem rejecto *Campana resol.* 2. *& Calà loco supra citato*, qui voluerunt posse procedi ad forjudicationem contra minorem putantes, quod falsum est ex *Tex. in l. contra pupillum* 54. *ff. de re judic. Galeota lib.* 2. *contr.* 33. *num.* 12. *Riccius Collect.* 1626. *Novar. super hac Prag. Collect.* 2. *num.* 10.

15 *Et Dom. Consil. de Rosa in pran. crim. in hoc cap.* 10. *nu.* 17., *& nu.* 45. tradit praxim, ut opposita minoris ætatis, & petita dilatione ad præsentandam fidem in M. C. V. non procedatur ad forjudicationem, & si minor citatus esset in Civitate, vel in Casalibus solet accedere unus ex Judicibus ad recognoscendum librum Baptismatis.

Et Antonius Police de Praemin. Reg. Audientia, *cap.* 10. *num.* 26. confirmat practicam, quod producta fide Baptismatis supersedetur in forjudicando, & ante eos dicta praxis fuit tradita ab *Affl. in d. const. pænam eorum*, & *a Franch. dec.* 673. *num.* 8. *Canter. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 138.

16 *Formula, sive actus, quando infans minor septennio a Judice examinatur interveniente Actuario, sive Scriba, qui dictum actum scribit.* 23.

OGgi ultimo di Ottobre 1718. avendo io sottoscritto Scrivano asportato avanti al Sig. Giudice D. Giuseppe Bartolino Antonio Ferearo figlio di Pietro, & Antonio Bevilaqua, d'età d'anni sei in circa, como esso Pietro ha detto, & dal suo aspetto appare, e da detto Signor Giudice interrogato sopra tale fatto, ha fermamente detto questo, e questo, & io fidem talis Scriba.

Leonardus Riccius.

CAPUT UNDECIMUM.

De Decretis, quorum I. Esse deferendum II. Non esse deferendum petito Recursui, &c.

SUMMARIUM.

1 *Fiscus a decretis absolutoriis de Jure Regni non appellat.*

2 *Fisco appellationibus a condemnatis propositis inhæret, & quando eum subhæsisse intelligatur vigore Prag.* 7. de appell.

3 *Pragm.* 7. de appell. *non procedit, si accusator existit, & non appellat.*

Fiscus appellationem non prosequitur si eam renunciaverit accusator, ibidem.

4 *Fiscus licet in Regno non appellat, habet tamen recursum, si notoriè fuerit læsus.*

5 *Praxis praesidii recursum recensetur.*

6 *Recursus ab appellatione, & reclamatione regulatur, & ab ea differt, ac plures recensentur casus.*

7 *Fiscus non admittitur ad pinguius probandum in secunda instantia.*

8 *Fiscus admittitur in prima instantia ad pinguius probandum usque ad sententiam, cum ampliatione.*

Fisco an à minoratione pænæ competat appellatio.

10 *An a decreto remissionis ad Baronem, vel aliam Judicem, vel a decreto gaudeat indultu.*

11 *An à sententia, qua pænam pecuniariam imponit.*

DE Jure Communi Fiscus tàm in civilibus causis, quam in criminalibus appellat, Gram. *decis.* 14. D. de Franch. *dec.* 148. & ibi D. Ricc. ac Rever. de Luca

ea per ten. *in l. illud* 2. *ff. de appell. & in l. litigatorib.*
1 *C. eodem*, Secus de Jure Regni, in criminalibus à decretis absolutoriis, ut in *ritu* 258. & 261.

2 Verùm appellationibus a condemnatis propositis inhæret, & si eæ ad Regia Tribunalia devolvantur, puta ad Regias Audientias M. C. S. C. & Reg. Cameram Fiscum inhæsisse intelligitur, *Pragm.* 7. *de appell.* Grammat. *d. dec.* D. Reg. Rovitus *dec.* 14. Capiblancus *Pragm. nu.* 125. cum sæpiùs condemnati ad dilatandam sententiæ executionem appellarent, & ut reo, & Fisco par sit ratio: nam sicut reus appellat pro pœnæ minoratione, ita Fiscus pro incremento, & sic, & in pejus sententia reformari possit.

Quinimò quilibet, cui adhæsio competit, alterius appellationi adhærere potest, licèt infrà decem dies non appellavit, quia ipse adhærens appellare necesse non habet. Hinc etiam licèt reus renunciet appellationi, non tamen tollitur adhæsio, nisi appellatio esset nulla, quoniam tunc cum adhærens non sit persona de per se, sed adminiculum, non est, in quo à principio figat pedes, radicem trahens a causa nulla, Dom. Reg. de Ponte *cons. dec.* 1. *nu.* 41. & 46. Cancerius *variar. resolut. cap.* 15. *de appell. nu.* 16. *vers. An autem Reus*.

3 Supradicta Pragmatica locum non habet, si accusator adesset, & non appellasset, teste Dom. Reg. Rovito *ibidem*, D. de Franchis *dec.* 467. *in fin.* D. Sanfelicio *dec.* 467. ea ratione, ut considero: Nam si pars offensa, de cujus primario interesse agitur, non appellat, appellatio minus convenit Fisco, cujus interesse secundario consideratur.

Et licèt in Regno Fiscus non appellat, tamen si no-
4 toriè est gravatus, ne crimina pertranseant impunita, habet recursum, Caravita super enunciatis Ritibus, & ibi Petra, D. Franchis *decis.* 148. & 470. D. Reg. Tapia *in jus Regni, cap. plerumque contingit nu.* 4. Dom. Reg. Capyc. Latro *decis.* 79. & 165. D. Reg. de Marinis *ad Reg. Reverterium dec.* 393.

Hinc a decreto Regiæ Audientiæ Fiscalis recurrit ad M. C. a qua ad finem providendi relaxantur provisiones pro actorum transmissione, audito postea M. C. Fisci patrono, si decretum enormissimam læsionem
5 continet, dicitur: *Die*, &c. *in causa T. de T. cum R. Fisco facto verbo fuit provisum, esse deferendum petito recursui*.

Adversùs hoc decretum pars valet impetrare rescriptum a S. C. Præside, vel si causa erit delegata a Regio Collaterali, *Quod M. C. relationem faciat*, sicut practicatum vidi in M. C. in causa Francisci Gama de Vigniola, inquisiti de ictu scopectæ in R. A. Aquiliana, & liberati in forma, a quo deliberationis decreto Fiscalis petiit recursum ad M. C. & cum fuerit provisum, esse deferendum petito recursui pars Regiam decretationem obtinuit, *Quod M. C. relationem faciat in Reg. Collat. Consil.* qua per me facta fuit decretum M. C. confirmatum, postmodum is pendente termino in gradu recursus, in visitatione fuit ad inserviendum concordatus, processus est penes Danele.

6 Pro majori cæterum praxis intelligentia adverto, quod Recursus regulatur ab appellatione, & ab ea quoque differt. Regulatur primo, cum Fiscus infra decem dies a die latæ sententiæ recurrere debeat, & intra quinquaginta recursum prosequi, sicuti appellans.

Secundo, quoniam in utroque judicio terminus impartitur, in quo solum reus ad ejus innocentiam demonstrandam novos testes, & probationes producere valet.

7 Etenim Fiscus non admittitur ad pinguius probandum in secunda instantia, Paris de Puteo *de syndicatu in verb. inquisitio cap.* 2. de Nigris *in cap. plerumque*, Capycius *decis.* 87. Masullus *ad eundem dec.* 144. Folierius *in rub. Conceditur repulsa*, Caravita *ritu* 258. Concivis meus *ritu* 71. turpe enim est ad hominis perditionem anhelare, qui membrum Reipublicæ est, & in ea conservandus. Sed testes in prima instantia invalidè repetiti denuo in secunda repeti possunt, ut decisum refert Dom. Reg. Sanfelicius *dec.* 22.

8 Cæterùm Fiscus in prima instantia, ne delinquentes sint impunes, & in male agendo audaciores, de officio usque ad sententiam novas probationes producere potest, etiam accusatore existente, dummodo in receptione testium is non interveniat, & ab eo testes non sint producti, vel indiciorum notitia habita, itaut cesset omnis subornationis suspicio, teste eodem D. Sanfelicio *d. dec.* 22. & amplius ad pinguius probandum admittitur, si ipso inaudito causa fuerit discussa, & ob votorum paritatem non dum prolata sententia, eodem Dom. Sanfel. *dec.* 23.

Tertiò ab appellatione, & reclamatione regulatur; nàm a sententia Judicis superioris, sicut ab illa intra biennium reclamatur, ita intra eundem terminum recursus peti potest, D. Reg. de Marinis *juris resol. cap.* 150. *in fin.*

Differt & primo, quia recursus incipit currere à die latæ sententiæ, cum Fiscus semper præsens sit, appellatio a die intimationis, D. Capyc. Latr. *decis.*

Secundo, nam appellatio nulla præcedente causæ cognitione admittitur, recursus nisi cum causæ cognitione.

Tertio differt, quia appellatione pendente nihil innovatur; sed pendente recursu Judex, à quo carceratus habilitari potest, *Prag.* 10. §. 40. *de offic. Judicum.*

Quarto differt, nàm ubi reo ob publicam utilitatem appellatio denegatur, Fisco recursus conceditur, teste D. Reg. de Marinis *juris resol. cap.* 160. *nu.* 10. nàm, si appellatio ob publicam utilitatem denegatur, & ut citiùs delicta coerceantur, non rectè infertur, quòd sit denegandus recursus, imò fortius concedendus, cum tendat ad eundem finem delicta puniendi, quo casu inæqualitas permittitur, licet aliis non permitteretur; maximè quidem Reipublicæ interest delicta puniri, pœna publicum respicit favorem, præter quem aliud leges non consideraverunt, ita in hoc Regno servatur, sed contrarium Bononiæ, Mediolani, & in Civitate Lucana, ut refert Guazz. *ad defensam defensa.* 36. *cap.* 14. *nu.* 3. *vers. pro complemento*.

9 Si Fiscus notoriè non fuerit gravatus, recursui non est locus; sanctius est enim nocentem dimittere, quam innocentem damnare, *l. absentem ff. de pœnis, cap. nolite* 22. *causa.* 11. *quæst.* 3. ibi: *Ubi enim peccatum non est evidens, ejicere de Ecclesia neminem possumus*. Et hæc est firma conclusio in Regno, sed adhuc remanet quæstio, an à minoratione pœnæ Fisco competat appellatio, an verò recursus? Et quod competat appellatio.

Affirmant Bajard. ad Clar. *quæst.* 57. *nu.* 23. & *q.* 94. *nu.* 27. Cavalc. *de brach. Reg. part.* 4. *nu.* 286. Muscatell. *de cognitione delictorum, tit. de injuriis, nu.* 44. *per ritum M. C.* 161. ubi dicitur, quod in appellatione in sententia condemnatoria per omnia observatur Jus Commune; in absolutoria, quomodocumque procedatur, Fiscus non appellat, & Mascatell. sequitur Rever. de Luca *in observ. ad dec. D. de Franch.* 348.

Negat Follerius *in prax. crim. rubr. pœnis debitis ferantur, nu.* 28. cui opinioni adhæreo: nam si majori præjudicio Fiscus non appellat, nec etiam minori, magis quidem Fisco præjudicatur decreto absolutorio in totum, quàm condemnatorio in parte, & convenit *Proverb. cap.* 22. *nu.* 9. *Qui promptus est ad misericordiam benedicetur*, & *cap. pulcra* 18. *in fine dist.* 86. *cap. alligant* 26. *quæst.* 7. *cap. licet dist.* 45. Nec obstat ritus, quia hoc clarè non dicit, & usus est contrarius, cum practicetur recursus.

10 Alia non incongrua est quæstio, an a decreto remissionis ad alium Judicem, & a decreto gaudeat indultu? Difficultas exoritur, cum hic articulus sit incidens in causa criminali, quo casu regulatur, ut criminalis, & decretum remissionis non est condemnatorium, neque absolutorium, de quo loquitur Ritus, nihilominus praxis est pro Fisco, ut appellare possit, D. Reg. Capyc. Latr. *dec.* 165. D. Reg. Sanfelic. *dec.* 5. Rev. de Luca. *in d. observ. nu.* 3.

11 Pro complemento aliam excito quæstionem, an à sententia pecuniariam pœnam continente Fiscus appellare possit? Ex quo inquerat, argumentatur ex verbis *d. ritus* 258. ibi: *Criminaliter procedendo*, tunc enim criminaliter Curia procedit, quoties pro delicto pœna pecuniaria applicatur Fisco, civiliter applicatur parti pro ejus interesse, juxtà Glossam in *l.* 3. *in verb. Centum aureorum, ff. de sepulch. violata*, a DD. communiter approbatam, ut videre est penes Jul. Clarum §. *fin. quæst.* 1. *vers. Quarta igitur*, & J. C. Pett.
An-

Antonius Panza *alleg.* 16. *num.* 5. inter collectas a D. Reg. de Marinis *tom.* 3. *resol. juris*, dicit, quod nedum in causis capitalibus appellatio prohibetur, sed etiam in pecuniariis ex crimine descendentibus, quamvis conventionalibus, nec a seculo esse auditum tam in M. C. quam in Regia Camera contrarium fuisse servatum.

Quod valeat, tenet D. Riccius *coll.* 2470. D. Reg. Capyc. Latro *dec.* 165. *nu.* 41. Reverend. de Luca *in observ. ad D. de Franch.* 148. *nu.* 3. *vers. Convenit quæstio*, qui allegans Miosigerium *cent.* 4. *observ.* 41. & Marth. Coler. *dec.* aa. ii testantur, quod licèt de inveterata Germaniæ consuetudine in causis criminalibus non appelletur, tamen si in causa criminali pecuniaria pæna venit irroganda, ab ea tanquam civili appellatur, & pro hac opinione confert Glossa *in l. si quis per calumniam in verbo Auri C. de Episcopis, & Clericis*, quæ tenet, quòd quando pro crimine imponitur pœna pecuniaria, causa dicatur civilis, quæ videtur recepta in Regno, ubi causæ, in quibus venit imponenda mortis naturalis, civilis, aut membri mutilationis pæna, sunt jurisdictionis criminalis, cætera vero civilis, *Pragm.* 5. *de jurisdict. invicem non turbaa.* & Dom. Ricc. *d. conclus. vers. Limita tamen*, espresse dicit, quod in hoc Regno causa reputatur civilis.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

CAP. XI.

De Decretis: *Esse deferendum*, *&c.*

SUMMARIUM.

1 *Recursus conceditur Fisco, qui non appellat in Regno, sed tantum inhaeret appellationi Partis.*

2 *Recurrit Fiscalis R. Audientia ad M. C. V. pro transmissione actorum, quibus trasmissis audito Fisci Patrono M. C fecit decretum esse deferendam petito recursui.*

3 *Reus de decreto esse deferendum potest supplicare dominum Præsidem S. R. Consilii, quod M. C. relationem faciat, & ubi Regia Audientia est delegata a Reg. Collaterali Consilio, debet recurrere ad dictum Collaterale.*

4 *Recursus quibus convenit, & in quibus differt ab appellatione.*

AUctor noster optime declarat hic, in quibus differt recursus ab appellatione, & in quibus convenit.

1 Et licet in Regno Fiscus non appellet, tamen loco appellationis habet recursum, Auctor noster hic *nu.* 4. Sed tantum inhæret appellationi factæ a condemnatis *num.* 1.

2 Et Fiscalis Reg. Aud. recurrit ad M. C. Vic. a qua obtinet provisiones pro trasmissione actorum, quibus transmissis audito M. Curiæ Fisci patrono fit decretum, si continet læsionem. *Die &c. in causa T. de T. cum Regio Fisco fuit provisum esse deferendam petito recursui.*

Sed ubi Fiscus non fuerit gravatus, fit decretum non esse locum petito recursui, *no.* 8. *in fine*.

3 Et de d. decreto esse deferendum recursui Reus potest impetrare rescriptum a Dom. Præside S. R. Cons., quod M. C. relationem faciat.

Et si caussa erit delegata a Reg. Coll. Cons. ad dict. Reg. Coll. recurritur, a quo fieri solet decretum. *Quod M. C. Vicar. relationem faciat in Reg. Collat. Cons.* noster Auctor *nu.* 5.

4 Et recursus, ex quibus, & in quibus convenit, & in quibus differt ab appellatione, & reclamatione exquisitè tradit dictus eruditissimus noster Auctor.

CAPUT DUODECIMUM.

De Decretis, quorum I. Stantibus gravaminibus causa remaneat. *Ac de cæteris undecim aliis, ut infra in hoc Capite.*

SUMMARIUM.

1 *Appellatio quid, & in criminalibus quotuplex sit.*

2 *Appellatio ab interloquutoria cum gravaminis expressione est proponenda.*

3 *Praxis Decreti*, Stantibus gravaminibus causa remaneat, *ac Decreti*, Remissa est Tali Curiæ, quæ provisionibus expeditis non obstantibus ad ulteriora procedat, *ponitur.*

4 *Praxis appellationis a decreto interloquutorio M. C. ad S. C. cum decretorum formulis, quando abest, vel adest gravamen in dicto decreto.*

5 *Appellatio ab interloquutoria non ligat manus Judicis a quo, nisi post inhibitionem, & de cautela inventa, ac appellans gravetur.*

6 *Appellatio an impediat torturæ exequutionem, & de Regni consuetudine.*

7 *An ab interloquutoria incompetentia.*

8 *Appellatio ab interloquutoria intra decem dies proponenda est a die intimationis, & ex eisdem justificatur actis.*

9 *Appellatio a diffinitiva intra decem dies proponi quoque debet, intra quos quicquid a Judice a quo fuerit pronunciatum, dicitur attentatum.*

10 *Appellatio a diffinitiva tollit sententiam de medio, & reducit causam ad terminos litis contestationis.*

Appellatione pendente locum habet in criminalibus concordia, & de ratione, ibi,

11 *Appellatio a diffinitiva intra 30. dies prosequi debet, & ultra triennium non protrahitur.*

Primus annus incipit ab apertura, secundus ob impedimentum pravia potestate conceditur, tertius cum causa cognitione, & de ratione differentiæ, ibidem.

12 *Appellatio à diffinitiva etiam novo justificatur termino, & de formula decreti in impartitione termini.*

13 *Formula decreti quando prima confirmatur sententia, vel revocatur, vel a Judice ad quem modificatur.*

14 *Querelans post publicationem novos testes producere nequit, nisi super novis, & de ratione.*

15 *Reus post publicationem, & in appellationis gradu novos testes producere valet, & de ratione.*

16 *Fiscus in Regno a decretis liberatoriis non appellat, neque a minoratione pœnæ.*

17 *Appellatio unius cæteris prodest sociis condemnatis, si defensionis eadem causa est, & Fabri, & Valeron referuntur exempla.*

18 *Convictus, & confessus regulariter non appellat, & de ratione, & quando appellationi ab eo propositæ sit deferendum, ac de stylo S. C. in deferendo appellationibus a convictis, & confessis condemnatis a M. C. pro atrocissimis criminibus.*

19 *Convicto tantum, quando non competat appellatio, & quando convicto per indicia indubitata.*

20 *Appellatio denegatur condemnato de crimine notorio, conceditur tamen a declaratoria factum esse notorium; in omni enim causa admittitur ab excessu pœnæ.*

21 *Princeps justa interveniente causa appellationem tollit.*

Appellatio non est simpliciter ad necessariam defensionem, ibid.

22 *Appellatio a sententia Delegati ad Delegantem proponitur, prout a M. C. ad Regium Collat. Consil. cujus rescripta referuntur.*

23 *Appellatione prohibita in causa principali, quando censetur prohibita in incidentibus, & emergentibus.*

24 *Appellationis causa est ejusdem naturæ cujus est principalis.*
25 *Appellatio ad S. C. omissa M. C. in criminalibus non tenet, sed an ad M. C. omissa R. A.*
26 *Appellatio in criminalibus quocumque tempore introduci debet.*
27 *Appellationi ubi locus non est, reclamatio procedit, vel supplicatio.*
28 *Appellare si reus nequit, nullitates proponere valet.*
29 *Nullitates intra quot tempus proponi debent.*
30 *Nullitates actorum post sententiam proponi non possunt, sed cum distinctione.*
31 *Nullitates quando sententiæ exequutionem impediunt.*
32 *Nullitates coram primo Judice, & coram Superiori proponi possunt.*
33 *Nullitates non proponantur, nisi facto deposito, sed cum restrictione.*
34 *Appellatione atque nullitatibus omissis revisioni locus est, ut reus fortassis gravatus relevetur.*
35 *Condemnati ad Regias triremes a Curiis inferioribus transmittuntur ad R. Aud. cum Actorum copiis, ut sententia revideantur, sicuti condemnati, atque concordati a R. A. ad M. C. V.*
36 *Condemnatio ad mortem a Curia inferiori prolata exequutioni non demandatur, nisi visa processu a R. A. vel M. C. V.*
37 *Restitutio in integrum, an in criminalibus adversùs sententiam locum habeat.*
38 *An minor restituatur adversus proprium confessionem.*

UT nemo indefensus pro condemnato haberi possit, plurima in hoc Regno Tribunalia à nostro Hispaniarum Rege, in cujus persona Christiana fulget Religio, instituta fuere, adeoque magnis sustinentur dispendiis, in iis ab inferiori ad superius Tribunal recurritur per viam Appellationis, Nullitatis, Reclamationis, Supplicationis, vel Revisionis.

2 Appellatio enim, quæ ratione gravaminis illati, aut inferendi à Judice inferiori ad superiorem fit, dicitur provocatio, in criminalibus duplex est, ab interloquutoria, vel à diffinitiva sententia.

2 Appellatio ab interloquutoria, ut justa dicatur, defensionem, non dilationem continens, cum gravaminis expressione est interpretata, *cap. primo, & cap. ut debitus, de appellat. ac Pragm. 2. de officio S. R. C.*

3 Hinc appellatione interposita a Judice superiori, ad quem appellatur, mandatur Judici inferiori à quo, ut pro gravaminis recognitione transmittat acta, & per dies non procedat, ideoque hæc provisio inhibitoria, *acta, & per dies* vocatur. Visis posteà actis, & monitis appellante, & appellato, si gravamen adest, decretum interponitur: *In causa t. de t. inquisiti de t. delicto cum R. F. & T. de T. querelante.*
Die, &c. facto verbo in M. C. audito R. Fisco, & Partibus, fuit provisum, quòd stantibus gravaminibus causa remaneat in eadem M. C. proindeR. A. in causa prædicta ampliùs non se intromittat. Quæ inhibitoria licèt perpetuo ab alio Judice superiori revocari potest.

Si gravamen abest, hac forma decretum concipitur. *Die, &c. facto verbo audito R. Fisco, & partibus per M. C. remissa est Regia Audientia, qua provisionibus M. C. non obstantibus in causa ad ulteriora procedat.* Quæ practica fundatur *in auth. de Sanctissimis Episcopis, § si quis contra aliquem in d. cap. ut debitus*, & ibi Glossa *in verb. Aliquem, & in capit. non solum de appell. in 6.*

4 Ab interloquutoria M. C. vel alterius Judicis, qui in Civitate residet, S. C. Præsidi supplicatur, & ab eo Regia decretatio obtinetur, *quod M. C. de supplicatis faciat verbum in S. C. ad finem providendi*, in die vero jovis causæ Commissarius refert absque Partis monitione, quæ pro facta habetur. *Pragm 18. de offic. S. R. C.* & relatione facta in una Aula de uno incidenti, & in eadem de alio relatio fieri debet, si prima discussio reo, vel Fisco proficere possit, teste *D. de Franchis dec.* 528.

Secus si incidens non tendit ad causam principalem, puta si quis Appellavit a causa denegatæ remissionis, & causa appellationis relata in una ea Aula sit per S. C. confirmata: nam si deinde appelletur ab alio incidente causam principalem tangente, puta a decreto torturæ, illud non esse necesse, ut in eadem Aula referatur, cum primum sit incidens seorsum a crimine, & per consequens cesset continuationis referendi ratio, cessante enim legis ratione, ipsa lex cessat, sed contrarium dicit esse verius de Luca *in observatione d. dec. num. 4.* quia lex dum indistinctè loquitur indistinctè servanda est: & melius est partem conformari cum suo toto, meliùs est quidem; verum in præsenti casu non est necessarium.

Hinc sive gravamen abest, sive adest M. Curiæ causa remittitur. Primo casu simpliciter, ex eodem de Franchis *dec. 337. in fine.* Secundò ubi gravamen adest, cum modificatione, qua appellanti, & appellato providetur, vel oretenus provisionis formam ordinando, vel expressè in remissionis decreto, ut ejusdem D. de Franchis *dec. 88. & 281.* ubi causa fuit M. C. remissa, emendato gravamine, scilicèt ne citrà torturam procederet, ut videra est penès Dom. Reg. Sanfelic. *dec. 303. num.* 12. de Marinis *juris resol. lib. 1. cap. 2. num. 36.* quæ praxis fundatur in ea ratione, nè S. C. litibus involvatur, cum ea propinquitate M. C. aliorumque Tribunalium in casu gravaminis promptum sit remedium, vel ob ejus præeminentiam, cum Regem repræsentet, qui emendato gravamine causam remittere potest ad primum Judicem, de Luca *ad D. de Franchis dec. 628. num. 1.*

Insuper in primo casu, quando gravamen abest & causa simpliciter remittitur, decretum in M. C. concipitur. *Die &c. pro exequutione decreti S. C. die, &c. interpositi, M. C. stat in decisis in decreto lato, die, &c.* In secundo vero casu, in novo decreto M. C. quo pro exequutione decreti S. C. primum decretum moderatur, & ponitur particula: *Ita moderando juxta ordinem sibi datum.*

5 Cæterum cum appellatio ab interloquutoria non liget statim manus Judicis a quo, sed post inhibitionem Judicis ad quem, ne hoc medio tempore gravamen inferatur, mos inolevit admittendi appellationem sub conditione a futuro gravamine, & inhibendi Judici a quo, quæ praxis fundatur quoque in *cap. si pro te de rescriptis in 6.* & in doctrina *Abb. in cap. significaverunt* & Decii *in cap. dilecto de appell.*

Hinc in dies à M. C. vel alio superiori Judice relaxantur provisiones, nempè: *Quod si R. A. fuerit in voto, vel decreverit remittendi, vel non remittendi aut torquendi, acta transmittat, & per dies non procedat.*

6 Huc convenit quæstio, an appellatio torturæ exequutionem impediat.

De Jure communi magis communis Doctorum opinio est affirmativa, cum tortura grave præjudicium contineat, & irreparabile, & quia illata tortura appellatio nihil operaretur, post multos tenet Campagna *in cap. Regni Se justè, & in cap. Si cum feceritis num. 51.* Caravita *ritu* 259. Muscatellus *in prax. S. C. Glossa sententia num.* 27. Dom. Reg. de Marinis *resol. juris lib. 2. cap. 10. num. 13.* & alii relati a Novario *de gravaminib. vassallor. gravam. 372. num. 10.*

De Jure vero Regni Judici appellatio arbitraria est per dictum capitulum *Se juste 146. rubr. de appellationibus*, nempè, si injusta impensius considerato negotio sibi videatur, & dicto *capitulo* confert. *tex. in l. 2. ff. de appell. recipiend.* ibi: *Antè sententiam appellare potest, si quæstionem in civili negotio habendam Judex interloquutus sit: vel in criminali, si contra leges hoc faciat*; ergo si justè appellari non potest, testatur Foller. *rubr. si confitebuntur 3. p. 3. num. 50. Bajard. ad Clarum q. 64. num. 85.*

Quarè cauti Advocati ad impediendam torturam, ante decretum *torqueatur*, a Judice superiori provisiones inhibitoriales procurent Judici inferiori, *Quod si erit in voto torquendi transmittat acta, & per dies non procedat*, vel usque ad alium ordinem: de hac consuetudine testantur idem Follerius, Bajardus, Camillus Borrallus *in summa dec. lib. 2. rubr. de appell.*

num.

num. 332. Novarius *d. gravamine num.* 11. & nos tàm in Regiis Audientiis, quàm in M.C. plures inhibitoriales expedivimus provisiones, & libenter supradicta ratione attenta. Quinimò torturam inquisito de facto non inferrem, & si Fiscus pro tortura in scriptis non institerit, decretum torturæ Advocato manifestarem, cum is aliquid animadvertere possit, quo justificaretur appellatio.

7 Hic alia occurrit quæstio, an ab interloquutoria incompetentiæ ligentur manus Judicis.

Affirmat Faber in *Cod. tit. de sententiis, & interloquutoriis defin.* 9. ubi inquit. *Sive Judex se competentem Judicem, sive desertam appellationem esse pronunciet, interloquutoria tantùm sententia est, sed tamen utraque talis, quæ habet vim diffinitivæ, ideoque si appellatum sit, appellationi deferre quilibet Judex debet, nè in appellationis præjudicium contrà superioris Magistratus authoritatem attentasse videri possit, eoque Senatus noster passim utitur.*

Distinguit noster Caravita *ritu* 250. *num.* 19. si appellatio fuerit proposita à Barone, aliove Judice remissionem petente, vel ab inquisito: & in primo casu tenet, eam habere vim diffinitivæ.

Impugnat hanc distinctionem Muscatellus in *Glossa sententia nu.* 188. *&* 194. ea præsertim ratione motus, quia, ut inquit, nulla sufficiens diversitatis ratio apparet, cur hæc interlocutoria respectu Baronis, alteriusve Judicis vim diffinitivæ habeat, respectu inquisiti non: cum una eademque res diverso jure dijudicanda non sit *l. eum.*, *quæ tudet ff. de usucap.*

Caravitæ sententia servatur in praxi, teste D. Reg. Sanfelicio *dec.* 5. *num.* 19. D. Reg. Capyc. Latro *decis.* 187. *nu.* 28. quia cum Barone aliquid non remaneat agendum, & cum inquisito pendet causa inquisitionis, & confert *Pragm.* 77. *de officio S. R. C.*

8 Hæc ab interloquutoria appellatio a die latæ sententiæ intra decem dies interponenda est, ut in *cap. Romana*, §. *si verò de appell. in* 6. & in *cap. cum dilecta, de electione*, & secundum praxim a die ipsius intimationis

Temporis tractum habet arbitrio Judicis ad quem, & regulatur præcipuè a distantia loci, a quo appellatur, necnon ea eisdem justificatur actis,

9 Appellatio a diffinitiva etiam intra dictum tempus proponi debet, ut in *auth. hodiè, C. de appell. cap. ad consultationem de re judic. cap. anteriorum* 2. *qu.* 6. intra quod dictum tempus Judex a quo procedere nequit, & quod actum fuerit, dicitur attentatum, *l. unica, ff. nil innovari appellat. pendente, l. appellatione, Cod. de appell. cap. non solùm, de appell.* ideoque a Judice ad quem appellatur Judici a quo mandatur, ut acta transmittat, & pendente dicta appellatione nihil innovet, ac omne attentatum reducat ad pristinum, & inhibitoriales literæ dicuntur in forma, idest justà legis formam, Judici, & Parti intimantur, ille, ut prædicta caveat, iste, ut actorum aperturam videat, & in judicii prosequutione intervenit. De urbanitate vero in M. C. præsentantur in banca, & in R. A. ejus Secret. Parti per ostium intimantur, vel Procuratori fiscali, vel Curiæ Coadjutori, cum ejus relatione.

10 Hæc a diffinitiva tollit sententiam de medio & ad terminos litis contestationis causam reducit teste Fabro, D. de Franchis *dec.* 379. *num.* 13. 14. *&* 15. ubi refert, quod Baro licèt post sententiam vassallo inquisito gratiam facere nequeat, potest tamen appellatione pendente. Hinc passim in M. C. DD. Reg. Cancell. Regentes in visitatione, pendente appellatione, vel nullitatum discussione etiam condemnatos ad mortem ad inserviendum in Regiis triremibus condonant *Pragm.* 4. *de carceratorum visitatione*, etenim hoc casu adhuc eventus est dubius, & dubietatis ratione Judex temperatè procedere tenetur Glossa in *l. absentem, ff. de pænis, l. sententiam*, §. *cum sufficientia, ff. ad l. Aquiliam*, Glossa *in l. item Mela*, §. *sed si plures servum, ff. eodem, cap. molete* 11. *qu.* 3.

Sicque dicta ratione procedit concordia, *l. ita demùm, C. de procuratoribus, l.* 1. §. *fin. ff. ad S. Consultum Turpil.* ubi Glossa.

11 Ut non evanescat, intra dies quinquaginta prosequi debet, intra quos dies appellans a Judice superiori literas inhibitoriales in forma obtinet, illas Judici a quo appellat, & Parti intimare, ac actorum copiam intra eundem terminum judici ad quem præsentare tenetur.

Ut postea ejus justitia exerceatur, & sententia terminetur, triennii tractum habet: De primo, & secundo anno fit mentio in *auth. ei, qui, & in l. finali*, §. *illud, C. de tempor. appell.* & de tertio Glossa *in verb. Mauri sententia*, dicta *auth.* Glossa *in cap. cum sit Romana, de appell.*

Primus annus incipit ab actorum præsentatione, eorumque apertura, ut in *ritu M. C.* 6. *&* 253. & in Glossa *in Clementina sicut, de appell.* in 3. opinione.

Secundus annus, primo completo, ob impedimenti causam conceditur prævia protestatione, quæ, antequàm primus labatur, fieri debet; eadem ratione tertius conceditur annus, ut per Glossam *in d. auth. ei, qui*, per Ursillum *ad Afflictum decis.* 50. Franciscus Maria Pratus *ad Muscatellum*, Glossa *secundi, vers. Ad num.* 8. aliqua tamen differentia, nàm secundus annus, ut concedatur, sufficiens est protestatio. Tertius, ut concedatur interponi debet a Judice decretum causa cognita de dicto impedimento: in hoc enim tertio anno majus consideratur præjudicium, ipsa videlicet longa dilatio, quæ in litibus effugienda est, ut per D. Sanfel. *dec.* 144.

Ultra triennii terminum appellatio non protrahitur, idenque dicti anni fatalia nuncupantur a fato, idest morte, ut in *l.* a. ubi Glossa, & in *l. fin. C. de temp. appell.*

12 Eadem non solum ex eisdem actis, sed etiam novis probationibus, novo justificatur termino, de quo loquitur *tex. in l. per hanc, C. de temp. appell. cap. fraternitatis, de testibus*, & Regia *Constitutio*, quæ incipit, *Jurisperitorum altercationibus*, & in civilibus dicitur terminus ad non posita ponendum, & non probata probandum, in criminalibus verò terminus in gradu appellationis, & decretum ita concipitur.

Die &c. facto verbo in M.C. fuit T. de T. inquisito, & carcerato datus terminus dierum tot ad se defendendum, & faciendum quascunque defensiones, si quas habet in gradu appellationis.

13 Compilato termino, vel a Judice ad quem prima confirmatur sententia, & decretum ita concipitur: *In causa T. de T. cum Regio Fisco, & T. de T. querelante*, si Pars in judicio adiit, *Die &c. facto verbo in M. C. monitis Partibus fuit provisum, & decretum, male fuisse appellatum, & bene judicatum, & proinde referibatur tali Curia, vel Regia Audientia, quod suum exequatur decretum*, juxtà notata a Caravita *rit.* 262. & D. de Franchis in *dec* 510. Hoc decretum etiam interponitur, licèt condemnatus reperiatur penès Judicem ad quem, si Judex à quo est Baronis, ne ei præjudicium inferatur, ut in *dict. dec. num.* 8. *&* 15. si Regius, quia ejusdem jurisdictionis sententia a Judice ad quem exequutioni demandatur, juxtà notata ab eodem D. de Franchis *dec.* 335. & decretum ita concipitur: *In causa T. de T. inquisiti, & condemnati per R. A. die &c. facto verbo, auditis partibus per M.C. fuit provisum, & decretum, male fuisse appellatum, & benè judicatum, & proinde decretum latum à R. A. die, &c. debitæ exequutioni demandetur.*

Vel a Judice ad quem prima revocatur sententia, & condemnatus liberatur, vel è contra, decretum concipitur: *In causa T. de T. & T. de T.*

Die, &c. facto verbo, audito R. Fisco & Partibus per M. C. fuit provisum, & decretum, bene fuisse appellatum, & malè judicatum, & proinde T. de T. liberetur in forma, vel (è contra) remiget, prout de justitia videbitur: & hoc decretum semper a Judice ad quem exequutioni demandatur, juxta notata à D. de Franchis *in d. dec.* 526. *num.* 12. Et à Caravita *d. ritu num.* 6. Verum comparere potest, ut sibi remittatur exequutio, Capiblanc. *de Baronib. prag.* 8. *p.* 2. *num.* 101.

Vel a Judice ad quem prima sententia non revocatur, neque confirmatur, sed modificatur, & tunc vel pœna diminuitur, veluti condemnatus ad remigandum perpetuo in primo judicio, in secundo condem-

natur eadem pœna, sed temporaliter, & decretum interponitur: *Bene appellatum, & malè judicatum, & proinde Talis de Tali remiget per annos tot taliter moderando decretum latum à T. Curia, &c.* vel mutatur pœna, & quæ prima erat remigationis, secunda vero exilii, dicitur: *Bene appellatum, & malè judicatum, & proindè T. de T. exulet per annos tot*, taliter reformando decretum.

Hic pro majori declaratione plura subjicio notabilia.

14 Primum, quod querelans in gradu appellationis, sicut in prima instantia ob subornationis timorem, post publicationem novos testes producere nequit, nisi super novis capitulis, Capycius *dec.* 81. Clarus *quæst.* 61. *vers. Sed ad offensum non possunt*, ibidem addit *n.* 6. *vers. In quantum dicit*, Concivis meus *ritu* 71. *num.* 3. *vers. Super novis capitulis, non autem antiquis*, D. Reg. Sanfelic. *dec.* 22. & 23. Dom. Reg. Capyc. Latr. *dec.* 178. Thorus *in comp. par.* 2. *verb. Terminus ad impinguandum*.

Sicque super qualitate omissa, quæ criminis pœnam auget, novos testes producit, Bartolus *in l.* 3. *Senatus num.* 4. *ff. de accus.* Guazz. *defens.* 36. *cap.* 14. D. Reg. de Marin. *juris resol. c.* 129.

15 Secundum, quod inquisitus tam in prima instantia post publicationem, quàm in secunda, & sic in gradu appellationis novos testes producere valet, Capycius *d. dec.* D. de Franch. 470. *num.* 7. & ibi de Luca, Capyc. Latr. *dec.* 178. Sanfelic. *dec.* 22. Caravita *rit.* 90.

Nam defensio adeò est privilegiata, quod subornationis timor eam non excludit; licèt enim adsit suspicio, quòd post publicationem testes tanquam subornati falsum deponant, & per consequens, quod reus absolvatur, nihilominus, si hac ratione testes non recipiantur, subest timor, quod innocens condemnetur, si fortassis testes rejecti veritatem erant deposituri, & non est par ratio, nocentem absolvere, quam innocentem condemnare, sed sanctius est nocentem demittere, merito reus admittitur ad pinguiùs probandum, & querelans solùm appellat, ut sententia in pejus reformari possit.

16 Tertiùm, quòd Fiscus in hoc Regno à decretis liberatoriis, sicut a minoratione pœnæ non appellat, sed tantum habet recursum, & licet appellationibus a condemnatis propositis adhæsionem habeat, intelligitur, ut sententia in pejus reformari possit. de hac appellatione Fisco competente, quia tractavi in præcedenti decreto, hìc non repeto.

17 Quartum, quod appellatio unius prodest cæteris sociis condemnatis, si defensionis eadem causa est, teste D. de Franchis *dec.* 658. ibidem D. Ricc. Consiliario Rocco *resp.* 17. *tom.* 2. Petra *ritu* 6. *in fin.* si unica sententia plures fuerint condemnati *l.* 1. *C. si unus ex pluribus*, ac si appellatio jure sit emissa, quo cæteri consortes eam interponere possint, secus si non communi juri, sed speciali: puta minor si admitteretur ad appellandum restitutionis ope, Valeron. *de trans. tom.* 2. *qu.* 7. *n.* 25.

Hinc idem Valeron. *de transactionib. tit.* 7. *nu.* 26. in casu homicidii refert, appellationem propositam a mandante mandatario non profuisse, & in effectu punitos fuisse: nam licèt ejusdem homicidii omnes rei essent, divisa tamèn erat defensio ejus, qui cædem mandavit, & eorum, qui commiserunt, juxtà *l. minoribus* 6. *ff. de his, quibus ut indignis*. Hic quoque dicta restringit Faber in decreto torturæ pro eodem crimine contra plures prolato, ut in titulo, *Si unus ex plurib. appell.* sequenti definitione: *Quod constitutum est, ut uno ex pluribus ejusdem litis consortibus appellante, debeat appellatio prodesse iis quoque, qui non appellarunt; ad impediendum interea judicati exequutionem tum obtinet, cum absoluta, & diffinitiva fuit condemnatio in una, eademque causa, quæ factorum separationem nullam accipere possit: nam si tum plures ejusdem criminis rei essent, Judex interloquutus sit, omnes torquendos esse, & ab ea interloquutione quidam ex ipsis appellaverint; placet, non eò minus torqueri alios debere, qui non appellarunt, quandoquidem de sua, suisque, non de socii scientia interrogatur, proindeque personarum diversitas hac parte factorum separationem inducit, licèt de uno eodemque crimine agatur; ità Senatus in causa Joannis Denet, Claudii Mignot, & Hubertii Misistier IX. Kalend. Juan.* 1591. & licet Faber impugnetur a Cancer. *lib.* 3. *variar. cap.* 17. *num.* 485. comprobatur tamèn a Valeron. *de transactionib. tit.* 2. *quæst.* 7. *num.* 24.

18 Quintum, quòd in omni crimine convicto, & confesso non competit appellatio, Glossa, Bartolus, & Baldus *in l.* 2. *C. quorum appellationes non recipiantur*, Clarus *quæst.* 94. & ibi Ciachatius *l.* 4. Dom. de Franchis *dec.* 556., & ibi D. Riccius, & Rever. de Luca, qui plures congerit Doctores.

Etenim a convictione una resultat notorietas, a confessione altera, & appellatio a duplici notorietate, tanquàm evidens calumnia est rejicienda, nisi proponeretur cum aliqua probabili causa, quæ hanc obumbrat notorietatem, Guazz. *defensa* 36. *cap.* 12. *verbo Sed Advocatus*, de Luca *d. dec. n.* 2.

Verùm in atrocissimis delictis, quod convicti, & confessi, & condemnati a M. C. appellant, S.C. eorum appellationibus deferre non consuevit, nisi audita relatione M. C. de meritis causæ, & auditis Fisci Patrono, & inquisitorum Advocatis, si convictiones sunt absque aliqua difficultate, remittitur causa eidem M. C. quæ suum exequitur decretum, quia in atrocissimis opus est exemplo, & celeritate, jurisque ordo est, ordinem non servare; si habent aliquam probabilem difficultatem, tunc appellationibus defert juris ordine servato, & causa committitur in S. C. teste Consil. Gizzarell. *dec.* 78. *num.* 1. & 2. quod intellige in convicto, & confesso simplici confessione, non autem cum qualitate, quæ delictum diminuit: qualitas enim, si non fuerit in prima instantia probata, probari potest in secunda, & sic ei non est deneganda appellatio, teste D. Franch. *dec.* 559.

19 Quinimò ratione atrocitatis criminis non solùm convicto, & confesso denegatur appellatio, sed etiam convicto tantùm, Sigismund. Scaccia *de appellat. cap.* 2. *q.* 17. *num.* 76. Guazz. *d. c. vers. Bene verum est*, de Luca *in d. observat. num.* 5. ut in hæresi, læsa Majestate, raptu, seditione quoad capita factionum, falsa moneta, & aliis a dicto Scaccia notatis.

Rursus convicto per indicia indubitata denegatur quoque appellatio, ut tenant Follerius *in verb. Si confitebuntur* 3. *par. num.* 99. Carrer. *in pract. crim. tit. de appell. num.* 1213. Farinac. *quæst.* 101. *nu.* 18. Scaccia *d. cap.* 2. *quæst.* 17. & Guazz. *defen.* 35. *cap.* 11. verùm dictæ doctrinæ locum habent in convicto per indicia, & confesso: nam in convicto tantum non exequitur sententia, nisi prius facta relatione, attenta Regia *Prag.* 12. *de offic. Judicum*.

20 Condemnato de crimine facti notorio denegatur quoque appellatio, Guazz. *d. defens. cap.* 9. *num.* 1. tamen a sententia Judicis declarantis factum esse notorium, admittitur, D. R. Sanfel. *decis.* 261. *in fine*, Dom. Reg. de Marinis *juris resol. c.* 113. *nu.* 6.

In omni autem casu, quo appellatio prohibetur conceditur tamen ab excessu pœnæ, *cap. novit. de appellationibus*, Mascardus *de probationibus lib.* 2. *concl.* 696. Farinac. *quæst.* 101. *num.* 110. plures referens.

21 Sextum, quòd appellatio, licèt defensio sit, *l.* 1. *ff. de appell. cap. cum specialit.* §. *porro, de appell.* a Principe tamen justa interveniente causa tolli potest, Covar. *pract. quæst. cap.* 23. P. Sanchez *consil. moralium l.* 3. *cap. unico dub.* 10. *num.* 4. D. Cardinalis de Lugo *de justitia, & jure disp.* 40. *sect.* 3. *nu.* 36. *in fin.* P. Fragoso *de regimine Reipub. tom.* 1. *par.* 2. *l.* 8. *disp.* 24. § 2. *num.* 213.

Hinc in criminibus scandalosis a Principe tolli potest ob utilitatem Reipublicæ, quæ non patitur, eorum exequutionem impediri.

Sicut juste ab eo denegatur, si causa viro integerrimo, & juris peritissimo committatur, licèt enim naturalitèr debeatur defensio, tamen appellationis remedium non est simpliciter ad necessariam defensionem, sed ad melius, cum omnes suas rationes coram primo Judice reus proponere possit, & de Judice præsumitur, quod eas debitè examinaverit, necnon sicut a

Prin-

Principe ad alium non est appellatio, ita a Judice ab eo electo: etenim Reipublicæ convenit causas cito expediri, *cap. fin. de dolo, & contumacia*.

22 Septimum, quod ab interloquutoria, vel diffinitiva Delegati non appelletur ad Ordinarium, sed ad ipsum Principem, in cujus potestate est Judicem dare *l. 2. & l. eos 16. C. de appell.* sicuti in ejus arbitrio est concedere, vel appellationem, seù reclamationem denegare. Hinc praxis est, quòd a sententiis M. C. Delegatæ reclamatur ad S. E. ejusque Reg. Collaterale Consilium, a quo impetratur rescriptum, quod M. C. relationem faciat in dicto Reg. Coll. Consilio, alioquin eo non obtento sententia exequutioni demandatur, ibique meritis causæ discussis secundùm ipsius justitiam, vel denegatur reclamatio, quod M. C. justitiam faciat, vel conceditur providendo, quod M. C. iterùm relationem faciat in Regio Coll. Consilio, ut fuit ordinatum in causa David Santoro, qui exclusus a remissione ad Curiam Episcopalem Alexandriæ petiit recursum ad Reg. Coll. Consil. & circa dicta vide D. Reg. Sanfelic. *dec.* 320. & 381. Dom. Reg. Merlin. *contr. cap.* 15. & D. Reg. de Marinis *juris resol. cap.* 150.

23 Sed hic quæro, si M. C. vel Regia Audientia procedat uti delegata in aliqua criminali causa, an in ipsius incidenti civili, veluti repositionis ad Ecclesiam, vel remissionis ad Episcopum quoque uti Delegata procedat, itaut ad Regium Collaterale Consilium sit recurrendum ad finem obtinendi reclamationem, & sic prohibita appellatione in causa, illa quoque prohibita censeatur.

Hac in re plures a Regnicolis Doctoribus afferuntur distinctiones.

Prima est, quod si incidens continet gravamen, quod in diffinitiva sententia reparari potest, & tunc prohibita appellatione in causa principali censetur quoque in incidenti, secus ubi non est reparabile, puta a non receptione probationum, a repositione ad Ecclesiam, & similibus.

Quæ distinctio approbatur a Dom. de Franchis *decis.* 637. ubi aliæ decisiones concordantes adferuntur, atque vera reputatur ab Amendola in dictis *dec.* Surd. *dec.* 36. *nu.* 14. Giurba *dec.* 46. *nu.* 10. Fontanella *decis.* 26. Guaz. *ad defensam defens.* 30 *cap.* 4 *nu.* 19.

Alia adferuntur, nempè aut incidens dependet a principali negotio, sine quo stare nequit, prohibita appellatione in causa principali, censetur quoque prohibita in incidenti, & accessorio, aut de per se subsistat, & secus. Quam distinctionem ponunt communiter Doctores, ut testatur D. Reg. Joannes Burgos, qui ità interpretatur *tex. in l. cum principalis de regulis juris, & in cap. accessorium de regul. juris in 6.* Quæ jura adducuntur pro affirmativa opinione, nempè quod censeatur prohibita appellatio; concludit tandem, quod in incidenti declaratoriæ fori aùt exceptione repositionis ad Ecclesiam admittenda sit appellatio: nàm cum Princeps jubet super aliqua causa illius gravitate motus procedi appellatione remota, supposuit suæ jurisdictioni reum subjacere, minimè idcircò tali casu appellationis remotio porrigenda, maximè, ut inquit, si ab Ecclesiastico petatur remissio, & quod statuta, quæ in criminalibus jubent procedi appellatione remota, non procedant in causa incidente occasionata a criminali, probat Farinac. *cons.* 85. *lit. A.* Bajardus *ad Clarum qu.* 49. & Guazz. *d. defens. num.* 17.

Alia affertur distinctio a D. Reg. Merlin. *contr. lib.* 2. *cap.* 15. nempè aut appellatio removetur a Principe (in tali casu) & non videtur prohibita in incidenti, quia tunc remotio convenit cum futura diffinitiva, aut a causa, & re in diffinitiva, quam interloquutoria removetur appellatio, cum verbum *causa* utrumque cadem militat ratio, ut causa celerem habeant expeditionem.

Alia a D. Reg. Capyc. Latr. *decis.* 187. *num.* 44. in fori declinatoria, quod vel pro ea instat inquisitus, vel Baro, seù Episcopus. Primo casu, quod non detur appellatio, sed is recurrere debeat ad delegantem pro reclamatione. Secundo casu, quod detur appellatio, quia tunc declinatoria est diffinitiva, & per consequens non est accessorium quid, sive incidens in principali, & post has decisiones hinc, & indè refert; nam super repositione ad Ecclesiam Caroli Cavaletti, ac aliorum inquisitorum petita ab Episcopo Civitatis Accirarum in causa reclamationis die 9. Septembris 1643. in causa reclamationis fuit decretum, esse procedendum in M. C. cum cadem delegatione, cujus decisionis meminit quoque D. Reg. Sanfel. *dec.* 320. *in add. in fin.*

Sed in alia causa Fabritii Sylvestriello contrarium fuisse practicatum, & causam in S. C. ad instantiam Episcopi Nolani in Sacro Consilio commissam testatur.

At ego indistinctè observatum vidi, quod quando M. C. vel Regiæ Audientiæ in aliqua causa procedunt uti delegatæ, procedunt quoque in ejus incidenti cum eadem delegatione, ne causa dilatetur contra Principis mentem, qui justa ratione eam delegavit, ut celeri expeditione terminaretur. Ut plurimum enim appellationes ad dilatandum proponuntur, & dilatione delinquentes evadunt impunes, & sic Principis jussus calliditates inquisiti, sive alius defensoris evanescunt in Reipublicæ perniciem, meritò ad eundem Principem est recurrendum.

Et novissimè in causa David Santoro inquisiti de furto magnæ quantitatis commisso in domo Marchionis Ugenti, procedente Magna Curia uti delegata super declinatoria fori ad curiam Ecclesiasticam, cum eadem delegatione quoque processit. Quamobrem a decreto, quod procedatur in ea, opposita declaratoria fori non obstante, ipse David ad Regium Collaterale Consilium recursum habuit; & ab eo rescripto obtento, *Quod M. C. relationem faciat*, qua facta sub die 19. Decembris 1675. ab eodem Regio Collaterali Consilio fuit ordinatum, quod compilato processu loco reclamationis, iterùm M. C. relationem faceret in dicto Reg. Collaterali Consilio.

Terminoque compilato sub die 29. Junii 1676. referente Judice Philippo Vignapiana, fuit provisum, bene fuisse judicatum per Magnam Curiam, & malè reclamatum à Davide Santoro. Et cum etiam prodicta remissione institisset Archiepiscopus Hydrunti, M. C. ex quo prædictus David ab eo fuerat exclusus, etiam in gradu reclamationis relationem fecit Reg. Collat. Cons. an is admittendus esset, cum à decretis prolatis a Reg. Collaterali Consilio in judicio criminali non addmittatur reclamatio, juxtà notata a D. de Franchis *decis.* 737. *nu.* 2. & affirmativè responsum dit, ut in sequenti rescripto.

Illustres, & magnifici Viri Collateralis Consiliarii Regî fideles dilectissimi. Avendo noi intesa la „ relazione fattaci nel Regio Collaterale Conseglio da „ cotesta G. C. della Vicaria della causa di David „ Santoro inquisito con altri di furto di gran quantità „ in casa del qo. Ill. Marchese di Ugento, il quale „ pretende esser rimesso all'Arcivescovo d' Otranto, „ come preteso Clerico, e per cotesta G. C. escluso „ da detta remissione, e che per parte del detto Ar„ civescovo d' Otranto al presente s'è domandata la „ detta remissione, e per cotesta G. C. si è difficul„ tato, se si doveva interloquire sopra detta istanza „ del detto Arcivescovo; perciò ci hà parso far la „ presente, con la quale vi dicemo, ed ordinamo, „ che dobbiate interloquire sopra l' istanza di detto „ Arcivescovo, stante che de jure li spetta. *Datum Neapoli die 27. Septembris 1676. il Marchese de los Velez. Galeota Regens. Carillo Regens. Valero Regens. Calà Regens. Sorìa Regens.*

Proindè per M. C. ad instantiam dicti Archiepiscopi fuit datus terminus super dicta remissione, eoque compilato fuit provisum, quod petita remissione per Curiam Archiepisc. Civitatis Hydruntiæ non obstante, procedatur in M. C. V. a quo decreto Archiepiscopus recursum habuit ad Reg. Coll. Consilium, & prætextu, quod testes in termino citati non erant recepti, ac quòd ipso inaudito M. C. processit sub die 20. Octobris 1676. rescriptum obtinuit, quod de supplicatis relationem M. C. faciat, qua facta per Regium Consiliarium Petra sub die 29. Novembris ejusdem anni fuit denegata reclamatio, acta sunt penès Petrum de Leone.

24 Octavum. Quòd appellationis causa est ejusdem na-

naturæ, sicuti principalis, utraque enim est summaria, & sic in prima fuerit processum contra delinquentes per horas, sic in secunda procedetur, Amendola *in addit. ad D. de Franch. dec. 251. num. 14. & 528. num. 4.*

25 Nonum. Quod in criminalibus proposita appellatione ad S. C. omissa M. C. non tenet, ut in *Prag. 3. 37. & 47. de officio S. R. C.* & testatur D. Reg. Rovitus *sup. d. Prag. 3.* Consil. Petra *ritu M. C. 47. n. 16.* ea ratione: quia M. C. in criminalibus est ordinarius Judex, tenet nihilominus proposita ad M. C. omissa Reg. Audientia, ut in *ritu 52. & Prag. 5.* incipiente *Subditorum de officio S. R. C.* verùm hæc M. C. præeminentia restringitur in causis Baronum, qui privilegium cognitionis secundarum causarum retinent, ut advertit Muscatell. in Glossa *detinebitur*, & Petra *dict. ritu anm. 3.*

26 Decimum. Quod in causis criminalibus quocunque tempore introduci potest appellatio; nemò enim suis defensionibus renunciare potest, *l. non tantùm 6. ff. de appell.* & ibi Gothofredus plura cumulat jura; appellatio namque defensionis causam continet, & nemo perire volens audiri debet, meritò quocumque tempore appellationem admitti humanitatis ratio suadet.

Verùm propositæ appellationi reus renunciare non potest, quia ei Fiscus adhæsisse intelligitur, juxta *Prag. 7. de appellat.* quia jam fuit jus quæsitum Fisco, in cujus præjudicium renunciare non potest, sicut ubi Fiscus procedere nequit, nisi ad partis querelam, ea proposita sequuta contestatione reus remittere non valet, D. Reg. Rovitus *super d. Pragmat.* & prædicta confert Faber definitio 16. *de appellat.* ibi: *In causis criminalibus etiam post lapsum decennium admittitur appellatio: quoniam injuria, seu ut Pragmatici loquuntur, gravamen semper durat, quo ex cunsu illud quoque in hujusmodi causis singulare jure receptum est, ut nec liceat ei, qui semel appellavit renunciare appellationi, quinimò de appellatione necessario cognoscendum sit: è contrario, si qua per inferiorem Judicem illata est injuria, talis sit, quæ reparari ampliùs nequeat, non est appellatio admittenda, ut puta si quis jam tormenta passus appellare velit ab ea sententia, per quam pronunciatum fuerat, ut quæstioni subderetur, si quas tamen innocentiæ suæ rationes, aut probationes novas proferat, non eo minus erunt recipiendæ, quod alioquin admittendis sit locus esse soleat ante habitam de reo quæstionem.*

Ita Senatus mense Julii 1592.

27 Vel per viam reclamationis: nam a sententia S. C. quod Præfectum Prætorium repræsentat, non appellatur, sed ad idem reclamatur, ut in *l. 1. C. de sent. Præfect. Prætor.* & reclamatione pendente, ea exequutioni demandatur, præstita cautione in casu retractationis, ut in *auth. quæ supplicatio, C. de precibus Imper. offerendis*, & per Afflict. *dec. 231.* nè tantæ jurisdictionis sententiæ sint elusoriæ, ut in *d. l. 1. C. de sent. Præfect. Prætor. Prag. 6. de officio Sac. Reg. Cons.*

Verum in criminalibus, ubi sententia actum irretractabilem continet, exequutioni non demandatur, teste D. de Franch. *dec. 139.* D. Reg. Tap. *in Prag. 5. de officio S. C. & 37. de officio Procur. Cas.* Amendola, & Dom. Riccio *in add. Dom. de Franch.* Sententia enim irrevocabilem actum continet, puta si carcerationem, fustigationem, servitium remigationis, vel militare continet, sive aliam pœnam, quæ irrogat infamiam.

Limitatur, si sententia S. C. sit sententiæ M. C. conformis; nam non obstante reclamatione, etiam in causa criminali exequutioni demandatur, teste eodem Dom. de Franchis *d. dec. 139. in fin. 470. & 710.* a duabus enim sententiis Præfecti Prætorio non admittitur reclamatio, *l. si quis adversus, C. de precibus Imper. offerend. Prag. 3. de offic. S. C.*

Nec conceditur reclamatio, si tres sententiæ fuissent prolatæ, duæ conformes, & media esset difformis; quare si quis eadem pœna fuit prima, & tertia condemnatus, licet secunda eandem non contineat pœnam, amplius reclamari nequit, eodem de Franch. teste *decis. 135. Prag. 5. de offi. S. C.* ibi: *Postquam verò duæ a S. C. conformes sententiæ promulgatæ fuerint, perpetuum hactenus in Regno observatum est silentium*, imponendum esse decernimus; aliqui tamen potiùs verba, quam sensum Pragmaticæ considerandа existimant, ut in dicta sententia conformi ponatur clausula: *Et proinde perpetuum silentium decernimus*, Sed contrarium verius est, ut sustinent D. Reg. de Ponte *cons. 58. p. 1.* Dom. Marcian *cons. 4.* & de Marinis *alleg. 7. tom 3.*

Sufficit enim, quod dicatur, male appellatum & bene judicatum, & opinio in contrarium est contra *d. l. quis adversus.*

Conformes autem dicuntur sententiæ, si in eodem genere pœnæ, & quoad totam pœnam sint uniformes, quare si una sententia condemnat reum ad triremes per annos quinque, alia per tres, non erunt conformes, ut per Cujacium *lib. 12. observ. cap. 56.* Tuscum *lit. S. concl. 182. num. 16* Guazz. *defensa 34. num. 4.* observat de Luca *ad Dom. de Franchis d. dec. 710.*

Vel per viam supplicationis; nam a Principis sententia non datur appellatio *l. 1. ff. a quibus appell. non licet*, nec a sententia Delegati, Capycius *dec. 511.* Dom. Sanfelic. *dec. 381. num. 5.* Consil. Campana *resol. 52. num. 6.* sed ad finem obtinendi reclamationem, quæ a Principis benignitate pendet, eidem supplicatur, idem Capycius *decis. 144.* Grammatic. *dec. 35.* Dom. Sanfelic. *in d. decis. & decis. 4. num. 9. & 10.* Dom. Reg. Capycius Latro *dec. 187. num. 34.* & Rev. de Luca *in observ. ad D. de Franch. 637. vers. Appellatio quamvis sit prohibita.* Hinc in M. C. passim Advocati, ut impediant exequutionem dictæ sententiæ, ante prolationem procurant a S. E. ejusque Regio Collaterali Consil. Regiam decretationem, quod M. C. si erit in voto condemnandi, vel torquendi, relationem faciat; & similiter observatum vidi in Regia Audientia, ubi procedunt ad modum belli, vel tanquam delegatæ.

28 Vel per viam nullitatis. Hinc reus nullitates proponere potest; eæ enim sive justitiam, sive judicii ordinem respiciant, semper sententiam infringunt, ubi enim ordo deest, ibi & justitia deficit: & rerum ordine Deus cognoscitur, inquit Divus Augustinus *de vera religione*, & in puncto circa nullitates ordinem respicientes adest S. C. *dec.* apud Affl. 60.

29 Vigore Regiæ *Pragmaticæ de dilationibus*, quæ est 77. *de officio S. R. C.* a decretis diffinitivis per viam actionis infra decennium proponi possunt; per viam exceptionis infra triginta annos, ut probat Pratus *ad Muscatellum in Glossa nullitatis, vers. enim infra triginta.*

Ab interloquutoriis verò etiam vim diffinitivi habentibus infra sex dies a decreti intimatione, ut ex *d. Pragm. 4. de dilationibus*, §. 16. sed si prædicti dies fuerint feriati, an post eos nullitates recipi debeant? & affirmativè refert decisum per S. C. junctis Aulis Consil. Hodierna *lib. 1. controvers. forens. cap. 48.* negative etiam per idem S. C. recenset Consil. Roccus *tom. 2. resp. 2.* in quam determinationem iterum descendit S. C., ut testatur Cons. Petra *rit. 6. anm. 7.*

30 Insuper vigore dictæ *Pragm. num. 17.* post diffinitivam sententiam, nullitates actorum, idest ordinem respicientes, proponi non possunt: verùm intellige circa actus nullites confectos, non circa prætermissos, teste Dom. Reg. Rovito *sup. d. Prag.* Secundo intellige *Prag.* non procedere, quando sententia profertur in contumaciam. Hæc in civilibus, in criminalibus verò, vel ubi delictum in genere non est plene probatum, vel testes minus legitimè recepti, quia tunc factum revocatur in dubium, firma non est sententia.

31 Amplius vigore dictæ *Pragmaticæ* de nullitate dici potest. Primò, si contra expressum casum legis fuerit judicatum, vel contra legis rationem, quia ubi ratio legis, ibi, & dictum legis, *l. cum pater, §. dulcissimis, de legat. 2.* Secundò, si contra publicam scripturam, quæ in processu existat, & dictæ nullitates, vel ab eodem processu apparent, & istæ impediunt exequutionem etiam sententiæ S. R. C. cum numquam censeantur exclusæ, etiam stantè statuto rejiciente nullitates, ut observat Ursill. *ad Affl. dec. 283. num. 2.* vel alia indigent probatione, & istæ,

vel

vel incontinenti probantur, vel altiorem requirunt indaginem, & in criminalibus semper impediunt exequutionem sententiæ, quæ actum irretractabilem continet, Bossius *tit. de nullit. adversùs sententiam*, *num.* 4. Clarus *quæst.* 94. *num.* 10. & proponi possunt, ubi pœna corporalis imponitur, etiam adversus tres sententias, Boss. *ibidem num.* 10. Dicta autem indistinctè non procedunt in forjudicatione, ut videre est in decreto *forjudicetur*. Qua de rè hic non repeto.

32 Præterea nullitates coràm primo Judice proponi possunt, & si coram superiori, ab eo literæ inhibitoriales expediuntur dicto primo judici, *quod stantibus nullitatibus propositis, & pendente earum discussione, & ad actum aliquem non procedat*. Et in hoc nullitatum judicio practica est, quòd super iis concedatur terminus, nisi per revolutionem chartarum probentur, quo casu absque termino in S. C. deciduntur, teste Dom. Reg. Sanfelicio *dec.* 96.

Hic non incongruè quæro, an adversùs Principis sententiam nullitates admitti debeant? Quæsiti difficultas exoritur, ex quo Princeps est solutus legibus, *l. Princeps ff. de legibus* & nemini licet de eo, quod a Principe factum est, judicium subire, *cap. nemo, cap. cuncta per Mundum* 9. *quæst.* 3. quia judicat tanquàm Deus, qui non fallit, neque fallitur, ex quo idem Princeps est, qui processus, & minus ritè facta confirmat, *cap.* 1. *de transact. cap.* 1. *&* 2. *de confir. util. vel inutil.* Glossa *in cap. nullus* 9. *quæst.* 2. quæ faciunt pro negativa, atque contrà; ex quo non est credendum, Principem jura, & judiciorum solemnia, quæ ad veritatem indagandam fuerunt excogitata, observare nolle, sed quòd potius ipse quicquid in causis coràm se vertentibus, tùm respectu justitiæ, tùm ratione ordinis judiciorum, & rectitudinis processus, perperam reperit, annullare velit, ut in *cap. ad petitionem*, §. *fin. de accus. & in cap. veritatis* 8. *de dolo, & contumacia*, ibi: *Nos igitur videntes ordinem judiciorum in hoc facto fuisse servatum, &c.* neque absurdum, quòd Principis sententia in melius commutetur, *cap. sententiam, cap. Apostolica, cap. veniam* 35. *quæst.* 9. *cap. cùm de re judic. cap. fin.* & ibi glossa *in verb. Emendare*, *de rescript.*

Verum enim verò resolutio est, quod si constat de voluntate Principis, eum in judicio velle uti suæ plenitudinis potestate, ac levato velo procedere, & in hoc casu omnes nullitates, quæ proveniunt ex defectu juris positivi non admittuntur, quæ ex defectu juris naturalis, idest in naturali ratione fundati, & tunc recipiuntur, ac illæ exequutionem impediunt, de Afflictis *dec. S. C.* 183. *num.* 7. & faciunt notata ab eodem in *dec.* 391.

Hinc in causis, in quibus R. A. procedunt ad modum belli, prædictæ nullitates sententiæ exequutionem non impediunt, de Thoro *ad Joannem Grand. in* 48. *specials, in fine*.

33 Demum nullitates non admittuntur, nisi facto deposito, dictumque restringitur pauperum favore, ut in *Pragmatica* 3. *de quæstionibus*.

34 Vel per viam revisionis: etenim si appellatum non fuerit, neque de nullitate dictum, ut reus justam patiatur pœnam, innoxius indebitam non luat, condemnatio revidetur. Quod si injustè, vel nullitèr processit, pro non facta habetur, *l.* 4. §. *condemnatum, de re Judic. cap. inter cæteras de re judicata*.

35 Hinc ex antiqua consuetudine in hoc Regno condemnati ad remigandum à Regiis, vel Baronalibus Curiis transmittuntur ad Regias Audientias, a quibus eorum sententiæ revidentur, & pari ratione condemnati a Regiis Audientiis transmittuntur ad M. C. cum actorum copiis subscriptis a causæ Commissario, & Fisci Patrono, & ita observatur etiam respectu condemnatorum ad modum belli, & vigore delegationis, ut in *Pragm.* 119. *de officio Judicum nu.* 52. ac etiam quoad concordatos ad finem videndi, si rite concordia processit, *Prag.* 4. *de vifuatione captivorum*, nemo enim Dominus est membrorum suorum, *l. liber. homo, ff. ad l. Aquil.*

36 Respectu tandèm condemnatorum ad mortem a Curiis inferioribus consuetudo est, quòd ad Reg. Provincialem Audientiam originalis processus transmittitur, & si justè condemnatio processit, conceditur Minister Justitiæ, si malè condemnatus, ad Regiam Audientiam transmittendus est ad finem reformandi sententiam.

37 Undecimum. Quod restitutio in integrum in criminalibus non procedit; nam minor in delicto dolo commisso pro majori habetur, præter quoad pœnæ diminutionem, *l. auxilium*, §. *in delictis*, *ff. de minoribus*, *l. si ex causa*, §. *nunc videndum*, *ff. eodem*. *leg.* 1. *C. si adversus delictum*.

Sic etiam mulier: nàm respectu fragilitatis sexus, regularitèr mitius punitur.

Nec restituuntur adversus sententiam ob testes noviter repertos, ut testatur Andreas de Isernia *in Const. Obscuritatem*, *num.* 60. & afflict. *ibidem nu.* 9. dicit, quod hoc de jure utimur.

Et licèt respectu fisci ponderetur *text. in leg. unica, C. de sententiis adversus fiscum latis*, propter verbum *Causas* quod comprehendit tam civiles, quam criminales, Odofredus tamen *ibidem* dicit, quod procedit solùm in civilibus. Idem affirmat Sforz. Oddus *in tract. de in integrum restitutione p.* 1. *q.* 3. *art.* 13. *num.* 87. *vers. Ego teneo*: nàm sicut minori indistinctè denegatur restitutio, multo magis Fisco, qui non reperitur ita privilegiatus: Odofredum sequutus est Peregrinus *de jure fisci lib.* 7. *tit.* 4. *vers. refert etiam*, & tenet Dom. Franciscus de Alfano *de officio fiscalis, gloss.* 17. *num.* 45. alios referens, criminales enim causas aliquo tempore silentio transactas suscitare esset odia, & rangores inter homines impellere.

Sed prædicta intellige de in integrum restitutione, quæ a lege scripta ab eodem Judice concedenda est, non de restitutione, quæ a Principe obtinetur: hæc enim duplex est in una, quæ ex mera gratia a Principe conceditur, de qua loquitur *tex. in l.* 1. §. *deinde adjecit, ff. de postul. & l.* 2. *C. de sentent. pass.* altera ex justitia, ne quis injustè affligatur.

Quarè si post sententiam juridicè prolatam: puta quis præcedentibus legitimis indiciis crimen agnovit, & ad triremes fuit condemnatus, de innocentia per novos testes appareat, Princeps consulitur, ut eum in libertatem restituat, ut in *l.* 1. §. *si quis ultro ff. de quæst.* & in *l. Divi Fratres ff. de pænis* §. 1. ibi: *Si tamen de se quis mentitus fuerit, vel cum haberet probationum instrumenta, quæ postea reperit, pœnis afflictus sit, nonnulla exstant Principalia rescripta, quibus vel pœna eorum minuta est, vel in integrum restitutio concessa, sed id dumtaxat a Principe fieri potest*.

Similitèr, si reus est absolutus, vel minus debitè condemnatus, fisco à Principe concedenda est restitutio, quæ pro bono publico omninò admittitur, ut in *l. Imperatores ff. de re jud.* Reipublicæ enim summum bonum est delinquentes condigna pœna puniri, nè ulterius delinquant, & ut alii a male agendo abstineant, & quod in enormibus detecta delicti enormitate detur in integrum restitutio a Principe, tenet idem Sforz. Odd. *par.* 1. *quæst.* 3. *art.* 13. *nu.* 87. *vers. Ego teneo*.

38 Duodecimum. Tandèm pro complemento quæro, an minor restituatur adversus propriam confessionem? Distinguunt Doctores in confessione emanata, nulla præcedente probatione, vel ea existente. Primo casu, quod ei competat restitutio, ut sustinent Bald. *in l. unica num.* 6. *C. de confessis*, Gomez *variar. resol. tom.* 3. *tit. de delict. cap.* 1. *num* 67. Farinac. *quæst.* 21. *nu.* 32. qui testatur de communi.

Alii in confessione criminis atrocioris, sive atrocissimi, & in confessione criminis non atrocioris.

Primo casu, quod non admittatur minor ad eam revocandam, Bart. *in l. auxilium de minoribus, vers. Nota ex hoc l.* Hippolitus de Marsiliis *in l. de minore, ff. de quæst. num.* 35. *cons.* 9. *num.* 13. & licèt Sforzia Oddus *p.* 2. *quæst.* 65. *art.* 6. *num.* 14. contrarium teneat, quia quò atrocius est delictum, eo minus verisimile est, quod minor illud commiserit, si contra eum nulla probatio, vel indicium extat, & quo magis est atrox delictum, majorem mereretur

pœ-

pœnam, & consequenter minor magis læderetur, & restitutione dignus sit; idem tamen se refert ad *num.* 38. ubi Judicis arbitrio decisionem remittit, attenta simplicitate, vel minoris sagacitate, ac facti circumstantiis, an tormentorum metu, an blanditiis is confessus fuerit, ut primo casu sit restituendus: secundo nisi ad minus semiplene prius probata læsione, & quod tali casu torqueri potest, quod dictum non placet Farinacio, qui tenet, quod restituendus sit in integrum, etiam non probata læsione, *quæst.* 81. *num.* 383.

Alii indistinctè, quod restituatur adversus confessionem absque Curatore emanatam, juxtà *text. in l. Clarum C. de auth. præstanda*, & est *dec.* penes Afflictum 208.

Et nihilominùs Bossius *tit. de confessis nu.* 60 Julius Clarus *quæst.* 50. *nu.* 155. *vers. Ulterius potest*, & *quæst.* 60. *nu.* 3. testatur quod Mediolani non servatur *text. in d. l. Clarum*, & præsertim in atrocioribus, prout etiam non servari in Urbe testatur Guazz. *ad defensum defensa* 32. *cap.* 32. & parum in nostra M. C. ut dicit Ursill. *ad Afflict. dec.* 208. Et quòd non requiratur Curator, sed sufficit, si ejus loco detur Procurator, sive Advocatus, qui minorem defendet, testatur de Marsiliis *in d. l. de minore nu.* 14. Foller. *in dicto verbo nu.*... Farinac. *quæst.* 81. *nu.* 367. & hæc opinio est in praxi recepta, teste Dom. Reg. Sanfelic. *dec.* 57. *nu.* 7. & 8. ubi oppositio Curatoris fuit à M. C. rejecta, ea quo minori inquisito de homicidio cum assassinii qualitate fuit datus Advocatus pauperum, qui pro reo fortitèr fuit patrocinatus, & in cunctis fuit auditus; & sic minorem non esse restituendum arbitror adversus confessionem præcedentibus indiciis emanatam, juxtà supra notata, quibus addo Surdum *cons.* 226. ubi enim constat de veritate, non est curandum de solemnitate.

Non debet Curator in minoris examine intervenire, ut testatur in practica post multos Farinacius *d. quæst. nu.* 476. Guazz. *d. cap. nu.* 3. sed sufficit, ut interveniat in actu juramenti, ut observatum semper vidi.

Contrarium verius existimarem: nam Curator datur minori, non solùm ut judicium sit eum legitima persona, & sic ad sustantiandum actum, verùm etiam, ut Curatoris præsentia reddat eum virilem in Judicio, quod sæpius hominem fortem deterret; & nè blanditiis, vel suggestivis interrogatoriis circumveniatur, idòque oportet, ut Curator sit de processu informatus ut clarè in *d. l. clarum* percipitur, ibi: *Ne ex sua imperitia, vel juvenili calore aliquid vel dicant, vel taceant, quod si fuisset prolatum, vel non expressum, prodesse eis poterat, & à deteriore calculo eos eripere*, Follerius *in verb. & si confitebantur, num.* 25.

Mulieri quoque competit restitutio adversùs confessionem, cum de delicto alitèr non constet, ut notat Follerius *d. rubrica nu.* 27. & Farinac. *quæst.* 81. *nu.* 382. hæc procedunt in jure; nam in practica mulier non restituitur, proceduntque a me notata in quarto decreto circa nudam confessionem.

LEONARDI RICCII

O B S E R V A T I O

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

C A P. XII.

De Decretis: I. *Stantibus gravaminibus caussa remaneat, vel male appellatum, & bene judicatum, &c.*

S U M M A R I U M.

1 *Appellatio à diffinitiva vocatur appellatio in forma, & reducit caussam ad terminum contestationis litis, & intimatur tam Judici, quam adversæ parti, secus in M. C., & in Provinciali Audientia.*

2 *Appellatio in criminalibus fieri potest ad M. C. sed limitatur in caussis Baronum habentium secundas causas.*

3 *Fiscus licet non potest appellare, tamen habet recursum, & adhæsionem, quæ adhæsio intelligitur facta, & in præjudicium Fisci appellans renunciare non potest.*

4 *Appellationes in criminalibus admittuntur etiam post lapsos decem dies, & assignatur ratio.*

5 *Appellatio a diffinitivis per viam actionis infra decem annos proponi potest. Sed per viam exceptionis infra 30. annos.*

6 *Appellatio ab interlocutoriis fit infra sex dies a decreti intimatione decurrendos.*

1 APpellatio a diffinitiva vocatur appellatio in forma, idest juxtà legis formulam quæ tollit sententiam de medio, & reducit caussam ad terminum contestationis litis.

Et inhibitorialis intimatur tam Judici, quàm adversæ Parti, sed in M. C. V., & in Provinciali Aud. non intimatur, nam ea Urbanitate in M. C. præsentatur in banca, & in Reg. Aud. præsentatur ejus Secretario, & solum intimatur Parti, & etiam Procuratori Fisci, vel Curiæ Coadjutori, si in illa Curia adest, *Auctor noster hic. nu.* 9. & 10., & *D. de Franch. dec.* 270. *num.* 13. 14. & 15.

2 Appellatio in criminibus fieri potest ad M. C. V. Omiss. Reg. Audientia *ut in rit.* 52., & *Prag.* 5. *de offic. S. R. cons. quæ incipit (subditorum) Author noster hic nu.* 5.

Appellari tamen non potest ad S. R. Cons. Omiss. M. C. V. *teste Rovit. in Prag.* 3. *de offic. S. R. C.* & *Prag.* 38., & 47. & *d. tit.*, & *Petra tit.* 47. *nu.* 16. *Auctor noster hic d. nu.* 25.

Et ratio est quia M. C. V. in criminibus est ordinarius Judex.

Limitatur hæc Præeminentia M. C. V. in causis Baronum, qui habet secundas causas *Muscat. in Glossa detinebitur*, & *Petr. d. tit.* 47. *nu.* 2. *Auctor. noster. loc. cit.*

3 Fiscus in hoc Regno, licet non potest appellare, tamen habet recursum, & habet adhæsitationem, adeo quod facta appellatione a Parte Fiscus dictæ appellationi adhæsisse intelligitur, & in præjudicium fisci appellans renunciare non potest, *Prag.* 7. *de appellationibus.*

Et ratio est quia per dictam appellationem jus fuit quæsitum fisco, & secuta contestatione reus remitti non potest, *Auctor noster hic num.* 26., & *Rovit. super d. Prag.* 7. *de appellat.*

4 Appellatio in caussa crim. admittitur etiam post lapsum decendium, idest decem dies datos ad appellandum.

Et ratio est, quia injuria semper durat, *Auctor noster loco cit. ex Fabro defin.* 16. *de appell.*, & *Rovit. ubi supra.*

5 Appellatio a decretis diffinitivis in hoc Regno per viam actionis infra decennium, idest infra decem annos proponi potest.

Sed per viam exceptionis intra triginta annos, *Auctor noster hic nu.* 29. *ex d. Prag.* 4. *de dilationibus, quæ hodie est* 77. *de offic. S. R. C.*, & *Pratus ad Muscatell. in Glos. nullitatis vers. enim infrà triginta.*

6 Appellatio ab interlocutoriis etiam vim diffinitivi habentibus infra sex dies a decreti intimatione, Auctor *in loco cit. ex d. Prag.* 1. *de dilation.* §. 16.

De cæteris se remitto ad ea, quæ eruditissime docet Auctor noster hic.

Leonardus Riccius.

CAPUT XIII. ET ULTIMUM.

De Decretis, quorum I. Decapitetur, vel Moriatur in Furcis, *ac de cæteris quinque aliis, ut infra in hoc Capite habentur.*

SUMMARIUM.

1 *Pæna quare inventa.*
2 *Pænarum plura sunt genera, & quo usu fiunt in Regno.*
3 *Pæna delinquentium ratione, & delictorum geometrica esse debet.*
4 *Laquei pæna loco Crucio subrogata.*
5 *Nobiles enormibus ignobilium pænis subjici possunt.*
6 *Lex in atrocissimis non est simplicis genere mortis contenta.*
7 *Triremis pæna in metalli, & deportationis locum practicatur.*
8 *Damnatus perpetuo ad triremes, si ab eis aufugit, an morte naturali sit puniendus.*
9 *Remigationis Decretum cum mortis comminatione.*
10 *Relegationis Decretum ponitur.*
11 *Relegatus quâ pæna puniatur, si relegationem transgreditur.*
12 *Dilatio ad recolligendum sarcinulas de consuetudine est triginta dierum.*
Ex causa potest prorogari, ea tamen a Principe obtineri debet. ibid.
13 *Dilatio prædicta aliquando conceditur cum provisione, quod domi se detineat.*
14 *Relegatus, vel occultatus, pendente termino dicta clausula concesso, si e domo exeat, an incidat in pænam.*
15 *Dilatio ad recolligendum sarcinulas an relegato & exultato de juris necessitate debeatur, itaut et si ad insulam non accesserit intra terminum molestandus non sit.*
16 *Relegatus si ad Insulam non accedat, vel ab ea recedat, quibus ex causis excusationem mereatur.*
17 *Pæna, & cautio, ut exigi possit ob exilii, & relegationis fractionem, an requiratur relegati apprehensio.*
18 *Relegatus finito tempore, an sine Superioris licentia recedere possit.*
19 *Decretum*: Exulet.
20 *Decretum*: Carcer passus cedat in pœnam.
21 *Decretum*: Fustigetur.
22 *Decretum*: Inserviat in bello, *vel* In præsidio.
23 *Decretum*: Decapitetur, *vel* moriatur in furcis.
24 *Decreta plura circa mortis pœnas, ac plura notabilia.*
25 *Filius Matris rebellis, an successione privetur.*
26 *Condemnatus ad triremes propter corporis inhabilitatem mittitur ad Insulam.*
27 *Condemnati ad mortem aliquando mittuntur ad triremes.*

1 SUpplicia triplici caussa fuerunt inventa, ob Partis offensæ satisfactionem, ut unius cruciatus, alterius sit repensus, ut homines in futurum se corrigant, & ad aliorum exemplum, quo dum præterita resecantur scelera, fit ut nullus audeat perpetrare futura, Sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 67. *art.* 4. Gell. noct. Attic. *lib.* 6. *cap.* 24.

2 Eorum enim plura sunt genera, quæ vitam adimunt, quæ Civitatem auferunt, quæ servitutem imponunt, vel corporis coercitionem continent, & numerantur a Callistrato *in l.* 7. ac a Ulpiano *in l.* 8. *de pænis*, necnon explicantur a Julio claro *quæst.* 62. & a Farinac. *quæst.* 19. Quæ in Regno usu veniunt, sunt laquei pæna, capitis amputatio, supplicium more Germanico, idest cum malleo ferreo percussio, scissio in frustra, vel cadaveris concrematio, ad caudam equi conductio, triremium pæna, relegatio, deportatio, servitium militare, quod verificatur quoque in navigiis, & in præsidio, exilium, & carcer, atque pecuniaria pæna.

3 Licet inæqualia sint, ad scelera tamen, & scelestorum personas geometrica esse debent. Hinc ignobiles non eadem pæna, qua nobiles plectuntur *l.* 9. §. 11. *ff. de pænis l.* 3. & 12. *C. eodem* Hinc Nobiles relegantur, ignobiles ad triremes damnantur, Nobiles decapitantur, ignobiles furca suspenduntur, *l. desertorum*, §. *pæna militum*, ubi glossa *in verbo Torquentur ff. de re militari, cap. Regni, Ad hoc, de furcis*, Dom. de Franchis *dec.* 569. Dom. Ricc. *in prax. Eccles. dec.* 366 *tit. de pænis*. Consil. Paschalis *de viribus patriæ potest. par.* 4. *cap.* 2. *nu.* 61.

4 Capitis enim amputatio genus supplicii nobile vulgo existimatur, furcæ vero supplicium ignominiosum, & Crucis loco substitutum, id veneratione Domini nostri Jesu Cristi fuit à Costantino mutatum, ut notat eruditissimus Gothofredus *in l. capitalium de pænis lit. R. & T.*

5 Verum nobiles pro enormibus criminibus ignobilium pænis subjiciuntur, ut in *l. Judices C. de dignitatibus l.* 10., & ex in Regno in pluribus casibus practicatæ fuerunt, ut ex decisionibus, quas congessit Dom. Reg. Capycius Latro *dec.* 182. *num.* 52.

6 Sic cum crimina sint in triplici gradu atrocitatis, nempe atrocia, atrociora, & atrocissima, atrocia, quæ citra mortem castigantur, atrociora, & atrocissima, quæ morte plectuntur; ut autem hæc distinguantur, & supplicia ad atrocissima sint geometrica, lex non est contenta simplici genere mortis, sed acerbiorem modum excogitat, vel cum mortis pæna bonorum publicationem imponit, ut hic pro complemento demonstrabimus, decretorum formulas referendo.

Et primo si quis ad remigandum condemnatur, decretum ita concipitur.

In causa Regii Fisci cum T. de T. principali inquisito, & carcerato pro tali crimine.

Die, &c. facto verbo in M. C. audita Regio Fisco fuit provisum, quod T. de T. principalis pro caussa, ut ex actis, remiget, & remigando personaliter inserviat in Regiis triremibus pro annis tot continuis (vel ejus vita durante) hoc suum.

7 Hæc enim triremis pæna succedit loco pænæ in opus metalli, ut per Clarum *quæst.* 67. *nu.* 7. Farinac. *quæst.* 19. *num.* 14. Caballum *cas.* 8. *num.* 45. Capycium *dec.* 151. Grammat. *dec.* 30. Foller. *in pract. in verb. pœnis debitis serventur num.* 4. Dom de Franchis *dec.* 142. Necnon loco pœnæ deportationis, ubi Insulæ non reperiuntur; verum contra plebejos in hoc Regno, licet insulæ adsint, dicta triremis pæna usitatur, cum deportationis, & pæna metalli æquiparantur ex eodem de Franchis *num.* 6.

8 Hic convenit quæstio, an damnatus perpetuo ad triremes ratione fugæ mortis pæna sit puniendus? Negat Dom. de Franchis, ac in junctis Aulis decisum refert in *decis.* 140. ut redeat ad inserviendum, nisi in decreto mortis pæna sit comminata, quo casu morte naturali sit plectendus, hoc inde fundamento, quia contra a triremibus fugientes in jure hæc pæna non reperitur determinata, sicut in damnatione ad metallum, & in deportatione, & pænæ potius sunt molliendæ, quam exasperandæ *l. Prases*, & *l. interpretatione*, *ff. de pænis*, merito intelligi non debet: & in hanc determinationem iverunt Dom. Reg. Rovitus *ad Prag.* 4. *de relegatis*, Capiblancus de *Baronibus pragm.* 7. *n.* 34. necnon Nicolaus Antonius *de juribus exulum lib.* 2. *cap.* 33. *n.* 68. & id in hoc Regno in praxi receptum.

Affirmat indistincte Turaminus *ad l. non puto* 1. *par. cap.* 3. *num.* 82. *ff. de jure fisci*, & Caballus *resol. crim. casu* 8. *num.* 46. Primo, quia triremium pæna in perpetuum est subrogata in pænam metalli, & ubi Insulæ non reperiuntur contra plebejos in pænam deportationis. Quare sicut condemnatus in metallum, & aufugiens ultimo supplicio sit afficiendus, *l. capitalium* §. *in exulibus*, & a deportatione morte naturali puniendus est, *l. relegati*, *ff. de pænis*, ita & damnatus ad triremes perpetuo, si fugam admiserit. Secundo, quia si post ultimam pænam alia non superest, nisi pæna capitis, hæc irroganda est, ut in *l. aut damnum*, & *l. in calcariam*, *de pænis*, sed

post perpetuam pœnam triremis, non superest quam mortis naturalis, ergo hæc indistincte fugienti irroganda. Tertio, nam si non irrogaretur, in illud incideremus absurdum, quod fuga remaneret impunita contra publicam utilitatem. Ultimo, nam quando pœnæ mortis in sententia est comminata, illa intelligi potest, quia justa judicatur, non tanquam a Judicis voluntate proveniens, sed a juris ratione, alioquin uti iniqua exequi non debet. Inde sequitur, quod si illa, quia publicæ utilitati proficua, licet non fuerit comminata, justissime irrogari potest.

Sed prima sententia verior est, & objecta Turamini, & Caballi non refragantur; & primum, nam triremium pœna non fuit subrogata a lege in pœnam metalli, sed ab homine, cum hac interpretatione. Secundum, quod in pœnis tunc gradatio fieri debet usque ad mortem, quando ipsa in jure reperiatur scripta, ideoque contra a triremibus fugientibus indistincte ad dictam pœnam deveniendum non est. Tertium, quia pœna mortis fugæ non est conformis, imo ignoscendum ei, qui sanguinem suum aliqualiter redemptam voluerit ut Jurisconsultus in *l. 1. ff. de bonis eorum, qui ante sententiam*, ad vitam cum conservandam fugam quilibet meditatur maturatione, atque impulsu.

9 Ultimum, quoniam contra hos condemnatos per Judices hæc mortis comminatio fit aliqua justa caussa intercedente, nempe, vel contra damnatum alias facinorosum, vel contra eum, qui alias transfuga fuit, vel quando Judex devenit ad hanc triremis pœnam, & poterat ulterius contra condemnatum procedere, merito ubi fuerit tantum commutata, & non indistincte, in his enim casibus fuga quid majus continet.

Decretum verò tali casu ita concipitur: *Die, &c.* modo quo supra, *Talis de T. inquisitus, & carceratus pro caussa, ut ex actis, remiget, & remigando in Regiis triremibus personaliter perpetuo inserviat ad pœnam mortis*, vel dicitur, & melius, *necnon se obliget ad pœnam mortis*.

Si quis ad insulam damnatur, decretum emanandum est in hac formula.

Die, &c. facto verbo audito Regio Fisco T. de T. pro
10 *causa, ut ex actis, relegetur per annos tres continuos in Insulam declarandam per S. E. Caveat vel se obliget, atque juret in forma*, & hujus decreti formulæ fit mentio in *decis.* Dom. de Franchis 487. *num. 7.*

11 Hinc si cautionem quis de servandis finibus Insulæ non præstiterit, & transgressus fuerit, si est ignobilis relegationis tempus complet in remigando in Regiis triremibus, si nobilis punitur arbitrio S. E. si cautionem præstiterit, ultra pœnam in fidejussione contentam, ei relegationis tempus duplicatur, servata forma Regiæ *Pragmatica 7. de relegatis*, sed ultra decennium non extenditur.

12 Hic noto, quod relegato, vel exulato conceditur terminus ad recolligendum sarcinulas, idest res suas componendas, ut in *l. ab hostibus §. fin. D. quibus ex causis majores*, qui terminus est triginta dierum, quo transacto ex justa causa prorogari potest, ut ex rescripto Regii Collateralis Consilii, Regiæ Audientiæ Principatus ultra tenoris sequentis.

CAROLUS DEI GRATIA REX, &c.

Magnifici Viri Regii Consiliarii fideles dilectissimi.

Semo stati informati, che alli esulati, e relegati di quella Audienza si soleva dare dilazione ad andare ad osservare le loro condennazioni di tre, quattro, o cinque mesi, non convenendo alla buona amministrazione della giustizia, che si dia tanto tempo alli condennati ad andare a fare le loro condennazioni, Vi comandamo, che a simili relegati, ed esulati, non debbiate concedere più di un mese di tempo ad colligendum sarcinulas, ed uno altro mese con giusta causa trattandosi, e concludendosi in piena Banca del Tribunale di quella Regia Audienza. Die 5. Aprilis 1680. D. Jo. de Zunica. Vidit Revertertus Reg. Vidit Salernitanus Reg. Vidit Calazar. Reg. in Curia Princip. fol. 22.

Si quis igitur vult aliam dilationem habere, Proregem adire debet, ut quoque observat Rev. de Luca *add. dec. Dom. de Franchis num. 4.*

13 Dicta dilatio, ut evitetur inconveniens fortassis ratione inimicitiæ, concedi debet cum clausula, *quod domi, vel in palatio Curiæ se detineat*. Quinimo dicta ratione, vel alia justa causa in totum denegari potest, ut pluries observavimus providendo in condemnationis decreto, quo releget recto tramite.

Hinc Faber dicit, quod relegatus idoneam fidejussionem de non offendendo præstare jussus, si nequeat, ei in totum dilatio deneganda sit, ut in *tit. de satisdat. sequenti sexta deffinitiva*.

In perpetuum exilium ire, & de non offendendo satisdare jussus, si propter egestatem, nec dato fidejussore, nec idoneis pignoribus cavere possit, jubendus est sub capitis, ultimique supplicii comminatione continuo satisfacere judicato & patria decedere; adeout, nec si petat, indulgendum ei sit, vel quantumcumque temporis spatium ad colligendum sarcinulas, quod aliis relegatis ex humanitate indulgeri & solet, & debet.

Imo, etsi caveat, deneganda est, quoties inconveniens timetur ex parte offensi.

In practica dives excusatur a fidejussione, non autem a pœnali obligatione.

14 Si postea moram domi juxta decreti formam non traxerit, nec incidit in pœnam, si scandalum non est sequutum ex æquitate, quæ Deo, & hominibus semper est accepta.

15 Si dilationem relegatus obtinet absque dicta clausula, libere per Civitatem discurrere potest, teste D. Reg. Lanario *cons.* 38. Rovito *ad Pragm. 1. de relegatis, nu.* 2. Guazz. *defensa* 33. *cap.* 27. *nu.* 11.

Dicta dilatio juxta praxim in M. C. conceditur prius porrecto memoriali Regenti M. C.

Sed si memoriale condemnatus non obtulerit, an intra mensem sit molestandus?

In facti contingentia pro reo decidit M. C. & pro Fisco in gradu recursus S. C. teste eodem de Franchis *dicta dec.* & quidem pro utraque parte interpretati potest *text. in l. relegatorum, §. his ff. de interdictis, & relegatis*, in quo praxis dilationem concedendi fundatur.

Inquit enim ibi Jurisconsultus §. 16. *His qui relegantur, dies excedendi a Præsidibus dari & potest, & solet, etenim moris est ita pronunciari. illum Provincia illa, Insulisque eis relego: excedereque debebit intra illum diem.* Pro Fisco, quod si dilatio non fuerit concessa, ea gaudere non debebat damnatus, consideratur verbum *potest*, quod affirmative prolatum, non necessitatis, sed voluntatis est, *l. sæpe, ff. de officio Præsidis*, etiam si ad Judicem referatur, ut clare decidit *tex. in l. 1. C. quomodo, & quando Judex, & tex. in l. non quicquid 30. ff. de judiciis potestate permittitur, ad subjicitur juris necessitati*.

Sic etiam illud verbum *solet*, intelligere debemus, ut concedatur dilatio, si rei qualitas, & condemnati conditio Judicem suadeat.

Pro reo e contra dicitur, quod verbum *potest*, a Glossa *in l. 1. ff. de jurisdict. omnium Judicum*, in Judice caponitur, idest *debet*, a Bartolo, Decio & Purpurato ibidem congestis a D. de Franchis *num.* 2. Insuper dicto verbo *potest* est adjunctum verbum *solet*: Ideoque vim necessitatis infert, cum *solet*, consuetudinem importet, *l. palam, de ritu nuptiarum*, & consuetudo necessitatem, cum legem imitetur, *§. ex non scripta, Instit. de jure natural. gen. & civilis, cap. consuetudo 1. dist.*.

Præterea pro Fisco ponderatur, quod quando lex aliquid inducit ad commodum privatum, intelligi debet, si a parte petatur, ut in *d. decis. num.* 9. ideoque praxis est in M. C. ut damnatus hic porrigat memoriale Regenti pro dicta dilatione.

Hanc sententiam amplexus est Danza *de pugna Doctorum tom. 1. tit. de exilio, & relegatione num.* 39.

Contrariam vero sententiam, nempe pro reo, tenent Guazz. *defensa* 13. *cap.* 1. *num.* 58. *vers. Sed in proposita*, Novarius *de gravamine* 72. Thorus *in compend. decis. verb. Condemnatus*, Rever. de Luca *in d. dec. vers. contra exulatos*. Et hanc ergo sequor, considerando, quod in praxi, quando dilatio non est dam-

damnato concedenda, ponitur in decreto clausula illa: *Releget, vel exules recto tramite*.

16 Si relegationis fines deindè transgressus est, vel ob ejus valetudinem, vel parentum, & affinium, vel aliorum aliquam aliam tribulationem, vel si servum fugientem persequutus est, excusationem meretur, ut notat, & decisum refert D. Reg. Sanfelicius *dec.* 255. & decretum interponitur, *quod T. de T. redeat in causam suam*, idest ad complendam relegationem.

Similitèr & is, qui pro voto explendo, quod ante relegationem fecit, ab Insula recedit, a pœna immunis erit, exindè quòd Deo magis, quam hominibus sit obediendum.

Sic etiam & is excusandus erit, si in Provincia malefactores, vel inimicos suos capitales invenit, notat Matthias Berlichius *conclus.* 71. *num.* 30. & 31.

Similitèr si transacto tempore ad recolligendas sarcinulas accepto pro debitis civilibus conventus sit, & ad Insulam non accedit, ut suum Procuratorem instruat, ut instrumenta reperiat, is excusationem meretur.

Insuper, qui ab Insula recedit, animo statim redeundi, non incidit in pœnam, quia recessisse non dicitur statim reversus, *l. præsens, & seq. ff. de procurat. l.* 3. *ff. de divortio*, etiamsi per viginti, vel triginta milliaria recedit, testatur in practica Dom. Reg. Rovitus *Pragm.* 1. *de relegatis num.* 9.

Aliqui existimant, quòd ob quamlibet causam etiam injustam sit excusandus, ut Bossius *tit. de carceratu fidejuss. committendo num.* 47. & Sanfelicius *d. decis. num.* 3. per Glossam *in l.* 1. *§. fin. ff. si quis jus dicenti non obtemperet* imò eorum dicto confert tex. *in l. igitur ff. de liberali causa*, ibi: *Justis, vel injustis rationibus ductus*, Glossa *in l.* 1. *§. fin. ff. de abigeis*, Glos. *in l. plagii* 2. *in verb. Injusta C. ad l. Flaviam de plag.* per quæ jura Tiraquellus *de pœnis temperandis causa* 43. & Farinac. *q.* 90. *num.* 19. tenent, quòd causa etiam injusta excusat a delicto, si non a toto, a tanto.

Sed tu intellige de causa ob quam quis credit non delinquere, & sic colorata, ut advertit Additionator ad Consiliarium Paschale *de viribus patr. potest. p.* 4. *fol.* 397.

Secundò intellige jura procedere in delicto facto calore iracundiæ (quod dictum etiam restringitur contra blasphematorem) quem calor iracundiæ non excusat, nisi ex justa causa proveniat, teste D. Reg. Sanfelicio *dec.* 369. *num.* 12. quo casu procedit doctrina adducta a DD. ad Consil. Paschalem *p.* 1. *cap.* 10. *vers. Non est oblivioni tradendam*.

Tertiò in casu nostro intellige de illa causa, quæ movere potest Judicis mentem, communi acceptâ benignitate ad parcendum contravenienti.

Et regularitèr, ne detur delinquendi occasio, teneo quòd illa causa hunc contravenientem excusat, quæ de repentè evenit, & aditum ad Superiorem pro licentia obtinenda non admittit, vel difficiliùs.

17 Hic quæro, an pena, & cautio præstita de servandis finibus, ut exequi possit, requiratur captura relegati, qui fines fregerit, an sufficiat, quod sit visus? Quòd requiratur apprahensio, tenet Visconte *in Juris concl. verb. Relegatus in fine*, ibique testatur de observantia M. C. ut audivi a peritissimis viris Neap. & in hanc sententiam tanquam æquam venit Novarius *de gravaminibus vassallorum gravam.* 77. *num.* 2. & *quæst. forens. part.* 1. *quæst.* 3.

Quod sufficiat, si fuerit visus, tenet Capiblancus *de Baronibus lib.* 2. *cap.* 34. D. Reg. Rovitus *super Pragm.* 1. *de relegatis num.* 9. ubi dicit, quòd practica est, ut Commissarii destinati ad visitandum per Insulas relegatos, illos expectant per diem, & biduum post bannum emanatum, quòd se præsentent antè ipsos, quòd si ante discessum facient, non incidunt in pœnam.

Hæc sententia mihi arridet, & juri consona videtur, alioquin frustratoria esset condemnatio, & Judicis authoritas vilesceret; præsertim si relegatus se conferret ad locum Partis offensæ, in cujus favore quoque pœna de servandis finibus indicta censetur, & ita me existente in M. C. fuit judicatum contra Virem Vinaccia de S. Agatha Gothorum: Processus est in banca Calisti, penes Scribam de Leone.

Apprahensio enim requiritur, quoties lex, vel statutum disponit, ut inventus in crimine incidat in talem pœnam, putà inventus in ludo, & similibus; nam tunc inventus non dicitur, quando non est apprehensus, juxtà communem opinionem, quam refert Cevallos *quæst.* 651. Attamen dico, quòd pro quolibet discessu pœna exigi debeat, sed si morosus is fuerit, vel reiteratus in Judicis contemptum, & Partis offensæ injuriam; Brevis enim discessus impunibilis est, quia factum non dicitur, quod non durat, *l. item enim, §. quòd si actor ff. quo cujusque univers. l. si pro patre, §. versum, ff. de in rem vers.* nec dicitur venisse, qui non stetit *l. scire oportet §. sufficit vers. ideòque, ff. de excusat. tutorum, cap. certum* 11. *quæst.* 3. neque is, qui brevi reversus est divertisse videtur, *l. quicquid calore iracundiæ, ff. de regulis juris*, & momenta in criminalibus non sunt in consideratione, ut in omnium Legistarum ore habetur.

Ut verò dicta pœna exigatur, causæ cognitio, & sententia Judicis declaratoria requiritur, ideòque capta informatione citari debet ad dicendum causam quarè exequi non debet pœna, &c. juxta *decis.* Pegueræ 90. & ita servatur in praxi.

18 Tandèm non prætermitto, quòd relegati ad tempus, eo finito, absque Superiorum licentia redire possunt, cum limitata ad tempus ipso jure finiantur *l. fratres, ff. de pœnis*, in illis verbis: *Quia temporalis coercitio, quæ descendit ex sententia, pœna est arbitrio*, Baldus *in proœmio Dig. §. hæc autem tria*, Surd. *cons.* 88. Giurba *cons.* 39. *num.* 33. Farinac. *in frag. p.* 1. *lit. B.* Capiblancus *de Baronibus Prag.* 7. *num.* 17. Berlichius *d. concl. num* 34. *vers. Sciendum est*. Remigantes verò nequeunt, nisi cum licentia, cum in fortiis jam reperiantur; quinimò si plures remigantes suas condemnationes eodem tempore compleverint, simul dimitti non debent, præsertim si omnes de eadem met Provincia sint, nè ad scelera se convertant: mali enim semper mala cogitant, uti similes faciliùs se conveniunt, ac eorum pedes ad malum currunt, *Proverb. cap.* 1. *num.* 16.

Hæc dicta de relegato procedunt quoque in exulato. De exilio autem integrum tractatum eruditione plenum Nicolaus Antonius composuit; ego verò aliqua tantùm notabilia ad decretorum praxim pertinentia pono, ut a meo bravi instituto non recedam.

19 Noto primò, quòd exilium devenit a substantivo *solum*, idest *terra*, & dictione *ex*, idest extra terram.

Hoc exilium est loci commutatio, seù ob crimen a Patria dejectio.

Secundò, quòd exilii pœna est omnium pœnarum antiquissima, contra communem parentem Adamum læsi Numinis reum irrogata, ut in *Genesi cap.* 3. ibi, *Emisit eum Deus de Paradiso voluptatis*, ac alibi *ejecitque Adam*; & contra Cain ob fratricidium, ut in *Genesi* 4. ibi: *Expulitque ab ea regione illum cum uxore sua, egressusque Cain a facie Domini habitavit profugus in terra*.

Tertiò nota, quòd exilium est nomen genericum: nàm si datur de uno loco ad certum locum vel relegationem continet, ut in *l.* 4. & 7. *§.* 1. & 11. *de interdictis, & relegatis, l.* 28. *§.* 13. *de pœnis, l. penult. ff. ad l. Cornel. de falsis*, vel deportationem ut in *l.* 6. *de interdictis, l.* 77. *§.* 4. *de leg.* 2. *l.* 8. *§.* 1. *qui testamenta facere possunt, l.* 1. *ff. de enorm. crim. l.* 9. *§.* 2. *ff. de quæst. l.* 3. *§.* 2. *de re militari, l.* 7. *§. fin. de l. Julia repetund. leg.* 8. *Cod. de pœnis*.

Deportatio autem a relegatione distat: nàm illa perpetua pœna est, & ad insulam asperiorem est condemnatio, ut in *C. Theodos. tit. de indulgentiis criminum lib.* 10. notat Menoch. *de arbitrariis lib.* 2. *casu* 330. Civilia Jura Romana deportatio adimit *l.* 17. *§.* 1. *de pœnis*, & 19. *de interdictis*; ideòque deportati mortuorum loco habentur, inquit *Ulpianus l.* 36. *§. ultimo, D. pro socio*; *Interim homines, aut maxima, aut media capitis diminutione, aut morte*, & media deportatio est, *l. filium* 8. *ff. de bonorum possess. contra tab. l. si necem* 4. *§. si deportatus, ff. de bonis libert.* Quarè testamenta concedere nequeunt, ut in *l. ejus qui §.* 1. *ff. qui testamenta facere*,

cere possunt, nec ex testamento capere, *l. 1. C. de hæreditas instituendis*, Clarus §. *testamentum quæst.* 22. & ibi Harpret. plures referens, ex hæreditate tamen alimenta capere possunt, *l. 3. ff. de his, quæ pro non scriptis habentur*, cætera hæreditatis bona, non Fisco, sed aliis institutis, vel venientibus ab intestato deferuntur, ut probat idem Harpret. *vers. hæreditas*, ex testamento autem militis capere possunt titulo legati, & institutionis, *l. 13. §. 2. de test. militis*, *l. 7. §. 1. de legatis* 3 ob militis enim privilegium relegatio jura civilia non adimit, *d. l. ejus qui*, *l. relegati §. ad tempus*, *ff. de interdictis*, *& relegatis*. Cum perpetuo ad triremes damnati deportatorum loco sint, circa testamenti factionem etiam ejusdem sortis sunt. Hæc de Jure antiquo; nàm hodie nemo bene natus efficitur servus pœnæ, *auth. sed hodiè*, *C. de donat. inter virum, & uxorem*, quæ quoque procedit quoad condemnatos ad mortem naturalem, ut per Salycetum in *d. l. anonius videndum*, & quotidie in M. C. dicti condemnati testamenta conficiunt.

Quarto nota, quod exilium, vel perpetuum est, vel ad tempus, vel a toto Regno, quod ut plurimum practicatur contrà exteros delinquentes in Regno, & aliquando practicatur etiam præcedente fustigatione, ac mortis comminatione, si boni regiminis ratio suadet. Cæterum dicta pœna non est imponenda, cum pœnarum gradatio fieri debeat, & exilio graviora reperiantur supplicia citra mortem.

Decretum vero ita concipitur: *In causa Regii Fisci cum T. de T. inquisito, &c.*

Die, &c. facto verbo audito Regio Fisco per M. C. provisum, & decretum est, quod T. de T. inquisitus, & carceratus pro causa, ut ex actis, exfractet a toto hoc Regno ejus vita durante, recto tramite, ad pœnam mortis naturalis, ad quam se obliget, hoc suum &c.

Hic non omitto, quod verbum *exfractet*, est verbum forense, & exponitur, idest, qui infra Regnum est, extra se contrectet, sed rectius dicitur *exulet*.

Insuper, quod obligatio hæc ratione contemptus circumstantia boni regiminis attenta, rectè procedit, verùm illius executionem ad Judicis arbitrium relinquo, ut enim pœna mortis puniatur, oportet, ut culpam jam admiserit morte dignam. Obligationis forma talis est.

Die, &c. constituut T. de T. de T. Patria, non vi, sed sponte promisit, & se obligavit ad pœnam mortis naturalis exfractare recto tramite a toto hoc Regno ejus vita durante, & sic se obligavit cum constituta, & precario, juravit, & renunciavit in forma, etiam, pro exequutione decreti lati, &c. T. de T. m' obliga, ut supra.

Vel est a tota Provincia, & hic adverto, quod si inquisiti Patria est in Provinciæ finitimis, aut ibi commorantur consanguinei, ut exilium sit ei in pœnam, & non derisorium, decernitur per tot milliaria a loco Patriæ, & de hoc exilio est *text. in l. quicunque*, *C. de Episcopis*, *& Clericis*, ibi. *Procul ab ea Urbe, quam conturbavit, centum millibus vitam agat*, & ibi Glossa *lit.* C. & sæpius practicatur in Provincia Principatus ultra, ob Civitatem Beneventi, quæ licet sit infra fines dictæ Provinciæ, & Regni, & prope Montem Fusculum, ubi residet R. Aud. tamen quoad jurisdictionem est extrà Regnum, Follerius *in Pragmaticam. de exulibus*, D. Reg. Rovitus *in rubr. dicti tit. nu. 7.* subest namque jurisdictioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui fuit donata a Carolo Magno, ut notat Freccia *de subfeudis*, *l. 2. quæst.* 15. & D. Reg. Tapia *tom. 2. jur. Regni*, *tit. de novo Codice componendo*, & memoriæ teneo, quod Gregorius Tirone carcerarius dictæ Regiæ Audientiæ, ob fugam excarceratorum exulatus a Provincia, & per tot milliaria a Monte Fusculo, ne Beneventum iret, fuit in carcere detentus, donec cautionem de servandis finibus præstitit.

Vel a Civitate ubi delinquit, ut si exterus delinquit in hac Civitate, decretum hoc modo interponitur.

In causa Regii Fisci cum T. de T. inquisito, & carcerato pro tali crimine, ut ex actis.

Die, &c. facto verbo audito Regio Fisco fuit provisum, quod T. de T. principalis inquisitus, & carceratus pro supradicta causa, ut ex actis, exulet, & per annos tot continuos exul permaneat ab hac Civitate Neapolis suo territorio, & districtu a loco residentiæ S. E. ejusque Regii Collateralis Consilii, a propria patria, & locis, quibus commorantur partes offensæ, & ita caveant in forma.

Hæc forma ponitur à Consiliario Gizzarello *decis.* 23. *num.* 1. in novissima impressione, & à Dom. de Franchis *dec.* 129.

Hic ad decreti declarationem primo adverto, quod sub Civitatis nomine non venit districtus, & territorium: nam Civitas dicitur a verbo *cio congrego*, ut notat Napodanus *in proœmio ad consuetudines Neapolis fol.* 25. *num.* 171. & est ubi Concors hominum multitudo societatis vinculo manet adunata, ut idem *num.* 177. & ubi Additionator *lit. B.* dicit, quod propriè Civitas, vel Urbs est locus circundatus muris, & dicitur Civitas, quia cingitur muro. Hinc ab Urbe ignominia expulsus, licet Urbem ingredi nequeat, *l. sed & si milites*, *§. scribit*, *ff. de excusat. tutor.* neque Urbem, ubi Princeps est, *l. 2. §. ignominia missus*, *ff. de his, qui notantur infam.* tamen extra Urbem, & intra territorium morari potest, ut communiter declaratur, & vide penes D. Reg. Rovitum *dec.* 21. *num.* 18. Rev. de Luca *in observ. ad Dom. de Franchis decis.* 129. *n.* 7.

Secundo, quod Patria est verbum largius, quam Civitatis, & districtum continet, atque etiam territorium, *l. uxorem* 43. *§. legaverat.*, *ff. de legat.* 3. ibi Gothofred. *lit. A.* Et quod prohibita Civitate non censentur prohibita suburbia, & territorium, sicut è contra Patria prohibita, in specie de qua agimus, decisum refert Consiliarius *Grez. d. decis.* 13. ibidem de Angelis, & D. Reg. Rovit. *dec.* 21.

Idcirco in dicto decreto, quo quis ejicitur ab aliqua Civitate, exprimi debet a districtu, & territorio, etiam ad tollendam omnem difficultatem, cum in pœnalibus semper facienda sit benignior interpretatio, *l. interpretatione de pœnis*, & favore inquisiti longissima *l. fin. ff. de const. Princ.*

Tertio noto Princeps ubi est, exul manere nequit, *l. 2. ff. de his qui notantur infamia*, ibi: *Ignominia missis, neque in Urbe, neque alibi, ubi Imperator est, morari licet*, *l. 13. §. 3. de re militari*, & hodierno more, non solum in Curia Regis, sed & Proregis servatur, & testatur D. de Franch. *dicta decis. nu.* 2. Consil. Gizzarellus *num.* 1. Dom. Reg. Rovitus *dict. dec. n.* 17.

Quartò, quod interdicta Urbe, non censetur interdicta Patria, *l. relegatorum*, *§. constitutum de interdictis*, ideoque expressim interdici debet, ut in Glossa.

Hic quæro, an interdicta Provincia, in qua incola est, censeatur interdictus originis locus?

Affirmat Bartolus *in d. l. §. interdicere*, vers. *Ulterius*, nam ut ait locus originis, nobilior, & delectabilior est, minori interdicto, videtur interdictum majus, & non e contra, & quod loco delicti interdicto censeatur Patria interdicta, tenet Bajar. ad Clarum *quæst.* 71. *num.* 5. authoritate Jacobi de Belviso *in practica*, *tit. de fuga reorum num.* 39. & Vulpellus *cons.* 58. *num.* 4.

Sed contrarium dici potest ex hac lege, eo magis, quia in pœnalibus non fit extensio, nisi pœna in totum esset elusoria, puta si locus originis propinquus esset loco incolatus, & hæc est veritas.

Insuper exilium, non solum a Provincia, & a Civitate, sed etiam a vico Civitatis imponitur, ut quotidie in hac Civitate ad partis offensæ satisfactionem practicatur, & contra homines rixosos, ut cæteri quiete vivant.

Cæterum exilium non levis est pœna: multa in aliena Patria exulatus sustinet incommoda, & cum ignominia, si ob crimen irrogetur; ideoque sine partis offensæ remissione, eo inflicto in pecuniariam pœnam commutari non potest, ea accedente a D. Regente Regiæ Cancellariæ in visitatione commutatur.

Ubi pœna exularis est, verùm aliqua de causa a Judice arbitrari potest, decretum interponi valet cum alternativa, nempè, *exulet*, vel *solvat ducatos tot*,

& erit

& erit in electione inquisiti, utrum eligere velit, de quo decreto fit mentio a D. Reg. de Ponte *de potest. Proreg., de provis. fieri solitis* §. 4. *num.* 15. Muscatellus *de cognitione delictorum tit. de Vulneribus, & pænis delictorum delictorum num.* 25.

20 Præterea exulato carcerationis tempus post sententiam decursum excomputandum est, ut per text. *in l.* 24. *& in l. omnes, C. de pænis*, decisum refert D. de Franchis *decis.* 317. ibi D. Riccius & novissime Rev. de Luca, ac communiter tenent Doctores, ut per Caball. *resol. crim. cap.* 142. *num.* 4. Guazz. *defens.* 2. *cap.* 2. *num.* 19. adeo quod si toto tempore, quo condemnatus deberet exulare, in carcere stetit, libere est dimittendus.

Similiter tempus carcerationis excomputatur deportato, ut per dictam legem, cujus verba sunt: *Omnes, quos damnationis conditio diversis exiliis destinatos, metas temporis præstatuti in carcerie impleisse custodia deprehenderit; solutos pæna, vinculisque laxatos, custodia liberari præcipimus, nec formidare miserias ullas exilii; sit satis immensorum cruciatuum semel fuisse supplicium, ne hi, qui diù privati sunt aura communis haustu, & lucis aspectu intra breve spatium catenarum ponderibus prægravati, etiam exilii pænam sustinere iterum compellantur.*

Hinc exilium proprie deportatio est, ut in *l.* 2. *ff. de publicis judiciis*, ibi: *Publicorum judiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia, capitalia sunt, ex quibus pæna mors, aut exilium est: hoc est aqua, & ignis interdictio; per has enim pænas eximitur caput de Civitate, nam cætera non exilia, sed relegationes propriè dicuntur* in *l.* 38. *ff. de pænis*, & in *l.* 4. *ff. si quis cautionibus*, ibi: *morte, exilio*, juncta Glossa *litera O.* Plane dictam legem *omnes*, loqui etiam de deportatione, ponderentur quæso illa verba: *Quos damnationis conditio diversis exiliis destinatos*; & alibi: *Nec formidare miserias ullas exilii*, quæ verba ad deportationem potius, quam ad simplex exilium adaptantur.

Amplius condemnato ad triremes tempus carcerationis excomputatur. Primo nam deportationis loco triremis pœna est subrogata, præsertim ubi Insulæ non sunt, Capibl. *de Baron. Pragm.* 19. *num* 41. dicit, quod si est perpetua deportationi, si temporanea relegationi, subrogata censetur, & hac ratione tortura non præcederet, sed contrarium de consuetudine, cum tortura, unius horæ cruciatus sit triremis per annos.

Secundo, quia carcer pœnam non levem continet, ut consideravit Jurisconsultus in *d. l. omnes*, adeo quòd carcer perpetuus morti æquiparatur, Bodavilla *polit. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 7. Dom. Reg. Capycius Latro *lib.* 1. *consult.* 6. 287. *&* 288. imo quodam modo morte severior, juxta illud *Melius mori, quam male vivere.*

Tertio, quia tenet Villadieg. *in foro judic. lib.* 2. *tom.* 5. *l.* 9. *num.* 9. *in fine* D. Reg. Rovitus *in Prag.* 1. *de relegatis num.* 7. Giurba *cons.* 30. *num.* 34. D. Reg. Capicius Latro *decis.* 177. Muta tamen *Prag. Sicil.* 33. quod pro 3. parte excomputatur; sed tu dicas Judicis arbitrio.

Quod tamen intelligunt procedere, si Judicis culpa fuerit detentus, secus si condemnatus, puta ob debitum interesse, & addo infirmitatem.

Quinimò pœna exilii, & relegationis, atque triremis ei, qui ante sententiam longum passus est carcerem, vel est in totum relaxanda, vel diminuenda. Hinc S. C. M. C. R. Audientiæ, & aliæ Regiæ Curiæ, quando quis fuit carceratus pro tanto tempore, quod consideratur in pœnam, Decretum interponitur: *Carcer passus per T. de T. ei cedat in pænam*, & si est diminuta, clementius condemnatur, stante longa carceratione, quæ clausula explicatur in decreto, & ita pluries judicavimus juxta tradita ad eodem Præside de Franch. *d. decis. num.* 6. Cab. & Dom. Reg. Capyc. Lat. *dec.* 177. qui Doctores cumulat, & *num.* 26. rationem affert. *Nam si pæna carceris exilii pænam minuit, cur non & cæteras minuere debet?*

Et dicta intelligo procedere, etiam si longa carceratio contingisset inquisiti culpa: puta inquisitus diù stetit in carcere se defendendo, & appellando, quia licite agit, & humanum est humani infortunii misereri.

Rursus carcer in Regno in pluribus casibus est in pœnam, ut in repertorio Pragm. in verbo *pæna* videre est, & observata dicta pæna, præsertim contra mulieres, quæ detruduntur in carcere M. C. dicto *la Penitenza*: ad quem locum, condemnatur etiam pro exilio, quando dubitatur de homine extra propriam patriam, juxta Fabri *definit.* 2. C. *ad l. Jul. de adult.* ibi: *ac si propter adulterium aliud quoque crimen concurrat, cujus coercitio ad publicam vindictam pertineat, pænæ commutationem, & pro delicti gravitate exasperationem, fieri oportebit, nec eo minus in exilium danda, & releganda erit mulier, quod ita futurum sit, ut repetere illam postmodum maritus nequeat.*

Et passim pro levibus criminibus incivilitatis, aut ratione emendationis ad carceres mittimus. Hinc si quis in M. C. pro simili causa reperitur detentus, in visitatione, quæ dicitur de non scripto, decretum interponitur: *Quod per dies tot non visitetur.*

Si quis ad fustigationis pœnam condemnatur.

21 Decretum ita concipitur.

Die &c. facto verbo in M. C. fuit provisum, quod Talis de Tale inquisitus, & carceratus pro causa, ut ex actis, publice fustigetur per loca solita Civitatis.

De hac pæna fit mentio in *l. ictus fustium* 22. *ff. de his, qui notantur infamia*, in *l. fustibus cæsum, C. ex quibus causis infamia irrog.* cum concord. & in *cap. Regni, Ad hoc de furtis.*

Eadem ignominiosa est, & contra tenuiores homines practicatur, honestiores vero fustibus non subjiciuntur, ut utar verbis Callistrati in *l. capitalium*, §. *non omnes*, *ff. de pænis*, & sic remota a persona nobili, Bartolus *in l.* 1. *ff. de termino moto*. Hinc considero, quod Christus, licet Altissimi Filius, fustibus fuit cæsus, imo & durissime tanquam servus flagellatus, ut nos viles, & Satanæ servos liberos redderet, & gloriosos. Antique enim jure liberi fustibus cædebantur, servi flagellis, ut in *l. Padius*, *ff. de incend. ruin. & naufr.* porrò levior fustium, quam flagellorum castigatio erat, ut notat eruditus Gothofredus, *in l.* 12. *ff. de jure fisci*, *lit. Z.*

Contra mulieres quoque irrogatur, ut penes Fabrum *definit.* 2. C. *de adult.* D. de Franchis *dec.* 592. ubi mulier, quæ ut suam pudicitiam tegeret, corporis animati abortum procuravit, fustigatione, & detrusione vita durante fuit condemnata, & penes Bernard. Muscatell. *de prob. delict. tit. de blasphemia n.* 47. ubi mulier pro dicto crimine præcedente fustigatione in Monasterium, idest in carcerem M. C. dictum *Pœnitentia* detruditur.

Hic etiam noto, quod dicta pæna cum alia conjungitur, & multos fures, ac alios vidi condemnatos præcedente fustigatione, quæ praxis descendit ex *d. l. Padius*, *ff. de incend. ruin. & naufrag.* ibi: *Ideoque si gravior præda vi adpetita videbitur, liberos quidem fustibus cæsos in triennium relegabit, aut si sordidiores erunt, in opus publicum ejusdem temporis dabit.*

Dicitur in Decreto *publice*, quia de die per dicta loca reus fustibus denudato corpore cædi debet, & cum præcone, qui causam dicere debet, ut in *d. l. fustibus*, ut ei non solum verberatio, sed quoque verecundia sit pæna; quinimo talis super asellum, & cum mitra duci solet per plateas in majus ludibrium, si rei conditio exposcit.

Cæterùm fustigato infligi non debet, nisi in notorio crimine, aut ubi convicto est, cum infamiam irroget.

22 Si quis ad inserviendum in bello condemnatur, Decretum ita interponitur.

Die &c. in causa Regii Fisci cum T. de T. inquisito, & carcerato pro T. crimine, ut ex actis, & sic facto verbo in M. C. audito Regio Fisco fuit provisum, quod dictus T. de T. pro causa prædicta inserviat in bello S. C. M. per annos continuos facta obligatione in forma, *qua sequitur*; Constitutus penes acta T. de T. principalis inquisitus, & detentus, positus tamen in libertate, non vi, sed sponte promb-

fer-

servantia decreti sub die, &c. per M. C. prolati se obligavit ad pœnam mortis naturalis inservire S.C.M. in bello apud Officiales sibi destinandos per spatium annorum tot continuum sub vexillo, seù signo destinando, & signum, seù Banneram non deserere, & proindè se obligavit ad pœnam prædictam, & sic juravit, & renunciavit in forma; nec non se obligavit servare ordines militares, & finito tempore non discedere, nisi in scriptis obtenta licentia ab ejus Officialibus; & sic se obligavit ad pœnam juris, & renunciavit in forma.

Dicitur in forma; idest ad pœnam mortis, juxta *Pragmaticam* 2. §. 19. *de militibus*, ubi D. Reg. Rovitus, qui in concordantiam allegat *tex. in l.* 1. C. *de comment. lib.* 12.

Sed adverto, quod de Jure comuni non omnes desertores, & indistinctè in hanc incidunt pœnam, ut in *l. non omnes* 5. *ff. de re militari*, ibi: *Sed habetur & ordinis, & stipendiorum ratio, & gradus militiæ, vel loci, muneris deserti, & anteacta vita, & numeri, si solus, vel cum altero, vel cum pluribus deseruit, item temporis, quo in desertione fuerunt, eaque postea gesta fuerunt, qui in pace deseruit, eques gradu pellendus est, pedes militiam mutet. In Bello idem admissum capite puniendum est*, in *l. omne delictum* 6. ibi: *Qui in acie fugam prior fecit spectantibus militibus, propter exemplum capite puniendus est*, cum quo concordat *tex. in l. aut facta*, §. *fin. de pœnis*, cum concordantibus in Glossa *lit. F.*

Et in *d. l.* 1. C. *de comment.* ibi: *Si quis verò contra hanc legem facere ausus fuerit, & militem contra interdictam commeatum dimiserit eo tempore, in quo Barbarorum incursio extiterit, & tunc cum præsente in Castris, atque apud signa milites esse debeant, quisquam adjuerit, capite vindicetur.*

Ideoque a Jure Communi regulari, & cum temperamento intelligi debet, ut advertit Jurisconsultus in *l. respiciendum*, *ff. de pœnis*, ibi: *Debent severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis prosequi*. Promulgantur enim leges pœnas rigorosas continentes ad exemplum, ubi convenit, ut homines deterriti facinora non admittant. Hinc Bovadilla *tom.* 1. *de la politica l.* 2. *tit. de la piedad. n.* 31. „ Las leyes no se hazen para quitar a los hombres las „ vidas, sino para extirpar los vicios de las Republi„ cas, y que las leyes rigurosas no son mas, que para „ espantar, y las piadosas executar „; & meritè ob fragilitatem naturæ humanæ, & ob communem inimicum dæmonem insidiatorem.

Quare pœna in lege contenta exequi non debet, si in facti contingentiam a ratione, & communi hominum sensu aliquo modo dissonat.

Porrò in specie, de qua agimus, si condemnati ad inserviendum in bello erant homines malæ vitæ, si militiam deserunt, ultimo supplicio puniendi sunt; si non sunt homines malæ vitæ, puta quia pro aliquo crimine, vel quia vagabundi, non eadem pœna, sicuti non eadem pœna feriendi sunt, qui tempore incursionis inimicorum, & ab acie, & tempore pacis.

Obligatio itaque ad pœnam mortis tenet, quia is, qui se obligat, vel ratione anteactæ vitæ, vel sic versari potest, ut morte dignus habeatur.

Dicitur in dicta obligatione, *& ad aliam pœnam juris*, cum alios ordines militares transgredi possit, & in dictam pœnam non incidere.

Hinc non incongrue quæro, an ex aliqua causa: puta ob parentum, vel consanguineorum valetudinem, si militiæ adscriptus militiam deserat, excusationem mereatur?

Et videtur affirmandum ex *tex. in l. qui cum uno testiculo*, §. *examinatur*, *ff. de re milit.* ibi: *Et datur venia valetudinis parentum, & affinium.*

Subvenire enim parentibus est de jure naturæ, *l. fin.* §. *ipsam autem*, C. *de bonis*, *quæ liberis*, *cap. caterùm* 86. *dist.*

Sed contrarium veriùs est, nam utilitati privatæ anteponenda est utilitas publica, & Principis honor, *Glossa in l.* 1. §. *quamvis*, *ff. de ventre in possess. mitten.*

Adeo quod pro Republica licet necare parentes, *l. minime* 35. *ff. de Religiosis*, *& sumptibus funerum.*

Non obstat *tex. in d.* §. *examinatur*, quia loquitur in emansore, & non in desertore, prout quoque observavit Dom. Reg. Sanfel. *dec.* 255. *num.* 5. emansor enim, & desertor, sunt qui diù ab exercitu vagati sunt: differentia in eo est, quod ille spontè, hic invitus regreditur, Gothofredus *in l. desertorem*, *de re militari*, *lit.* S. & de desertore vide Caball. *res. crim. casu* 294.

Si quis in præsidium mittitur, dicitur: *Inserviat in præsidio declarando per S. E. & se obliget in forma.*

23 Et hæc in atrocibus.

Si quis autem condemnatur ad pœnam mortis, & nobilis, Decretum ita concipitur.

In causa Regii Fisci cum T. de T. inquisito, & carcerato pro c. crimine, ut ex actis.

Die &c. facto verbo in M. C. audito Regio Fisco fuit provisum, & decretum, quod T. de T. pro causa prædicta decapitetur in loco præparati supplicii, Si ignobilis, moriatur in furcis.

Vel dicitur: *Quod T. de T. laqueo suspendatur in furcis, ita, & taliter, quod ejus anima a corpore separetur.*

24 Vel dicitur: *Quod T. de T. inquisitus, & carceratus pro causa, ut ex actis, moriatur in furcis, verum ante sententiæ exequutionem torqueatur tanquam cadaver ad sciendum complices, & fautores, ac alia patrata delicta, sive mandata.*

Quod decretum interponitur, quando crimen fuit a pluribus patratum, ist in processu non liquidatis, & quando reus est homo malæ vitæ, & dicitur *sive mandata*, si crimen de alterius mandato commisit.

Vel dicitur. *Moriatur in furcis, & suum corpus dividatur in frusta ad escam volatilium, ut sit sibi in supplicium, ac aliis in exemplum. Verum ante sententiæ exequationem torqueatur tanquam cadaver ad sciendum, &c. ut supra.*

Quod Decretum interponitur in criminibus exemplaribus, & contra grassatores campaneæ.

Vel dicitur: *Moriatur in furcis, & ut ligatus ad caudam equi capiatur per loca solita* Civitatis, *& ita ducatur ad locum præparati supplicii, suum corpus in frusta scindatur, ut sit sibi supplicium, & ad aliorum transeat exemplum. Verum ante exequutionem sententiæ torqueatur tanquam cadaver ad sciendum complices, auxiliatores, & alia patrata delicta, ac mandata.*

Quod decretum pluries me referente contra assassinos vidi practicatum.

Vel dicitur: *Quod T. de T. pro causa, ut ex actis, ligatus in Rota, malleo ferreo in suis tibiis, & corpore percutiatur, ita, & taliter, quod ejus anima a corpore separetur, & in frusta dividatur, & ad locum præparati supplicii super currum ducatur, verum ante exequationem sententiæ torqueatur, &c.* vel dicitur. *Moriatur more Germanico*, quod in Regno intelligitur Rotæ supplicium.

Quod decretum interponi solet contra homines valde diffamatos, capita factionum, & exulum, & ducitur super currum, ut ab omnibus inspiciatur, & uti Caput, currum habeat in triumphum, & in præmium tale accipiat supplicium.

Vel dicitur: *Laqueo suspendatur in furcis, ita, & taliter, quod ejus anima a corpore separetur, & cadaver in flammis igneis comburatur, & deleatur a mundo, ut ei sit pœna, cæterisque transeat ad exemplum.*

Quod decretum interponitur contra committentes pessimum crimen, idest nefandum, id enim igne Deus castigavit, ut in *Genes. cap.* 19. *num.* 24. ibi; *Igitur Dominus pluit supra Sodomam, & Gomorrham sulphur, & ignem, & subvertit Civitates has, & omnem circa regionem universos habitatores urbium, & cuncta terræ virentia.*

Ideoque hoc crimen committentes Sodomitæ appellantur: contra vero minores infra decennium ita interponitur.

Die, &c. T. de T. inquisitus, & carceratus pro cau-

causa, ut ex actis, stante minori ætate fullis lardeis per ignem in ejus anu per aliquantulum percutiatur.

Minores infra septennium fustibus cedantur.

Vel dicitur: *Die, &c. T. de T. &c. moriatur in furcis, & ejus cadaver servata forma juris insuatur culeo cum cane, vipera, simia, & gallo, & in mare jactetur, ut sit ei pœna, & ad aliorum transeat exemplum.*

Quod decretum interponitur contra occidentem Patrem, Matrem, Avum, & Aviam, & Filios.

Antiquo Jure parricida virgis sanguineis verberatus culeo insuebatur cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia, & in mare proximum projiciebatur, ut in *l. pœna, D. de parricidiis*, & in *l. unica, C. de his, qui parentes, vel liberos occiderunt.*

Hodierno more, & in Regno hoc, ne rei Anima contristetur, parricida si est nobilis decapitatur, si plebejus furca suspenditur, & juris sollennitates post supplicium servantur, prout fuit servatum in quodam Equite Neapol. qui veneno Patrem necaverat, licet postea nobilissimi ejus consanguinei ex gratia ab Excellentissimo Prorege obtinuerint, ut corpus sepulturæ traderetur, Bajard. Muscatell. *de cognitione delicti, fol.* 604. In hoc atrocissimo crimine quamquam antiqua pœna, ne anima contristetur, recte non servetur hodierne tamen mihi non videtur; existimarem ad aliorum exemplum, ut parricida prius virgis per Civitatem flagellaretur, & deinde ad mortem pararetur.

Ubi enim morte bonorum confiscatio venit, ut in falsa moneta, in læsa Majestate Divina, & humana, dicitur in Decreto: *necnon singula, & omnia bona publicentur, ac fisco applicentur.*

Et in læsæ Majestatis crimina, Decretum ita interponi debet.

In causa Regii Fisci cum N. & N. inquisito, & carcerato in causa, ut ex actis.

Die T. mensis, & anni &c. M. C. vel Regia Juncta declarat N. & N. incidisse in læsæ Majestatis crimen, proinde dictus N. & N. moriatur in furcis, & corpus dividatur in frustra, ac omnia singula ejus bona publicentur, & fisco applicentur; verum ante executionem sententiæ torqueatur tanquam cadaver, &c.

Vel dicitur. *Et proinde N. & N. decapitetur, & ejus caput in crate ferrea inclusa ponatur in publico, ut sit ei pœna, &c.*

Dicitur *moriatur in furcis*, vel *decapitetur*: nam in Regno si nobilis est, decapitatur, quæ pœna pro hoc crimine servatur in hoc Regno, prout servatur in Hispania, & Lusitania, teste P. Fragoso *de regimine Republica tom.* 1. *l.* 5. *disp.* 13. *num.* 449. & in Sabaudia teste Fabro *l.* 9. *t.* 6. *Codicis defin.* 1.

Sed in Francia suspenditur, eodem P. Fragoso *loco cit.* teste.

Dicitur M. C. declarat, nam pœnæ pro hoc crimine a lege impositæ intelliguntur inflictæ ipso *jure*, statim patrato crimine: itaque omnia bona alienata post crimen ante captam inquisitionem, a fisco revocantur, & ipsi applicantur; tenet Clarus *quæst.* 68. Dom. Ricc. *collect.* 468. & in Regno adest capitulum, quod incipit: *Bona proditorum nostrorum:* requiritur nihilominus dicta declaratoria, ut bona prædicta vindicentur. Dom. Reg. Tapia *in d. cap.* Videndus Reg. Consil. Carlev. *de jud. lib.* 2. *disput.* 1. *num.* 39.

Bona autem ante crimen alienata hac fraude, licet Fisco non applicentur, restituto tamen pretio vindicantur.

In hoc etiam crimine filius ab hæreditate Patris excluditur.

Sed an Filius Matris rebellis.

25 Affirmat Glossa in *l. quisquis*, §. *si ad l. Jul. Majest.* Angelus *de malef. verb. Et hoc tradito*, *nu.* 12. Honnius ad Treutelerum *vol.* 2. *disput.* 32. *thes.* 1. *quæst.* 16. & post alios Harprect. *ad Instit.* §. *publica autem judicia* 3. *de publ. judic. num.* 79. ubi etiam refert Farinac. *in praxi lib.* 4. *tit.* 13. *de crim. læsæ Majest. quæst.* 116. *num.* 98. Eo quod imperatores initio dictæ legis utuntur verbo *Quisquis*, quod tam masculos, quam fœminas complectitur, ex *l. qui duos* 61. *in fine, ff. de leg.* 3. & *l.* 1. *ff. de verb. signif.*

Deinde, quia cum pater est rebellis, filius patitur pœnat, *d. l. quisquis*, quia ipse censetur sequi paternos mores, ut erudite ait Harprect. *nu.* 67. Ac etiam censetur filius sequi mores matris, imo per magistros, ut ex Siatino, & Terentio idem *num.* 79. est igitur iisdem pœnis puniendus filius, cum mater committat crimen læsæ Majestatis.

At negant Albericus, & alii, quos sequitur Gigas *de crimine læsæ Majestatis sub tit. de pœnis, quas filii*, Siatinus *de regalibus lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 82. & Novissime Caramuel *Logica Moralis Prodromo num.* 461. post Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 41. *num.* 14. ubi hanc sententiam dicit veriorem, & communem.

Patet, quia eis. *l. quisquis*, est dura, dum inducit pœnas extra Authores, & ideo Budæus *ad l.* 2. *ff. ad l. Jul. Majest.* putat ipsam esse correctam per *l. sancimus Cod. de pœnis*, & si id vere neget Duarenus *disput. anniversf. lib.* 2. *cap.* 14. & etiam *d. l. quisquis*, est pœnalis imo restricte ex re loquens, cum Pater delinquit, ut ibi: *Paterno enim deberent perire supplicio.* Igitur non est producenda, & communiter est asserendum, ipsam loqui de filiis, cum mater est perduellis.

Etiam quia, ut arguit Caramuel, est discrimen respectu filiorum, quoad Patrem, & Matrem: nam quia Adam peccavit, & filii contraxerunt originale peccatum, quia si sola Eva peccasset, utique genus humanum nec contraxisset illud, nec moriendi necessitatem, & cætera incommoda habuisset, quæ mortalitas secum trahit, Dom. Th. *p.* 2. *q.* 81. *art.* 5. & Bellarminus *in contov. de ammission. gratiæ cap.* 53. Igitur fit manifestum, filios ob crimen læsæ Majestatis a Matre commissum non subjacere pœnis, *cit. l. quisquis.*

Nec refragatur, quod d. *l. quisquis* utatur d. verbo *Quisquis*: nam hoc ita se habet in ipsa fœmina, scilicet in ipsa matre delinquente, non autem in ejus liberis, quia Lex quatenus in principio utitur eo verbo *Quisquis*, tantum loquitur de persona delinquente, ut citatus Sixtinus docet.

Et ad alterum dicitur, minime verum esse filios æquo modo participare mores matris, & patris, dum potentius est principium activum, quam materiale, & constat ex Aristotele, ut notat D. Thom. *cit. loco*, quod pater tantum sit principium activum filii, cum mater sit materiale, & ex hoc est, ut filius assimilatur Patri, non matri, ut Gig. *num.* 13. Et ex eo sæpe solet filius similis esse patri.

In hoc etiam crimine, si quis propriam Principis personam offenderet, atrociori supplicio plecti debet nempe vivus in frustra scindi, ut notat Clarus *in* §. *crimen læsæ Majestatis, vers. Sed quæro*, quem sequitur Muscatell. *de pœnis dicti crim. num.* 35. & 36. vel aliquo alio acerbiori, Harpr. *in* §. *publica autem judicia*, plures referens *num.* 45.

26 Pro complemento non est prætermittendum, quod condemnati ad triremes, si ad remigandum inhabiles reputentur, quia Senes, vel aliquo alio morbo laborant, condemnantur ad Insulam, vel ad inserviendum in præsidio, vel in carcere detinentur.

27 Et condemnati ad mortem, si remigibus Curia indiget, perpetuo condemnantur ad triremes, ut testatur Capiblancus *de Baronibus Prag.* 7. *num.* 6. quod intellige in criminibus non exemplaribus, & in quibus sunt partium remissiones, necnon, quod dictæ commutationes fiant a Judice Superiori, ut in M.C. a Dom. Regente, qui est in visitatione.

Circa dictas commutationes adest quoque Lex Regia Pragm. 4. *l.* 8. *tit.* 24. *de los condenatos a galeras nova compilationis.*

Pœna enim triremis morti æquiparatur, ut post multos ponderat Caball. *res. crim. casu* 8. multa quidem in triremibus condemnati patiuntur incommoda continuo eatenus mancipati; & si vivant male vivunt; ideo ad triremes loco depositi transmissi; si ibi diu maneant mortis pœnam evadunt, quia afflicto non addenda afflictio, *l. omne*, *C. de pœnis*, Glossa *in Verbo Laisse*, & ita in facti contingentia decisum refert Dom. Reg. Capicius Latro *decis.* 177. & transmittuntur ad triremes, vel ad mortem, quorum

rum causæ pendent per appellationem: puta quia M. C. procedit ordinariè, & mittuntur cum declaratione, quod si condemnatio ad triremes erit confirmata, tempus servitii excomputabitur, si absolutio sequitur, mercedem habebunt, *Pragm. 4. de condemnatis*.

Insuper pecuniaria pœna si solvi non potest, in exilium commutatur, & sic in pejus, ut in *Apostilla in Pragm. 1. de pœnis*, ne inultus quisque remaneat, contra *tex. in leg. vulneratus ff. ad leg. Aquil.*

Et hæc in atrocioribus, vel in atrocissimis.

Decreta, quæ supplicia usitata in Regno continent, enumeravi, unusquisque caveat a malè agendo, nè in ea incidat, ac in illud, quod omnium est maximum, nempè mærorem synderesis.

Hinc Tiberius e Caprea Insula ad Senatum his verbis exorsus est.

Quid scribam vobis, Patres conscripti, aùt quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore, Dii me, Deæque pejus perdant, quàm perire quotidiè sentio si scio.

Hinc Tacitus eodem loco *lib. 6. Annal. cap. 7.* subdit.

Adeò facinora, atque flagitia sua ipsi quoque in supplicium verterunt, neque frustra præstantissimus Sapientiæ firmare solitus est, si recludantur tyrannorum mentes, posse aspici laniatus, & ictus, quando ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis animus dilaceratur. Quippe Tiberium non fortuna, non solitudines protegebant, quin tormenta pectoris, suasque ipse pœnas fateretur.

Unusquisque autem studeat benè agere, ut bona, præmiaque accipiat, & ejus cor semper lætitia gaudeat.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

CAP. XIII. ET ULTIMUM.

De Decretis *I. Decapitetur*, *vel moriatur in furcis*, &c.

IN hoc XIII., & ultimo capitulo docet Auctor noster Doctissimus pœnam Triremis in locum Deportationis, & Metalli.

Et circa pœnam Relegationis, & exilii, & pœnam deportationis, & pœnam fustigationis, & pœnam inserviendi in Bello, & pœnam mortis, & moriatur in furcis, vel decapitetur, & alia de quibus legendus est auctor noster hic.

F O R M U L A R I I

COMPLEMENTUM.

SUMMARIUM.

1 *Formula qua libellus querela extenditur.*
2 *Quid oportet in dicto libello explicare.*
3 *Quod probatur, strictè coarctari debet.*
4 *Testibus idoneis probandum erit.*
5 *Formula obligationis Querelantis pro expensis.*
6 *Judex ex officio Principalem offensum examinare debet.*
7 *Cogi potest, & carcerari offensus, si renuat propalare offensorem, & quomodo.*
8 *Formula interrogatoria describitur.*
9 *Quomodo examinantur Testes, & formula idonea traditur.*
10 *Testis debet convalidare suum examen.*
11 *Notandum est, quidquid testis confessus fuerit.*
12 *Testis advena, quomodo examinandus.*
13 *Ad addenda per testem post subscriptionem, quid faciendum.*
14 *Minus septennio quomodo examinatur.*
15 *Interrogatio suggestiva minime a Judice practicanda erit.*
16 *De vita, & moribus vero Inquisiti testem interrogare potest Judex.*
17 *Testis depositio quomodo excipienda erit.*
18 *Pluribus nominibus potest Judex testem commonefacere de delinquentis nomine.*
19 *Ad videndum juramenta testium in partibus quid requiritur.*
20 *Pro repetitione traditur formula citationis.*
21 *Testium repetitionis quomodo perficitur.*
22 *Quomodo exaratur depositio testis corrigentis se, & addentis.*
23 *Particula* Monitus *quid significet in Reum.*
24 *In majori Rei pertinacia Judex ad ulteriora procedere debet.*
25 *Ad litem contestandam quid appareat.*
26 *Particula* Monitus *examinati, & nihilominus ad ulteriora non fuit processum.*
27 *Reus an reus constituitur, si particula* Monitus *interrogetur.*
28 *Reus decipeetur, si in gravibus indiciis non examinetur particula* Monitus.
29 *De pluribus inquisitus super omnibus interrogandus erit particula* Monitus.
30 *In criminibus atrocissimis an denegenda sit Principalis Depositio.*
31 *Advertitur, quomodo de stupro querelati examen excipiatur.*
32 *Confessio Principalis, & socios nominantis, quando exaratur.*
33 *Formula qua Confessio convalidatur a scriba, Curia pro Tribunali sedente, quando a Judice recepta non fuit figura judicii.*
34 *Sin minus dicta Formula invalida dici potest.*
35 *Formula convalidationis in Tortura.*
36 Monitus *Particula confirmatur Reus, si iterum pronunciata fuerit.*
37 *Confessionis ætate Minoris in Corda formula traditur.*
38 *Cautela, & formula habetur examinandi reum uti tertia persona.*
39 *Formula citandi enunciatur, non uti Principalem, sed uti testem.*
40 *Confessionis vigore Bandi recepta Formula extenditur.*
41 *Ejusdem formula in tortura prolata.*
42 *Ratificationis Formula dicta Confessionis.*
43 *Ejusdem Ratificationis tempus.*
44 *Opinio Authoris circa eam.*
45 *Formula Actus Torturæ cum funiculis.*
46 *Sententia Forjudicationis formula in crimine læsæ Majestatis.*
47 *Animadversiones nonnullæ circa prædicta.*

1 QUerelæ libellus talis est: „ Marco Antonio Pinto della Città della Cava abitante nel Casale „ di Prato compare nella Corte Criminale di „ essa, e dice, come jeri quattro del corrente mese di „ Maggio 1687. stando in detto Casale, e proprio „ nel luogo detto Casatesone Luzio Salzano con animo diabolico, le tirò un archibuggiata: E perchè „ nell' istesso tempo si ritrovò esso Marc' Antonio „ partire dal luogo, dove stava, per la Dio grazia „ non restò ferito, ma le palle di detta archibuggiata colpirono nel muro, a causa che dovendoli detto „ Luzio dieci docati più volte l' aveva richiesto il „ pagamento: e perche ere renitente, comparve per „ la recuperazione d' essa nella Corte Civile: Che „ perciò esponendoli querela criminale fa istanza, che „ se ne pigli informazione, acciò sia castigato, come „ le Leggi dispongono. Così dice in questo, ed in „ ogni altro miglior modo, facendo anche istanza „ che sia inteso Marc' Antonio „ in omnibus, &c.

Ex-

2 Explicatur in libello, tempus, locus, & causa, ut pateat veritas, quæ a principali tanquam magis informato de facto a principio habenda est, & ne delato auferantur defensiones; potest enim is probare, quod illo die alibi erat, & ictum non emiserit, & sic suam demonstrare innocentiam, Juxta illud Cicer. *lib. 1. de invent. ratiocinat.*, ibi: *Si quo die ista cædes Romæ facta est, ego Athenis eo die fui, ergo interesse in cæde non potui.*

3 Hæc probatio dicitur coarctata loco, & tempore & ut delato proficiat, strictè coarctari debet juxta text. in §. *item verborum Instit. de inutilibus stipulationibus*, ibi: *Tota eo die, quo conficiebatur instrumentum se, vel adversarium suum in aliis locis esse.*

De hac etiam probatione loquitur Grammat. *dec.* 56. *nu.* 4. Farin. *quæst.* 65. *nu.* 22. Guazz. *defens.* 28. *cap.* 1. *nu.* 13. ubi plures congerit DD. ad illum te remitto. Sed hic duo non prætermitto, primum quod si est plenè probatum delictum per duos testes, & delegatus per alios duos testes probaverit die, & hora commissæ cædis, se alibi fuisse, tanquam innocens absolvendus est, juxta Glos. *in cap. Clerici distinct.* 81. *vers. Aliqui*, ibi: *Sed quid si duo Clerici dicunt me commisisse fornicationem cum aliqua tali die, duo Laici dicunt, me fuisse secum tota die in alio loco? Dico præponendos laicos*, & ibi Apostilla *num.* 2. dat rationem: quia illa probatio implicitè continet affirmativam, testes vero non debent removere sensum ab actu; nam deponere debent qualiter N. & N. tota die, vel illa hora secum stetit, ut in dicta Glossa, & docet Grammatic. *dec.* 56. *nu.* 5. idem Farinac. Secundum, quod licet Guazz. *d. cap.* 1. *nu.* 14. ex Paol. Guhel. *de relaxat. carcer. qu.* 3. & Decio *respons.* 97. *nu.* 3. dicat, quod hæc negativa coarctata probatur per familiares, & domesticos; tamen doctrina non procedit, si plenè habent probatum
4 crimen, ut reos in totum absolvatur. Cæterum per idoneos testes, idest omni exceptione majores, probanda est, ut probatur in *cap. ex tenore, de testibus*, & in *d. §. item verborum*, ubi Glos. *lit. P.* Hoc enim Regnum falsis testibus abundat, & cum ii facillime ad dolosam reperiantur, Judex in examine maxime utatur diligentia, & præsertim non semel, sed pluries circa id factum interroget testes.

5 Dictus querelans debet se obligare, & cavere pro expensis, ut praxis observat. Obligationis actus talis est: *Constitutus talis de tali, de T. patria, penes acta præsentis causæ principalis querelans se obligavit, & promisit reficere parti ex adverso omnes, & quascunque expensas erogatas, & erogandas in præsenti causa, in casu succumbentiæ, & ad majorem cautelam T. de T. hic præsens Laicus, & sine Patre, ut dixit, se obligavit, & fidejussit, & ita insolidum cum potestate capiendi constituto, & precario se obligaverunt, renunciaverunt, & juraverunt.*

6 Judex procedendo ex officio etiam principalem offensum, tanquam de facto magis informandum examinare tenetur, hac videlicet forma.

Die, &c. Neapoli coràm Domino N. vel ordinatione Judicis N. T. de V. della T. Patria, dice fare il T. officio, ætatis annorum tot, ut dixit, principalis vulneratus medio ejus juramento interrogatus, & examinatus super præsenti informatione, & primo, come si ritrova esso Tale de T. ferito in questo modo, da chi, come, quando, dove, con che arme, e per che causa.

Dixit: Sig. nel tale giorno, circa la tale ora, nel tale luogo T. de T. mi offese, tirandomi due colpi di cortello nel petto, (o con scoppetta, o con archibugetto) mi tirò una archibuggiata ferendomi nel petto, a causa, che, &c.

Et dettoli se contro T. de T. ne espone querela,

Dixit: Signori sì, (quo casu in omnibus est audiendus.)

Et dettoli, chi può deporre delle cose predette,

Dixit, Signore li T. & T. talis scriba, vel actuarius.

Si is offensorem propalare nequeat, cogi potest, ut probavi in primo capite.

Si injuriatus, vel verberatus dicitur principalis offensus; & hic etiam noto quod si is dicit, quod pugno fuit percussus, testes verò alapa, testibus credendum est · præsumitur enim principalem ob verecundiam factum tacuisse.

Si quis bona perdidit furto, *dicitur principalis disrobatus, medio ejus juramento interrogatus, & examinatus super præsenti informatione, e primo, come esso T. di T. è stato rubato, da chi, o chi tiene sospetto, in che modo, quando, dove, che robbe, e di che valore, Dixit. Signore &c.*

Hic nota, quod primum interrogatio est circa factum; Secundum circa personam furis; tertium circa modum, an clam, vel palam, an violentia? ut distinguatur furtum à rapina, seu latrocinio; quartum circa tempus, an die, an nocte? quo casu fur nocturnus magis punitur, & furtum est privilegiatum in probatione; quintum circa locum, an domi, an in nemore, an in via publica? a qua circumstantia regulatur quoque pœna, ut latè probavi in *cap. 1. & cap. 4.* ubi de pœna furti in via publica. Sextum circa bona, & bonorum valorem; in odium enim furis rei valor creditur principali cum juramento, ut communitèr DD. nisi aliunde alitèr constet. Bona vero furata, & reperta recognosci debent per testes, qui deposuerunt in genere, & per principalem, ut liquido constet de furto, & res suo restituatur Domino. Recognitionis formula talis est.

Die T. Neapoli ordinatione Judicis T. Causæ Commiss. &c.

Da me sottoscritto Mastro d'atti, (ò Scrivano) essendo state poste le tali, e tali robbe in mezzo di altre robbe alle dette simili sopra d'una bossetta nella Sala della Vicaria, ivi è stato introdotto T. di T. principale disrobato, il quale avvertito, che voglia vedere bene se frà queste robbe, che al presente se li mostrano, vi conosce le robbe robateli, siccome ha detto, e deposto nella sua depositione al presente lettali, e precedente giuramento di dire la verità, viste, e reviste bene dette robbe una per una; Dixit: Signore qui fra queste robbe vi è la tal cosa, quale è mia, pigliandola con le mani, quale robba fu ritrovata in potere del T. di T. o in casa, o in tal luogo, & in fidem Talis Actuarius.

Circa testis examen.

Juxta textum in capitulo cum causam de testibus, & capitulo judicantem 30. quæst. 8. his diligentissimè est examinandus, hac videlicet forma.

„ T. di T. della T. Patria di età di anni T. *ut di-*
„ *xit*, dice fare il tale officio, ed abitare nelle ca-
„ se del T. di T. *medio ejus juramento interrogatus,*
„ *& examinatus*, come passa il fatto dell' omicidio
„ commesso in persona di T. di T. da chi, quando,
„ dove, in che modo, con quali armi, e per qual
„ causa, *dixit*, &c.

10 Completo examine, reddita ratione de causa scientiæ, subscribat suam depositionem, si scribere scit, si nescit, propria manu signo Crucis in confirmationem sui dicti signet, si fortassis testis subscribere, vel signare nequeat ob læsionem dexteræ manus, tunc Scriba, seu Actuarius pro eo subscribat, & de hoc impedimento testetur, hoc modo videlicet: *stante impedimento, ex quo lapsus in dexteram manu pro eo subscripsi*, ego T. Actuarius.

Dicitur T. T. & modo ut supra, ut appareat de qua cognatione sit, an partialis delinquentis, an consanguineus, vel affinis.

Dicitur *ætatis*, ut appareat, an sit idoneus in testificando.

Dicitur *fare il tale officio*, ut dignoscatur, an sit vilis, an honesta persona.

Dicitur *abitare nelle case del tale*, intellige, si degit in hac magna Civit. Neap. ut Fiscus eum reperiat in repetitione.

Dicitur, *come passa il fatto dell' omicidio, &c.* ut quoque non solum de delinquente, sed de qualitatibus, quæ delictum aggravant, ratione loci, ut si in Ecclesia, in Teatro, Palatio Principis, &c. ratione temporis, si in majori hebdomada, in die Paschatis, aut Nativitate Domini Nostri Jesu Christi: vel ratione modi, si proditorie: ratione armorum, si culto, vel sclopo: ratione causæ, si levis, gravis, si alterius mandato, & pecunia accepta.

Hic adverto, quicquid testis, sive contra incul-

11 patum, sive in ejus favorem dicit, Judex in depositione testis scribere debet, juxta *Pragmat. 6. de Actuariis*; alioquin Judex peccaret: nam reum aggravaret, & Fisco, idest Reipublicæ præjudicaret.

Si testis Italico loqui nesciat idiomate, a duobus
12 Interpretibus coram Judice, vel actuario est interrogandus, & dicti interpretes examinandi qualiter de tali se ordine Judicis colloquium habuerunt cum T. de T. qui respondit scire hoc, &c.

Hinc Turcæ, qui idioma Provinciæ etiam in scri-
13 bendo didicit, juramentum suo more defertur, depositionem subscribit, si scribere nescit, eam Actuarius subscribit.

Si testis post subscriptionem aliquid sua sponte, vel interrogatus addit, dicitur: *& denuo medio juramento interrogatus, respondit, & vel denuo cum juramento dixit.*

Si infans minor septennio super aliquo facto est
14 examinandus, a Judice interrogatus, interveniente Actuario, sive scriba, qui de hoc actum facis, cum ei juramentum, justa *tex. in l. juruisse, ff. de jure jurand. l. 4. ff. de in litem jur. C. parvulo & cap. pueris 22. quæst. 4.* non defertur, & testis dictum sine juramento non tenet, *l. solam, l. Juris jurandi, C. de testibus, cap. nuper extra eodem* cum concord. recipitur enim ad Judicis instructionem, & ejus dictum, tanquam adminiculum, alterius testis dictum coadjuvat: *multoties enim Deus omnipotens ex ore infantium, & lactentium perfecit laudem.* Actus talis est.

„ Oggi 3. di Maggio 1680. avendo io sottoscritto
„ Scrivano asportato avanti del Signor Giudice D.
„ Giuseppe Bartolino, e Antonio Ferrante figlio di
„ Pietro, & Antonio Bevilacqua d'età d'anni sei in
„ circa, come esso Pietro ha detto, e dal suo aspet-
„ to appare, e da detto Sig. Giudice interrogato sopra
„ tale fatto ha fermamente detto questo, e questo,
& in fidem talis Scriba.

Hinc etiam adverto, quod Judex non debet te-
15 stem interrogare ei factum suggerendo, & interrogando, an Titius hoc admiserit? & si hoc modo accepta est, depositio invalida est: de facili enim testis ad evitandam inquietudinem affirmare potest, quod a Judice est suggestum ad illius complacentiam.

Valet tamen Judex in casu, quo aliquis veniret de
16 crimine inquisitus, interrogare testem de vita, & ejus conditione, & ita observat Praxis, quæ fundatur in *cap. cum oporteat, in cap. inquisitionis, & in cap. qualiter, & quando 24. de accus.*

Aliud non omitto, quod depositio testis a Judice
17 accepta, hac vid. forma, *ad opportunam interrogationem sibi legitime factam*, licet juxta allegata a Guazz. *defensu 19. cap. 32. num. 2.* dicatur per suggestionem palliatam habita, tamen hoc dictum meo judicio non procedit, quando testis a Judice interrogatur de facto, quod percipi non potest, nisi plures procedant interrogationes: præsumendum enim est, Judicem legitime interrogasse, & ita scripsisse, quia frustra fiunt per plura, quæ possunt fieri per pauciora, quæ consideratio cessat in Scriba; nec prætermitto, quod si doctrina Guazzin. procederet, fere omnes Regni processus cessarentur.

Hinc etiam non omitto, quod si testis non reminisca-
18 tur delinquentis nomen, quod ante examen bene sciebat, potest ei Judex inter plura nomina commemorare, videlicet, *an Petrus, Franciscus, Joannes, Antonius, &c.* & non dicitur suggestio.

Circa testis repetitionem.

19 Si in partibus sunt repetendi testes, requiritur reus ad videndum testium juramenta hac forma.

De Mandato M. C. V. &c.

Cum *fuerit in causa vertente inter Regium Fiscum ex una, & T. de T. inquisitum, & carceratum ex altera provisum per eandem M. C. quod testes in dicta Causa examinati repetantur per T. de T. Actuarium, qui pro repetitione prædicta accessurus est in partibus. Ideo requiratur, & peremptorie citetur dictus T. de T. principalis inquisitus, ut suo nomine destinet personam ad videndum testium repetendorum juramento.*

Citato dicto Carcerato, & facta relatione, & in dicta citatione referat etiam scriba hac forma.

Die tali fuit datu dicto T. de T. carcerato per me Scribam causa nota dictorum testium repetendorum. Si repetuntur in Curia, citatur, & asportatur carceratus ad videndum testium juramenta.

20 Sequitur pro repetitione citatio, hac vid. forma.

De Mandato M. C. V.

Ad istantiam Reg. Fisci, ex provisione facta per subscriptum Commissarium, Alguzeriis Curiæ T. committimus, & mandamus, quod peremptorie citetis subscriptos testes ad pœnam unc. auri 25. per quemlibet Fisco Regio applicandam, quatenus prima die juridica post præsentium notificationem personaliter coram me subscripto Actuario in loco residentiæ depositari, ac legitime reperturi eorum, & cujuslibet testimonium vaciant, in causa in eadem M. C. vertente inter dictum R. F. ex una, & T. de T. principalem inquisitum, & carceratum ex altera. Datum die: &c.

Formula qua fit repetitio, talis est.

21 Tale di Tale della tal Patria, dice fare il tale officio, abita alla tal strada, casa del tale, ætatis suæ annorum tot, ut dixit, testis citatus, & relatus medio ejus juramento interrogatus, & examinatus, & primo.

Interrogatus, che sà esso testimonio del tal delitto in persona del tale di tale; da chi, come, e quando, dove, e con che armi, dixit. Signore di questo fatto, che mi dimandate me ne sono esaminato un'altra volta, e ho detto la verità, e per non far errore, voglio mi si legga la mia deposizione, & inventa quædam depositio existens in hoc processu fol. tali, facta per dictum talem de tale sub ejus nomine, & cognomine, quæ incipit, Die tali, tale di tale della tal Patria, & sequendo finit, cum subscriptione dictante, In tale di tale, vel cum signo Crucis dicti talis, T. Actuarius, & per ipsum talem de tale testem bene audita, & intellecta ejus depositione de verbo ad verbum, ut jacet, ipsam denuo, cum juramento ratificavit, emologavit, & acceptavit, & in ea se retulit, & persistit, singula singulis referendo, nil addendo, nec diminuendo, & in ea firmiter insistendo, tam de loco, & tempore, quam de omnibus aliis circumstantiis, ut in ea contentis, &c.

Dicitur *nihil addendo, nec diminuendo*, nam re-
22 gulariter gestis ex intervallo suum dictum corrigere nequit ob subornationis timorem. Verum ex causa dictum declarare, eique addere valet; ut puta si post examen notitia ipsi testi pervenit, vel si ita distincte, non esset interrogatus, quæ ratio passim in Tribunalibus admittitur; sic etiam in diminuendo; ut puta si quis primo examinatus dixerit de auditu, Titium pecunia accepta homicidium commisisse, postea in repetitione deponeret ex causa inimicitiæ & concludentem redderet rationem; in hoc enim casu cessat suspicio doli circa examen principalis inquisiti.

Ponitur pro exemplo formula, qua is examinatur in homicidii crimine, quando negat.

Die T. & coram DD. T. de T. Judicibus M. C. in ea existentibus, vel ordinatione M. C. T. de T. della T. Patria, dice fare il T. Officio, ætatis suæ annorum tot, ut dixit, & ex aspectu apparet, principalis inquisitus, & carceratus, medio ejus juramento interrogatus, & examinatus, & primo, come si ritrova esso T. de T. carcerato, e da quanto tempo, dixit, Signore.

Interrogatus, sa la causa di detta carcerazione, dixit.

Interrogatus nel tal giorno dove stava, e con chi? dixit.

Interrogatus, se conosce T. de T. dixit.

Interrogatus, se con detto T. ve ha passato qualche differenza? dixit.

„ Et monitus dicere veritatem come passa il fatto
„ dell'omicidio commesso in persona di N. & N. e
„ s'è vero, che esso il tale giorno, nel tale luogo,
„ e per la tal causa le tirò un'archibugiata, per il
„ quale restò ferito, e da là ad alcuni giorni se ne
„ morì, come se n'è presa informazione da questa
„ G. C. *dixit*.

Dicitur *monitus*, quasi hac particula Judex reo

23 de

23 demonstret, qualitèr est in probatis, quo casu ipse reut tenetur fateri delictum, juxtà magis communem Theologorum opinionem, ut notavi in *cap.* 3. *n.* 43. & *cap.* 5. *num.* 45. Ideoque Judex hac particula non debet reum interrogare, si gravia indicia oon existant, alioquin esset enim decipere, licèt ignari Judices parum hoc observent, & Rei rarissime confiteantur, & sic ex utraque parte juramentum spernetur; quarè dicit Pater Lessius *de Justitia, & Jure lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 3. *num.* 20. *verf. Resp.* 1. quem sequitur D. Cardinalis de Lugo *disput.* 40. *sect.* 2. *num.* 19. *verf. Dicunt vergere circa finem*, quod melius esset, si hoc Juramentum non daretur.

Secundo, ut reos majori pertinacia constituator,
24 & ad ulteriora Judex procedendo, eum in carcere detinendo, & tormentis subjiciendo excusetur.

Tertio, oam si de Jure Communi per ioterrogatio-
25 nem Judicis, rei responsionem contestatur lis, magis proprie videtur contestata hac aoimadversione, idest particula *monitus*, quæ cum constituat hominem reum, & criminalitatem importet, Judex eum aggravaret, si absque gravibus indiciis ad torturam ita interrogaret, & ita sic gravatus posset Judicem superiorem adire.

26 Tamen attenta mala consuetudine ioterrogaodi inquisitos, indiciis licet ad tortoram non sufficientibus, de qua testatur Clarus *quæst.* 40. *verf. Ad formandum inquisitionem*, qoem sequitur Campaoa *resol.* 17. *num.* 27. & tenent alii, ut videre est in *cap.* 10. *num.* 10. *verf. Quidam alii*, hodie hæc particula *monitus* parum constituto præjudicium afferi, & multos observavi processut, in quibus inquisiti hac particula fuerunt examinati, & nihilominus contra eos ad ulteriora noo fuit processum. Eorum hæc consuetudo non credo, quod vigeat in nostra M. C. ubi peritissimi existunt viri.

27 Sed si omitteretur, an processur esset nullus? prima facie videtur affirmandum; nam de observantia, qoando reus examinatur, & oti reus coostituitur, interrogatur cum hac particula *monitus*.

28 Secundo, nam licet in extatis capitolis probavi, quod Judex nequit interrogare aliquem, & tanquàm reum constituere, nisi gravia existant indicia, quamobrem si illa omitterentur, justè crederet reos prædicta indicia noo adesse, & ad defendendum se non præmuniret, & sic a Judice hoc capite deciperetur; sed contrarium verius puto; Primo quia Judicis negligentia non potest Fisco obesse, quando habet probatiooes contra reum, *cap. cum quod una via, de regulis Juris in* 6. Gratian. *decis.* 8. *n.* 4.

Secundo, quoniam jam reus fuit interrogatus cum juramento, qood mentem torquet, & reum ad confitendum adstringit.

Tertio; nam post examen hodie fit litis contestatio, per quam Fiscus reo certamen aonunciat.

29 Verum si quis de pluribus inquisitus super aliquibus, cum particula *monitus* fuisset interrogatus; & super aliis non superdictis capitibus processus nullus: nam contestatio litis ad præcedens refertur examen.

30 Hinc etiam quæro, an depositio principali concedenda sit, si ab eo ante defensionis terminum petatur? & quod non sit deneganda, coosideratur, quod depositio continet judicis interrogationes, & rei responsiones, & quod interrogationes fiunt super capitibus, quæ in quolibet atrocissimo crimine conceduntur, quod responsiones sunt extra informativum, & sunt facta, & dicta rei, ideoqoe esse concedenda. In contrarium consideratur, quod Reus per depositionem prædictorum capitom immemor, ante terminum velit in aliquo se præmunire, & fortassis falsos testes procurare. Veritas est, quod in crimine atrocissimo deneganda sit ob dictam rationem, & ne lenitèr procedatur, ubi rigorose procedere fas est.

31 In sequenti casu quidam fuit de stupro cum incestu querelatus, & contra illum aderant indicia ad torturam, mulier vero stuprata examinata uti principalis in se, & testis quo ad alios, alium, quam querelatum, de facto inculpavit, an mulier torqueri possit ad sciendum a quo fuit stuprata? & requisitus negative respondi.

Primo, quia animosè judex se ageret contra querelatum extorquendo hanc probationem ab ore principalis.

Secundo, nam si negativa persisteret, debilitarentur probationes processus.

Tertio, quia præsumitur mulierem ob amorem querelatum exculpasse, ne malum accedat.

Quarto, quoniam socii criminis exculpatio pro exoneratione conscientiæ inculpato non proficit, si gravia indicia extant, juxta ponderata a D. Sanselic. *decis.* 237.

32 Si principalis confitetur, & socios nominat, ejus confessio ita recipienda est.

Die &c. in M. C. & coram DD. Judicibus T. de T. pro Trib. sedente.

Tale di tale della tale Patria d'età di anni tanti, ut dixit, & ex aspectu apparet, principalis inquisitus, & carceratus, quo ad se, testis vero quo ad alios, medio ejus juramento interrogatus super præsenti informatione, & primo interrogatus, come se ritrova esso depositante carcerato, dixit: Signore la causa della mia carcerazione, credo, che sia per questa, e questa, &c. (Si est minor decem, & octo annis) dicitur, com juramento sibi delato ante faciem, & præsentiam T. de T. curatoris ad hunc actum dati, & in ejus absentiam sub eodem juramento interrogatus, & primo, &c.

33 Confessio a Judice non in Figura judicii recepta vel a scriba convalidari debet C. pro T. S. hac forma.

Die, &c. coram T. de T. pro T. S.

T. de T. & iterum cum juramento interrogatus come se ritrova carcerato, e perche causa dixit. La causa io l'ho detto un altra volta avanti delle Sig. VV. (o tal Giudice,) & all'ora deposi la verita, ac inventa quadam depositione in processu existente facta sub die, &c. per dictum T. de T. quæ incipit, &c. eique lecta de verbo ad verbum, dixit Signore, quella e la mia deposizione, quale io feci avanti detto Signor Giudice, e quella e la verita, quella accetto, ratifico, e di nuovo con giuramento confirmo, & sic singula singulis referendo per modum, ut supra dixit, & deposuit in depositione, seù confessione prædicta, & in fidem.

34 Verùm si fuisset malis artibus extorta, hac forma, non redditur valida, illa enim non dicitur inefficax, sed nulla, & secunda a prima descendens tanquam à radice infecta quoque est invalida, ut enim extorsionis vitium purgetur coram alio Judice, iterùm a principio accipienda est, ne ob Tribunalis terrorem lectam depositiooem fortassis non revocaret. Evasit de se Regina Esther videns Regem Assuerum ejus virum in trono Majestatis præ timore gloriæ suæ *lib. Esther. cap.* 16.

35 Ut confessio nominatos afficiat, in tortura convalidanda est, ut late probavi in *cap.* 8. & hic convalidationis actum non omitto in majore confesso, præsente, & talis est.

Die, &c. Pro retroscripti decreti executione dictus T. de T. principalis inquisitus, & carceratus ad cameram cordæ secretæ ad convalidandam ejus confessionem sponte factam in caput sociorum, nec aliter, nec alio modo, & ordinatione DD N. & N. Judicum M. C. ad cordam ligatus, ac quadam ejus depositione inventa in processu existente, quæ incipit T. de T. della T. Patria, & secundo finit cum subscriptione dictante, vel signo Crucis, atque ei de verbo ad verbum lecta fuit monitus dicere veritatem, se quello, che ha confessato, e detto contro i suoi compagni, e vero, lo dica, se non e vero, non lo dica, e non s'inganni l'anima sua, dixit. Signori miei quando ho detto, e deposto nella mia deposizione di presente a me letta, e vero, e se non fusse vero non l'averia detto.

Et prædictorum ordine fuit quoque introductus Sergius Malcompagno, nominatus in dicta confessione, ac delato juramento in ore dicti T. de. T. in faciem dicti Sergii de veritate dicenda, fuit is ad cordam altiatus, ibique iterum monitus dicere veritatem, se quello che ha detto, e deposto, è vero, lo dica, e se non e vero, non s'inganni l'anima sua,

dixit: Signori, quanto ho detto, e deposto nella mia deposizione, tutto e vero, e questo il T. di T. con il quale, o ad istanza del quale feci il detto delitto, &c. Et sic cum stetisset per aliquantulum temporis spatium in corda prædicta fuit ad carceres missus cum protestatione in forma.

36 Dicitur iterùm *monitus*; nam geminatio actus confirmationem inducit, & Judicis mentem magis movet ad ita credendum.

Si socius non fuisset nominatus per nomen, & cognomen; in convalidatione recognoscendus, & actus incipit, ut supra; & postea sequitur.

Et prædictorum ordine fuit N. & N. inter plures consimiles introductus ad dictam cameram cordæ ante faciem, & quorum præsentiam fuit dicto T. de T. confesso delatum juramentum in ore de veritate dicenda, itque monitus, che voglia vedere bene, se fra le dette persone poste avanti d' esso alla ringa vi fusse la persona descritta, e nominata nella sua confessione, lo dica, e tocchi con il piede, se non vi è, non lo dica, e non s' inganni l' anima sua, dixit. Signori miei quello, e il tale nome, che intervenne con me nel tale fatto, come ho deposto nella mia confessione, & postea ad cordam ligatus tetigi dictum T. suis pedibus, prædictorumque ordinatione ad cordam altiatus, ac iterum monitus dicere veritatem, se quello che ha deposto è vero, e se quella persona, che toccò con li piedi, e l' istessa da esso nominata in detta sua confessione, dixit: Signori miei quella, che ho toccata è quella, con la quale feci il tale delitto, e l' ho conosciuta benissimo.

Et cum stetisset dictus T. in corda prædicta per aliquantulum temporis spatium fuit descensus, & solutus ad carceres dimissus. In præsenti informatione his adverto, quod hic actus non debet fieri Reo pendenti in corda, ne ex doloris cruciatu unum pro alio recognoscat.

37 In minore confesso actus, ac forma ita perficitur.

Die, &c. pro retroscripti decreti executione T. de T. principalis inquisitus, & carceratus ductus ad cameram cordæ ad convalidandam ejus confessionem sponte factam in caput sociorum, nec aliter, nec alio modo, & ad cordam ligatus, ad finem terrendi, fuit eventa quandam depositio, quæ incipit, die, &c. & sequendo finit, &c. eique lecta de verbo ad verbum ordinatione dominorum Judicum fuit monitus dicere veritatem,, se quello, che ha detto, a deposto nel-
„ la sua confessione contra N. & N. sia vero, lo dichi,
„ se non è vero, non lo dichi, e non s'inganni l' ani-
„ ma sua, dixit: Signori miei quanto ho detto, tutto
„ è vero.

Ac ordinatione prædicta introducto N. N. in confessione nominato præcedente juramento sibi delato in faciem dicti NN. nominati, & in præsentiam T. di T. Curatoris, ac in ejus absentiam territus, iterumque monitus,, se quello, che ha detto, e deposto con-
„ tro T. di T. nella sua confessione poco fa lettali, è
„ vero, lo dichi, e se non è vero, non lo dichi, e non
„ s' inganni l' anima sua, dixit. Signore quanto ho
„ detto è verissimo, e questo è Tale di T. che intervenne
„ con me nel fatto, che hò confessato „ *& sic cum stetisset per aliquantulum temporis spatium fuit solutus a corda prædicta, & ad carcerem dimissus, cum protestatione in forma.*

38 Si contra aliquem adest levis suspicio pro crimine, & Judex velit interrogare ad finem habendi ab ejus ore indicia, priusquam is tempore instruatur, non examinatur uti principalis, sed ut vulgò dicitur, *in tertia persona*, alioquin, ut animosus potest recusari.

Similiter si quis comparet ut testis, suspicio tamen pervenit, quod esse potest principalis, examinatur, sed hac videlicet forma cum interrogationibus, quæ factum concernunt.

„ Die, &c. T. de T. della T. Patria d' età sua d' an-
„ ni tanti *medio ejus juramento interrogatus, & pri-*
„ *mo*, come si ritrova in presenza nostra, dixit.

„ Interrogatus, come passa il fatto succeduto in per-
„ sona di T. di T. dixit.

Et sic fuit ad carceres dimissus, cum protestatione in forma.

39 Non dicitur ergo *principalis inquisitus*, sicuti si quis pro facto, quod continere, vel non continere delictum potest, vel est levissimè indiciatus, non citatur ut principalis, sed sequenti formula: „ Per-
„ che tenemo di bisogno della persona di T. di T. per
„ informarci di alcuni negozj importantino al servizio
„ del Regio Fisco, perciò dicemo, & ordinamo a det-
„ to T. de T. che fra il termine di giorni . . . debba
„ personalmente comparire in questa G. C. appresso il
„ sottoscritto Scrivano, e non faccia il contrario sotto
„ pena di oncie d' oro . . . *talis Judex, talis Actua-*
„ *rius*.

40 Si principalis delinquens vigore banni, quo promittitur indultus delicti, confitetur, hac forma recipitur confessio.

Die, &c. in M. C. & coram Dominis Judicibus, T de T. di anni tanti principalis in se, sub spe tamen indultus, testis verò quoad alios, cum juramento interrogatus, & examinatus super præsenti informatione, &c.

Interrogatus, come esso N. N. si ritrova in presenza nostra, dixit: Signori avendo avuto notizia, che si è pubblicato bando, chi poneva in chiaro il tale delitto, benche ne fusse stato complice, ne godeva indulto, per godere detta grazia, in quanto a me sono venuto a ponerlo in chiaro, tanto maggiormente, che così me ne hanno assicurato le Signorie vostre.

E dettoli come passa il fatto del delitto commesso in persona di t. de t. da chi, come, quando, dove, in che modo, chi sono li complici, dixit. Signori.

E dettoli, in che modo si può verificare detto delitto, dixit: Signori in questo, e questo modo, & sic fuit ad carceres missus, T. Judice T. Act.

Circa torturam.

41 *Formula ponitur, qua recipitur confessio in ea facta, & talis est.*

Pro executione decreti lati sub die, &c. t. de t. fuit ductus ad cameram cordæ, & ordinatione dominorum Judicum t. de t. monitus dicere veritatem, come passa il fatto dell' omicidio commesso in persona di t. di t. de chi, come, quando, dove, e perche causa, dixit, &c.

Et ordine prædictorum fuit ligatus ad cordam, & iterum monitus dicere veritatem, come passa il fatto di detto omicidio, dixit, &c.

Ideoque ordinatione prædicta fuit ad cordam elevatus, in qua pendens monitus dicere veritatem, dixit: Signori scendetemi, che voglio dire la verità.

Et descensus, ac a corda prædicta solutus, monitus dicere veritatem avanti Dio benedetto, e non si inganni l'anima sua, dixit: Signore il tale giorno uccisi il t. de t. a causa, che, &c. & recepta dicta confessione coram Dominis Judicibus, fuit ad carcerem dimissus cum protestatione, &c.

Si statim ad cordam elevatus non confiteatur, dicitur: *Cum stetisset in tormento prædicto per spatium mediæ horæ, vel quartæ horæ*, dixit, &c.

42 Hæc consideratio omitti non debet pro occurrentibus casibus, & pro cantileta Advocatorum asserentium, præ dolore magni tormenti clientem fuisse confessum.

Formula, qua dicta confessio ratificatur, hæc est.

Die, & ora, &c. In M. C. coram Dominis Judicibus pro Tribunali sedentibus dictus talis de tali principalis inquisitus, & carceratus, solutus a vinculis, & catenis, ac in pristinam positus libertatem, fuit monitus ad audiendam ejus confessionem in camera cordæ factam, quæ incipit, Die tali, jussu, &c. & sequendo finit, & fuit ad carcerem dimissus, cum protestatione in forma, eique illa de verbo ad verbum lecta, ut jacet, & bene per eum intellecta fuit accepta, emologata, & ratificata, singula singulis, & denuo cum juramento dictus t. de t. acceptat, ratificat, & emologat, t. de t. T. Actuarius, &c.

43 Dicitur *Die, &c.* nam ut probavi in decreto *Torqueatur*, communis DD. opinio est, ut post viginti quatuor horas sit facienda d. ratificatio.

Dicitur *Die, & hora*: nam in atrocissimo crimine post aliquas horas valida est ratificatio.

Con-

Confessionis facta ratificatione secundum magis commonem opinionem impartiatur terminus, ut N. & N. confesso de vitio nefando in anno 1670. fuit in M. C. practicatum penes Julium de Marco.

44 Cæterùm aliqui putant, non esse impartiendum terminum, sed precedente monitione ad condemnationem esse præcedendum, cum in primo termino in Fisci probationes non elidit, & dictum quod torqueatur: & confessio indè sequuta evidentissimam inducat probationem, ideoque post ratificationem sufficere monitionem.

Circa torturam cum funiculis actus ita expletur.

Die &c. pro retroscripti decreti executione t. de t. principalis inquisitus ductus ad cameram cordæ ante præsentiam N. N. Judicum M. C. fuit per ipsos monitus dicere veritatem, come passa il delitto commesso in persona de t. de t. da chi, come, quando, dove, & in che modo, dixit, &c.

Et prædictorum ordine a Ministro Justitiæ dictus talis fuit spoliatus, & in pulsu brachii dexteri ligatus, tamen antequam stringeretur, fuis per ipsos monitus dicere veritatem, come passa detto delitto, dixit, &c.

Et ordine, quo supra fuit jussum, cum prædictis, funiculis stringi, atque distringi in pulsu prædicto, & dum distringeretur fuis monitus dicere veritatem, come passa il detto delitto, dixit, &c.

Et cum staret in tormento prædicto fuit iterum monitus dicere veritatem, dixit, &c.

Et cum staret sic districtus dictis funiculis fractus fuit articulus, nec non cum aliis funiculis in pulsu brachii sinistri prædictorum ordine fuit ligatus (*sed antequam, &c. nec ut supra, ter interrogatus*) & existens in tormento prædicto, ordine prædictorum fuis ad cordam ligatus, atque monitus dicere veritatem, e non essere pertinace in tacerla, dixit.

Quamobrem fuit ad cordam elevatus, & in ea pendens fuit monitus dicere veritatem, come passa detto delitto, dixit.

Et in ea pendens monitus dicere veritatem, dixit.

Et in ea pendent monitus dicere veritatem, dixit.

Et in ea pendens monitus dicere veritatem, dixit.

Et cum stetisset in tormento prædicto per horam ampollettæ fuit descensus, & solutus funiculis, ad carceres fuit dimissus cum protestatione in forma. T. Act.

Sic actus perficitur, quando duobus funiculis tortura adhibetur. Si vero cum quatuor inferatur, semper dicitur. Et cum staret sic strictus fuit cum aliis funiculis in eodem brachio dextero ligatus, & monitus est modo, quo supra, & sic deinde dicitur in brachio sinistro.

Dicitur stringi, atque distingi: nam fortiter debet stringi, & manere in tormento prædicto, quousque cutis diminuta appareat.

Circa Forjudicationem in crimine læsæ Majestatis. In Dei Nomine.

Carolus Dei Gratia Rex, &c.

Omnibus pateat qualiter elapsis mensibus Gallorum hostium navali Classe hujus Tirrheni maris oram oberrante N. N. non solum illis commestibilia attulit, sed etiam inhærente in Mare montis Castello, ejusdem intelligentia, deprehendendi modum illam habuere, cum detrimento ac multorum illud defendentium nece, cujus facinoris capta informatione, citatus ad dicendum causam, quare non incurrerit læsæ Majestatis pœnam; factusque contumax instante R. F. ut declaremus eum læsæ Majestatis crimen incurrisse, cum effectu esse ejus bona Ærario applicanda, audita relatione facta per Reg. Consiliarium t. de. t. & cum inspecto crimine summo Jure procedendum sit contra N. qui tanquam subditus cum debuisset oppugnare prædictos Gallos, acclamavit, auxilium, quod eis præstitit, ita gerendo contra debitum divinæ, atque humanæ legis: qua tenabatur etiam sanguinis effusione inservire, suumque naturalem tueri Dominum, votis N. & N. adhibitis, atque feudatariorum Regni suffragiis.

Christi, beatissimæque Virginis Mariæ nominibus invocatis, de quorum vultu recta Judicia prodeunt, & oculi judicantium respiciunt veritatem sacrosanctis Evangeliis coram nobis propositis, & reverentèr inspectis? per hanc nostram diffinitivam sententiam dicimus, pronunciamus, sententiamus, declaramus præfatum N. N. incidisse in pœnas a jure statutas contra reos læsæ Majestatis, & rebelles, & proinde debere ab omnibus offendi, & impunè occidi, & bona ejus omnia, tam feudalia, quàm burgensatica, jura, & actiones, a die quo defecit a fidelitate, ipsoque jure, ipsoque facto fuisse, & esse legitime acquisita, publicata, aperta, & incorporata Regiæ Curiæ, a Fisco predictæ Majestatis, quod principale Dominium proprietatem, & possessionem ipsorum, prout præsenti diffinitiva sententia, quatenus requiratur incorporata, acquisità, aperta, & publicata, decernimus, & declaramus. Per hanc nostram diffinitivam sententiam declaratoriam taliter proferentes N. & N. Regii Consiliarii.

Die t. hora, &c. lecta, lata, & promulgata fuit prædicta sententia nomine Suæ Catholicæ Majestatis per me t. de t. ordine DD. t. de t. in aula M. C. pro Tribunali sedentium; ac intervenientibus t. de t. Principibus, seù Baronibus Regni præsentibus t. de t. Act.

Dicitur N. N. subditus, ex quo non subditus, non committit crimen læsæ Majestatis, ut latè apud Farinacium *de crimin. læsæ Majest. quæst.* 112. *insp.* 8. *nu.* 240. Subditur deindè quis circa hanc rem ex duplici causa; vel scilicet ex ratione domicilii, vel scilicet ex ratione originis, ut apud cit. Farin. n. 258. Hinc est receptum, quòd qui tantum habet bona in statu alicuius Principis, quem offendit, non dicitur committere crimen læsæ Majestatis, ut dicit Farinac. *num.* 241. ubi allegat Fabium Anna concivem meum *cons.* 6. *nu.* 86.

Dicitur N. & N. Feudatariorum Regni suffragiis: eo quod Criminales causæ feudatariorum debent terminari cum suffragiis Parium Curiæ, ut ex *Const. ut universis*, quæ sunt circa crimen, pro quo venit publicatio omnium bonorum; aut licet hæc non veniat; veniret tamen pœna corporalis, ut Affl. *d. Const.* 10. ubi addit, hoc esse in viridi observantia.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Ad Formularii Complementum Decretorum Mag. Cur. Vic. Criminalium.

D. CAROLI ANT. DE ROSA

Quæ post XIII. & ultimam observationem sequitur.

SUMMARIUM.

1 *Libelli querelæ formula cum quatuor advertimentis.*
2 *Locus, & tempus, & causa debet in eo explicari.*
3 *Coarctandum erit strictè quod probatur.*
4 *Quod testibus idoneis sit.*
5 *Querelans debet se obligare pro expensis, datur formula dictæ obligationis.*
6 *Judex ex officio procedens examinare tenetur principalem offensum, & datur formula.*
7 *Offensus propalare tenetur offensorem, & quid si, offensus deponat fuisse pugno percussum, & testis fuisse percussum alapa, & alia advertimenta ibi.*
8 *Interrogatoria quæ dantur, & datur formula.*
9 *Formula examinandi testes.*
10 *Testis debet reddere scientiæ causam cum aliis requisitis, & advertimentis.*
11 *Judex scribere debet quicquid testis dicit.*
12 *Testis si italicè loqui nescit quomodò interrogandus est.*
13 *Testis si velit addere post subscriptionem, quid agendum.*
14 *Formula qua deponit ille, qui est minus septennio.*
15 *Testis interrogari non debet, an Titius hoc fecit.*

16 Te-

16 *Testis quando interrogari potest de vita, & conditione.*
17 *Testis non debet interrogari ad importunam interrogationem.*
18 *Testi non recordanti nomen delinquentis commemorari possunt plura nomina.*
19 *Requisitoria ad videndum juramenta testium quando repetuntur.*
20 *Citationis formula cum advertimentis pro repetitione.*
21 *Testium repetitionum Formula.*
22 *Testis quando potest corrigere suum examen, & quando negat, datur Formula.*
23 *Clausula monitus quid significat, & quem effectum parit.*
24 *Examen factum post particulam monitus, quid facere potest Index.*
25 *Contestatio litis quomodo fit, & quid facere potest Judex.*
26 *Clausula monitus absque indiciis ad torturam non viget in M. C.*
27 *Reus interrogatus cum clausula monitus, constituitur.*
28 *Sine clausula monitus, ubi gravia sunt indicia, decipitur reus, qui credit non adesse dicta indicia.*
29 *Reus de pluribus inquisitus super omnibus interrogari debet cum clausula monitus, alias processus erit nullus, si adsint indicia gravia.*
30 *Reus offerens suam depositionem ante defensionis terminum quid agendum.*
31 *Querelatus de stupro, quomodo sit examinandus cum advertimentis.*
32 *Formula Rei, qui socios nominavit.*
33 *Confessionis formula convalidanda a Scriba, Curia pro Tribunali sedente, quando a Judice recepta non fuit informis Judicis.*
34 *Advertimenta in dicta Formula.*
35 *Et quando confessio sufficit in tortura; & datur formula convalidationis in tortura.*
36 *Clausula iterum monitus quid importet.*
37 *Formula quando minor confitetur in corda.*
38 *Judex reiterare potest, quando interrogat reum ad finem habendi indicia ab ejus ore, & datur cautela examinatis, uti tertia persona, & datur formula.*
39 *Formula citandi enunciatur, non uti principalem, sed uti testem.*
40 *Confessionis formula, quando reus confitetur vigore banni.*
41 *Confessionis in tortura facta datur formula.*
42 *Confessionis ratificationis datur formula.*
43 *Ratificatio quando est facienda.*
44 *Contrarium dicit noster Auctor.*
45 *Formula torturæ cum funiculis.*
46 *Forjudicationis sententiæ in crimine læsæ Majestatis datur formula.*
47 *Advertimenta sub dicta formula.*

1 Formula libelli querelæ.
2 Quod in libello explicari debet tempus, locus, & causa, ne auferantur defensiones, nam querelatus probare potest, quod illa die alibi erat.
3 Hæc probatio strictè coarctari debet, scilicet quod toto eo die adversarius [illegible] in aliis locis esset.
4 Et si est bene probatum delictum per duos testes.
Sed delatus per alios duos testes probaverit die, & hora commissæ cædis, se alibi fuisse.
Tunc absolvendus est tamquam innocens; & rationem ibi assignat ampliationibus, & limitationibus, ibidem.
5 Querelans debet se obligare pro expensis sub hac formula.
Constitutus N. N. de tali Patria penes acta præsentis causæ principalis querelans se obligavit, & promisit reficere parti adversæ omnes, & quascumque expensas rogatas, & erogandas in præsenti causa in casu succumbentiæ, & ad majorem cautelam T. de T. hinc præsens latens sine patre dixit, se obligavit, & fidejussit, & ita insolidum cum potestate capiendi constitutum, & precario se obligaverunt, renunciaverunt, & juraverunt.

6 Judex officio procedens examinare tenetur principalem offensum, & formula hæc est:
Die, &c. coram Domino N., vel ordinatione Judicis T. de T. della T. Patria, dice fare il T. officio, ætatis annorum tot. Ut dixit principalis vulneratus medio ejus juramento, interrogatus, & examinatus super præsenti informatione, e primo come si trova esso T. de T. ferito in questo modo da chi, come, quando, dove, con che armi, e perche causa.
„ Dixit: Signor nel tale giorno, circa la tale ora
„ nel tale luogo T. de T. mi offese tirandomi due
„ colpi di cortello nel petto, (o con scoppetta, o
„ con archibuggietta) mi tirò una archibuggiata fe-
„ rendomi nel petto, a causa, che, &c.
„ E dettoli se contro T. de T. ne espone querela.
Dixit: Signor sì, *quo casu in omnibus est audiendus.*
„ E dettoli chi può deponere delle cose predette.
Dixit: Signori li T. e T. *talis Scriba, vel Actuarius.*
7 Et cogi potest offensus propalare offensorem, ut auctor noster dixit *cap.* 1. *nu.* 68. & potest fieri mandatum, & etiam carcerari, ut reus puniatur.
Et si offensus deponit quod pugno fuit percussus, sed testes deponunt fuisse percussum alapa, tunc testibus credendum est.
Et ratio est: quia offensus præsumitur tacuisse ob verecundiam.
Et in furto dicitur principalis disrobatus medio ejus juramento interrogatus, & examinatus super præsenti informatione, „ e primo come esso tale è stato
„ rubbato, da chi, e che tiene sospetto, in che mo-
„ do, quando, dove, che robbe, e di che valore,
„ dixit Signore, &c.
8 Primum interrogatorium est circa factum.
Secundum circa personam furis.
Tertium circa modum an clam, vel palam, & an violentia ut distinguatur furtum a rapina, seu latrocinio.
Quartum circa tempus an die, vel nocte.
Quintum circa locum an domi, an in nemore, an in via publica.
Sextum circa bona, & valorem.
Bona furata recognosci debent per testes, quid fuerunt in genere, & per principalem, ut in liquido constet de furto, & res restituatur domino.
9 Formula talis est.
Die 7. Neapoli ordinatione Judicis T. causæ Commiss. „ Da me sottoscritto Mastrodatti (o Scrivano)
„ essendo state poste le tali, e tali robbe in mezzo
„ di altre robbe, alle dette simili sopra d' una bof-
„ fetta nella Sala della Vicaria, ivi è stato introdot-
„ to T. di T. principale disrubato, il quale adver-
„ tito che voglia vedere bene se fra quelle robbe, che
„ al presente se li mostrano, vi conosca le robbe rub-
„ bateli, siccome ha detto, e deposto nella sua de-
„ positione al presente lettali, e precedente giura-
„ mento di dire la verita, vide, e revide bene det-
„ te robbe una per uno, Dixit Signore qua tra que-
„ ste robbe vi è la tal cosa, quale è mia, pigliando-
„ la con le mani, quale robba fu ritrovata in pote-
„ re di T. di T. o in casa, o in altro luogo, & in fi-
„ dem talis Actuarius.
Altera Formula examinandi Testes.
„ T. de T. della T. Patria d'età d'anni T. ut di-
„ xit, dice fare il tale officio, ed abitare nelle case
„ di T. di T. medio ejus juramento interrogatus, &
„ examinatus come passa il fatto dell' Omicidio com-
„ messo in persona di T. di T., da chi, quando, do-
„ ve, in che modo, con quali arme, e per qual cau-
„ sa dirit, &c.
10 Testis debet reddere causam scientiæ, & se subscribere, vel signum Crucis facere si nescit scribere, & si dextra manus est læsa, tunc scriba pro eo scribit dicendo N. stante impedimento, ex quo læsus in dextra manu pro eo subscripsi ego T. de Tale Actuarius.
Et noster Auctor reddit rationes, quare dicitur ætatis talis, e fare tale officio, & alius, &c.
11 Judex scribere debet, quicquid testis dicit sive in favorem, sive contra culpatum *juxta pragmat.* 6. *de Actuariis.*

12 Te-

12 Testis si loqui nesciat, Italico sermone interrogandus est a duobus interpretibus, qui examinantur qualiter ordine Judicis colloquium habuerunt cum N. qui respondit scire hoc & hoc.

13 Si testis post subscriptionem velit addere, dicitur, *& denuo medio juramento interrogatus respondet*.

14 Formula, quæ deponit ille, qui est minus septennio, est in retroscripto capite ultimo.

15 Testis interrogari non debet, an Titius hoc fecit, quia depositio est invalida, nam facile deponit, quod a Judice est sugestum ad ejus complacentiam.

16 Verum in casu quo aliquis veniret de crimine inquisitus, tunc Judex interrogare potest testem de vita, & ejus conditione.

17 Judex non debet dicere ad opportunum interrogationem, quia dicitur depositio facta super suggestionem palliatam.

Verum quando interrogatus de facto, quod precipi non potest, valet depositio.

18 Si testis non recordatur nomen delinquentis, tunc Judex potest commemorare plura nomina, Petrus, an Franciscus, an Joannes, & non dicitur suggestio.

19 Formula requisitoriæ ad videndum testium juramenta, quando repetuntur testes.

De mandato M. C. Vic., &c.

Cum fuerit in causa vertente inter Regium Fiscum ex una, & T. de T. inquisitum, carceratum ex altera, provisum per eandem M. C. quod testes in dicta causa examinati repetentur per T. de T. Actuarium, qui pro repetitione prædicta accessurus est ea partibus. Ideò requiratur, & peremptorie citetur dictus T. de T. principalis inquisitus, ut sui nomine destinet personam ad videndum testium repetendorum juramenta.

Citatur carceratos, & Scriba in dicta citatione referat etiam hac formula.

Die T. fuit data dicto N. N. per me Scribam causa nota dictorum testium repetendorum.

Et si testes repetuntur in Curia Reus carceratus, postquam est citatus, asportatur ad videndam testium juramenta.

20 Formula citationis pro repetitione.

De mandato M. C. Vic.

Ad instantiam R. F. ex provisione facta per subscriptam Commissariam, Alguzeriis Curiæ T. committimus, & mandamus, quod peremptorie citetis subscriptos testes ad pœnam unciarum auri 25. per quemlibet Fisco Regio applicandam, quatenus prima die juridica post præsentium notificationem personaliter coram me subscripto Actuario in loco residentiæ depositari, ac legitime repetitori eorum, & cujus libet testimonium veritatis, in causa eadem M. C. vertente inter dictum T. de T. ex una, & T. de T. principalem inquisitum, & carceratum ex altera, datum die, &c.

Formula repetitionis testium.

21 *Talo di Tale della tal Patria, dice fare il tale officio, abita alla tale strada, Casa del tale, ætatis suæ annorum tot, ut dixit, testis citatus, & relatus medio ejus juramento interrogatus, & examinatus, ut supra.*

„ Interrogatus che sa esso Testimonio del tal delitto in persona del tale di tale, da chi, come, e quando, dove con che armi: dixit.

„ Signori di questo fatto, che mi dimandate ne sono stato esaminato un'altra volta, e hò detto la verità, e per non fare errore, voglio mi si legga la mia deposizione *existente in hoc proc. fol. T., facta per dictum T. de T. sub ejus nomine, & cognitione, qua incipit.*

Die tali, T. de T. della T. Patria, & sequendo finis, cum subscriptione dictante, Io Tale di T. cum signo Crucis dicti Tales, Tales Actuarius, & per ipsum Talem de T. Testem bene audita, & intellecta ejus depositione de verbo ad verbum, ut jacet ipsam denuò cum juramento ratificavit, emologavit, & acceptavit, & in ea se retulit, & persistit, singula singulis referendo, nil addendo, nec diminuendo, & in forma insistendo tam de loco, & tempore, quam de omnibus aliis circumstantiis, ut in ea contentis, &c.

22 Testis ex intervallo suum dictum corrigere nequit ob subrogationis timorem.

Verum si post examen testis notitia perveniat.

Vel si ita distinctè non esset interrogatus, ut si quis in primo examine dixit de audito Titium pecunia scepta homicidium commisisse.

Sed in repetitione deponere homicidium commisisse in causa inimicitiæ reddendo concludentem rationem. Tunc cessat suspicio.

Die tali, & coram DD. T. T. Judicibus M. C. in ea existentibus, vel ordinatione M. C. Tale de T. della T. Patria, dice fare il tale officio, ætatis suæ annorum tot, ut dixit, & ex aspecta apparet, principalis inquisitus, & carceratus, medio ejus juramento interrogatus, & examinatus, & primo, come si trova esso T. de T. carcerato, e quanto tempo, dixit Signore.

„ Interrogatus se sà la causa di detta carcerazione, dixit.

„ Interrogatus nel tale giorno, dove stava, con chi, dixit.

„ Interrogatus se conosce T. de T. dixit.

„ Interrogatus se con detto ci ha passato differenza, dixit.

„ Et monitus dicere veritatem, come passa il fatto dell'omicidio commesso in persona di N. & N, e s'è vero, che esso in tale giorno nel tale luogo, per la tal causa li tirò un Archibugiata, per la quale restò ferito, e dopo alcuni giorni se ne morì, come se n'è presa informazione da quella G. C. dixit.

23 Particula *monitus* significat Judicem esse in probatis, quo caso reus fatetur teneros delictum.

Ideoque si gravia indicia non existant, non debet Reos interrogari cum hac particula *monitus*; nam Judex decipit Reum, & Reus non confitendo ex utraque parte juramentum speroitur.

24 Judex si ad ulteriora procedit eum detinendo in carcere, & tormentis subjiciendo, & Reus a pertinacia desistat, excusatus.

25 Contestatio litis de jure communi fit per interrogationem Judicis, & per rei responsionem. Ideo Judex gravaret reum, si absque gravibus indiciis ad torturam interrogaret, & cum particula *monitus* constituat hominem Reum, qui uti gravatus potest Judicem superiorem adire.

26 Hodie tamen dicta particula *monitus* parum præjudicium paret, nam multis examinati fuerunt hac particula, & contra eos ad ulteriora non fuit processum, attenta mala consuetudine interrogandi inquisitos absque indiciis ad torturam sufficientibus.

Quæ consuetudo M. C. non viget.

27 Quando reus interrogatus cum hac particula *monitus* uti reus constituitus.

28 Quando gravia existunt indicia, si reus interrogatur sine clausula *monitus* deciperetur reus, quia crederet prædicts indicia non adesse.

29 Si reus de pluribus inquisitus sæpes aliquibus interrogatus fuisset cum clausula *monitus*, & supra aliis non tunc super aliis processus est nullus.

Ratio est, quia litis contestatio ad procedens examen refertur.

30 Si reus ante defensionis terminum affert suam depositionem, tunc in crimina atrocissima depositio principalis denegada est.

Et ratio, ne leviter procedatur, ubi rigorose procedere fas est.

31 Querelatus de stupro cum ingestu existentibus indiciis ad torturam.

Et mulier ait principalis in se, & testis quoad alios inculpavit alium, an dicta mulier torqueri possit ad sciendum a quo fuit stuprata. Negative respondit, *Auctor hic plures rationes adducens.*

Primo quia animose se gereret contra querelatum.

Secundo quia debilitarentur probationes processus.

Tertio quia præsumitur mulierem ob amorem querelatum exculpasse.

Quarto quia socii criminis exculpationem proficit, si gravia indicia existant.

32 *Formula Rei, qui socios nominat.*

Die &c. & in M. C. V. & coram D. D. judicibus T. de T. pro Tribunali sedentibus.

Tale di T. della T. Patria d'età d'anni tanti, ut dixit,

xit, & ex aspecta apparet principalis inquisitus, & carceratus quoad se, Testis verò quoad alios, medio ejus juramento interrogatus; come si ritrova esso depositante carcerato, dixit, Signore la causa della mia carcerazione, credo, che sia per questa, &c. (si est minus decem, & octo annis) dicitur cum juramento sibi delato ante faciem, & præsentiam T. de T. Curatoris ad hunc actum dati, & in ejus absentiam sub eodem juramento interrogatus, & primo, &c.

Formula confessionis convalidandæ a Scriba, Curia pro Tribunali sedente, quando a Judice recepta non fuit in Figura judicii.

Die, &c. & coram T. de T. pro T. &c.

33 *T. de T., & iterum cum juramento interogatus, come si trova carcerato, e per qual causa, dixit. La causa io l' hò detta un' altra volta avanti del Signore N. N. (a tal Giudice) ed allora deposi la verità, ac invento quadam depositione in processu existente facta sub die, &c. per dictum T. de T. quæ incipit, &c. eaque lecta de verbo ad verbum, dixit. Signore quella è la mia deposizione, quale io feci avanti de detto Sig. Giudice, e quella è la verità, quella accetto, ratifico, e di nuovo con giuramento confirmo, & sic singula singulis referendo per modum, ut supra, dixit, & deposuit de depositione, seu confessione prædicta, & in fidem.*

34 Verum hæc formula potest dici invalida, quia pendet a prima radice infecta; nam ob Tribunalium terrorem depositionem suam facile non revocaret. Et ut omne vitium estorsionis vitetur, melius est coram alio Judice iterum a principio recipi depositio.

35 Et ut confessio nominati sufficiat, in Tortura convalidanda est, ut *Auctor hic & capite 8. dixit.*

Formula convalidationis in Tortura.

Die &c. pro retroscripti decreti executione dictus N. de T. principalis inquisitus, & carceratus ad cameram Cordæ Secreta ad convalidandam ejus confessionem sponte factam in caput sociorum, nec aliter, nec alio modo, & ordinatione DD. N. & N. Judicum M. C. ad eandem ligatus, ac quadam ejus depositione inventa in processu existente, quæ incipit T. de T. della T. Patria, & sequendo finit cum subscriptione dictante, vel Signo Crucis, atque ei de verbo ad verbum lecta fuit, & monitus dicere veritatem,
„ se quello, che ha confessato, e detto contro *i* suoi
„ Compagni è vero, lo dica, e non s'inganni l'anima
„ sua, *dixit*; Signori miei quanto hò detto, e deposto nella mia deposizione di presente a me letta, è vero, e se non fosse vero, non l'avaria detto.

35 Dicitur iterum *monitus*; Nam geminatio actus confirmationem inducit. & Judicis mentem magis movet ad eis credendum.

Si socius non fuisset nominatus per nomen, & cognomen, est in convalidatione recognoscendus, & actus incipit, ut super, & postea sequitur.

Et prædictorum ordine fuit N. & N. inter plures consimiles introductus ad dictam Cameram cordæ ante faciem, ad quorum præsentiam fuit dicto T. de T. confesso delatum Juramentum in ore de veritate dicenda, eique monitus „ che voglia vedere bene, se fra
„ le dette persone, poste avanti d' esso alla Ringa,
„ vi fusse la persona descritta: e nominata nella sua
„ Confessione, lo dica, e tocchi con il piede, se
„ non v'è, non lo dica, e non s' inganni l' anima
„ sua; *dixit*: Signori miei quello è il T. uomo,
„ che intervenne con me nel Tale fatto, come hò de-
„ posto nella mia confessione „ *& postea ad cordam ligatus tetigit dictum T. suis pedibus, prædictorum ordinatione ad cordam elevatus, & iterum monitus dicere veritatem* „ se quello, che ha deposto è ve-
„ ro, e se quella persona, che esso toccò con li pie-
„ di, e l'istessa da esso nominata in detta sua confes-
„ sione, *dixit*: Signori miei quello, che hò deposto
„ è vero, e la persona, che hò toccata è quella stessa, con la quale feci il tale delitto, e l'hò conosciuta benissimo.

Et cum stetisset dictus T. in corda prædicta per aliquantulam temporis spatium fuit descensus, & solutus ad carceres dimissus.

Sed hic advertere, quod præsens actus fieri non debet, ne ob dolorem unum pro alio tangat.

37 Formula quando Minor confitetur in corda.

Die, &c. pro retroscripti decreti executione T. de T. Principalis inquisitus, & carceratus, ductus ad Cameram Cordæ ad convalidandum ejus confessionem sponte factam sociorum, nec aliter, nec alio modo, & ad cordam ligatus ad finem terrendi, fuit inventa quadam depositio, quæ incipit die, &c, & sequendo finit, &c., eique lecta de verbo ad verbum ordinatione dominorum Judicum fuit monitus dicere veritatem „ se quello che ha detto, e deposto nella
„ sua confessione contro N. & N. sia vero, lo dichi,
„ se non è vero, non lo dichi, e non s' inganni l'
„ anima sua; *dixit*, Signore quanto hò detto è ve-
„ rissimo, questo è T. di T. che intervenne con me
„ nel fatto, che hò confessato „ *& sic cum stetisset per aliquantulam temporis spatium fuit solutus a corda prædicta, & ad carcerem dimissus cum protestatione in forma.*

Judex si interrogat Reum ad finem habendi ab ejus
38 ore media, quando levis suspectio adest pro crimine, ut animosus potest recusari.

Ideò cautela erit, ut Reus examinetur tamquam tertia persona, & non uti principalis.

Ita quoque comparens uti Testis, & suspicio est, quod potest esse principalis.

Formola examinandi, uti Tertia Persona.

Die; &c. „ T. de T. de T. patria d'età sua d'anni
„ tanti „ *ejus medio juramento interrogatus.*

„ E primo come si trova in presenza nostra *dixit, &c.*

Interrogatus „ come passa il fatto succeduto in per-
„ sona di T. di T. *dixit*.

Et sic fuit in carceres dimissus cum protestatione in forma.

39 Hic advertenon, quod dicitur *principalis inquisitus*. Formula citandi levissime enunciatum non uti principalem, sed ut Tertia Persona.

„ Perche tenemo bisogno della persona di T. di T.
„ per informarci d' alcuni negozj d' importanza al
„ servizio del Regio Fisco; Perciò dicemo, ed ordi-
„ namo a detto T. di T., che fra il termine di gior-
„ ni... debbia personalmente comparire in questa
„ G. C. appresso il sottoscritto Scrivano, e non fac-
„ cia in contrario sotto pena d'oncie d'oro, &c.

T. Judex T. Att.

40 Formula confessionis quando Reus confitetur vigore banni, quod permittitur indultos delicti.

Die, &c. In Magna Curia, &c. & coram Dominis Judicibus T. de T. d' anni tanti principalis in se sub spe tamen indultus, Testis verò quoad alios, cum Juramento interrogatus, & examinatus super præsenti informatione, &c.

Interrogatus „ come esso N. N. si ritrova in presen-
„ za nostra, *dixit*.

„ Signori avendo avuto notizia, che s'è publicato
„ banno, che chi poneva in chiaro il tale delitto,
„ benche non fusse stato complice, ne godeva indol-
„ to, per godere detta grazia in quanto a me sono
„ venuto a ponerlo in chiaro, tanto maggiormente
„ che così mi hanno assicurato le Signorie Vostre.

„ E dettoli come passa il fatto del delitto commes-
„ so in persona di Tale di T. da chi, come, quando,
„ dove, in che modo, chi sono li complici: *dixit*: Signori.

„ E dettoli in che modo si può verificare detto delit-
„ to, *dixit*: Signori in questo, e questo modo, *& sic fuit ad carceres missus.*

41 *Formula Confessionis in Torturam factæ.*

Pro executione decreti lati sub die, &c. T. de T. fuit ductus ad Cameram Cordæ, & ordinatione Dominorum Judicum T. de T. monitus dicere veritatem, come passa il fatto dell'omicidio commesso in persona di T. di T. da chi, come, quando, dove, e perche causa, dixit, &c.

Et ordine prædictorum fuit ligatus ad Cordam, & iterum monitus dicere veritatem, come passa il fatto di detto omicidio, dixit &c.

Ideoque ordinatione prædicta fuit ad Cordam elevatus, in qua pendens *monitus* dicere veritatem, dixit; Signori scendetemi, che voglio dire la verità.

tE

Et descensus, ac a Corda prædicta solutus monitus dicere veritatem avanti Dio Benedetto, e non s'inganni l'anima sua, dixit: Signor il T. di T. a causa che, &c. & recepta dicta confessione cum Dominis Judicibus fuit ad carcerem dimissus cum protestatione, &c.

Si statim ad cordam elevatus non confitetur; dicitur: cum stetisset in tormento prædicto per spatium mediæ horæ, vel quartæ horæ, dixit, &c.

Hæc consideratio omitti non debet pro occurrentibus casibus, & pro Advocatorum asserentium præ dolore magni tormenti Clientulum fuisse confessum.

Formula ratificationis Confessionis prædictæ.

42 *Die, & ora, &c.*

In Magna C. coram Dominis Judicibus pro Tribunali sedentibus dictus Talis de Tals principalis inquisitus, & carceratus, solutus a vinculis, & catenis ac in pristinam positus libertatem fuit monitus ad audiendam ejus confessionem in Camera Cordæ factam, qua incipit die tali jussus, & sequendo finit, &c., & fuit ad carceres dimissus cum protestatione in forma, itque illa de verbo ad verbum lecta, ut jacet, & bene per eum intellecta fuit acceptata, emologata, & ratificata singula singulis, & denuo cum juramento dictus T. de T. acceptat, ratificat, & emologat, T. de T. Actuarius, &c.

43 Hic adverte, quod ratio facienda est post viginti quatuor horas, & hæc est communis opinio.

Verum in atrocissimo crimine valida est ratificatio, etiam si fiat post aliquas horas, & ideo dicitur die, & hora, &c. ut advertit noster auctor hic.

Et facta ratificatione confessionis, ut auctor noster dixit fuisse practicatum 1570. in causa confessi de vitio nefando.

44 At ideo noster Auctor narrat aliquos putare non esse impartiendum, sed procedente monitione esse procedendum ad condemnationem.

Formula actus Torturæ cum funiculis.

Die, &c. pro retroscripti decreti executione talis de tale principalis.

45 *T. de T. principalis inquisitus ductus ad Cameram cordæ ante præsentiam N. N. Judicum M. C. fuit per ipsos monitus dicere veritatem, come passa il delitto commesso in persona de T. de T. da chi, come, quando, dove, & in che modo, dixit, &c.*

Et prædictorum ordine a Magistro Justitiæ dictus talis fuit spoliatus, & in pulsu brachii dexteri ligatus, tamen antequam stringeretur, fuit per ipsos monitus dicere veritatem, come passa detto delitto, dixit, &c.

Et ordine quo supra fuit jussum cum prædictis funiculis stringi, atque distringi pulsu prædicto, & dum distringeretur, fuit monitus dicere veritatem, come passa il detto delitto, dixit, &c.

Et cum staret in tormento prædicto fuit iterum monitus dicere veritatem, dixit, &c.

Et cum staret sic distrinctus dictus funiculus infractus fuit articulus, nec non cum aliis funiculis in pulsu brachii sinistri prædictorum ordine fuit ligatus (sed antequam, &c., nec ut supra ter interrogatus), & existens in tormento prædicto ordine prædictorum fuit ad cordam ligatus, atque monitus dicere veritatem, e non essere pertinace in tacerla, dixit, &c.

Quamobrem fuit ad cordam elevatus, & in ea pendens fuit monitus dicere veritatem, come passa detto delitto, dixit, &c.

Et in ea pendens monitus dicere veritatem dixit, &c.

Et in ea pendens monitus dicere veritatem, dixit, &c.

Et in ea pendens monitus dicere veritatem dixit, &c.

Et cum stetisset in tormento prædicto per horam ampolletta, fuit descensus, et solutus funiculis ad carceres fuit demissus cum protestatione in forma, T. Actuarius.

Sic actus perficitur quando duobus funiculis tortura adhibetur, si vero cum quatuor inferatur, semper dicitur, & cum staret sic strictus, fuit cum aliis funiculis in eodem brachio dextro ligatus: & monitus est modo, quo supra, & sic deinde dicitur in brachio sinistro.

46 *Formula sententiæ Forjudicationis in crimine Læsæ Majestatis.*

Omnibus pateat elapsis mensibus Gallorum hostium navali Classe hujus Tyrrheni maris oram aberrante N.N. non solum illis commestibilia attulit, sed etiam inhærente in mare Montis Castello ejusdem intelligentia deprehendendi modum illum habere, cum detrimento, cum multorum illud defendentium nece, cujus facinoris capta informatione citatus ad dicendum causam quare non incurrerit læsæ Majestatis pœnam; factusque contumax, instante Reg. Fis., ut declaremus eum læsæ Majestatis crimen incurrisse cum effectu ejus bona Ærario applicanda; audita relatione facta per R. Cons. T. de T., & cum inspecto crimine summo jure procedendum sit contra N. qui tanquam subditus, cum debuisset oppugnare prædictos Gallos acclamavit auxilium, quod iis præstitit, ita gerendo contra debitum Divinæ, atque humanæ legis, qua tenebatur, etiam sanguinis effusione inservire, suumque Naturalem tueri Dominum votis N., & N. adhibitis, atque feudatorum Regni suffragiis.

Christi beatissimæque Virginis Mariæ nominibus invocatis, de quorum ultra rectè judicia procedunt, & oculi judicantium respiciunt veritatem, sacrosanctis Evangelius coram nobis propositis, & reverenter inspectis, per hanc nostram diffinitivam sententiam, dicimus pronunciamus sententiam, atque declaramus prosatum N. N. incidisse in pœnas a jure statutas contra Reos læsæ Majestatis, & rebelles, & proinde debere ab omnibus, offendi & impune occidi, & bona ejus omnia, tam feudalia, quam burgensatica, jura, & actiones, a die, quo perfecit a fidelitate, ipsoque jure, ipsoque facto fuisse, & esse legitimè acquisita, publicata in aperta, & incorporata Regiæ Curiæ a Fisco prædictæ Majestatis quoad principale dominium, proprietatem, & possessionem ipsorum, prout præsenti diffinitiva sententia, quatenus requirantur incorporata, acquisita, aperta, & publicata, decernimus, & declaramus, per hanc nostram diffinitivam sententiam declaratoriam taliter proferentes N. N. Regii Consiliarii.

Die T. hora, &c lecta, lata promulgata fuit prædicta sententia nomine Suæ Catholicæ Majestatis per me T. de T. Ordine DD. T. de T. in Aula M. C. prò Tribunali sedentium; de intervenientibus T. T. de Principibus, seu Baronibus Regni Præsentibus T. de T. Actuar.

47 Advertatur quod ideo dicitur N. N. subditi, quia non subditus vim læsæ Majestatis non committit.

Et dicitur N. N. feudatariorum Regni suffragiis.

Quia causæ feudatariorum terminari debent cum suffragiis parium Curiæ vigore Constitutionis; ut *Univers.* & *Afflict.* in *dict. Constit.* ubi dicit hoc in viridi observantia.

Finis Libri Primi:

CRIMINALIS DECRETORUM PRAXIS

AUCTORE

D. CAROLO ANTONIO DE ROSA, SIVE DE ROSIS.

LIBER SECUNDUS.

PROEMIUM.

Quo Carnis delicta, non quia frequentia, ideo mitius esse punienda demonstratur, sed & acrius; item Libidinis incitamenta enumerantur, atque remedia.

SUMMARIUM.

1 *Libidinis incitamenta.*
2 *Stupra, & adulteria cur mitius sunt castiganda.*
3 *Blasphemia contra Omnipotentem Deum prolatæ ultimo supplicio olim puniebantur, sed hæc pœna in Regno commutata est.*
5 *Carnis delicta acrius punienda per Auctorem.*
5 *Libidinis remedia.*
6 *Dinæ factum.*
7 *Thamar factum.*
8 *Lucretiæ factum, atque Florinda.*
9 *Blasphemiæ pœna quare fuit minorata.*
10 *Pœna Regiæ Pragmaticæ, ut imponatur contra blasphemantes Deum, & Mariam Virginem non requiritur blasphemandi consuetudo.*
11 *Pœna Statuti contra blasphemiam quando minoratur.*
12 *Delictorum frequentia pœnam aggravat.*

1 FRequentia Stupra sunt, & Adulteria, quoniam naturali appetitu, & stimulo Carnis, qua induimur, committuntur, sicque propter propriam voluptatem.

Frequentia quoque sunt, quoniam homines suapte natura desidiam magis, quam laborem appetunt; Hinc Martial.

Quæritur Ægistus quare sit factus adulter?
Imprompta causa est, desidiosus erat;

Æpulantur, & inebriantur vino, in quo est Luxuria; ut advertit Divus Paulus *ad Ephesios*.

Qui legere sciunt, potius profanos, quam spirituales libros legere cupiunt; & ita legendo, & cantando, uti incantatores, serpentes libidinosos vocant, & in eorum cordibus includunt.

Delectantur Picturis inhonestis, & denudatum corpus Statuis habentibus.

Gaudent lascivis, illicitisque loquotionibus, quippe quæ ad luxuriam homines commovent, & quod pejus, messis tempore eloquia hæc Deo, vice gratiarum actionis emittunt. Hinc inhonestæ loquutiones, atque alia illicita nullo tempore sunt permittenda: Imo a Magistratibus interdicenda, juxta Arist. *lib. 7. Polit cap.* 17.

Non negant oculis omnia, quæ desiderant; ut Eccles. *Cap.* 2., inquit, *hi duces sunt in amore*, & Propert. *lib.* 2.

Dum nos fata sinunt, oculos satiemus amore.

Prætetea frequentia Stupra sunt, & Adulteria propter nimiam familiaritatem, quæ est inter feminas, & viros, *uris videndo fœminas*, inquit Poeta, & Rever. Drexelius *lib. Nicete cap.* 8.

Mulier tactu viscus,
Visu basaliscus.

Conversatio enim ideo dicitur, quia unius actionem, scilicet morem in alterius convertit.

2 Prædicta (ut multi ajunt) frequentia sunt, quia humana, ideo intra nos sunt mitius castiganda, cum adeo sit infirmitas humana, ut neque magnitudo, neque minoratio pœnæ efficere possit, ut arceantur.

Sicuti blasphemiæ etiam contra Omnipotentem Deum prolatæ, licet de jure communi ut *in Authent. Omnibus hominibus. Titul. ut non luxurientur contra naturam*, ultimo supplicio puniretur, veruntamen attenta humana infirmitate, ex qua ob nonnulla accidentia homines sunt tristes, atque irascibiles, in Regno hæc pœna per Imperatorem *Fridericum* in linguæ mutilationem fuit commutata, ut in *Constitut.* incipiente *In blasphemantes*, cui pœnæ, etsi
3 fuerit addita bonorum confiscatio pro tertia parte, ut per *Pragm.* Regis Ferdinandi *tit. de blaph.* per aliam tamen *Pragm.* postmodum promulgatam a Prorege anno 1556. quæ est quinta *hoc titulo* generaliter contra blasphemantes Omnipotentem Deum, & Sanctos ejus,

ejus, triremis pœna per quatriennium, & linguæ per-
foratio in locum mutilationis fuit statuta; atque hæc
perforatio non multis ab hinc annis etiam usu recessit,
etsi contra B. Virginem blasphemia prolata fuisset,
necnon prædictam *Pragmat.* pœnam, nonnisi contra
consuetum blasphemare, locum habere testatur Do-
minus Reg. Merlinus *contr. illust. tom. 1. cap. 97.*

At nos contrarium sentimus; etenim bruta sensu,
4 rationalia moventur ratione, eique subjacere debe-
rent; namque hæc prohibet illicita, persuadet honesta,
atque Deo obedire, qui creavit omnia, *neque omnes
creaturæ sentiunt Creatorem*, ait D. Hieronymus, &
Matth. 8. *Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt
ei*, & prædicta omnia mala prohibuit, ut in Præceptorum
Decalogo *præcepto 6. & 9.* nec utique præcepit diffi-
cilia (inquit etenim) ut 10 Evang. Matth. *Jugum
enim meum suave est, & onus meum leve*, neque im-
possibilia, quia Deus impossibilia non jubet, & S. Au-
gust. *in serm. 161. de nat. & gratia cap. 43.* hoc idem
probat, *Qui, quæso, dicit, impossibile esse homini
amare: Amare inquam Creatorem beneficum, Pa-
trem amantissimum, deinde etiam & carnem suam in
fratribus; at verò qui diligit, legem implevit*, Sed
tu hæc reddis tibi impossibilia? perditio tua ex te
Israel.

Nam cur vacas otio, quod mentem, & corpus
corrumpit? nonne scis, quod aqua, quæ non currit,
putrescit.

Cur ventrem multo imples cibo, & non temperas
te nimio vini poto? rationalis es? juxta vulgatum
illud, *sine Cerere, & Baccho friget Venus*, & Apostol.
ait, *nolite inebriari vino, in quo est luxuria.*

Lege Senecam, si legere cupis legeque Tacitum;
nam isti quoque nonnulla honesta, & erga bonos mo-
res concernentia scripserunt, audi M. T. C. *offic. lib. 1.*,
*caveque ne quid indecore, effeminateve facias, tum
in omnibus opinionibus, & factis, aliquid libidinose,
aut facias, aut cogites.*

Cur domum tuam ornas pictoris, mulierum inho-
nestarum, & non Sanctarum Virginum? ut eas imi-
tentur filiæ tuæ; In Evangelio nonne scriptum est?
Cum electo electus eris, & cum perverso perverteris,
cur cum perverso, & non cum electo esse velis? in tuo
est arbitrio, & improbus fuge mulieres. Martiane,
fuge Martiane.

Salomon, qui inquit: *omnia, quæ desideraverunt
oculi mei, non negavi eis*; nonne per lasciviam mœ-
rore affectus? inquit quoque: *vanitas vanitatum, &
omnia vanitas*, cum Psalm. igitur dicas, *averte ocu-
los tuos, ne videant vanitates*, atque Deum ora, *ut
visum fovendo contegat, ne vanitates hauriat.*

Inimicorum idioma discimus, ut eorum consilia,
intelligamus, atque ab eorum insidiis caveamus, for-
tassis in vaniloquia didicisti, ut hostem dæmonem
vinceres. vel ut vincaris? qui enim vaniloquia didi-
cisti, ut hostem vinceres, vel ut vincaris? qui enim
vaniloquia emittis, dæmoniaco loquitur idiomate.

Nam in Civitate multi caste, & honeste vivunt,
nonnulli impudice, & inhoneste; quamplures sunt
Religiosæ mulieres, quam plurimæ vero meretrices,
fortassis hi Angelicam, illi vero humanam induunt
naturam? omnes sunt homines, & ejusdem naturæ,
sed alii aliis tolerantiores, inquit enim S. Ambrosius,
*epistolarum lib. 5. de S. Joseph; Discamus ergo, & San-
ctorum invidiam, ut imitemur patientiam, & cogno-
scamus illos non natura præstantioris fuisse, sed ob-
servantioris, nec vitia nescisse, sed emendasse*, diffi-
cilia quippe non præcepit Deus.

Frequentia tempore Noë stupra erant, & Adulte-
ria, atque alia peccata lasciviæ, at fortassis Deus pro-
pter eorum frequentiam, & propter humanam infir-
mitatem misertus fuit delinquentibus iis? diluit om-
ne diluvio aquæ præter Noë, & ejus familiam, Noë
autem homo quoque erat, sed tamen caste vivebat,
ut *Genesis* 19.

Ulterius Stupra, & Adulteria semper cum familiæ
dedecore committuntur, & ea eis gravia proveniunt
6 scandala; etenim ob stuprum Dinæ filiæ Jacob a Si-
chem filio Hemor Principe Hevei patratum, filii Ja-
cob fratres Dinæ non solum Sichem, & Hemor occi-
derunt, sed omnes masculos domini Hemor, femi-
nasque, mancipaverunt armenta, & cuncta devasta-
verunt, ut in *Genesi* 24.

Ob stuprum Thomar, Absalon occidit Amnon fra-
7 trem suum Regis David primogenitum, ut 2. *Regum
cap.* 13.

In notitiam omnium quoque est, ob adulterium
8 cum Lucretia Sexto Tarquinio patratum, superbum
Tarquinium cum tota familia ejectum fuisse a Regno;
ac ob stuprum Florindæ a Roderico Hispaniarum Re-
ge commissum, Hispaniam a Mauritano Populo fuisse
subjectam, vindice Comite Juliano Patre desloratæ
Florindæ.

Frequentia quippe ex iis eveniunt scandala, præ-
sertim homicidia; idcirco ad Rempublicam pertinet,
ut acrius puniantur.

Stupra certe, & Adulteria crimina gravissima sunt,
stupratores, & adulteri certe pejores sunt quam fures,
cum illi rem temporalem, isti virginibus florem, fa-
mam, & bonum nomen, thesaurum incomparabilem
subripiunt, & nihilominus fures ob rem temporalem
de jure, sive consuetudine sæpissime in furcis su-
spenduntur.

Et licet ob frequentiam delictorum quandoque mi-
9 noretur pœna, ut contra blasphemantes per allega-
tam Constitutionem, & de consuetudine, de qua testa-
tur Farinac. *quæst. 6. num. 64.* quia ut plurimum bla-
sphemiæ emanantur calore iracundiæ, cujus motus
non sunt in nostra potestate; inquit enim Beatus Gre-
gorius relatus a Farinacio *quæst. 91. nu. 1. difficilius
esse iram continere, quam miracula facere*, & Cic.
Epist. *lib. 1. ad Q. Fr. moderari animo, & rationi,
cum sis iratus, non mediocris ingenii est*: hinc iracun-
diæ calore dicta, factave irrita sunt, *l. 3. ff. de divort.
l. quidquid de regulis juris*, *Capitul. Divort. de pœnis*,
*Capit. Si quis iratus 2. quæst. 3. Capitul. Sicut ex li-
teris de jure jurando.*

Item quia mitius cum Deo, quam cum homine
10 agitur. Attamen in hac materia admoneo, ut contra
blasphemantes Deum, Beatamque Mariam Virginem
non requiratur consuetudo in imponenda pœna Reg.
Pragmaticæ, quia nulla de consuetudine hac in ea fit
mentio, & Doctores, qui consuetudinem volunt, lo-
quuntur in casu, quo ultimum supplicium contra
blasphemantes Deum irrogabatur, ut Farinac. post
innumeros *d. quæst. n. 22. prima limitatione*, & ratione
ultimi supplicii, & propter verbum positum in *auth.*
nimirum *permanentes*, quod certo consuetudinem im-
portat; ut monet Consil. de Afflicto *in alleg. Constitu-
tione*, & D. Reg. Rovitus *in Proemio Pragmaticorum
contra blasphemantes num.* 10. Nec est babenda ratio
decisionis Regii Collat. Consilii relatæ a D. Regente
Merlino *cap. 98.* ubi Augustinus Porrecta, qui pluries
in ludo blasphemaverat Nomen Domini, juxta prag-
maticam fuit cum linguæ perforatione ad Regias tri-
remes condemnatus, nam is ad mortem condemnari
non poterat, cum jus commune sit per municipale
correctum, si ergo semel Augustinus blasphemasset,
& ad mitiorem pœnam, quam triremis condemnatus
fuisset, utique decisio faceret in causa; atque hæc est
mea sententia, cum vera sit doctrina: quod major di-
citur injuria facta domino, quam injuria facta ejus fa-
mulo: major quæ fit Regi, & ea minor, quæ fit Con-
siliario Regis: major quæ fit Creatori, atque ea mi-
nor, quæ fit creaturæ, *Capit. Movemur 22. quæst. 2.* ma-
jor quippe temeritas in primo, quam in secundo casu
consideratur contra blasphemum, & sine comparatio-
ne, Glossa *in cap. 1. de maledicis lit. A.* hinc merito
quemdam, qui in ludo non semel nomen Domini, &
Beatissimæ Virginis Mariæ blasphemaverat, Magna
Curia me in ea existente, condemnavit, non tantum
ad triremis pœnam ultra quatriennium, sed quoque ad
fustigationem; absurdum enim foret, quod graviora,
& minus gravia, eadem, & uniformi plecterentur
pœna.

Insuper tunc mitius, quam pœna Statuti blasphe-
11 mus punitur, quando maledictio oritur ob iracun-
diam, ex causa justa, humano modo ad iram impellen-
te, teste D. Sanfel. *dec. 369.* & eodem D. Merl. *c. 97.
nu. 3. & 8.* causæ vero justæ enumerantur a Fabio de
Monteleone *in 4. parte literarum arbitralium*, & a
Farinac. *d. quæst. nu. 48.* ubi ex Duen. *reg. 292. in 5.*

fallen. duo requirit, nempe, quod ira ex justa proveniat causa, & quod fuerit talis, ut hominem a suo recto sensu alienaverit, quod ultimum non admitto; ludi tamen causa semper improbanda est tanquam multorum malorum causa, ideoque ludus a jure est prohibitus, ut in *l. alterum*, C. *de Religios. & sumptibus funerum*.

Verum ob delictorum frequentiam augentur pœna,
22 ut in *l. ut facta*, §. *evenit*, *ff. de pœnis*, ibi: *Evenit, ut eadem scelera in quibusdam Provinciis gravius plectantur, ut in Africa messium Incensores, in Mysia verò, ubi metalla sunt, Adulteratores monetæ*, & in §. *non nunquam*, ibi: *Nonnunquam evenit, ut aliquorum maleficiorum supplicia exacerbantur, quoties nimirum multis personis grassantibus exemplo opus fit*, & in *l. 1. ff. de Abigeis*, ibi: *Puniuntur autem durissime non ubicumque, sed ubi frequentius est id genus maleficii*, concordat lex Regia 8. *septem partit. tit. 31. de las penas, asi el yerro que han de escarmentar, es mucho usado de facer en la tierra, o a quella razon deven entonze poner crude escarmiento*, & meritò, quia ex delictorum frequentia justitiæ contemptus inducitur; justitia enim, ut sit in vigore, contemptus est arcendus, sicuti currentem equulum non tenora testia, sed ferreum tenet capistrum. Hinc præclare Symmach. *lib. 2. epistol. 2.* inquit, *tantum denuo legibus severitati adducendum est, quantum flagitia creverunt*, merito in hoc Regno fuit aucta pœna contra delinquentes cum armis igneis, & per consuetudinem contra latrones viarum publicarum exacerbata, quippè ita expedit ob frequentiam delictorum, quæ consultò fiunt, sicuti stupra, & adulteria, quæ vi, vel fraude committuntur, & præsertim in hac Civitate, uti magno valde plena populo.

Ne scribam vanum, pia Virgo Maria duc manum.

C A P U T I.

D E O S C U L O.

Ut est Stupri, Adultieriique præparatio; & I. Unde dicatur. II. Quid sit. III. Quotuplex expletur, & IV. Qua plectatur poena; juxta illud, *Visus, & alloquium, Tactus, post Oscula factum.*

S U M M A R I U M.

1 *Osculum unde dicatur, quid sit, & quotuplex.*
2 *Osculum quomodo probetur.*
3 *Osculi pœna.*
4 *Osculum est actus carnis.*
5 *Puella propter osculum lucratur medietatem bonorum, & antephato.*
6 *Conjugii promissor ad illud cogi debet, tam a Judice Ecclesiastico, quam a Seculari.*
7 *Matrimonia irrita quando per coactionem dicamur.*
8 *Decreta coactionem ad matrimonium continentia referentur.*
9 *Promissor conjugii ad illud non cogitur justa existente causa.*
10 *Promissor conjugii osculo intercedente, & juxta existente causa, an ad illud compellatur.*
11 *Osculi violenti pœna quæ de jure communi.*
12 *Osculi violenti pœna quæ de jure Regio.*
13 Capitulum, sine mortalis peccati discrimine *interpretatur*.
14 Pragmatica deosculantibus mulieres *non procedit contra deosculantem nimio amore excecatum cum declaratione*, ut ibidem.
15 Pragmatica *supradicta, an procedit contra eum qui mulierem amplectitur, & non deosculatur eam*.
16 Pragmatica *prædicta non procedit in osculo mulieri consentiente data, Patre diffidente*.
17 Pragmatica *supradicta non procedit contra auxilium præstantes deosculantibus mulieres*.
18 Pragmatica *an procedant in osculo dato in capite, vel in scapulis, manibus, & genis?*

Osculum ab ore dici, ut ex *in Clementina finali de sententia excom.* Bertaz. & Alberic. de Rosate *in*
1 *dictionario in verb. osculum* omnibus innotescit, atque
esse carnis actum, notat D. Præs. *decis.* 323. & sicut
verbum quod ab ore procedit, aut bonum est, aut
malum, ita osculum bonum dicitur, nempe dilectionis, aut malum, scilicet libidinis, quod impudico
procedit ex animo: insuper osculum violentum, aut
voluntarium est, quod mutuo consensu expletur, aut
involuntarium, quod aliquo prætextu detur, puta
matrimonii tractatu, absque quo fortassis mulier illud
non pateretur; aut violentum est quod sine consensu,
sed videtur.
2 Quomodo autem probetur ad finem procedendi contra deosculantem, notat Ulpellius *cons.* 63. & Bertazzol. *cons.* 3. *n.* 7. *vers. notandum*.
Qua vero pœna puniatur, dico quod primum
arbitraria pœna castigari debet, ut annotat Dom.
3 Præs. *in d. decis.* sicuti secundum, nempe involontarium; Verum instante muliere, vel Patre ejus ob, illud, osculans ad matrimonium astringitur contrahendum, & primo per *text. in c. Præterea 20. de sponsal., & matrim.* ubi habetur, quod hi, qui pure de matrimonio contrahendo fidem dederunt, modis omnibus, sunt inducendi, ut præstitam fidem observent.

Secundo per *text. in cap. Ex literis 10. eod. tit.* ubi qui juravit, cum aliqua matrimonium contrahere, si monitus non acquieverit per censuram Ecclesiasticam; idest excommunicationem, compellitur, ut juramentum servet.

Quinimò & tertio, quia Rota sæpè censuit contrahentem sponsalia de futuro sine juramento, compelli posse ad matrimonium, & signanter in una Abulensi matrimonii die 28. Maii 1563. coram D. Clenchetto; & affirmat D. Thomas *in sententiarum distinct.* 17. *quæst.* 2. & merito, nam nil magis fidei humanæ congruit, quam quod *a* principio placitum est custodiri, *l.* 1. & *l. jurisgentium*, §. *Prætor ait*, *ff. de pact. c.* 1. & *c. pariter de pactis*: tamen tunc levior causa sufficit ad dissuadendam coactionem, Episc. Genuensis *in sua praxe*.

Quartò, quia osculum est actus carnis, & ob id pro medietate est quasi caro corrupta, ut consideta-
4 vit Napodanus *in Consuet. quartam autem* in verbo, *quo viro*, hinc mortuo sponso, puella propter
osculum lucratur medietatem bonorum, & antephati, teste D. Præsid. *d. decis.* notat enim Odofredus,
Cynus, Albericus, Baldus, Salicetus, atque alii *in*
5 *l. si a sponsa*, C. *de donat. ante nupt.* quod per osculum vir sentit gaudium, mulier vero verecundiam,
Et Petrus de Bella pertica ibi dicit, quod sponsus
osculando videtur quasi cæpisse castrum: itaque conjugii promissor ad illud cogi debet, & a Judice Ecclesiastico per censuram, & a Judice Laico per carce-
6 rationem, aliamve pœnam, ut in præsenti casu tenet
D. Reg. de Marinis *lib.* 1. *jur. resol. cap.* 265. *num.* 3.
ubi inquit. *Quando post fidem datam illinc ad certum tempus vel tamen intervenerint inter virum, & mulierem oscula, sive Maritales amplexus intervenissent, licet nulla sit sequuta copula, hoc enim casu pro præcisa coactione utrumque brachium implorandum putat, nempe Ecclesiasticum cum censuris, & sæculare cum vinculis, & tormentorum minis propter gravissima mala, quæ ex tali recusatione sunt ventura, & Capitulum Cum locum, & Capitulum Cum Gemma, de sponsalibus, sive alia quæ declarant matrimonia irrita per coactionem contracta; non procedunt, quando per justam coactionem celebrata fuere, ut perdoctè* Gonzolez *in c. ex literis de sponsal.* & Sperell. *decis.* 18.

Porro justa supradicta causa est, ut vir ad matrimo-

7 monium cogatur, quia ratio non paritur, quod mulier in sua existimatione diminuta remaneat.

Quippe voluntarium, & non coactum videtur matrimonium, ipsemet vir seipsum arctavit, & in talem necessitatem se posuit, ut notavit *glos. in extus. cap. ex literis vers. hic posuit* argum. tex. *in l. non suigemus 2. §. simili modo ultimo, ff. si quis cautionibus*, ibi: *nam si ipse hoc affectavit, vel causam præstitit; non proderit ei exceptio*, & ita quotidiè practicamus in M. C.; Decretum verò ita concipitur.

8 *Die, &c. facto verbo in aula, audito Regio Fisco, & partibus N. N. inquisitus de osculo, ut in actis, exulet per quinquennium, aut remaneat carceratus per biennium, verum si matrimonium ipsi contraxerit, remittatur ei pœna prædicta.*

Et hic noto, quod tempus pœnæ judicis arbitrio remittitur, contracto verò matrimonio decretum ita interponitur.

Die, &c. facto verbo, &c. N. N. pro executione decreti M. C. lati sub die, &c. stante matrimonio contracto, ut ex fide in actis præsentata, liceat repatriare (si fuerit exulatus, si vero carceratus, dicitur) *excarceretur, & pro causa prædicta amplius non molestetur, et se obliget de non offendendo*; remittitur quoque dicta pœna Parte remittente.

Proceditque conclusio etiam si matrimonii promissio facta sit sub dotis conditione; nam si osculum, sive maritales amplexus intervenerunt, prius cogi debet ad contrahendum matrimonium, & postea de dote est tractandum, cui conditioni videtur renonciatum juxta doctrinam D. Riccii *decis. 193.* & ita in facti contingentia etiam in M. C. me referente fuit decisum.

9 Cæterum licet vir fidem pro contrahendo matrimonio præstiterit, justa tamen existente excusationis causa, ad id non est cogendus de jure Canonico, ut *in capitulo Requisivit de sponsalibus* censuit Rota *dec. 498. in novis.* Franc. Marcus *dec. delfin.* 521. Thom. Trivis. *dec. 9.*

Causa enim justæ excusationis reputatur, nempè magna disparitas, si vir sit nobilis, puella verò vilis conditionis, si vir ea legitimo matrimonio, puella ex coitu prohibito; si malus exitus verisimiliter matrimonio esset futurum, item parentum indignatio, ac nonnulla alia, quæ numerantur a Mario Antonio Maceratense *lib.* 1. sicuti mulier cogenda non est, & præsertim probatione aliqua existente contra virum de morbo gallico, teste eodem Genuense *d. loco 5. in fine.*

Sed pro coronide quæro, an osculo intercedente propter aliquam dictarum causarum promissor sit excusandus.

10 Quæsiti resolutionem pono in Judicis arbitrio, qui hac in re perspicere debet, quid majoris ponderis sit, ut majus evitetur damnum. Item quod in sponsalibus celebrandis non est necesse, quod interveniant testes, eo quod de jure communi solo consensu perficitur, ut *in tex. in l. 1. & 2. ff. de sponsalib. cap. nostrates 30. quæst. 3.* & quia lex *Tridentina* irritans matrimonium clandestinum est correctoria juris communis, & proinde non extendenda ultra casum expressum, *l. præcipimus C. de appell.* cum non militet eadem ratio, matrimonium enim clandestinum prohibetur ad evitandum concubitum, nam cum de priore matrimonio Ecclesiæ non constaret, aliud publice contrahebatur, id quod non consideratur in sponsalibus, et late *P. Sanchez lib. 1. def. 81. num. 2. vers. decendum hinc sponsalia*, & quia solo consensu perficiuntur, etiam clandestina celebrata sunt valida, ac ob eorum favorem testes non omni exceptione majores probant, ut docet Trivisanus *de sponf. privil. 10.* imo testes domestici, Farinac. *dec. posth. 775. vers. quorum, part. 1.* quemadmodum præsumptiones, & conjecturæ verisimiles, idem Trivis. *privil. 6. ad n. 4.* Bonacina, *de matr. q. 1. punct. 1. num. 12.* & quæ singula non possunt, hic juncta juvant, ut præcitati DD. ajunt.

11 Tertium nempe violentum osculum de jure communi arbitraria quoque plectitur pœna, sed acriori ea, quia primum, & secundum coercetur: quia autem extremis est, ut decisum refert Trivisan. *dec. 47.* Muta *dec. 62.* sive relegationis, ut testatur Cons. de Afflicto *dec. 333.* vel exilii, ut refert Peguer. *dec. 2.* Cabell. *ref. 96.*

12 De jure vero Regni, prout in hac Civitate per Capitulum, quod incipit, *ut sine mortalis peccati discrimine* a Serenissimo Rege Roberto in anno 1333. condito cum Nobilium Neapolitanorum interventu pro pudicitia mulierum conservanda, pro familiarum decore, & matrimonii libertate, & ad audaciam juvenum reprimendam, pœna ultimi supplicii fuit imposita: & quamquam aliqui moderni, & præsertim Mutius Gazolla de Cajeta *in C. rerum judicatarum*, Thor. *alleg. 44.* antument hanc pœnam per dictum *Capitulum*, minime fuisse impositam, sed tantum ordinatum ut cum severitate juxta exigentiam procedatur, cum circa pœnam tantum sequentia legantur verba, ibi *aculeos exquisitos irremissibiliter sequuntur*, quod enim verbum *aculeos* non ultimum supplicium, sed quod generale sit juris pœnas continens, juxta *text. in l. 1. C. ut intra certum tempus criminalis quæstio terminetur, et glos. ibi lit. M.*, eoque magis, ut inquit, quod Rex Fridericus, qui fuit longe post Regem Robertum circa osculi pœnam, consilium ab Afflict. requisivit; is enim fuit voti illam esse exulatem.

Majores vero nostri verbum illud ita interpretati fuere, & est advertendum, quod Rex Fridericus requisivit afflictum pro osculo commisso extra Civitatem, videlicet in Civitate Sarni uti videre est in dicto *dec. 276.* & penes Gramat. *cons. 48.* & hodie attenta *prag. 1. osculantibus mulieres*, qua Capitulum prædictum fuit ampliatum in toto Regno, de dicta pœna non est dubitandum, quia clare loquitur; ibi: ,, Vogliamo, & ordinamo, che il predetto editto del ,, Serenissimo Re Roberto con ampliazione della pena ,, di morte naturale abbia luogo, e sia ampliato in qualsivoglia parte del Regno ,,; Quinimo terminus forjudicationis fuit ad tres menses abbreviatus, & ita practicatur, testibus Vivio *dec. 117.* de Franch. *dec. 333.* & ibi de Luca, Mascatell. *de pœna stupri, & adulterii num. 30.* Novar. *decis. 33. & in d. pragm. num. 3.* D. Reg. de Marin. ad D. Revert. *decis.* 281. Scialoya *c. 23. n. 110.* & Cons. Campan. *ref. 8. n. 11.*

14 Verùm dicta *Pragmatica* locum non habet contra deosculantem nimio amore excæcatum, qui enim cadit in amorem, quasi cadit in furorem, & dicitur non amans, sed amens, ut probatur in *authent. quib. mod. naturales efficiuntur legitimi, §. illud colliv. 6. & Glos. in §. sexto institutionum de successionibus sublatis, in verbo, baccata*; sive cadit in ebrietatem, etenim *vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes*, ut in *Eccl. 19.* & ita tenent DD. sed quando quis dicatur nimio amore obcæcatus ad Judicis arbitrium remitto. Ideoque procedit si inconsiderate, & inconsultò quis amoris impetu eam deosculetur, cum primi motus non sint in hominis potestate, & in illo instanti tamquam furiosus, & ebrius ratione carere videatur, ut notavit D. Ludovicus à Peguera *decis. 7. num. 2.* Farinacius *quæst. 98. num. 91.* sicuti de quodam juvene, qui amore obcæcatus Pisistrati Atheniensium Tyranni filiam, in publico obviam sibi factam osculatus fuit, & hortante uxore, ut capitale supplicium de illo sumeret, Pisistratus ipsi respondit, *Si eos, qui nos amant interficiemus, quid est faciemus, quibus odio sumus?* ut commemorat Valer. Max. *lib. 1. cap. 1.* Cons. Gramm. *vot. 58.* & Peg. *in add. num. 25.* Cæterum si consulto mulierem deosculaterur, hoc non procedit, alioquin nostrum arbitrium a sensu, & non a ratione dependeret, & nobis non esset utique liberum arbitrium, quod nefas est dicere. Et quamquam Farinacius *citato loco num. 92.* indistincte teneat, quod amore capto in aliqua parte indulgendum sit, & semper mitius agendum cum eo, qui sine deliberatione delinquit, ego tamen dicta ratione attenta, cum Farinacio non convenio, ne venia sit horum delictorum augmentum.

15 Insuper non procedit contra eum, qui mulierem etiam in via publica amplectitur; & pudicitiam attentat, absque eo quod deosculetur: teste D. Reg. Revert. *in dicta pragm. num. 8.* Novar. *num. 8.* quos ego sequor, atenim statutum pœnale strictissimè est interter-

terpretandum, & juxta verba Cod. *odia de regul. juris Capitulo in panis eodem tit. leg. factum, §. impenalibus ff. de regul. jur.* Bertazzol. *conf.* 73. *n.* 1. *conf.* 252. *num.* 11. Narlill. *conf.* 6. Alciat. *conf.* 48. rejecto Muscatell. contrarium dicente in *tit. de pæn. adulterii, & stupri num.* 36. eoque magis, quia hic casus accidere non potest, nisi in vili, & paupercula muliere.

16 Rursus non procedit in osculo dato mulieri consentienti, & in figura matrimonii, licet in eo dissentiant Consanguinei, ut decisum refere Consiliarius Grammat. *conf.* 48. & ita tenen rejecto Dom. Rovit. qui in *d. prag. num.* 4. contrarium tenet, atteoto *Capitula Regis Roberti*; quod procedit etiam muliere patiente, sed deosculari causa matrimonii, ut *ibi num.* 36. quoniam in hoc est correctum per dictam *Regiam Pragmaticam*, qua cum fundetur in violentia, non procedit muliere consentiente.

17 Quam decisionem extendo etiam Patre de matrimonio diffidente, atque amplio non habere locum contra auxilium præstantes osculantibus mulieres; nam licet dicta *Reg. Pragmatica* confirmet, & ampliet *Capitulum* prædictum, quod eamdem pœnam imponit contra deosculantes, & eis auxilium præstantes, tameo in hoc est correctum; cum *Pragmatica* ipsa loquatur in personam, & in rem ibi; *qual pena di morte naturale irremissibiliter sarà eseguita contro li patratori di tale enorme delitto*, & decisum per S. C. ut refere Thorus *in compedio decis. part.* 3. *in verbo auxilium*; fuit enim quidam pro hujusmodi auxilio præstito inquisitur, & ad remigandum per septennium condemnatus.

88 Sed & hic etiam quæro, an pro osculo dato in capite, in scapulis, manibus, vel genis procedat dicta *Regia Pragmatica*.

Primo; quod locum habeat, & ita considero; nam osculum luxuriosum meo arbitrio est, quod ex impudico procedit animo, & nil refert, quod detur in faciem, vel in manibus, scapulis, vel genis.

Secundo, quod dicta *Regia Pragmatica* generaliter loquitur, ideoque generaliter est intelligenda, eoque magis quando cum in uno, tum in altero casu militat eadem ratio, ut in terminis statuti notat Bertaz. *conf.* 166. *num.* 39. post Decium *conf.* 17. *num.* 13. *lib.* 1. *num.* 5. & ratio expressa in *Regia Pragmatica* in utroque consideratur casu, ut ea osculo parentes matrimonio consentiant.

In contrarium considero secundum Thom. Trivisan. *dec.* 43. *num.* 2. & 3. Dom. Reg. Rovit ac Novar. *in dicta Pragmat.* osculum luxuriosum esse, quod propriæ ad os datur, vel ad oculos, aut ad mammillas, quia in oculis, & mammillis magis spiritus resident, sicut in ore, quod membrum excellentius est, cum verbum itam lemat, & amorem conciliet, & cum *Pragmatica* loquatur de osculo luxurioso pro dato ad manus, ad genas, vel ad caput non procedit.

Item quod qui osculatur ad caput, ad scapulas, ad manus, vel ad genas videtur potius attentare, quam actum consummare, quoniam attento usu facies, & frequentius osculatur, hinc Poeta.

Bocca baciata a forza,
Se il bacio sputa, ogni vergogna smorza,

Itidem Statutum licet generale sit, recipit tamen laudabilem interpretationem justa *text. in cap. cum dilectus de Consuetud.* & notat Bertaz. *conf.* 201. & 274. *num.* 5. & *decis. Pedemontana* 88. qua interpretatio facienda est in præsenti, ut evitetur ultimum supplicium, quod est omnium terribilius juxta ab eod. *conf.* 166. *num.* 40. & Marf. *conf.* 80. Hæc ego pro tenuitate mei ingenii consideravi, tu in facti contingentia cogita; equidem si magnum scandalum ratione Personarum non consideretur, posset Judex ab extremo supplicio recedere.

LEONARDI RICCII

O B S E R V A T I O

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

C A P. I.

De Osculo, sive Basio illato.

S U M M A R I U M.

1 *Osculi ethymologia.*
2 *Osculum quotuplex est.*
3 *Osculi pœna, quæ erat antiquitus, & quæ sit hodie.*
4 *Formula decreti, ante contractum matrimonium.*
5 *Formula decreti post contractum matrimonium.*
6 *Excusationes ex justa causa, quæ sint, quæ in matrimonio excusant? cum limitationibus.*
7 *Prag. contra deosculantes in Regno quando observatur, & quando non.*
8 *Mulieri asserenti se fuisse deosculatam non creditur.*
9 *Osculum de consensu mulieris datum extraordinario punitur ob injuriam illatam Parentibus, & quando sine consensu mulieris, punitur majori pœna? quando vero potest admitti ad compositionem osculum?*
10 *Osculo data delictum in genere, cum delicto in specie confunditur, & quando debet probari vis, & violentia illata.*
11 *Testes ad quid sint interrogandi.*

1 Observa, quod osculum dicitur ab ore, quia os osculantis præbetur mulieri osculatæ.

2 Osculum triplex est, aut est voluntarium, quod mutuo consensu expletur, aut est involuntarium, quod dator prætexto matrimonii, absque quo mulier illud non peteret, aut violentum, quod sine consensu, sed vi datur.

3 Pœna autem violenti osculi est arbitraria de jure communi, Auctor noster hic *n.* 1. & de *Franc. dec.* 333., & alii ibi citati.

Sed de jure Regni in hac Civitate Neapolis erat pœna ultimi supplici, per *cap.* quod incipit, *Ut sine mortalis precati discrimine.*

Quod Capitulum fuit ampliatum pro toto Regno per *Pragm.* 1. *de osculantibus mulieres*, & hodie sic servatum, & terminus forjudicationis est abbreviatus ad tres menses, Auctor noster hic *num.* 13., & alii ibi citati.

Sed in osculo voluntario, & etiam in osculo involuntario *Pragm.* non habet locum, verum instante muliere, vel Patre ejus, osculatus ad matrimonium astringitur contrahendum per plures rationes adductas a nostro Auctore, *ad n.* 2. *usque ad nu.* 4., & pœna est arbitraria, & formula decreti est hæc.

4 *Die, &c. facto verbo in aula, audito R. Fisco, & Partibus, N. N. inquisitus de osculo, ut in actis, exulet per quinquennium, aut remaneat carceratus per biennium, verum si matrimonium ipse contraxerit, remittatur ei pœna prædicta.*

5 Et contracto matrimonio fit aliud decretum, nempe: *Die, &c. facto verbo, &c. N. N. pro executione decreti M. C. lati sub die, &c. stante matrimonio contracto, ut ex fide in actis præsentata excarceretur.*

Vel si fuerit exulatus dicitur: *Liceat repatriare, & pro causa prædicta amplius non molestetur, & se obliget de non offendendo.*

Et sic remittitur pœna Parte remittente.

6 At si justa causa existit excusationis, licet etiam fidem præstiterit pro contrahendo matrimonio, nam cogendus vir ad contrahendum, ut si Vir sit nobilis, & puella ignobilis, si Vir ex legitimo matrimonio procedit, & puella ex prohibito.

Nec mulier cogenda est, si Vir morbo gallico laborat.

Et per quancumque aliam causam si vir, vel mulier excusatur in Judicis arbitrio est, qui prospicit

quid

quid majoris ponderis sit, ut majus evitetur damnum, Auctor noster hic *n. 9. & 10.*

Limitatur dicta *Pragm.* non habere locum contra deosculantem nimio amore excæcatum, qui non amans, sed amens dicitur.

Limitatur etiam, quando Vir amplectitur mulierem etiam in publica via, absque quod deosculetur.

Et qui osculatur ad caput, ad scapulas, ad manus, vel ad genas videtur potius attentare, quam actum consummare, ita concludit noster Auctor hic *num. 18. in fine.*

7 Observa etiam quod *D. Ant. Police in proœm. Reg. Audient. tit. 10. cap. 32. num. 13. fol. 58.* concludit, quod in Regno non observatur dispositio dictæ *Prag.* Et in S. C. anno 1640. fuisse impositam pœnam triremium pro annis tribus.

Nec *Pragm.* locum habet quoties mulier osculata est prævio suo consensu, & tractatu de matrimonio, attentis verbis *d. Pragm. ibi: E quello baciare per forza.* Quæ verba non sunt excedenda *l. 3.* hæc verba *ff. de negot. gestis.* & ea Auctoribus ibi relatis.

Et ratio assignatur, quia in crimine raptus evitatur pœna, quoties fit volente muliere, & præcedente tractatu matrimonii *c. fin. de Raptoribus, cap. de Puellis, c. tria, c. denique 36. qu. 2. Boerius decis. 9.* multo fortius in osculo, ut noster Auctor in hoc *cap. 1. lib. 2.*

Et dictus *Police nu. 16.* concludit idem, quod noster Auctor, quod *Pragm.* non potest practicari, nisi osculum sit datum ad os, sive ad mammillas, nec locum habet circa auxiliantes, *ut n. 17.*

Nec sufficit solus amplexus causa osculandi, osculo non secuto.

8 Et dictus *Police num. 17.* concludit, quod non creditur mulieri asserenti se fuisse deosculatam, nisi hoc probetur.

9 Et *D. Francisc. de Angelis par. 1. de delict. cap. 94. fol. 155. num. 5.* concludit, quod osculum luxuriosum de consensu mulieris datum, licet sit impunibile, tamen propter injuriam illatam Parentibus extraordinarie punitur.

Unde data querela Patris, aliorumve, nec ipsa deosculata, nec deosculans sunt immunes, sed arbitrio Judicis puniendi sunt.

Et si deosculatur sine consensu mulieris, deosculans majori pœna punitur.

Et major pœna militat adhibita violentia in deosculando, & attentis aliis circumstantiis loci, temporis, disparitatis, potest extendi pena ad triremes, & quandoque ad majorem.

Et quod pœna *Pragm.* habet locum, quotiescumque osculum fuisset datum ante conventum de matrimonio contrahendo.

Nec osculans admitti potest ad compositionem, maxime in Curiis inferioribus.

10 Delictum in genere cum delicto in specie confunditur; nam verificanda erit qualitas, quod osculum fuerit illatum in ore, in tali loco, ut matrimonium ex hoc coacte sequeretur, adhibendo testes scientes deosculantem prætendisse matrimonium, Parentibus dissentientibus, & quod jactatus est velle osculari, ut haberet in uxorem.

Et etiam quando non fuerit illatum osculum ad finem matrimonii, sed ad finem explendæ libidinis, debet probari vis, & violentia illata, ut testes deponant se credere causa explendæ libidinis.

11 Et testes etiam sunt interrogandi an alia viderint, quæ essent præludia Veneris, ut tactus manuum, mammillarum, amplexus, & an osculans sit malæ famæ, & consuetus similia patrare.

Et Testes adhibeantur super conquestu mulieris conquerentis fuisse deosculatam, & deponere debent de mulieris bona vita, & fama, declarando, quod non esset conquesta, nisi fuisset vi deosculata.

C A P U T II.

D E S T U P R O

De quo Quinque notantur. I. Unde dicatur. II. Quid sit. III. Quotuplex sit. IV. Quomodo probetur, & V. Qua tandem plectatur pœna.

SUMMARIUM.

1 *Stuprum unde dictum.*
2 *Quid sit, cum Authoris sententia.*
3 *Stuprum triplex est, violentum, involuntarium, & voluntarium, cum explicatione.*
4 *Persuadere mulierem idem est, ac impellere, extortum dicitur quod persuasionibus fit.*
5 *Preces importunæ quæ.*
6 *Preces importunæ faciunt stuprum involuntarium.*
7 *Stuprum voluntarium quid.*
8 *Stuprum bifarie probatur.*
9 *Stuprum quomodo probetur in genere in Virgine.*
10 *Puella in dubio semper præsumitur virgo, cum ampliatione n. 11. & 12.*
13 *Stuprum in vidua, in genere quomodo probetur.*
14 *Stuprum in specie, conjecturis probatur.*
15 *Stuprata depositio quare faciat indicium, cum Authoris ponderatione,* ibidem.
16 *Cohabitatio cum muliere fornicationi occasionem præbet.*
18 *In Amore contemnitur, qui contemnit.*
18 *Confessio extrajudicialis contra stupratorem grave parit indicium.*
19 *Confessio extrajudicialis testi de visu æquiparatur, cum declaratione.*
20 *Testes de confessione extrajudiciali deponentes probant, etiam quod non fuit confessus.*
21 *Confessio extrajudicialis ad torturam sufficiens est.*
22 *Litera amatoria, an, & quando probent stuprum.*
23 *Culpa cordis caries mala est.*
24 *Fama loci de stupro non leve parit indicium.*
25 *Fama alia coadjuvat indicia.*
26 *Stupri conjectura numerantur.*
27 *Singula, quæ non valent, juncta juvant, cum exemplis n. 28. & 29.*
30 *Sanguis indicium.*
31 *Stuprum est crimen privilegiatum.*
32 *Stupri pœna, quæ de jure civili.*
33 Textus in l. 1. §. qui Puero ff. de extraordinariis criminib. *dilucidatur ab Auctore.*
34 *Stupri violenti quæ sit pœna.*
35 *Stupri pœna, quæ de jure canonico.*
36 *Stupri pœna, quæ de consuetudine.*
37 *Doctores circa stupri pœnam recensentur* usque ad 56.
38 Capitulum primum, & secundum de adulteriis *interpretatur, & seq.*
56 *Stuprator tenetur ad ducendum, vel dotandum pro stupro persuasionibus, importunisque precibus commisso.*
Capitulum primum, & secundum de adulteriis *procedunt post judicium intentatum,* ibidem.
57 Decretum dotet, nubat.
58 *Stuprator tam in foro interno, quam externo obligatur ad conjugium pro stupro, ob conjugii promissionem secuto.*
Decretum dotet, vel nubat, & si dotare nequiverit, remaneat carceratus, vel emigret *ibidem.*
59 *Stuprator an ad matrimonium teneatur, si dispar sit conditionis, nobilior, vel ditior; affirmative tenet Author.*
60 *Historia* à Divo Damasceno *relata de matrimonio paupercula fœmina cum juvene divite, & nobili.*
61 *Cor contentum melius est habere, quam argentum.*
62 *Bucella melior est sicca cum gaudio, quam plena cum jurgio.*
63 *Stuprator an in foro interno teneatur ad conjugium pro stupro patrato ficta matrimonii promissione.*
64 *Opiniones Doctorum, ac rationes referuntur, cum Auctoris sententia n. 65. 66. & 67.*

68 *Pro-*

68 *Promissio matrimonii ante copulam facta non inducit sponsalia, neque promissorem obligat.*
69 *Stuprator an teneatur pro stupro voluntario, puella sub parentum custodia existente, vel eu remittente.*
70 *Doctores, & rationes pro negativa recensentur nu. 71. 72. & 73.*
74 *Contraria Authoris sententia pluribus fulcitur rationibus.*
75 *Filii, & filiæ Parentum consensu nubere debent.*
76 *Matrimonia solemniter, & publice sunt celebranda.*
77 *Judex Ecclesiasticus tenetur procurare, ut matrimonia Parentum consensu sequantur, & sine scandalo.*
78 *Mulier, an domina sit suæ famæ.*
79 *Puella, an pro stupro voluntario sit punienda.*
80 *Opinio negativa.*
81 *Opinio affirmativa Authoris.*
82 *Homo, an dominus sit sui honoris, & suæ famæ.*
83 *Doctores afferuntur, & rationes pro affirmativa. 84. 85. 86. & 87.*
88 *Pro negativa n. 89.*
90 *Opinionum conciliatio.*
91 *Sententia Authoris.*
92 *Responsiones ad objecta ejusdem Authoris num. 93. & 94.*
95 *Fœmina ob stuprum voluntarie commissum puniri debet n. 96.*
97 *Non solum ad integrum dotem, vel ad augmentum tenetur stuprator, sed filium alere n. 98. & 99.*
100 *Quando dos constituenda, & quo tempore præstanda sit n. 101.*
102 *Quanto tempore actio de stupro durat, Authoris opinio n. 103.*
104 *Qua pena plectendus erit, qui plures stupraverit puellas mala arte, & qui immaturas puellas destupraverit n. 105.*
106 *Stuprator in contumaciam existens condemnari ne possit ad dotem constituendam.*
107 *Notata per Authorem n. 108.*

CIrca primum, & secundum capitulum *de Adult.* Papinian. *in l. inter liberas §. 1. ad l. Jul. de adulter.* inquit, *Lex stuprum, & adulterium promiscue, idest abusive appellat, sed proprie adulterium cum*
2 *nupta committitur propter partum ex altero conceptum composito nomine, Stuprum vero in Virginem, Viduamve committitur, quod Græci φθορὴν idest corruptionem appellant.*
Mihi autem videtur concubitus in virgine propriè
2 dici stuprum, in Vidue vero potius appellari adulterium; cum vidua, donec, nubat secundò, dicitur esse in priori matrimonio, *§. soluto*, & ibi *Glos. auth. de nupt. §. præter, auth. neque virum, quod ex dote*, & hac significatione sumptum, est ruptio signaculi virginei, quod puella coitu amittit, unde, ut ajunt Doctores.
Magnum est crimen Virginis scindere hymen.
Nam Vidua de sui corporis integritate nihil perdit, exterum juxta *Papiniani* placitum in *d. l. & in §. item lex Jul. institutionum de publ. judic.* est corruptio virginis, vel viduæ honeste viventis.
Circà tertium, stuprum committitur in fœmina, & in masculo, de quo alio Capitulo tractabo, & in fœmina est triplex violentum, involuntarium, & voluntarium.
Primum explicatione non indiget; involuntarium verò est, quod per seductionem patratur, ut *in c. 1. & 2. de adult.* ibi *seducere enim est alterius voluntatem ad se ducere*, nempè aliqua promissione, puta matrimonii, vel reddendi mulierem ea paupercula divitem, vel importunis precibus, atque persuasionibus, juxtà illud Terentii in Andr.
Me seducere istis dictis postulat.
Hinc facilius est horari mulieres, quam fortem virum, & blandis verbis persuadere, atque ad aliquid
4 faciendum rogantis, precibùsque impellere; prò quo faciunt jura *in l. 1. §. persuadere 3. ff. de servo corrupto, in leg. eum qui, Cod. de appellat. leg. 1. de rapto virg. & in leg. prima, Cod. ne filius pro patre* *juncta glossa in verbo extortam*, ubi extortum dicitur, quod persuasionibus fit, ac *lex Regia 1. tit. 19. par. 7.* ibi: „ Otro si dezimos, que fazen gran maldad aquellos, que sosagan con encaño, o falago, „ o de otra manera las mucheres virgines, o las biudas, que son de buena fama, y viven honestamente, y majormente quando son buospedes en la casa „ de sus padres, b de ellos, b de los otros, que fazen esto, usando en casa, de sus amigos, e no se „ puede escusar, que el que yo quiero con alcunas „ mugeres dellas, que no fize muy gran yerro, maguerdica, que lo fize con su plazer de ella no le fa„ziendo fuerza, ca segun dizen los saibos antiguos, „ cumo en manera de foerza es sosagar, e falagar las „ mucheres sobredicas con promettimientos vanos „ fazendoles fazer maldad de sus cuerpos, e à quellos, que traen esta manera mas zerran, que si lo „ fasiessen por fuorza „ faciliùs enim supplicatione, quam vi a muliere consequimur, quod optamus, & voti compotes sumus.
Doctores verò cum quærant, quænam sint istæ preces importunæ, & persuasiones, non sunt concordes, quoniam Divus Thomas 1. 2. *q. 6. art. 7.* tenet, quod simplices, licèt repetitè rogationes potius augent, quam voluntatem minuant, Dom. Card. de Lugo *disput. 12. sect. 1.* ait, quod ejusmodi preces facile exequi possunt, si serio fœmina velit, Rev. Lessius *de just. & jur. lib. 2. cap. 10. dubit. 2. num. 14.* tenet, quod preces importunæ, ad hoc, ut stuprator teneatur, sunt, quæ vel minas, vel metum reverentialem contineant; nam preces, & munera, ut ait, potius blandiem illiciunt, quam vim afferant, & quia fœmina ita concepta (qualem hac in re decet) molestiam cacorere valet: limitat tamen hoc in loco si preces tantam importunitatem continerent, ut ratione illarum solum teneatur, sicuti preces Delilæ, quibus Sansonem espugnavit, & ego pono casum in puella, quæ insimul cum viro moratur. Alii tenent, quod sint continuæ rogationes, & cum muneribus sollicitationes, ut post Nicolaum de Lyta *super Exod. cap. 25. q. 2.* & Anton. de Corduba *q. 13. in 7. dicto* tenet, Joannes Gutticrez *quæst. canonic. cap. 37. num. 15.* Alii vero censent, quod sint preces, quas præcesserunt cædes, ut videre est penès Rev. Fagundea *in 7. præcepto decalogi quin 11.* inquit, quod
6 prudens Judex arbitrabitur, quando importunæ sint preces, & quidem illæ, quas ex attenta conditione viri, ac puellæ, judicabit importunas stuprum involuntarium faciunt: quod in dubio semper præsumitur persuasione, & aliqua fallaci promissione patratum, Dom. Card. Tuscus *lib. 5. concl. 710.* Berlicb. *lib. 5. concl. 38. n. 27. q. 147. n. 34.*
Voluntarium secundum Jo: Guttierez *variar. quæst.*
7 *cap. 37. n. 23. 2. casu*, est cum puella commissum, quæ juvenis amore capta, cum abjecto pudore nitib appellat, quem sequitur Gonzalez in *cap. 1. de adulr. num. 2.* vel secundum eundem Guttierez *cit. cap. in 3. cas.* & Harprectum in *§. lex Julia num. 86.* voluntarium dicitur, quod volente & parum reluctante virgine, vel vidua committitur, & ex ipsa etymologia deducitur.
Circa quartum, quomodo probetur, adverto, quod duplex, est probatio: una, quæ stuprum fuisse
8 patratum demonstrat, altera, quæ Titium fuisse stupratorem indicat, prima in genere, secunda in specie dicitur, ut pleno calamo *in primo decreto* notavi.
Et probatur in genere, cum in virgine est commissum, per obstetrices, quæ cum juramento deponere debent, qualiter puellam inspexerunt in parte naturali, in qua signaculum virgineum repererunt cum fractura, & si ibi rubor adest, & sanguis dicere debent de recenti; Si hæc non existant signa, ab anti-
9 quo, cum de certo autem tempore judicare nequeant, & hic noto, quod Puella præsumitur, quod antea erat virgo, & inquisito contrarium dicenti onus est proban-
10 di, sicuti affirmant Menoch. *de præsump. lib. 5. præsump. 4. & 12. lib. 6. præs. 81. & 89.* Mascard. *de probat. lib. 3. concl. 1410.* Clar. *§. stuprum num. 4.* Foller. *in rubr. cupiant inform. num. 20.* Berlich. *5. par. conclus. practicab. num. 63.* & ibi cæteros allegat, & communis est

est Doctorum opinio intercedente juramento Puellæ.
Hanc præsumptionem idem Berlich. ait *num.* 65.
procedere non tantum in muliere nobili, vel divite,
verùm etiam in plebeja, vel paupercula, per *tex. in*
11 *l. humilem*, *C. de incest. nuptiis*, ubi Jurisconsultus nullam esse differentiam ait, inter ingenuas
quamvis pauperes, & opulentiores ex divitiis, atque
opulentiori fortuna.
12 Quinimo Harp. in *d. §. num.* 84. tenet, quod si
Judex ex probatis indiciis efficiatur dubius, etiam
dictæ fœminæ juramento, se virginem fuisse, stare
debet.
Item ut stuprum sit punibile, debet constare de honestate virginis, juxta text. in *§. item l. Jul. de publ. Judic. & text. in l. si ea ac text. in l. quæ adulterium*, C. *ad l. Juliam*.
In vidua probatur per testes deponentes de mulieris conquestu, de honestate, juxta *tex. in §. item l.*
13 *Julia*, *ff. de public. Judiciis*, *ac de viduitate*; nempe quod ea prius fuerit matrimonio conjuncta: alioquin si non virgo, nec vidua non dicitur stuprum,
ut in *l. stuprum ff. de adulteriis*.
In specie vero probatur conjecturis, prædicta enim
crimina ob verecundiam occulte fiunt, sicuti furta
quæ de nocte, ac alia crimina, quæ clanculum committuntur, difficilis sunt probationis; ideoque ne
14 impunita remaneant, & deliquentes fiant audaciores, lex his est contenta probationibus, quæ haberi
possunt nempe violentis præsumptionibus, ut docet *Jurit Consultus in l. 3. de re militari in l. indicia C. de re vend.* ibi: *Indicia, quæ jure non respuuntur non minores probationes, quam instrumenta continent fidem l. 2. quorum appellat. non recipiuntur*, ibi: *Argumentis convictus testibus superatus*, & circa materiam
proprie faciunt *Jura Canonica in cap. 3. loc. de præsumptionibus*, ubi *Glos. & in cap. præter. de testib. Gloss. in cap. litteris de præsumpt. in verbo*, *ut credebant*, ibi: *Non dicitur sciebant*, *cum opus illud non plene pateat visui*, *sufficit ergo ferre testimonium de eo quod inducit violentam præsumptionem*, *& Gloss. in cap. dixit Domin. in Evang. 32. q. 1. verb. suspiem*, ibi: *sed quod hic dicit*, *vel fornicationis suspiem non est causa dimittendi*, *sed est modus probandi*, *causam dimittendi*, *quia per suspicionem probatur fornicatio*, *udm quod uxor dimittitur propter fornicationis suspicionem*, *unde pro eodem reputatur fornicatio*, *& fornicationis suspicio*, *nam probata suspicione*, *probata est fornicatio*, & nota, quod loquitur in re gravi, nempe divortio, nam quod Deus
conjunxit, homo non separet, facit *lex Reg. 92. Stili*, ibi: *que se preva per festiles*, *o per suspechas*, a
præsunciones, & affirmant Joseph Mascard. *de probat. concl.* 1343. Præs. Menoch. *de præsump. lib.* 5. *præs.*
41. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 5. *par.* 1.
num. 80. Farin. *q.* 37. Gabr. *cons.* 288. Guazz. *defens.*
30. *c.* 4. ac alii ab istis relatis.
Conjecturæ autem, sivè præsumptiones multæ
sunt quarum prima communiter a Doctoribus affertur, & stupratæ depositio cum juramento facta, nam
levibus indiciis concurrentibus producit grave indi-
15 cium torturæ pondera, teste Bajardo ad Clarum *in §. stuprum*, *num.* 41. Farinac. *q.* 43. *num.* 99. Caball. *cas.* 8. *num.* 10. Fontanell. *de pact. citats loco nu.* 82.
Ciarl. *contr. forens. lib.* 1. *cap.* 174. Carpzovius *quæst.*
122. *num.* 77. qui de praxi testatur, ac nonnulli alii
inomeri, & recipitur in praxi clara depositio sine
tortura, quia præsumitur seducta, & in consequentiam, quod passa est stuprum involuntarie, idcirco
ob delictum, quod facta est, non redditur infamis,
& speciale est in hoc crimine, quo a communiter accidentibus plena probatio haberi nequit.
Quinimo (meo arbitrio) depositio stupratæ, quæ
de crimine accusatum petit in maritum si est pulchra,
vel juvenis, & non paupercula, cum facile maritum
invenire possit, violenta est conjectura, quod ab accusato recipit injuriam, quia suam verecundiam manifestar, & instat in judicio, ut recuperet honorem, contracto matrimonio, eo foetius si in accusando diu perstiterit. Primo, nam perseverantia justum dolorem
arguit amissæ pudicitiæ. Secundo quia fœmina neglecta magis odit, quam amat, unde si ab accusato
viro non fuisset cognita, ab accusatione quidem recederet. Tertio, quoniam non præsumitur, quod
mendacium dicat petendo virum in maritum, propter quod, matrimonio contracto facile ab eo occidi
posset.
Secunda conjectura est cum accusato cohabitatio,
hæc enim fornicationi occasionem præbet opportu-
16 nam, etenim carnis delicta tantum fuga superantur;
alia vero resistentia juxta Divum Paulum 1. *ad Corinthios* 6. *&* 18. Is enim vitia increpando, inquit,
17 *resistite diabolo* (de fornicatione enim loquendo,
ait) *fugite fornicationem*, *porro qui in hoc contendit*, *contemnitur*, *& vincit*, *qui fugit*: Josephi
exemplo, ut *Genesis cap.* 36. Beatus Martianus dicebat, *Martiane*, *fuge*, *fuge Martiane*. Hinc si puella probatæ præcedentis pudicitiæ, Titium accusavit
18 stupro, si Titius cum ea habitaverit, credibile est
dictum ejus, & violentam inducit præsumptionem,
attento adminiculo *anteactæ* vitæ, argumento textus,
in l. 3. *ff. de testib.* ibi: *an honesta*, *& inculpata vita*, *an vero notata*, *& reprehensibilis*.
Tertia est conjectura, nempe extrajudicialis confessio, ut ex *Gloss. in cap. præterea de testib. in verb. confessos*, ibi: *quia forte ab ea audierunt* Farinac.
q. 69. *num.* 200. *& in dec.* 72. *num.* 1. *in fine lib.* 2.
Consiliorum, Cyriacus *controv.* 171. *num.* 14. Ciarlin. *controv.* 174. *num.* 22. *vers.* 5. hæc probat stuprum, sicum ea admixta fama alia concurrant indi-
19 cia, hæc testi de viso æquiparatur, Sesse *decis. Aragonia tit. num.* 5. dummodo causam contineat verisimilem, & testes, qui de ea deponunt, sint integræ
fidei, etiam quod sint singulares, scilicet de loco, &
tempore non contestes, nam singularitas non est obstativa, sed adminiculativa, & non tractatur de probando delictum tali die, & loco commissum, sed de
probanda extrajudiciali confessione reiterabili, imo
eorum testimonium mihi videtur credibilius, homo
enim crimina in corde occultat, juxta illud, *Num-*
20 *quid custos sum fratris mei*, ut Cain Domino inquit, idcirco magis credibile est, quod uni, quam
duobus conjunctim peccatum esse manifestum, satis
est ergo, quod in negotio principali conveniat, tenet Mascardus *de probationib. concl.* 379. *num.* 11.
plane extrajudicialis confessio magnum est indicium
cum ex delinquentis ore proveniat, & immediate ex
proprio facto, & non ex alieno, Judex, quid certi
21 habeat, merito sola ad torturam confessio sufficiens
est, juxta *Glos. in capite quin* 35. *ff. de adulteriis*,
in verbo accusatur, & in *l. ictus fustium ff. de his*,
qui notantur infamia.
22 Quarta est conjectura veloti literarum transmissio
juxta eorum tenorem, Mascardus *de probat. conclus.*
65. *num.* 10. *in fine* Farinac. *q.* 136. *num.* 117. & ad
Judicis arbitrium, Menochius *de præsumpt. lib.* 6.
præs. 41. *in fine*, & ego dum munus fiscale sustinebam, habui in facto contra quendam Medicum carceratum pro stupro in personam honestæ viduæ, &
formosæ commisso, nam cum fuerint præsentatæ duæ
literæ amatoriæ, in quibus Medicus ei matrimonium
promittebat, quia, ità ad ejus interérat conscientiam, ponderavi, quod conscientiæ remorsus stuprum ante actum indicebat; culpa enim cordis caries
mala est, hinc Virgilius, 4. *Æneid.*

Infixum stridet sub pectore vulnus.

& quia alia contra eum concurrebant adminicula per
23 M. C. fuit Medicus condemnatus ad nubendum, vel
dotandum cum clausula, quod si dotare eligeret, per
quinquennium extra Provinciam exularet, & in effectu matrimonium contraxit, ut penes scribam Fiscalem Lauritano.
24 Quinta est conjectura, nimirum loci fama, Aymon
Cravetta *Cons.* 205. *nu.* 13. Mascardus *de probat. concl.*
1343. *nu.* 5. Bajardus ad Clarum *§. stuprum nu.* 4. Farinac. *quæst.* 147. *§. probatio nu.* 133. *&* 135. & certe
hæc alia indicia, & adminicula coadjuvat Rot. *d.*
25 *decis.* 72. *nu.* 2. probatur ex tex. *in cap. præterea de testibus*, ibi, *præsumptionem violentam famam consensens subministret*.
Alia est conjectura visus ut puta si imputatus de
stupro visus est puellæ domum introire, maxime no-
26 cto, cum carisus, & jocus, aliive matrimonii tractatus:

cetera, quæ ex contingentia proveniunt, ad tuam relinquo diligentiam.

Duo tamen non prætermitto, unum quod, quæ singula non valent, juncta juvant, juxta textum in l. in-
27 *strumenta*, *C. de probat. Glos. in l. 2. ff. de excusat. tutorum verbo legitimis*. ibi: *sed duæ præsumptiones etiam probationem plenam faciunt cum aliis indiciis, quia quæ non prosunt singula, multa juvant*, & cetera ad eandem pertinent rem, si non valent, quia magna sunt, valebunt, quia multa sunt, & ut vulgo dicitur, *se non viene il fulmine, viene la grandine*, confert *Glos. in l. 3. §. ideoque, ff. testibus*, *Glos. in cap. cum fam de probationibus*, & Quintilianus *instit. orat. cap. 9* ita scripsit, *Alia sunt signa non necessaria, quæ etiam si ad tollendam dubitationem sola non sufficiunt, tamen adjuncta cæteris plurimum valent*.

Idemque Quintilianus *loc. cit.* exemplo ostendit Titium e. g. de homicidio accusatum, & si sola conjectura, quia sanguis ex hostia respersit, vel ex nare profluxit, nihil operetur, verum si in locum interfecti hominis Titius visus fuit, & illius erat inimicus,
28 & antea minatus, interfectorem Titium indicat, & hæc coacervata probant, & me patrocinante pro Fisco, Franciscus Conte de Vajano ob homicidium causa furti patratum in hac Civitate in mulierem infelicem, Felicianam nuncupatam, quia cum ea commercium carnale habuit, & fuit eodem die visus cum veste tincta sanguine in vico, quo illa habitabat, ac in hora fa-
29 cinoris, atque visus, quod a dicto loco ivit ad Ecclesiam Archiepiscopalem, & ab ea accepto pallio ab amico discessit Vajanum versus; hisce addita fuit extrajudicialis confessio per duos testes probata, quorum unus exhibuit anulum aureum ab eodem acceptum pro ducatis quinque, & constabat illum fuisse Felicianæ, & à M. C. fuit acriter tortus, & non confessus, ad Regias triremes transmissus, & præsertim ponderavi indicium sanguinis, quod erat quidem urgens, ea quo in loco propinquo, & in hora facinoris fuerit visus, juxta notata a Cursio *de indic. homicid. voluntarii*.

Item si Titius accusatus de morte Caji, cui per testamentum erat successurus, si tamen illud Cajus mu-
30 tare intendebat, & Titius pauper erat, ac levis vitæ, Caji hæreditas magna, hæc unum in locum coacta rem claram faciunt, ut inquit, & materia est sine scrupulo, cum non agatur de ultimo supplicio.

Unde si puella Cajum querelavit de stupro, & ità cum juramento coram Judice confirmavit, si puella est decora facie, si Cajus in eodem commorabatur loco, si juvenis, & non infirmus, si matrimonii tractatus, aut amoris intercesserunt, & his accedat extrajudicialis confessio, vel loci fama, sive aliud adminiculum, hæc quidem, vel alia Cajum stupratorem declarant.

Alterum quod attenta dicta ratione, stuprum est crimen privilegiatum, ideoque testes inhabiles etiam
31 admittuntur juxta *Glos. in l. consensu*, *C. de repudiis*, & testantur Clarus in §. *stuprum* Mascard. *de probationibus conclus.* 1343. *num.* 4.

Et confert doctr. Bald *cons.* 427. *lib.* 5. ubi ad probanda indicia, & ad investigandum non requiri testes omni exceptione majores, si tis verisimilia deponunt, ut in arg. *l. milites*, § *oportet*, *C. de quæst.* Hinc sorores puellæ stupratæ esse admittendas ad juvanda alia indicia contra stupratorem censeo, nam non præsumitur cum mendacio propriam allegare verecundiam.

Circa quintum, nempe stupri pœnam jus civile, & canonicum recensebo, atque Doctores, qui testantur
32 de usu, qui jus interpretatus juxta *Glos.* in §. *ex non scripta instit. de jur natur.* & *Glos. in l. fin. C. quæ sit long. consuet.* de jure civili est *text. in* §. *item lex Julia de publ. jud.* ubi pro stupro sine vi in virginem, vel viduam honeste viventem *lex Julia* stupratoribus pœnam irrogat, nempe si honesti sunt, publicationem partis dimidiæ bonorum, si humiles corporis coercitionem cum relegatione. Quod verbum cum relegatione reiteratur, ut stuprator vitæ alioqui honestæ parte bonorum confiscata relegetur, sicut opinantur Giphanius hic, & Harprect. ac Menoch. *de arbitrariis lib. 2. cap. 3. cas.* 288 *nu.* 10. & 11. Paul. Chirland. *de pœnis omnifariam coitus cap.* 6. Grammat. vero *voto* 4. *nu.* 24. tenet, quod in defectum bonorum relegatio procedit.

Etenim Puella hoc stupro deterior fit, sicuti & Vidua, & non facile in matrimonio conjungitur, & si innupta vivat, erit in Republica tanquam arbor in agro sine fructu, & si meretricando vivat, erit uti spina, quæ ab agri evellitur, & hac ratione concubitus cum vidua honeste vivente nuncupatur quoque stuprum, atque distinguitur a concubitu cum meretrice, quæ non remanet diminuta, ut virgo, nec fit deterior in conditione, ut vidua honesta, & hac ratione *lex Julia in d.* § pœnam irrogavit, ut boni mores conserventur in Republica.

Et quoque *text.* in *l. 1. §. qui puero, ff. de extraordin. crim.* ubi Paulus inquit, *qui puerum stuprum adducto, ab eo, vel corrupto comite persuaserit, aut mulierem, puellamve interpellaverit, quodve impudicitiæ gratia fecerit donum præbuerit, pretiumve quo id persuaderet, dederit, perfecto flagitio punitur capite: imperfecto in insulam deportatur; corrupti comites summo afficiuntur supplicio.*

33 Hic textus juxta suam literam (meo arbitrio) de stupro involuntario loquitur, & ita intelligi potest, videlicet, qui stuprum puero persuaserit blanditiis, pretio, dono, aut aliqua promissione, & per consequens vi interpretava: juxta *text. in l. 1. §. persuadere, ff. de servo corrupto*, & *l. cum qui C. de appellat.* ab eo comite abducto, vi ablato, ut Cicero 7. *in Verrem*, ibi: *Navem prædonibus addactam, vel comiter corrupto mulierem, Puellamve interpellaverit*, scilicet iterato, & importune rogaverit, ut ex Valer. Max. *lib.* 3. ibi: *Cato iteram, deinde hac sæpius interpellatus in proposito perstitit, perfecto flagitio punitur capite*, idest in metallum damnatur, qua pœna Civitas amittitur, atque libertas; Nam cum catenit quoque mancipatus imperfecto deportatur, unde verbum capite non de morte naturali intelligitur, sed de morte Civili, cum telata pœna major sit, quam deportatio, & ita semper in dubio intelligi debet per *text. in l. semper, ff. de reg. juris*, *l. si præses*, & *l. penalt. de pœnis*, probat Farinac. *quæst.* 19. *nu.* 2. & 3. qui intellectus duplici fundamento comprobari potest, primo per *text. in l. in eadem*, §. *præterea*, *ff ad l. Jul. vi publica*, cujus verba sunt: *Præterea punitur hujus legis pœna, qui puerum, vel fœminam, vel quemquam per vim stupraverit*, pœna enim *l. Juliæ de vi publica* est tantum deportatio, ut in *l. qui dolo*, *ff. eodem*, unde verbum capite in dicta lege positum non potest intelligi de morte naturali, sed de morte civili, nempe pœna in metallum, quia in dicto casu stuprator duo committit crimina, nempe in puellam, quam stupravit, & in comitem, quam corrupit, vel removit.

Secundo, nam Paulus contra corruptos Comites utitur verbo adjectivo (*summo*), quod absque dubio mortem naturalem denotat, onde ubi voluit, declaravit, Comites enim illi, quia a tutela deficiunt, & ex pastoribus corrupti, evadunt lupi, merito debent occidi; ab hoc intellectu non dissensit Bart. qui dicit hanc legem procedere, quando non sine vi, idest abducto comite, stuprum perficitur, §. *vero item l. Julia instit. de public. Judic.* locum habet quando sine vi, sed Claudius Bertazol. inquit *ad consilium patris* 495. ex Jacobo Contio, quod verba illius legis a compilatore diminuta referuntur, & præsertim quod legendum est *domum*, & non *donum*, & Paulum loquutum fuisse de sollicitatoribus, Lenonibus, & iis qui domum tenent pro committendis lascivis, contra quos Lenones severissimæ constitutiones sunt promulgatæ, vel de illo stupro in puellam patrato, quod in puerum committitur, & sic de stupro præpostera venere. Primo, nam de stupro in puellam ordinarie jam erat tractatum, & pro ea imposita pœna ex *l. Julia*, de stupro ergo extraordinario, nempe contra naturam erat dicendum, & merito sub hoc titulo *de extraordinariis criminibus*. Secundo quia J. C. loquitur ibi per dictionem (*Aut*) quasi de casu simili, dum ait (*aut mulierem, puellamve interpellaverit*) hoc de stupro puerili, & tertio verbo *mulierem*, nam stuprum non committitur in mulierem, sed in Virginem, mulier enim illa est, quæ virum agnovit, quæ interpretatio quoque mihi placet.

Pro violento stupro est supradictus *text. in l. in eadem*, & in §. *item lex Julia instit. de public. judiciis*,

34 ubi ſtuprum vi publica committitur, deportatio ex *l. Jul. de vi dublic.* irrogatur, ſi autem vi privata bonorum publicatio, & ſecundum *tex. in §. ſin autem de dublic. jud.* is vero qui per vim virginem rapit, vel viduam, capite punitur, ſcilicet ultimo ſupplicio, ſecundum *l. unic. C. de rapta virginis.*

35 De jure canonico eſt *tex. in cap. 1. de adulterio* & ſtupro, cujus hæc ſunt verba, *ſi ſeduxerit quis virginem nondum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit in uxorem; Si verò pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines conſueverunt*, quo capitulo Summus Pontifex Moyſis legem, de qua in *Exodo cap.* 22. renovavit.

Et eſt *tex. in cap. 2. eodem tit.* quod ſequitur *Pervenit ad nos, quod Felix quandam virginem ſtupro decepit, quod ſi verum eſt, quamvis eſſet de lege plectendus, nos aliquatenus legis duritiam mollientes hoc modo diſponimus, ut eam, quam ſtupravit, in uxorem habeat, aut ſi renuendum putaverit, corporaliter caſtigatus, excommunicataſque in Monaſterio, in quo agat pœnitentiam, retrudatur, de quo nulla egrediendi ſine præceptione licentia*, quæ juta certe loquuntur de involuntario ſtupro, quod aliqua promiſſione, maliſque artibus committitur, ut ex dicto capitulo primo colligitur per verbum *Seduxerit*, & ex *cap. 2.* per verbum *Decepit*.

36 De uſu, ſive conſuetudine, qua jus interpretatur, quamplures teſtantur Doctores, & inter magnæ authoritatis eſt perill. Antonius Gomez in *l. 80. Taur. ubi n. 9.* profitetur, quod in Hiſpania in caſu, quo puella eſt decepta, aut ſeducta, ſicuti in dubio propter ſexus fragilitatem præſumitur, argumento *tex. in l. unic. §. pen. C. de rapt. virg.* ibi, *niſi etenim eam ſollicitaverit, niſi odioſis artibus, non facit, eam velle in tantum dedecus ſe producere*; Deflorator puellæ alternative tenetur, aut eam in uxorem ducere, aut dotare, & ſi dotare tantum velit, etiam aliqua pœna punitur. In eo vero caſu, in quo puella libenter viro conſentit, ſine aliqua perſuaſione, ſed amore capta virum ſollicitaverit, dicit, quod ad nihil teneatur ut n. 10. *in fin. argum. text. in l. 3. §. ſi quis volentem, ff. de libero homine exhibendo*, ubi quis non tenetur legis edicto, ſi liberum hominem volentem retinuit, ſecus ſi ſeduxerit, & calliditate hoc fecerit; cæterum pro ſtupro cum vidua volente commiſſo de generali conſuetudine Hiſpaniæ non punitur.

37 Joannes Guttierez *Canonicarum quæſt. cap. 37. n. 11.* de Conſuetudine quoque teſtatur, quod ſtuprator alternative condemnatus, vel ut corruptam ducat, vel ut condecenter dotet, & ſi poſtremum elegerit, etiam aliqua plectitur pœna, exilii, vel pecuniaria, fiſco applicanda, & *nu. 22. 23. & 24.* pro majori declaratione tres diſtinguit caſus.

Primus caſus, quando deflorator precibus importunis virginem cognoverit, & in hoc dicit, quod in utroque foro eam ducere, vel dotare tenetur. Secundus caſus, quando puella amore capta virum ſollicitaverit, & ſtupro commoditatem præſtiterit, & in hoc caſu ad nihil teneri dicit, quia dati per errorem ejuſdem repetitio eſt: Conſulto enim dati donatio eſt, ita puella conſulto, abſque ulla vi, ſnique volens, copiam faciens viro, videtur donationem, & remiſſionem ſui juris facere; nam licet in corporis abuſu, membrorum plenum jus illa non habeat contrà legem prohibentem, ut ſine peccato eis non poſſit uti, in ejus tamen jus politicum habet, & in hoc caſu ſi puella curatores habeat, quamquam volens corrupta fuerit, ſtuprator tamen ratione injuriæ iis illatæ ad alterum tenetur. Tertius caſus, quando puella non importunis precibus, ſed viro requirenti in ſtuprum libenter conſentit, & in hoc tertio caſu, ex quo fuit ſtupri origo, eum etiam ad alterum teneri patet.

38 Jo: Petrus Fontanella *de pact. nupt. to. 2. clauſ. 5. gloſ. 5. par. 5. nu. 6. & 9.* teſtatur, quod copulativa appoſita in *cap. 1. de adult.* qua deflorator tenetur nubere, & puellam dotare, uſu commutata eſt in alternativam, ita quod ad alterum ſolummodo tenetur; nam licet jus canonicum ſit jure Divino conforme, videlicet *cap. 22. Deuteronomii, & 22. Exodi*, ubi, is, qui virginem corruperit hoc duplici onere gravatur, tamen hoc jus divinum enumeratn continens præcepta in nova lege gratiæ non obligat, niſi quatenus a jure poſitivo eſt renovatum, ideoque conſuetudo bene potuit immutare, quod a lege poſitiva canonica ſuis ordinatum, & quod ita in Senatu Cathaloniæ practicatur, teſtaturque etiam, quod ſi ſtuprum data fide matrimonii fuit ſequutum, deflorator ad illud præciſe compellitur, *ut num.* 31. & ſi corrumpens mulierem uxoratus erit, ad eam dotandam, nec non aeriori pœna Judicis arbitrio eſt plectendus, quia mali exempli eſt, ut *num.* 122.

Dom. Franciſcus de Amaja *ſuper tribus libris Cod. tit. de jure Fiſci num.* 56. teſtatur, quod licet fuerit
39 controverſia, atque hoc *cap. 1. de adult.* copulative
obliget corrumpentes virgines, nempe ad conducendas in uxores, atque eas dotandas, de conſuetudine tamen ſtupratores alternative condemnatur.

Dom. Emanuel Gozalez *ſuper cap. 2. de adult. nu. 2. 7. & 8.* fatetur ſtupratorem non ad alterum tantum
40 teneri, quod interpretes conjunctivam poſitam in
dicto cap. pro disjunctiva haberi docens argum. *tex. in l. ſæpe 53. ff. de verb. ſign.* quod comprobat ponderando, quod capitulum primum, quatenus ad utrumque conjunctim ſtupratorem obligaret, recte uſus potuit hoc disjungere, quia Deus in *cap. 22. Exodi*, ex quo Capitulum prædictum deſumitur, ſimpliciter, non jubet hoc fieri, ſed iſa ſi pater non diſſentiat, unde infert, quod ſi patri conjuncta ſeparare permittitur, tanto magis talis disjunctio admitti uſu potuit: Inſuper quod ſi ad utrumque teneretur, virgines divinæ legis fiducia libentius peccarent.

Matthias Coderus *in decif. 176. nu. 87. & 89.* teſtatur, quod in Germania ſtuprator virginis, & viduæ
41 honeſtæ, vel ducit, vel eam competenter dotat, atten-
ta facultate ſui patrimonii, ac puellæ vitiatæ conditione, deflorator vero virginis alteri deſponſatæ, in judicio criminali, ſi humilis conditionis ſit, cum relegatione fuſtigatur, ſi autem honeſtus cum confiſcatione mediæ partis bonorum relegatur, juxta *text. in §. item l. Julia inſtit. de publ. judic. ut n. 92. & 93.*

Matthias Berlich. *concl. 38. nu. 15.* affirmat, quod in Saxonia ſtuprator alternative tenetur, aut ad con-
42 jugium, aut ad dotem, & quod ultrà hanc pœnam,
etiam arbitrarie a magiſtratu plecti poteſt, & quod liberatur ab omni pœna, ſi mulierem ducat in uxorem, & ita ibi eſt interpetratum Jus Canonicum, ut ad *num. 113. & 155.* verum, quod ſi ipſe matrimonii puellam defloraverit, eam præciſe ducere cogitur *nu. 63.* & de promiſſione matrimonii, præſumptio eſt, ſi ſtuprum patet *nu.* 87.

Benedictus Carpzovius *in praxi crimin. quæſt. 68. num. 6. 52. & 27.* profitetur, quod in terris Imperii
43 pro ſtupro commiſſo in virgine, vel in vidua hone-
ſte vivente deflorator alternative condemnatur, vel ad defloratam ducendam, vel dotandam, & quod copulativa poſita in *cap. 1. de adult. deducto a cap. 22. Exodi* in alternativam reſoluta eſt, quod ità in Saxonia particulari Conſuetudine eſt ordinatum, quæ procedit etiam fœmina irritante ad ſtuprum, ea ratione, ut *nu. 41. & 42.* quia Conſtitutio indiſtincte hanc pœnam ſtupratoribus imponit, ideoque abſque juris authoritate exceptio hæc temere admitteretur; quod enim in lege non cavetur, in practica non habetur, ac *nu. 53. & 81.* per aureum *text. in l. humilem Cod. de inceſt. nupt.* in eandem incidit pœnam, ſi Nobilis ſtupraverit plebejam, nec non, ut *nu. 91.* is, qui promiſſo matrimonio puellam defloravit, ad id contrahendum præciſe cogi debes in carcere, & ſi incarceratus nolit, perpetuo relegari poteſt; rurſus ſi ſtuprum agnovit, & promiſſum negat matrimonium, conjectura eſt, quod puellam uti futuram cognoverit ſponſam, & non libidinis cauſa allegat *cap. ſi quis fidem de ſponſalib. nu.* 66.

44 Cornelius Neoſtadius, qui *decif.* 52. teſtatur, quod in Batavia cautum eſt, ut quis virgini ſtuprum intulerit, eam vel ducat, vel alii elocet dotatam.

45 Julius Clarus *in §. ſtuprum nu. 3.* pro ſtupro ſine vi commiſſo teſtatur de Conſuetudine Mediolani *Capitulum de adulteriis* habere locum, non quidem, ut ſtuprator præciſe cogatur ad ducendam puellam, ſed alternative, ſi vero vi, quod ſtuprator ultimo plecti-

tur supplicio, *& num.* 4. quod pro stupro in vidua
numquam vidit aliquem puniri.

Ægidius Bossius *tit. de coitu damnato, & punibili nu.* 52. fatetur, quod numquam vidit Mediolani
46 pro stupro aliquem puniri, nisi ad solvendam dotem,
secundum jus Canonicum. Pro stupro verò violento,
ut inquit *nu.* 19. non est dubitandum, quod sit ultimi
supplicii pœna.

Antonius Thesaurus *decis.* 3. *concl.* 5. profitetur,
quod pro stupro sine violentia de *Consuetud.* & in
47 Senatu Pedemontano nulla alia pœna stupratoribus
irregatur, quam ut hi ducant, vel condecenter stupratas dotent; verum si virgo sub spe matrimonii seducta
fuerit a viro non conjugato, in conscientia eum non
esse tutum, nec absolutione dignum, nisi promisso
matrimonio adimplero.

Gaspar Antonius Antonini filius *in d. decis. lit. D.*
48 addit in eo Senatu stupratorem etiam aliqua pœna
erga fiscum multari.

Prosperus Farinacius eximius in Curia Romana
quæst. 147. *nu.* 35. dicit, quod stuprum, persuasionibus,
49 importunisque precibus patratum, reputatur uti violentum, non ut stuprator ordinaria plectatur pœna;
sed ut puellæ constituat dotem, & *nu.* 121. post Navarrum in *Manuali confessorum cap.* 16. *nu.* 16. quod
etiam tenetur dotem dare puellæ stupratæ, quæ libere, aut leviter rogata consensit *nu.* 89. *&* 116. testatur de *Generali Consuetudine* in terris Imperii in foro
seculari stupratorem alternative teneri, nempe ad dotem, vel ad conjugium; Atque est in praxi receptum
quod si is nolit puellam in uxorem ducere, sed dotare,
etiam aliqua pœna Judicis arbitrio caulari, vel pecuniaria plecti debet, ut *nu.* 104. nec non in *to.* 1. *consf. de hac consuet.* ponit decisionem Sacræ Rotæ Romanæ, quæ in *decis. est* 779. Penes Taurinensis Matrim.
4. *vol.* & post *consf.* 574. in qua Domini de Rota dixerunt, quod *cap.* 1. *de adul.* declaratur per secundum,
quoniam idem Legislator, qui capitulum primum
promulgavit, in quo vivificavit præceptum divinum,
quod alias erat mortuum, in eadem re emanavit capitulum secundum, & cum in eo decreverit aliam dispositionem cum disjunctiva, censetur legislatorem
voluisse prædictum capitulum primum esse observandum cum illa qualitate, de qua in *cap.* 2. & sic consueverunt Domini de Rota, ut qui virginem deflorat, cum
ea præcisè matrimonium contrahere non compellatur, sed causative, ut colligo ex *nu.* 4. *&* 5. Verum
in *decis.* 74. *tom.* 2. *consiliorum* testatur, quod si is,
qui stuprum committit sub spe matrimonii, ut quia
tractatus præcessit, vel facta sunt sponsalia, quamvis
non jurata, quod ad illud contrahendum sub censuris
cogi debet, & ita Domini de Rota coram Reverendo
Patre Dom. Blanchetto censuerunt.

Reverendus Alexander Sperellus in *decis. for. Ecclesiastici decis.* 6 *nu.* 14 ubi relata opinione Doctorum,
50 qui *ex cap.* 22. *Exodi, & cap.* 1. *de adult.* affirmant defloratorem teneri copulative ad ducendum, & ad dotandum, atque eorum, qui tenent contrarium, scilicet non copulative, sed alternative obligari, huic postremæ opinioni inhærens, eamque a Rota fuisse canonizatam, ac in praxi servari affirmat; Et *nu.* 15. de
communi testatur stupratorem præcise esse compellendum ad matrimonium, si hac promissione puella
consensit in stuprum, necnon matrimonium hoc metu
contractum non esse irritum, quia jura, quæ pro matrimonii libertate pugnant, non habent locum, quippe
justa causa metus hic infertur, & rationem quoque a
priori assignat; nam stuprator libere a principio in
hanc obligationem seipsum constituit, & in dictam angustiam coegit, unde coactio, quæ ex propria voluntate, & sua culpa oritur, libertati moraliter non repugnat, ut videre est *nu.* 11. *&* 13.

Et quia sanctius est forum externum regulari ab
interno; ut eo lumine non abberremus a via in hac
materia scrupulosa, Doctores quoque morales referre opere pretium duxi.

Reverendus Martinus a Navarra, *in manuali confess. cap.* 16. §. 1. profitetur stupratorem ad nihilum te-
51 neri in foro interno puella libere, & libenter in stuprum consentiente, quia scienti, & consentienti voluntati nulla fit injuria, nec fraus, *Cod. sciente, de
reg. jur. in* 6. & quia lex, quæ jubet aliquid solvere, procedit quando seducta fuit *cap.* 1. *de adulteriis.*

Reverendus Leonardus Lessius de *justit. & jur. lib.* 2. *cap.* 10. *dubit.* 2. *nu.* 9. tenet, quod stuprator in foro interno ad nihil obligatur, si puella li-
52 bere, & libenter in stupro consensit, quia sui corporis domina est, & juri quod habet ad detrimenta nuptiarum facienda cedere valet, cum liberum ei sit
a nuptiis abstinere; *num.* 10. ait, quod quivis, aut
fraude usuram puellæ corporis extorsit ante judicium
in foro interno, ad damni reparationem tantum tenetur, quia jure naturæ ad amplius non tenetur;
post vero judicium tenetur, aut ad ducendam, aut
eam dotandam, licet stuprum sine matrimonii promissione sit sequutum, quia damnum ei per injuriam
est illatum, ideirco debet reponi, & *num.* 14. dicit,
quod qui importunis precibus corporis usuram impetravit, non tenetur, nisi preces magnam importunitatem continerent, ratione, ut retuli, *& Num.* tandem 12. dicti loci, ac *dubit.* 3. *nu.* 20. *dubit.* 4. *n.* 35.
refert, quod si stuprator ob conjugii promissionem
puellam decepit, omnino in foro interno ad eam ducendam tenetur, quia hoc pacto sequuta copula
puella jus acquisivit in matrimonium, alioquin si
contrarium diceretur, tali artificio humana involverentur commercia.

Reverendus Gabriel Guasquea *tit. de restit. cap.* 3.
§. 1. *dubit.* 2. refert de communi Doctorum placito,
quod vir, qui fœminam sub spe matrimonii deflora-
53 vit, tenetur in conscientia cum ea matrimonium
contrahere, sive vere, sive ficte promisit, quia mulier hac promissione fuit inducta, & si contrarium
diceretur, janua fraudibus aperiretur, ut *num.* 15.
quod confirmat in § 2. *dub.* 1. *num.* 3. Et eodem loco tenet, quod virgini fit injustitia, si vis corporalis illata sit, vel mendaciis adtracta, non vero si precibus, vel muneribus inducta; nam hæc, licet mulieres reddant faciliores, non tamen eas faciunt invitas, nisi minæ intercesserint; Ideoque non operantur, ut stuprum sit involuntarium, & in hoc concordat cum Patre Lessio.

Rev. Jo: Azzorius *par.* 3. *instit. moralium lib.* 5.
cap. 5. dicit, quod stuprum involuntarium est contra justitiam, & stuprator tenetur ad deducendam,
54 vel stupratam dotandam, quia virgo, injuria, &
damno affigitur contra ejus voluntatem, & quod virgo invita censetur corrupta, quando vi, metu, fraude, vel mendaciis corrumpitur, ut in *d. cap. lit. A
& lit. D.* quoque opinatur continuas preces non constituere involuntarium, sicuti dona, & munera, quia
hæc tantum sollicitant, & alliciunt. Tandem *Littera F.* quod stuprator si promisit matrimonium, in
foro conscientiæ ad id tenetur, & hoc confirmat in
d. par. 3. *in* 13. *difficultate*, ubi ait, *Ob stuprum vi,
vel fraude virgini illatum violatorem teneri ad ducendam, vel dotandam eam, & quod hac alterutrum
sit penes puellam corruptam.*

Reverendus Pater Stephanus Fagundez *lib.* 6. *præceptorum decalogi prac.* 6. *c.* 1. tenet, defloratorem
55 virginis sponte consentientis ad nihilum in conscientia teneri, quia virgo domina est signaculi virginalis, & suæ famæ, ac volenti non fit injuria, & *cap.*
5. *num.* 12. omnino teneri ad eam ducendam, si sub
conjugii promissione defloravit; nam promissio hæc
transit in contractum innominatum, do, ut facias,
& cum puella ea parte sua impleverit, sui copiam illi
faciendo acquisivit jus ad matrimonium, & deflorator in justitia ea parte sua tenetur etiam implere, &
non satis est dotare, quia corpus pro corpore fuit
promissum.

Dominus Cardinalis Joannes de Lugo *de just. & jur. tit. de restit. ob stuprum disput.* 12. *sect.* 1. *n.* 2
56 tenet, quod in foro conscientiæ, stuprator ad nihil tenetur, si puella sine vi, metu, & fraude illius
petitionis annuit, etiam si continuis precibus stupraverit, quia ejusmodi preces facile caveri possunt, si
serio fœmina velit, & licet alii tenent contrarium,
hoc est probabilius allata ratione, ut ait *num.* 4. nisi
stuprator fuerit in culpa in tetegendo stuprum; nam
tunc ratione infamiæ illatæ in conscientia tenetur ad
repa-

reparationem damni, ut *num. 6.*

Quod si vi, metu, vel aliqua fraude puellam corrumperit, alternative tenetur, vel ad ducendam, vel ad dotandam, quia in conscientia altero posito, sufficienter obviatur damno. Electionem vero mulieri, & non viro competere, alioquin non compensaretur æqualiter damnum injuste illatum, cum fœmina privaretur libertate nubendi, cui vellet, quam antea habebat, ut *n. 12.*

Pariter tenet, quod, vir, qui matrimonii promissione puellam defloravit, omnino in conscientia obligatur ad matrimonium, etiam si fictitia fuerit promissio; nam contractus est onerosus, idcirco de justitia tenebatur vere promittere, & non satisfacit aliud offerendo pro eo quod debetur, & in omni casu puella est decepta; etenim si dotem promisisset, fortassis fœmina corpus suum non tradidisset.

Bonacina *de matr. q. 1. puncto 2. & q. 4. punct. 12.* ejusdem est opinionis; cœteros prætermitto, ne longiur lectori tedium afferam, verum ex dictis eorum duas colligo conclusiones.

Primam, quod stupro pro persuasionibus, importunisque precibus commisso, stuprator ad alterum tenetur, nempe ad ducendum, vel dotandum, & si Judici videbitur aliqua alia pœna potest condemnari,
57 nempe pecuniaria, si dives est, vel exilii, si futurum timetur inconveniens, & Doctores morales relati, qui tenent hoc in casu stupratorem ad nihilum teneri, loquuntur in foro interno, sicuti *Capitulum primum de adulteriis, & Capitulum secundum* procedere in foro externo, & post judicium intentatum affirmat Dominus Cardinalis de Lugo *d. loc. cit. n. 12.* quæ jura canonica hac in re procedunt in terris Imperii tamquam condignam pœnam prò stupro continentia, sicuti etiam testatur Cancer. *lib. 3. cap. 11. de sponsal. num. 20.* & decretum in M. C. ita concipitur *N. N. dotet, vel nubat.*

Secundam conclusionem, quod pro stupro cum conjugii promissione sequuto, stuprator tenetur tam
58 in foro interno, quam externo ad promissum conjugium, & ad illud præcise cogi debet, aut carcere, aut capitali pœna, nempe triremium, aut relegatione ad longum tempus, & hic adverto, quod præcisa coactio ponderatur in majori pœna, quæ est imponenda in hoc casu, ad differentiam pœnæ pecuniariæ, vel exilii, quæ imponitur in enunciato primo casu, & dicta procedunt etiam si promissio sit conditionalis; nam secuta copula efficitur pura, & adstringi debet promissor, Trevis. *de spons. prov. 2. num. 23. in fin.* Decretum in nostra M. C. ita concipitur *N. N. dotet, vel nubat, & si dotare elegerit, remaneat carceratus per quinquennium, vel septennium arbitrio Judicis, vel remiget, vel relegetur, &c.* & hic adverto, quod in Nobili pœna carceris magis operatur, quam relegationis, & verificatur magis de præcisa coactione; & hoc fundatur in *d. cap. 2.* Hinc etiam adverto, quod si stuprator promittit matrimonium, & promissum servare nolit, quo casu coertionem meretur corporalem, si pro hac pœna probationes non existant sufficientes, condemnari poterit ad dotandum, pro qua pœna non requiruntur probationes tanti ponderis juxta notata a Farinac. *qu. 86. & cons. 78.* aliquando tormentum vidi practicatum, in quod numquam devenirem contra in bonis habentem, quia mulier pauper de facili sine dote poneretur in via meretricandi. Pro ornatu hujus capituli, ac pro majori declaratione materiæ quæro.

Primo, an qui puellam sub spe matrimonii deflo-
59 ravit, ad illud teneatur, si dispar sit conditionis nobilior, vel ea ditior?

In hoc quæsito affirmative respondeo, & audacter teneo eum, qui deflorat virginem, aut viduam inopem, humilem, & vilem, non tamen respectu morum, & vitæ, verum quoad divitias humilem, & respectu generis, seu familiæ vilem.

Primo per *text. in l. humilem 7. Cod. de incest. nupt.* ubi inquit Juris Consultus, *Humilem, vel abjectam fœminam, minime eam judicamus intelligi, quæ licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata sit. Unde licere sancimus Senatoribus, & quibuscumque amplissimis dignitatibus præditis, ex ingenuis parentibus natas, quamvis pauperes in matrimonium sibi accipere, nullamque inter ingenuas, & opulentiores ex divitiis, & opulentiores fortuna esse distantiam.* Idcirco licet stuprator genere sit nobilis, vilem tamen puellam ducere tenetur.

Secundo, quia maxima præberetur ansa facinora hæc exercendi, & pauperes virgines hoc prætextu vitiandi.

Tertio plurimorum Doctorum authoritate uti pœnes Farinacium *tom. 1. consiliorum consil. 90.* qui pro veritate, & non pro cliente examinato hoc articulo, in hanc descendit sententiam, clare demonstrando, quod Doctores, qui ajunt stuprum commissum in mulierem vilem esse impunibile, sequuti fuere de muliere vili, non respectu generis, aut paupertatis, sed respectu inhonestatis, ut bene colligitur ex *text. in l. qua adult. Cod. de adult.* juxta Glos. in verbo *pudic.* & in verbo *stupri.*

Necnon Berlichi *concl. 38. num. 83. & 84.* ac Benedicti Carpzovii *num. 61. & 65.* authoritate, qui ita tenent, quod stuprator stante promissione matrimonii præcise ad id cogitur.

Dictum confirmatur exemplo relato a Divo Damasceno *in hist. Sancti Josaphat. c. 16.* ubi habetur, quod
60 quidam juvenis dives, & nobilis mulierem divitem, nobilemque refutavit, & vilem, & pauperem in conjugem accepit, quia hæc manibus operando Deum assidue laudabat, gratias eique agebat, & cum ab eo interrogata fuerit, pro quo beneficio gratias referebat, si vilis, & ægena erat? illa ei respondit *pro multis quidem, & magnis gratias ago, & hanc modicam laudem offero; Nam secundum Dei imaginem facta sum, pro omnibus animalibus ratione prædita sum, Corpus mihi salubre est; & per viscera misericordiæ ejus Paradisi janua aperta est;* Item ait *nescis, quod sicut exigua medicina sæpè de magnis languoribus liberat hominem, ita in paucis Dei donis gratiarum actio auctrix majorum efficitur, cum majora dare possit.* Stupens propterea juvenis de ejus eximio intellectu adammavit eam, & propter pietatem erga Deum, recepit in uxorem, eo quod sors in juvenem cecidit; nam pater virginis, qui existimabatur pauper, magnum thesaurum in abscondito tenebat, cujus juvenis fuit hæres. Et hic nota, quod homini bonæ voluntatis non deficit gratia Dei; melius est enim uxorem habere vilem, aut pauperculam, & tibi gratam, quam divitem, vel nobilem, & contra genium tuum. O beatum virum, cui uxor contingit bona: nam in ea consistit (ut Philosophi quamplurimi dixere) summum bonum, hoc est beatitudo.

O utinam esset conjugum, ut illud Abrahami & Saræ, quia oritur Isaac, idest *Risus*, & gaudium per communem jucunditatem. Quid enim homini prodest aurum, atque argentum, cor autem non habere contentum? Nunnè scriptum est: Melius est
61 habitare in terra deserta, quam habere mulierem iracundam; melior est utique buccella sicca cum gaudio, quam multum plena cum jurgio; melior est
62 pugillus cum requie, quam plena utraque manu cum labore, & afflictione animi, & de *lib. Eccles. Sal.* paucum est utique interesse, quo hominis vita sustinetur, si ultra quod opus est, non desiderat, ut Salomon qui hac Domino fundebat preces, *divitias nec paupertates dederis mihi, sed tantum victus meo necessario.*

Et in foro interno si deflorator verè conjugium puellæ promiserit, de communi testatur D. Card. de Lugo *de justit. & jure disp. 12. sect. 2. num. 19.* quia id debet ex contractu oneroso, in quo potuit, & se voluit obligare ad rem, quam licite exequi poterat.

Si vero ficte, & in statu vir, & fœmine sunt dispa-
63 res, ut dictum est, controvertitur inter DD.

Etenim Rever. Thomas Sanchez *lib. 1. de spons. quæst. 10. num. 21.* atque alii multi ab eodem relati opinantur stupratorem ad conjugium non teneri duplici ratione, Prima ut inquit non ratione promissionis, quia hæc fuit ficta, nec secunda ratione injustitiæ, & injuriæ, quia hæc tantum obligat ad restituendum damnum, quod in præsenti non tanti existimatur, cum vir sit valde dignior fœmina, quæ

ratio-

ratio comprobatur, quoniam in contracto æqualiter celebrato uno implente, alter implere tenetur. In
64 eo vero inæqualiter ficte promittens non tenetur integre, sed æquale reddere, & dicunt defloratorem hunc, propter majorem dignitatem in justitia non teneri in contractum, verum præstare consensum, sicuti promittens meretrici, quia nemo inæquale restituere tenetur.

Et hanc sententiam appellat probabilem D. Cardin. de Lugo *in d. disp.* num. 32. ea ratione, quia in dicto contractu consensus puellæ non fit in virum nobiliorem, & in consequentiam deflorator constituendo dotem, qua cum æquali mulier nubere potest, integre damnum reddit, & id comprobat argumento a contrario sensu, nempe si deflorator cum esset inferioris conditionis, fœminam decepisset dicendo se æqualis esse conditionis, non satisfacit offerendo seipsum juxta contractum, si illa nolit: & sic loquitur attenta puellæ ignorantia de viri nobilitate.

Rever. Gabriel Gulquez *in opusculis moralib. tit.*
65 *de restit.* §. 2. *dub.* 3. *nu.* 12. contrarium tenet, ita distinguendo, aut puella disparitatem ignorabat, aut sciebat. In primo casu (ait) tenetur, quia vere videtur puella decepta; dicit enim, si ea scivisset, fortassis non consensisset, in secundo vero casu non tenetur.

Quam sententium Rev. Pater Stephanus Fagundez *in 6. prec. decalog. lib. 6. cap.* 5. *num.* 13. confirmat: Quoniam si puella sciebat disparitatem, & consensit, probabiliter præsumi potest ipsam ab eo non fuisse deceptam finxisse, & ità sponte consensisse, & loquitur non tantùm si vir dispar est, quia nobilis, sed quoque si dives, & puella pauper, & ignobilis.

Hunc sequitur Rev. Jo: Azorius *instit. moral. p.* 3. *lib.* 5. *c.* 3. *vers. sed difficultas prima est*, & in secundo casu eandem adducit rationem, nempe cum ficte promittens, sic invite statu longe superior videtur,
66 quod fœmina eo casu sponte passa est se decipi, siquidem facile intelligere potuit promissionem sibi factam ex ficto procedere animo, quod non procedit, ut inquit, in primo casu; nam si puella status disparitatem scivisset, forsitan non consensisset, & promissionem sibi factam forte fictam non credidisset.

Verum ego indistincte contrarium teneo. Primo, nam facile creditur, quod desideratur; Secundo, quia mulieres earum pulchritudine totum præsumunt; Tertio, quoniam exempla vetera, & moderna conjugiorum contractorum inter viros nobiles, & viles
67 mulieres, promissiones has faciunt credibiles, & facile in hac materia decipiuntur.

In duobus tantum casibus sententiam existimarem veram. Primo, si ex tali matrimonio magnum proveniret scandalum; Secundo, si promissio conjugii ante carna-
68 lem copulam facta fuerit; nam isto casu, tanquam ex vi, & luxuriæ impetu peractam, facile mulier eam intelligere poterat ficto procedere ex animo, eamque non inducere sponsalia, resolutum fuit in hac Neapolitana Archiepiscopali Curia, teste D. Riccio *dec.* 15. *part.* 3. licet clericus ille ad dotandam mulierem fuerit condemnatus, ac in exilium.

Secundo quæro, an stuprator teneatur ad pœnam pro stupro mere voluntario puella sub parentum cu-
69 stodia existente? vel pro stupro importunis precibus sequuto ea remittente?

Controvertitur inter Doctores; etenim Reverendus Pater Vasquez enunciato *cap.* §. 1. *dub.* 1. *nu.* 10. *& dub.* 4. tenet eum, qui puellam libere consentientem vitiavit, licet illa sit sub cura parentum, ad restitutionem non teneri, quia ut in *d. num.* 10. pater non habet dominium filiæ, ideoque puella si pa-
70 tre invito consensit, non peccat contra justitiam, in *d. dub.* 4. quia sui corporis domina est, & potest, si velit, innupta semper manere, vel inferiori nubere.

Pater Lessius *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 10. *dub.* 3. *num.* 9. idem tenet eadem ratione; quia puella do-
71 mina est sui corporis, & liberum ei est a nuptiis abstinere.

72 Dominus Cardinalis de Lugo *de justit. & jur. disput.* 12. *sect.* 1. *num.* 8. *&* 10. hanc sententiam firmat ea eadem ratione.

Reverendus Pater Ferguudez *in 6. de decalogi prac.*
73 *cap.* 5. *num.* 1. *&* 2. ubi alios DD. affert, qui in deducta ratione fundantur, nempe quia puella, neque sibimet, neque ejus parentibus facit injuriam, non sibi, quia domina est suæ famæ, & signaculi virginalis, & volenti, & consentienti non fit injuria; non vero parentibus, quia illi si aliquod jus habent in signaculo, & fama pullæ, est dependenter a voluntate ipsius; ac proinde indirecte, & per accidens deflorator lædit Patris honorem, & ipsa potest contra Patris voluntatem innupta manere.

Contrariam sententiam tenet Divus Thomas *secunda secundæ qu.* 154. ac alii, quos congerit idem
74 Pater Fagundez *loc. cit. num.* 3. ea ratione, quia rei veritate ob stuprum parentes a defloratore damnificati sunt, & qui alteri injusta causa est damni, tenetur illud restituere; & hæc postrema opinio mihi videtur verior sequentibus rationibus. Prima, quia *lex Julia* stuprum punit uti delictum, & consensus puellæ solum minuit, vel pœnam auget. Secunda, nam stuprator parentibus non levem affert injuriam, & nego, quod in hac materia voluntas puellæ sit independenter a parentum voluntate, tum jure divino, tum positivo; etenim de jure divino *in 4. Decalogi precepto* scriptum est: *Honora patrem tuum, & matrem tuam*, & ob stuprum certe puella parentum honorem, & famam valde minuit, atque deturpat. Hinc *Deuteronomii cap.* 22. *num.* 19. legitur, Buod qui odio suam uxorem habens ajebat, virginem non invenisse, propter infamiam hanc condemnabatur in centum siclis argenti Patri puellæ. Cæterum puella condemnabatur morte, (ut ibi *quoniam fecit nefas in Israel, ut fornicaretur in domo patris sui*).

Insuper quia puella propter imbecillitatem mulierum in suum honorem conservando est hoc jure divino sub parentum custodia, ut legimus in *Ecclesiastico cap.* 7. ibi: *Filia tibi sunt, custodi corpus earum, & cap.* 2. *super filiam luxuriosam confirma custodiam*. Tum jure positivo, ut in *l.* 1. §. *usque adeo, ff. de injuriis*, ubi injuria, quæ liberis nostris fit, nostrum pudorem perstringit, ut etiam si quis filium volentem vendiderit, patri suo quidem injuriam patet, competit actio, cui concordat *tex. in l. unic. C. de rapt. virg.* §. *pœnas*, ibi: *sive volentibus sive nolentibus*, & in *l. patri* 20. ac in *l. nec in ea* 21. *ff. ad l. Jul. de adult.* ubi jus datur patri occidendi adulterum simul cum filia, quam habet in potestate. Hinc absque parentum consensu puella
75 nubere minime poterat, ut in §. 1. *instit. de napt.* & quamvis per S.C. Tridentinum *sess.* 15. *cap.* 1. *de reformat.* nullus parentum consensus in matrimonio requiratur, tamen ex receptissima Doctorum sententia, qui clanculum matrimonia non decentia secundum eorum conditionem, & contra parentum voluntatem contrahunt, mortaliter peccant, ut penes Dominum August. Barbosam in *collat. citato cap. Sac. Conc. Tridentini videre est*, & propter scandala, quæ ex iis in Republica audiuntur, & propter odia parentum ob injuriam, quam patiuntur, saltem propter jacturam virginalis pudoris propriarum filiarum.

76 Insuper per *Constitutionem Sancimus sub titulo de matrim. contr.*, ac per *Capitulum*, quod incipit, *Non sine mortalis, &c.* cautum est, ut matrimonia solemniter, & publice celebrentur; nec non, ut qui puellas capiunt in uxores, teneantur eorum parentes requirere, est utique contra naturalem, & civilem rationem absque parentum authoritate nubere, & merito, qui ita temere contrahit, ut ad aliorum exemplum trahatur, Principis arbitrio est omnino puniendus, ut testatur Dom. Reg. de Marin. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 132. *in fin.* Hinc propter prædicta, ad dissentiones inter Consanguineos, atque alia gravis ponderis, Judex Ecclesiasticus illa dissuadere tenetur, ut
77 docet Rev. Pater Rebell. *de obligat. justit. lib.* 2. *qu.* 14. *sect.* 1. & Judex secularis valet impedire, ne ex hoc, ut testatur iste Doctor, matrimonii libertas læditur, sed potius regulatur, atque perficitur, cum parentes ex officio, quo tenentur, curant, ut filii non male, se bene nubant; etenim esse, quem liberum ac malum faciendum, potius imperfectio est libertatis, & defectus, quam necessaria conditio.

Nec

Nec opinio Doctorum, quod mulier est domina suæ
famæ, & honoris, tuta est, cum contradictores ha-
78 beat, ut in tertio quæsito, & quando fama in alio-
rum detrimentum vergit, sicut in causa præsenti con-
traria opinio est vera.

Tertio quæro, an puella pro stupro voluntario sit
punienda? & videtur quod non, quia tam jus civi-
79 le, nempe *lex Julia* pœnam stupratoris tantum im-
ponat, quam jus Canonicum, ut in *capit. 1. & 2. de
adulter.* & juri accedit ratio; nam fœmina non de-
bet poni in eo gradu, quo vir ponitur propter sexus
fragilitatem.

Item, nam fœmina: licet corpore suo plenum
jus non habeat, ita ut sine peccato eo uti non possit,
80 in eo tamen jus politicum habet, ut notat Guttierez
Canon. quæst. cap. 37. num. 22. quod confirmatur a
Patre Lessio *d. dubit. 2. num. 9.* ubi inquit, quod fæ-
mina sui corporis domina est, & a Rev. Patre Ste-
phano Fagnudez *citato loco*, ubi ait, quod virgo
domina est signaculi virginalis, & suæ famæ, & a
Rev. P. Gosiquez *cit. loc. dub. 4.* ubi tenet, quod
puella sui corporis domina est.

Contrarium verius puto, & consideratur. Primo,
quod fœmina delinquit contra juris præceptum, nem-
81 pe *Honestè vivere*, ut in §. *juris præcepta institutio-
num de jure naturali, gentium, & civili*. Honestas
enim in matrimoniis, & bonis moribus conservatur,
ut dicit Glos. ibi; Secundo, nam lex non solum pro-
hibet stuprum, ut illicitum, sed etiam punit uti de-
lictum, quod cum a viro, & a muliere committatur,
meritò utrique juxta malitiam suam pœna irrogari
debet.

Nec obstat, quod jus civile, & canonicum stupra-
tores punit, & non stupratas, quia de stupratoribus
loquitur, & supponit stupratas esse seductas.

Verum hujus quæsiti vera resolutio ab illa quæstio-
82 ne dependet, videlicet, an homo sui honoris, & suæ
bonæ famæ dominus sit.

Quam quæstionem post Doctores antiquos tractat
Gomesius de Amescua *de potestate in seipsum lib. 2.
cap. 12.* ubi pro utraque parte Doctores affert, & ra-
tiones, præsertim pro affirmativa adducit.

Primo, quod nulla lege justitiæ prohibetur famam
83 negligere, sicuti aliena expendere prohibetur.

Secundo, quia honor est virtutis præmium, & vir-
84 tus est proprium hominis opus propter generalem
Dei concursum, teste Aristotele *primo, & decimo
Eth.* idcirco honor, & fama proprium hominis est
bonum, & quod uti proprium, negligere valet.

Tertio, quia famæ restitutionem, sive injuriæ in-
85 famiam homo remittere valeat, ergo homo famæ do-
minus est.

Quarto, quia defensiones in causa vitæ renunciare
86 non potest Glos. in *l. pactum inter hæredem, ff. de
pactis in verbo, cum liceat*, & valet in causa ubi ver-
titur infamia.

Quinto, per *text. in cap. fin. de accus. & per text.
in l. 1. C. de his, qui potestate*, quæ jura prodigos
87 appellant eos, qui suam negligeunt famam, ergo eos
habent pro dominis.

Pro negativa. Primo, quod famæ, & honoris vi-
demur custodes, & non domini constituti *Eccles. cap. 4.*
88 *Curam habe de bono nomine, & in Evangel. Honorem
meum nemini dabo.*

Secundo, per *text. in cap. nolo 12. quæst. 1.* ubi
habetur, quod conscientia tibi est necessaria, fama ve-
ro proximo tuo.

Tertio, per text. *in cap. quatuor autem 22. quæst.
2. & in cap. jubemus 60. de consecrat.* ex iis enim in-
89 fertur famam non esse penes nos, sed alios, veluti
penes Rempublicam.

Quarto, quia bona fama, & honor vitæ æquipa-
rantur *l. justa causa, ff. de manumiss. vindict. l. 2. ff.
de origine juris*; Hinc qui sine justa causa suum dete-
git peccatum, incidit in peccatum, ut *Isaia 3. Ob-
jurgentur, qui peccata sua prædicant.*

Quid ergo dicendum? Ferdinandus Vasquez *contr.
illustr. cap. 11. num. 17.* in hoc articulo, ut inquit,
a nemine unquam, in cujus scripta inciderit, bene di-
gesto, ita distinguit, aut tractatur de honore dativo
a Rege, & a Republica indulto, veluti de dignita-
te, & officio collocato, aut de honore dativo virtu-
90 te, vel egregiis factis acquisito, scilicet de illo ho-
nore, & egregia fama ex virtute, & egregiis factis,
naturaliter, insimulque oriente, vel de honore non
propria virtute acquisito, sed hereditario, & pater-
no jure habito, veluti est Nobilitas. Ex respectu pri-
mi honoris dativi, homo illius dominus est, quia
Magistratum renunciare valet, sive prærogativas ex
Nobilitate acquisitas. Respectu vero secundi hono-
ris, dominus illius non est, quia Nobilitatem alte-
ri cedere nequit, neque gloriam ex egregiis factis
acquisitam.

At ego ita distinguo, aut tractatur de dignitate,
& honore, quem sui industria, vel majorum suorum
est adeptus, & hujus dominus est, & valet eum ne-
gligere, aut de dignitate, & honore a Deo, & na-
tura habito, ut in præsenti, de prærogativa scilicet si-
91 gnaculi virginei, quo virgo dignior est nupta, vel
de fama, & opinione habito respectu ad bonos mores,
secundum quos homo juxta naturalem rationem Dei,
& juris præcepta vivere debet, & istius dominus non
est, & non valet honorem, bonamque famam ne-
gligere: quoniam ut probat Eminentiss. Cajetanus
secunda secundæ quæst. 37. art. 2. Homo non est ita
suus, quia sit pars alterius, nempe Reipublicæ;
Hinc sicuti occidens se ipsum offendit civitatem, cu-
jus est pars, ita se ipsum infamando proprium hono-
rem, & bonam famam, respectu bonorum morum
negligendo offendit Rempublicam, & Ecclesiam, cu-
jus est pars.

92 Contraria non obstant; & primo, quod homo fa-
mæ restitutionem remittere valet, & in consequen-
tiam, quod famæ sit dominus: nam respondeo, quod
nemo est dominus membrorum suorum, & tamen pro
oculo sibi eruto remittere potest, hoc enim ab alia
ratione dependet, veluti a præcepto Evangelico,
cum dixerit Dominus *mihi vindictam, & ego retri-
buam*, & iterum, *ne dixeris, ulciscar me de inimi-
cis meis: Sed expecta Dominum, ut tibi auxilio sit*,
lege D. Augustinum *Epist. 8. S. Steph. Protomart.*

93 Neque obstat, quod homo defensiones in causa
vitæ renunciare nequit, & tamen valet in causa in-
famiæ; nam respondeo quod hoc verum est, quia fa-
mam quis cum tempore suam ostendere potest, & in-
nocentiam.

94 Firma igitur remanet mea sententia, & omni dubi-
tatione caret, si famæ contemptus in aliorum vergit
detrimentum ex contrariorum quaque sententia, &
præcipue ex Pat. Dominico Soto *de just. & jur. lib. 4.
qu. 2. art. 3.*

95 Et hac resolutione, resoluta quoque mihi vide-
tur supradicta quæstio, ubi dictum est fœminam in
stuprum consentientem esse puniendam, eo magis si
ea sub custodia est. Et ratio a priori est; nam homi-
nes in bonis naturæ non possunt disponere ad libitum
voluntatis, quippe quæ illa cum conditione, & certo
ordine a deo sunt data; hinc licet manus tua, tua sit,
non tamen potest quis de consensu tuo illam sine tua
96 injuria tollere; concubitus enim a Deo in principio
ad legitimum conjugium, & ad legitimam prolem
procreandam ordinati sunt, uti filii a Patre educati
Deo, & Republicæ serviant, & hac ratione omnis
concubitus, preterquam matrimonialis jure Divino
est reprobatus, ut *Deuteron. cap. 5. & Matth. cap. 5.*
& habetur in *l. Cap. in cap. nemo 32. quæst. 4. cum
concordantibus, & in cap. qui viderit 32. quæst. 5.*
unde licet coitus cum meretrice de jure civili non sit
punibilis, cum virgine tamen, & vidua honeste vi-
vente punitur, ut in *l. stuprum ff. ad l. Jul. de adult.
& in §. item, l. falsa de public. judic.* ut boni mo-
res conserventur in Republica. Et concludo, quod
in jure politico christiano omne mortale peccatum, si
est publicum, est castigandum, ne nos impuniti alios
corrumpamus exemplo, juxta *Glos. in cap. 2. quæst.
11. num. 3.* & cum hac mea sententia convenit Berli-
chius *conclus. 38. num. 122.* qui tenet, puellam a vi-
ro non seductam, sed voluntarie stupro consentientem
Judicis arbitrio esse puniendam.

97 Quarto quæro, an stuprator teneatur ad integram
dotem, vel ad augumentum tantum. Navarra *in
manuali confessorum cap. 16.* Covar. *in Epit. sponsa-
lium*

liam par. 2. *cap.* 6. § 8. *nu.* 10. Diaa *in praslic. crim.*
cap. 83. *verbo stupri num.* 8. & ibi Lopez *lit. F.* te-
nent, stupratorem non obligari, nisi ad augumentum,
scilicet ad illud plus, quo stuprata eget, ut æquali
nubere valeat, quia dicto augumento damnum vide-
tur jam reparatum, ad integram vero non obligari,
nisi ob puellæ paupertatem, atque parentum.

Sed Jason in §. *omnes Instit. de actionibus num.*
24. & 25. Cacheranus, Osaschus, Baro. *decis.* 107.
num. 10. Menoch. *de arbitrariis casu* 288. *num.* 18.
Farinac. *quæst.* 147. *num.* 129. indistincte contrarium
tenent, quia jus Divinum, & Canonicum ad dotem
obligant stupratorem nulla distinctione habita in pœ-
nam delicti, & hæc est vera sententia, ac praxi rece-
pta: contraria vero procedit in foro conscientiæ,
non in foro contentioso, prout declarat idem Fari-
nac. *loc. cit. in fine*, Berlichius *concl.* 48. *num.* 34.
& Dominus Cardinalis de Lugo *de restit. ob stuprum*
disput. 22. *num.* 13. & ita practicatur.

Hinc si puella, ut virgo congrue cum dote cen-
tum aureorum nubere posset, corrupta vero centum
quinquaginta aureis indigeret, ad hanc certe stupra-
tor tenetur.

98 Quinimo non solum integram dotem solvere, sed
filium alere tenetur, teste Claro §. *stupr. num.* 10.
Thesauro *decis.* 3. Domino Thuscn *lit. A. conclus.* 287.
num. 48. Matthia Colero *decis.* 176. *num.* 89. & 90.
Matthia Berlichio *d. conclus. num.* 41. *per textum in*
cap. cum haberet 10. *de eo, qui duxit in matrimo-*
niam. Quod ubique servatur, & tenetur etiam an-
te triennium, si mater lacte careret, *text. in l. nec*
filium 9. *C. de patria potestate*, & in *l. alimenta* 11.
C. de negotiis gestis, & ratio a priori manet in eo,
quia alimentorum onus est patrem filium alere, etiam
99 eum meretrice nupta conceptum. Filium autem ex
querelato fuisse conceptum conjecturis probatur, præ-
sertim existente extrajudiciali confessione de stupro,
sive carnali copula, juncto puellæ juramento, & non
semel ita judicavi contra stupratorem, etiam in con-
tumacia existentem: Contumax enim pro confesso ha-
betur, & ad hoc quoque nova peter stupratoris, ejus-
que hæredes tenentur.

100 Quinto quæro, quomodo dos constituenda sit: &
respondeo, quod dos constituenda est juxta puellæ
qualitatem, stupratoris facultatem, ac patriæ con-
suetudinem; nec non moderanda est a Judice in ea
quantitate, qua puella condigno viro nuberet, si
corrupta non fuisset, ut videre est penes Farinac.
quæst. 147. *num.* 124. Berlichio *conclusio n.* 38. *num.* 17.
quinimo a dote prædicta stuprator non liberatur se
offerendo in conjugem, & si sit paris conditionis, ne
puella privetur nubendi libertate, quam antea ha-
bebat, teste Domino Lugo *loco. cit. num.* 10. plures af-
ferente.

Sexto quæro, quo tempore dos præstanda sit, &
respondeo, quod quia hæc dos conditione matrimo-
101 nii, videlicet matrimonio contracto solvenda non
est, & ad dotantem nunquam revertitur, idcirco
illico puellæ debetur, stupratore condemnato in so-
latium amissæ pudicitiæ, ac intuitu injuriæ parenti-
bus illatæ: & ratio à priori est, quia dos hæc stupri
pœna est, & quæ Fisco erat applicanda, ut in §.
item lex Julia pro majori bono Reipublicæ, tunc ad
usum puellæ applicatur, ut eum ea nubere possit:
Reipublicæ enim interest mulieres habere dotatas, &
pro usu frequentiori dos dicitur, & hac ratione at-
tenta, si puella innupta decedit, ad suum transit hæ-
redem. & ita practicatur juxta doctrinam Antonii The-
sauri *decis.* 3 & ibi Gaspar filius Bajardi ad Clarum
§. *stuprum num.* 75. Berlichii *d. conclusione num.* 26.
qui bonum allegat *text. in l. unica*, *Cod. de raptu*
virginum, §. *et si*, ibi: *In dotem mulierum libe-*
rarum ejusdem res, vel quantitas ex his volue-
rint procedere, sive maritum volentes accipere, in
sua pudicitia manere voluerint pleno dominio eis fami-
nas appellari, ac juxta doctrinam Domini Chri-
stoph. Crespi de Valdaura *observ.* 35. *num.* 58. ubi
Aragonum Supremi Consilii refertur decisio, & ita
rejecto Farinac. *quæst.* 147. *num.* 723. Bertazolo, &
aliis ab eo relatis practicatur; Pro cautela tamen
puellæ non nego, quod pecunia, quæ a stupratore
ei pro dote solvitur, ordinarie ponitur in banco, ut
malo modo non consumatur, & puella sine dote rema-
neat, & consequenter sine marito.

102 Septimo quæro, quanto tempore actio de stupro
durat? Respondeo, quod juxta *text. in l.* 39. §. *hoc*
quinquennium, *D. ad l. Jul. de adult.* quinquennio
transacto præscripta remaneat, & verba sunt, *Hoc*
quinquennium observari Legislator voluit si reo, vel-
rea stuprum, vel adulterium, vel lenocinium obji-
ciatur. Quid ergo si aliud crimen sit, quod objicia-
tur, quod ex l. Julia descendit, ut sunt qui domum
suam stupri causa præbuerint: & alii similes? Et me-
lius est dicere omnibus admissis ex l. Julia venientibus
quinquennium esse præstitum. Verum quia hodie cir-
ca stupri pœnam servatur jus Canonicum, quod di-
versam statuit pœnam, constituendo stupratæ dotem,
circa hanc pœnam, dico elapso biennio actionem non
remanere præscriptam, tenet quoque Berlichius *d.*
conclus. num. 34. confert decisio M. C. pænes Consil.
Gramm. *vota* 4. ubi Bartholomeus Fontana propter stu-
prum in viduam, cum qua diu cohabitaverat, quia
non habebat in ære ad Caprarum Insula per trien-
nium fuit relegatus, & fuit consideratum, quod
ab initio delictum fuit stuprum, quod ex continua-
ta cohabitatione non fuit purgatum, sed potius au-
ctum, *cap. non satis in fine*, & *cap. cum in Ec-*
clesia extra de simonia, & *cap. cum haberet de*
eo, qui duxit in matrimonium, quam &c. &
processit decisio omnium consensu, concubinatu
opposito non obstante, quia concubinatus requi-
sita non fuerunt probata, ut puta protestatio ab
initio de retinendo eam in concubinatu, juxta *text.*
in l. penul. ff. de concubinis, nec præsumebatur per
diuturnam cohabitationem, ut per Glossam *in Auth.*
quibus modis naturales efficiuntur sui, §. *cos*, quia
hæc procedit, quando detenta est inferioris conditio-
nis, quam stupratas, & in obscuro loco nata, ut
in *l. concubinata ff. de concubinis*, & quamquam in
decisione non constet de certo tempore, ita ego
quoad dotem semper practicarem. cæterum stuprum
in vidua concubinatus potestatione commissum, uti
103 stuprum non punitur, teste Andrea de Isernia, *in*
Constitut. Regni, *Si quis rapere*, *tit. de raptor.*

Octavo quæro, qua pœna plectendus sit, qui plu-
res puellas stupravit sub spe matrimonii, aut mala
arte: in hoc quæsito passim recensetur alia decisio M.
C. penes eundem Consil. Gramm. *vot.* 17. ubi Anto-
nius dello Roffetto fuit ad mortem communi voto
104 condemnatus, cum quinque mulieres honestas in
uxores duxerit omnes superviventes, & decisio funda-
tur in reiteratione delictorum, quorum quodli-
bet pœna corporali erat dignum: pro stupro enim
per *l. Juliam* fustigatio cum relegatione imposita
est, & fustigatio qualibet pecuniaria pœna major
est, *l. in servorum*, *ff. de pœnis*, sicuti reitera-
tio delicti auget pœnam juxta *textum in cap. ita nos*
25. *quæst.* 2. & *in cap. pervenit.* 27. *quæst.* 1. *cum*
concordantibus: adverto tamen stupratorem hunc
non solum stupra commisisse, verum etiam in crimen
bigamiæ, ac adulterii incidisse, cum per secundum,
& tertium vinculum priora matrimonii, ac fides
violetur.

Nono quæro, qua pœna puniendus sit stuprator
puellæ immaturæ. In hoc quæsito aliqui tenent stu-
105 pratorem ab ultimo supplicio esse excusandum per
textum in l. si quis aliquid 38. §. *qui non dum ff. de*
pœnis, quasi stuprum in puellam immaturam non vi-
deatur perfectum flagitium, & ità fuisse decisum per
S. C. repertis penes Gram. *decis.* 22. cum ad remigan-
dum fuerit condemnatus stuprator puellæ annorum se-
ptem. Aliqui contrarium tenent, si stuprum est com-
missum in puellam doli non capacem; & alii distin-
guunt in casu, quo est commissum in puellam doli ca-
pacem si cum violentia, aut sine violentia, ut vi-
dere est penes Dom. Petrum Caballum, ad quem re-
mitto.

Decimo quæro, an stuprator in contumaciam exi-
stens condemnari possit ad dotem stante Regni *Capit.*
106 quod incipit *Sive quis*, cujus vigore contumax pro
minimi delicto, pro quo non forjudicatur elapso An-
no perdit bona, quæ liberorum jure reservato pu-
bli-

blicantur: & videtur affirmandum, quia stupri pœna de jure civili etiam est tertia pars bonorum, quæ usu applicatur puellæ, item quia in contumaciam condemnatur ad alimenta, ut dictum est supra: Sed pro veritate noto, quod dictum capit. non servatur, & contumax condemnatur in pœnam in citatione contentam propter Judicia contemptum, quæ pœna ut plurimum transfigitur, unde dico, quod pro bono Reipublicæ integra est exigenda, ac puellæ pro dote est applicanda.

Tandem duo noto, unum quod qui puellam inhoneste viventem, & sic vilem respectu morum stuprat,
107 stupri pœna non tenetur juxta *text. in l. ea quæ 22. & l. quæ ad adulterium 29. §. 1. C. ad l. Jul.* veluti meretricis, vel cauponis famulam in caupona existentem, dico de jure civili, & in foro externo. Alterum quod non tenetur, si puella pretium pro stupro accepit, quia potius meretriciam vitam agere, quam nuptiarum causa concubere præsumitur, ut inquit Berlich. *nu.* 68. juxta *text. in l. in liber. D. de ritu*
108 *nupt. & dictum limitat num.* 66. si est sub parentum custodia, post Bajard. ad Clar. §. *stuprum nu.* 23. cætera, ne aliena describam, prætermitto.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

CAP. II.

De stupro in Fœmina

SUMMARIUM.

1 *Stuprum quid sit, & græce dicitur φθόρος, & quotuplex sit, declaratur.*
2 *Stuprum ut sit punibile, quid constare debet.*
3 *Fœmina punitur ob stuprum voluntarium.*

1 Stuprum græcè dicitur φθόρος. Ideo stuprum est corruptio Virginis, vel Viduæ honeste viventis. Auctor noster hic *num.* 1. & 2.

Stuprum triplex est violentum, involuntarium, & voluntarium.

Violentum est, quod vi patratur.

Involuntarium est, quod per seductionem patratur, Idest quando alterius voluntate ad se ducit, vel mediante promissione matrimonii, vel reddendi Pauperem Divitem, vel aliis importunis precibus, &c. Auctor noster *nu.* 3.

Voluntarium est, quod volente, & parum reluctante Virgine, vel Vidua committitur: Auctor noster hic *nu.* 7.

Delictum in genere explicatur per Obstetrices juxta formam in *Prax. Eccles. C. Roderici Riccii* mei filii, ubi te remitto.

2 Et ut stuprum sit punibile constare debet de honestate Virginis, & Viduæ. Auctor noster hic *nu.* 12. ubi *n. sequenti, & a nu.* 15. *usque ad* 30. docet conjecturas, & circa pœnam ad tradita per dictum nostrum Auctorem te remitto.

3 Unum observare non desino, quod Fœmina ob stuprum voluntarie commissum puniri debet, Auctor noster *nu.* 95. & 96.

CAPUT III.

DE STUPRO IN MASCULO,

SIVE DE VITIO NEFANDO,

I. Unde dictum sit. II. Quid sit. III. Quomodo probetur, ac IV. De illius pœna.

SUMMARIUM.

1 *Stuprum quoque in Masculo committitur.*
2 *Stupri in Masculo Ethymon.*
3 *Sodoma, ac aliæ IV. Urbes ob vitium nefandum concrematæ.*
4 *Stupri in masculo definitio.*
5 *Stuprum hoc in genere quomodo probetur, & qualiter Periti deponere habent qualiter in masculo provectæ ætatis* nu. 6.
7 *Probatio in genere prædicti stupri in mulieribus puberibus qualiter haberi oportet.*
8 *Delictum in genere in crimine sodomiæ necessarium, & opinio Doctorum contrarium asserentium declaratur* num. 9.
10 *Delictum in genere per confessionem non suppletur.*
11 *Sodomia in specie qualiter probetur.*
Confessio patientis sodomiam faciliter habetur, ibidem.
12 *Sodomitati dictum non solum ad torturam facit indicium.*
Doctores, & rationes pro negativa afferuntur, ibidem.
13 *Confessio socii criminis periculosa est, & de ratione.*
14 *Sodomitati dictum an ad torturam sufficiens sit, Doctores, & rationes pro affirmativa adducuntur.*
15 *Lex contenta est de probationibus, quæ haberi possunt?*
16 *Tortura delicti indagatio.*
17 *Judex an in atrocissimo crimine valeat jura transgredi tam in puniendo, quam in procedendo, Doctores pro negativa afferuntur.*
18 *Limitatur hæc opinio Authorum.*
19 *Contrarium substinet Author.*
20 *Tortura est de genere probatorio.*
21 *Testes inhabiles indistinctè admittuntur ad torturam & ad pœnam extraordinariam.*
22 *Judex potest in crimine excepinato Confessum de socio interrogare.*
23 *Socius criminis, qui plures patitur defectus, a testimonio arcetur.*
24 *Sodomitati dictum sive maris, sive fœminæ, sive minoris, sive majoris, sponte, vel per vim cum adminiculis ad torturam sufficiens est, cum declaratione.*
25 *Sodomita convincitur per testes, ac per indicia.*
Testes per januæ rimulam de visu deponentes, licet non simul aliquos coire vidisse, non sunt singulares, ibidem.
26 *Testes in eorum præsentia deponentes sodomiam fuisse commissam, sunt suspecti de falsorum declaratione, & exemplis nu.* 27.
28 *Indicia convincunt sodomiam cum exemplo relato a Domino* Capye. Latro.
29 *Deus marem, & fœminam gratiæ multiplicandi hominem creavit.*
30 *Sodomitico conjugio mundi Creator contemnitur, natura læditur, & Respublica offenditur.*
31 *Sodomia de jure Divino morte punitur, de jure gentium n.* 32. *de jure civili n.* 33.
Neronis pessimum refertur exemplum.
35 *Pœna mortis contra sodomitas paucis in locis non* pro-

prædicatur, cum authoris admiratione.
36 *Pœna ignis contra sodomitas practicatur in Regno, ne supplicii asperitate contristetur anima.*
37 *Sodomita an dicatur, ut ultimo supplicio plectatur, si priapum in ano immittit; semen vero extra emittit, referuntur Doctores pro, & contra, atque rationes usque na. 50.*
51 *Minores an a pœna ordinaria sodomiæ excusantur.*
52 *Referuntur pro negativa usque n. 57.*
58 *Rationes pro affirmativa usque n. 60.*
61 *Sodomiæ crimen licet adulterio gravius, tanquam contra naturam, adulterium tamen alio respectu gravius est*, ibidem.
62 *Decisio* Gramm. *contra minorem sodomitam lata ponderatur*, ibidem. n. 63.
64 *Minores an a pœna ordinaria sodomiæ excusantur.*
65 *Sodomitæ omnes agentes severius, quam patientes puniri debent.*
66 *Sodomia ob crimen Dei ira provocatur.*

1 STuprum quoque in masculo committitur, ut in *l.* 6. *§.* 1. *ff. ad l. Jul. de adult.*, *& in §. item leg. Julia instit. de public. Judic.* & in hac significatione sumptum proprie ei convenit explicatio ab Harpretto in *d. §. tradita num.* 85. veluti stuprum, quasi turpis stupor dictum; Cum stupido Bruto similis sit
2 is, qui ita in Venerem ruit: non enim sine ingenti stupiditate morum, ingeniique appetit. Aliter dicitur vitium nefandum, eo quod nec fari de eo licet Vel Sodomiticum stuprum a Sodoma, ubi habuit incrementum; quæ etiam ob hoc peccatum, sicut & aliæ IV. Urbes illius regionis cœlesti igne fuerunt
3 concrematæ, ut in *Gen. cap.* 19. Quod si exerceatur in fœminam, proprie stuprum præpostera venere appellatur.

Illud est dilatio fibrarum, sive ruptio continuo-
4 rum, qui ani coronam constituunt a virili membro acta: & in genere probatur per Chirurgos, & Peritos, qui deponere habent de dicta continuorum fractura, quæ si est de recenti, nempe horarum, dicere debent, cum sanguine, vel rubore: si dierum, cum
5 livore, si ab antiquo, & est cum magna podicis dilatatione, seu fibrarum fractura, dicere habent cum continuatione, & satis est pro dicta probatione, si Periti deponant dilatationem hanc provenisse a causa interna, veluti a morbo, vel externa, scilicet a membro virili, cum ab altero evenire possit, aut alia causa, uti in fœmina nupta a partu, unde absolute a membro virili dicere non tenentur. Hinc etiam in masculo, vel fœmina provectæ ætatis satis est in genere dubia probatio. De hoc quoque delicto
6 in genere tractavi in 3. *cap. prax. dec. num.* 9. *&* 10. ubi notavi, quod hæc recognitio in muliere impubere, & vili in M. C. fit a Medicis Curiæ. Hic tamen non prætermitto, quod in mulieribus pauperibus, licet vilibus si haberi potest ab obstetricibus, non est facienda a Medicis, ne sit eis incitamentum
7 libidinis. Ita ego practicavi, atque usui mihi fuit & adverto, quod si Periti in Civitate existunt, & Peritiores isti adhiberi possunt.

Sine enim corpore delicti ad inquisitionem, torturam, & minus ad pœnam deveniri nequit, cum prius delictum apparere debeat, ex quo delinquens
8 arguitur *leg.* 1. *ubi causa fiscales leg. ejus qui* 26. *§. verum oportet, ff. de jure fisci leg.* 1. *§. item illud, ff. ad Syll.* ac alia jure cumulavi in 1. *c. prax. decis. num.* 32.

Cæterum Doctores, ut Episcopus Barbosa *de offic. & potestate Episcopi par.* 2. *alleg.* 44. *num.* 10. Cons. Mastrill. *dec.* 185. *num.* 2., & alii, qui dicunt in hoc crimine non esse necessarium constare de corpore delicti; Sane loquuntur, & intelligi debent de imperfecto flagitio, & de extraordinaria sodomia, cujus
9 signa non remanent. Sequitur doctrinam Plot. *cons.* 137. *inter consil. crimin. num.* 22. qui in dicta ratione fundatur, aut loquuntur de sodomia in fœmina nupta, quæ peperit, & in puero exercitio antea stuprato; Nos vero de stupro, cum fractura; & hoc
10 in re non suppletur per confessionem, Farinac. *q.* 2. *num.* 24. *vers. tunc præsumitur, quod sicut puer,* *falsum dixit in hac qualitate, ita etiam in facto principali, sicut in omni crimine, quod vestigia relinquit*, Clarus *quæst.* 55. *vers. potest etiam*, Gigas *de crimine læsæ Majest. tit. quomodo, & qualiter probetur num* 4. post innumeros Farinac. *quæst.* 2. *num.* 7. Consil. Gramm. *decis.* 12. *num.* 38. Dominus de Marin. *lib.* 2. *cap.* 323. hinc fallit illud Ovidii.

Non est confessi causa tuenda rei.

In specie probatur, & per confessionem, ac per convictionem: confessio enim patientis de facili ha-
11 betur propter podicis vitiaturam, que non indicat reum, maxime si mulier, & impubes sit propter imbecillitatem naturæ.

Sed an solum dictum Cinedi, seu Sodomitati fa-
12 ciat indicium, ad torturam, Negant Bossius *tit. de detestabili coitu in masculos num.* 7., *& de indiciis, & tortura num.* 65. Plotus *inter consil. crim. tom.* 1. *cons.* 132. Hondedus *cons.* 100. aliique a Farinac. cumulati *quæst.* 143. & post alios Thesaurus *libro quæst. forens. quæst.* 35. Borerius *tit. de stupro quæst.* 12. *n.* 64. *part.* 1. Crusius *de judiciis delictorum par.* 2. *cap.* 14. Muscatel. *de cognit. delict. num.* 25. quia periculosa
13 a lege reputatur socii confessio, cum possit odio inimicum nominare, ut eodem pereat supplicio, vel spe veniæ potentem virum inculpare, (& forte Principi non bene affectum,) ut in *leg. fin. de accusat. in leg. repeti, ff. de quæst. & in leg. quoniam liberi, Cod. de test., & in cap. veniens extra de testib., & in cap.* 1. *de confess.* ibi: *de reatu proprio confitentis periculosa confessio non est adversus quemlibet admittenda*; ideoque præcitati Doctores cum dicta con-
14 fessione aliam requirunt conjecturam, sive indicium ut cum eo juncta ad quæstionem valida sit: sicut advertit Summus Pontifex etiam in crimine gravissimo hæresis in *cap.* 5. *de hæreticis in* 6. quod sequitur, *in fidei favorem concedimus, in negotio inquisitionis hæreticæ pravitatis excommunicati, & participes, vel socii criminis ad testimonium admittantur, præsertim in probationum aliarum defectum contra hæreticos credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, si ex verisimilibus conjecturis, & ex numero testium, aut personarum, tam deponentium, quam eorum contra quos deponitur qualitate, ac aliis circumstantiis sic testificantes falsa non dicere præsumantur*. Affirmant Caball. *casu* 84. *n.* 7. Trivis. *decis.* 14. Peguer. *decis.* 76. de Marin. ad Revert. *dec.* 415. ubi ita judicatum tradit in M. C. etiam ex processu informativo.
15 Primo, quia hoc delictum ob ejus turpitudinem occulte committitur, & in delicto occulto levia sufficiunt indicia, & Judex ob torturam proclivis esse debet, Bossius *in tit. de indiciis, & considerationibus ante torturam num.* 200. Julius Clarus *qu.* 64. *num.* 6. & ibi Giach. *litera X.* Farinacius *quæst.* 37. *num.* 88. *&* 150. plures referens, & ultra illos tenent Caballus *de omni genere homicidii* 526. Antonius de Ballis *lib.* 1. *de indiciis quæst.* 4. *num.* 14. Præs. Tolenzuola *cons.* 28. *num.* 11. Dominus Reg. de Ponte *dec.* 16. & Dominus Regens Capycius Latro *dec.* 104., & magna persuadet ratio. Etenim ne delicta remaneant impunita, lex contenta est de probationibus, quæ haberi possunt, ut ex Gloss. *in leg. consensu, C. de repudiis, in verbo torquentur, in cap. fin. de testib. cogendis, in verbo item ex defectu, & in cap.* 2. *de arbitris, verbo cognoverint*, & consentiunt plura jura municipalia, & præsertim *cap. ut vulgaris fama proloquium*, ibi: *Quæ fiunt, consueveruntque fieri clanculum vulgarem probationem, & lucidam communiter habere non possunt, propter eorum tamen gravissimum illa puniri expedit, ut sit locus exemplo, Pragm.* 3. *de furtis, & Pragm.* 3. *de duello*, quæ ob probationum difficultatem valde privilegiatam probationem constituerunt, ut videre est.
16 Tortura enim medium est, quo delicta liquent, & puniuntur.
17 Secundo, quia in crimine atrocissimo, & enormissimo, ut est delictum hoc nefandum Judex valet a regulis juris recedere, & jura transgredi, sicut tenent Innoc. *in cap.* 1. *de const.* Bald. *in leg. quid ergo, §. pœna gravior, ff. de his, qui notantur infamia*, Mascard. *de probat. lib.* 3. *conclus.* 1391. *n.* 13.

Ma-

Menoch. *de arbitrar. lib. 1. cap.* 84. *nu.* 9. Julius Clarus *lib. 6. §. 1.* Aloysius Catalanus *de indulto cap.* 33. *num.* 144. ubi alleg. *text. in cap.* 1. *de hom. in* 6. & hanc sententiam tenent alii nonnulli ab illis citati, quapropter ajunt, Judicem præcedentibus indiciis minus sufficientibus posse ad torturam devenire, & quod in vitio nefando hoc habeat arbitrium, arguo ex *text. in leg. cum vir nubit in fœminam* 31. *C. ad leg. Juliam de adulteriis*, ex illis verbis: *Jubemus insurgere leges, & armari jura*.

Et quamvis Marsilius in *pract. in §. diligenter n num.* 169. *vers. contrariam, usque ad* 177. *& cons.*
74. *num.* 34. Tiraquellus *de pæn. temperandis causa*
18 49. *num.* 27. Monticell. *regula crimin.* 19. *num.* 40.
Roland. *cons.* 7. *num.* 45. *leg.* 1. Caballus *casu* 200. *n.* 142. Farinac. *quæst.* 37. *num.* 84., *&* 90. *& cons.* 99. Burgius *de modo proced. ex abrupto quæst.* 54. *nu.* 10., atque alii teneant supradictam sententiam procedere in puniendo, constito de delicto, non vero in procedendo, nisi consulto Principe, vel in Majoribus, & Supremis Magistratibus, aut quando tractetur de statu Reipublicæ, vel in Judice habente ex statuto generale liberum arbitrium inquirendi, & puniendi juxta notata a Gaudino *tit. de quæst., & tormentis num.* 41. *circa finem*, ibi: *verum etiam si maleficium non esset plene probatum, sed ad plenam probationem modicam desideret, forte ratione testium, qui non essent omni exceptione majores, tunc potestas ex tali arbitrio condemnare secure potest, si ejus conscientia, & animus cum probatione concordat*.

Attamen in contrarium considero, quod quando constat de crimine, Judex jus non transgreditur in
19 imponendo pœnam acerbissimam, quia in atrocissimis lex non contentatur de simplici mortis genere, & quod in procedendo, videlicet torquendo, supradictis opinio limitationem hanc pati nequit: Primò, quia crimen atrocissimum populo magnum affert scandalum, ideo in ipsius satisfactionem conveniens est, ut Judex sit pronior ad torturam, ne remaneat sodalium.

Secundo, nam indiciatus, aut non confitetur,
20 aut confitetur, primo casu, attento magno scandalo non est curandum de tormento, quod ad veritatem eruendam illatum numquam certe irrogat infamiam *leg. nullam* 14. *Cod. & quibus causis infam. irrog.* Cum illud sit de genere probatio, ut notat Cujacius *in leg.* 3. *tit. de probat.* ibi: *probationes sunt testes, instrumenta, & quæstiones*, facit Gloss. *in leg. si quis alicui, Cod. ad leg. Juliam majestatis littera Q.* ibi: *inquisitione stricta per testes, strictius per tormentum*, & communiter Doctores.

Secundo casu, quia Judex ex officio tenetur confessionem versificare in omnibus circumstantiis suis, ut late notavi in *decretorum praxi in cap.* 5. *nu.* 47. 48. *&* 49. & iis verificatis cessat dubitatio.

Insuper supradicta Doctorum sententia omni dubio caret, si crimen est atrocissimum, & insimul occultum, ut quoque advertit idem Farinac. *d. qu. n.* 88. & Rol. *cons.* 2. *lib.* 5. *n.* 6.

Tertio, quia in crimine exceptuato testes inhabiles indistincte ad torturam, & ad pœnam extraordi-
21 nariam admittuntur, ut iste Farinac. *qu.* 62. in specie in hoc crimine refert Dom. Reg. Rovitus *super Pragm.* 1. *de sodomia*.

Quarto, quia in crimine exceptuato potest, & debet Judex Confessum de socio interrogare, ut in
22 *l.* 5. *C. de falsa moneta*, & aliis juribus cumulatis per *Glos. in l. fin. C. de accusat. in verb. conscientia*, & in consequentiam nominatum torquere, alioquin limitatio hæc nihilum operetur, regulariter enim in quolibet crimine, quod cum socio committitur, valet Confessum de socio interrogare, & nominatum concurrente alio indicio torquere.

Quinimmo prædictis rationibus attentis licet socius criminis, qui plures patitur defectus a testimo-
23 nio prorsus repellatur, & merito, quia sicuti plura adminicula ampliant probationem, & supplent testes inhabilitatem, removentque dubitationem a dicto, ita plures defectus testis fidem minuunt, & consequenter probationem destruunt, ut late Farinac. *qu.* 62. *n.* 381.

Nihilominus in hoc nefando delicto in nostra M. C. practicatur, & in usu est, quod dictum Sodomi-
24 tati, sive maris, sive fœminæ, sive majoris, sive minoris, vel sponte, vel per vim cum adminiculis facit indicium ad torturam, juxta doctrin. Farinac. *qu.* 43. *num.* 99. verum si sponte sine vi crimen est commissum, minor terretur, major vero torquetur, ut purgata infamia per torturam juxta *tex. in l. ob carmen de test. & cap. illi qui, quæst.* 5. nominato dictum afficiat, & pro adminiculo est delictum in genere de recenti: recentia enim subornationis suspicionem removet, & quid manifesti sapit.

Per convictionem, vel per testes de visu, vel per indicia indubitata.

Per testes de visu, nimirum deponentes per rimulam januæ, qui licet non simul vidisse dicant, sed
25 unus post alium aliquos coire nefande, non sunt tamen singulares, quia deponunt de actu moroso, & non momentaneo, sicut de ictu sclopi dicitur, sive de alapa, est Gloss. *in cap. nihilominus* 3. *quæst.* 8. probat Mascardus *de probat. conclus.* 59. *num.* 17. *& concl.* 65. Vivius *dec.* 241. Dominus Riccius *decis.* 29. *n.* 6.

Cœterum deponentes de visu, & in eorum præsentia crimen hoc fuisse patratum, sunt de falso suspe-
26 cti, cum illud occulte committatur propter ejus enormitatem, ob quam neque Diabolus in eo intervenit, nam ex nobilitate suæ naturæ non valens scelus prospicere aufugit, ut fatentur Consiliarius de Afflicto *in Constit. Regni lib.* 2. *rub.* 42. *num.* 11. Episcopus Barbosa *de potest. Episcop. lib.* 2. *alleg.* 44. & Episcopus Riccios *decis.* 14. *&* 475. *ac Novar. sup. pragm.* 1. *de sodom.* quamobrem aliqui Doctores cumulati a Marsil. *in cons.* 27. *num.* 5. dicunt, non probari per visum, quod de eo crimine inquisiti ordinaria pœna plecti nequeunt, nisi fuerint confessi, ut quoque notat Dom. Reg. Capyc. Latro *dec.* 163. *in fin.*

Hæc vero suspicio diluitur, vel testis qualitate, vel dicti verisimilitudine, vel inquisiti conditione, sicuti in facto in anno 1685. Joseph de Martino de Casale Mileti pro hoc nefando crimine cum puero an-
27 norum decem sic circa commisso intus Congregationem sub Sanctissimi Sacramenti Invocatione, quæ est prope Majorem Ecclesiam, quia duo viri, qui cum dicto Josepho ibi erant refugiati, contra eum deponebant de visu, unus videlicet a principio, quod in sui præsentia non obstante ejus reprehensione, & animadversione, qualiter in dicta Congregatione erant altare, & SS. Imagines, in quo celebratur missa, crimen commiserat, sicut, & alter testis deponebat, licet non a principio facti, quia reperiebatur refugiatus etiam pro altera sodomia, pro qua erat contumax illius Curiæ, fuit per M. C. morti traditus; & ejus cadaver concrematum, penes Gagliardum, & in anno 1686. quidam Calaber titulo decoratus (licet indigne) pro duobus sodomiis fuit acriter tortus ex processu informativo, & in iis etiam testis famulus testatus fuit dominum coram eo sodomias exercuisse, penes de Marco. Reperiuntur, heu homines diversarum, humanarumque rerum ignari, Brutis similes, qui nec pudore afficiuntur, nec timore terrentur, quum coeunt, immo gloriantur, cum male fecerint, teste Spiritu Sancto; *sed miseri quem fructum habuistis tunc, in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors*, & Pauli 5. *ad Rom.*

Per indicia indubitata, teste Domino Regente Capycio Latro *in d. decis.* in qua per Regium Collatera-
28 le Consilium fuit judicata probatio sufficiens, & indubitata contra Carolum Tropea per M. C. ad mortem condemnatum pro hoc crimine, veluti præparatio domus ad sodomitandum, & sodomiam exercendam, dormitio cum puero, delictum in genere de recenti cum rubore, & semine hominis in subuculis dicti Caroli agentis, & pueri patientis, confessio dicti pueri, ac conversatio in dicta domo cum Josepho Pizzuto, quia alium subagitaverat puerum: quod præsumptionibus probetur, affirmat Farinac. *q.* 148. *n.* 66. *& melius consil. crim.* 25. *n.* 56.

Circa pœnam noto, quod Deus in principio mundi, ut in *Genesis cap.* 1. marem fœminamque conjunxit gratia multiplicandi hominem, ideoque con-

jugium, quod naturaliter hunc non habet effectum,
29 Creatoris contemptum continet, ut sodomiticum conjugium, quia repugnat naturæ, quæ masculum, & fœminam coire voluit, ut inde similes procreaeot, & quia hoc crimine Creator mundi contemni-
30 tur, natura læditur, & Respublica quoque offenditur, quia interest Civitatem hominibus repleri, *l. cum ratio de bonis proscriptorum*; idcirco pro eo, & jure merito mortis pœna imposita est de jure Divino, gentium, & de jure civili.

De jure Divino, ut in *Leviticum cap.* 20. ibi: *Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, uterque operatus*
31 *est nefas, morte moriatur, sit sanguis eorum super eos, Genes. cap.* 19., *& Exod. c.* 22.

De jure gentium, nam antequam jus civile ponderetur Cajus Marius Consul. pronunciavit recte fuis-
32 se occisum Lucium suum Nepotem a Tribonio adolescente, ex quo sodomiam Lucius cum eo tentaverat, ut penes Tullium *in oratione pro Milone*.

De jure civili, ut in *leg.* 1. §. *qui puero, ff. de extraord. crimin.*, *& in leg. cum vir* §. 1. *Cod. ad leg.*
33 *Jul. de adult.* quo tempore viri tamquam fœminæ simulato vultu, incessu, ac habito muliebri, matrimonia contrahebant, Neronis exemplo, qui non mi-
34 nus feratis, non impar, quam libidini, juveni impudico (cui nomen Pythagoræ fuit) in modum solemnium conjugiorum denupsit, Test. Cornel. Tac. *lib.* 15. *fol.* 275. *& in notis* Justi Lipsii *num.* 59. *l. omnes lib.* 9. *tit.* 7. *Cod. Theodosiani in* §. *item lex Julia institutionum de publicis judiciis*, ibi: *Lex Julia non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed & eos, qui cum masculis*, demum *in Authentica, ut non luxurientur homines contra naturam*.

Hæc pœna in praxi est, & sic practicatur Romæ, test. Farinac. *quæst.* 548. In hoc Regno vigore Regiæ
35 Pragmaticæ 1. *de sodomia*, & tam masculi, quam fœminæ comburuntur. In Regno Siciliæ test. Mura in *pragm.* 1. *de sodomia*. Mediolani test. Claro in §. *sodomia* Caball. *cas.* 16. In Gallia teste Papponio in *arresto*. In Germania Carpzovio *quæst.* 76. In Hispania, ut in *l.* 1. *tit.* 21. *recopilationis*, & testantur Gomez *leg.* 80. *Tauri*, Episcopus Barbosa *de potest. Episcopi part.* 4. *alleg.* 44. qui etiam testatus de leg. Regni Lusitaniæ.

Admirationis igitur est, quod Florentiæ, aliisque Christianitatis in locis test. Caball. *cas.* 16. hæc pœna in usu non sit recepta contra *text. in c. flagitia, causa* 32. *qu.* 7. quod sequitur: *Flagitia, quæ sunt contra naturam ubique, & semper detestanda, atque punienda sunt qualia sodomitarum fuerunt, quæ si omnes gentes facerent, eodem criminis reatu divina lege tenerentur, quæ non sic fecit homines, ut se illo uterentur modo, violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet cum eadem natura, cujus ipse auctor est, libidinis perversitate polluitur.*

Quando apud Gentiles mortis pœna quoque fuit practicata teste Misingerio *in d.* §. *item lex Julia, Instit. de publ. judiciis*.

Insuper circa pœnam noto, quod quamvis per *l. omnes lib.* 6. *C. Theod.* & per præfatam *Pragm. de*
36 *sodomia*, contra sodomitas pœna ignis sit imposita. In hoc tamen Regno non practicatur, sed post mortem cadavera ad aliorum exemplum concremantur, ne supplicii asperitate contristetur anima, at hæc pœna procedit etiam in Sodomia præpostera venere, id est cum fœmina exercita, Clarus §. *sodomia*, *vers. tudi quandoque*, Vivius *op.* 726. *num.* 25. Farinac. *quæst.* 348. *num.* 36. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cap.* 286. Caball. *cas.* 16. Peguer. *dec.* 72. cum inficiari non possit, quod sit contra naturam, & Dei voluntatem, ut in *Genesi*, *Crescite*, *& replete terram*, & maxima est in viro malitia, cum habeat locum naturale congruum, eo relicto, præpostero abutatur, maximum quidem erit peccatum, si contra matrimonii sacramentum sit; legite quæso *Paulum* 1. *ad Romanos*. Uxor tamen a pœna ordinaria excusatur, si in ea consideratur ignorantia, & a viro est inducta.

Demum pro ornatu hujus Capituli primo quæro.

An qui priapum in ano immittit, semen vero extra anum emittit, ordinaria pœna plecti debeat, vel
37 potius extraordinaria, in hoc quæsito Doctores, & rationes pro utraque parte referam, & ejus resolutionem ad tuum remitto arbitrium.

Consiliarius de Afflicto *in Constit. legum asperitatis lib.* 3. *rubr.* 42. *num* 11. inquit *Quod quando extraor-*
38 *dinaria pollutio cum puero, quæ est quando priapus non intrat in anum, & consistit in sola commistione pudendorum cap. juvenis de sponsalibus, non punitur morte naturali: qui priapum vero in ano emittit, licet semen emissum fuerit extra anum, punitur tanquam sodomita, quia delictum jam potest dici consummatum, & Afflictum sequuntur.*

Clarus *in* §. *sodomia*. Episcopus Riccius *decis.* 148. *num.* 5. Petrus Caball. *casu* 16. *num.* 12. ibi: *Quod*
39 *si ultra extraordinariam pollutionem posuisset priapum in ano, commisisset sodomiam, & tamquam sodomita puniretur, & delictum jam potest dici consumatum, licet semen esset emissum extra anum.*

Farinacius *de delictis carnis quæst.* 148. *num.* 65. ibi: *Secus autem, si quis membrum imposuisset intus*
40 *anum, tunc licet postea membro extracto extra anum semen emisisset non propterea a pœna mortis excusaretur juxta Afflicti opinionem.*

Consiliarius Mastrillus *decif.* 185. *num.* 29. ibi. *Nisi tamen quis membrum imposuisset intus anum; nam tunc, licet postea membro extracto extra anum semen*
41 *emisisset, pœnam mortis imposuimus in M. C. secundum* Afflict. Caball. & Peguer. *citatos per* Farinac. *qu.* 147. *n.* 65.

Pater Facundez *in* 6. *prae. decal. cap.* 19. *num.* 11. ibi: *Si quis tamen membrum imposuisset intus præpo-*
42 *sterum, vel pueri, vel fœminæ, & postea illo extracto semen emisisset, non propterea ab ordinaria mortis pœna excusaretur, quia jam crimen satis perfectum, & completum censetur in genere sodomiæ.*

Pater Molfesius *in summa lib.* 2. *tract.* 7. *cap.* 20. *num.* 107. ibi: *Imo hic talis revera est sodomita, pu-*
43 *niretur in foro exteriori, si membrum in ipsius partes pudendas posuisset, licet intus semen non emisisset, probat Clarus in* §. *sodomia sub num.* 8. *quia jam vas penetravit, quod sufficit in foro exteriori & nu.* 508. *Si Tamen effunderet extra vas, & tunc si prius intra vas membrum imposuisset, clarum est, ut revera sit sodomita, & pœna ordinaria puniatur, ut Authores citati notant, & consequenter vitiditi etiam in casum reservatum, quia nec in fraudem legis, nec in fraudem legislatoris est aliquid faciendum cap. consistit de concess. preb. Glos. in cap. quando, verbo in fraudem, de privileg.*

Quod sit extraordinarie puniendus, dici potest, quod hac in re principium, & finis non conjungun-
44 tur medio, quod priapi immissio in anum non coitus, sed potius tactus sodomiticus dicitur, quod seminis emissio, quæ extracto priapo fit, semper est extraordinaria pœna plectendus, etenim ab intentione, & eventu pœna regulatur, & quod in præsenti neque intentio, neque eventus concurrunt, non intentio, quia noluit intra vas coire, non eventus, quia in effectu extra vas se polluit, & Pollutio hæc de per se non dicitur perfecta, & ordinaria sodomia, confert Gloss. in *cap. extraordinaria* 35. *quæst.* 3. *in verbo impedire*, ibi: *Talis pollutio non debet impedire, cum quis possit ducere consanguineam, quia nec fecit sanguinis mixtionem, nec corporis unitatem, sed quod aliquis reseravit illius femur, & non dum processit ad consumationem operis; numquid talis commistio carnis impedit matrimonium cum consanguineis illius; dic quod non, quia nec est ibi sanguinis commistio, nec carnis unitas;* igitur qui podicem pueri reseravit, & ibi non coivit non vere crimen sodomiæ commisit.

Aloysius de Leo in *l. cum vir n.* 2. *C. de adult.* ibi: *Hoc verum si intus anum pueri priapum posuerit,*
45 *& polluerit, secus si extra anum, quia si extra scilicet circumcirca carnaliter polluerit, intus minime appetitum diabolicum explendo; etiam si per prius intus posuerit, utique non pœna a dicta Reg. Prag. statuta teneretur, sed extraordinaria, juxta jus dicentis arbitrium.*

Episcopus Aloysius Riccio *par.* 3. *decis. Curia Ar-*
46 *chiep. Neap. decis.* 82. *num.* 3. post Aloysium de Leo loquens

loquens: *Scribit pœnam contra sodomitas minime sibi locum vindicare, nisi quando membrum intus contra naturam, & semen intus emittitur.*

Navarrus *de irregularitate cap. 27. fol. mihi* 379. *num.* 210. ubi ait *Clericum non incurrere in pœnas*
47 *Constitutionis Pii V. Sanctæ memoriæ, quæ incipit, Horrendum de anno* 1468. *omnem actum sodomiticum exercente cum alio, vel alia extra vas ordinarium, sed solum habentem copulam sodomiticam arg. cap. fin. de sponsalib. quod habet non consumare copulam, nisi intra vas naturale semen effundatur.*

Salzedus ad Diac. *c.* 88. Riccius *in prax.* 13. *resol.* 67. *p.* 1. *res.* 392.

Azzorius *par.* 3. *lib.* 3. *cap.* 19. *quæst.* 4. ac alii re-
48 lati a Patr. Dian. *tract.* 1. & 3. Miscell. *resol.* 63. tenent sicut ipse, quod Bulla Pii V. non comprehendit Clericos sodomitas semen intra vas prohibitum non immittentes, ibi: *Quia quando lex prohibet aliquod, intelliget de delicto consumato, sed quando semen intra vas non emittitur, non dicitur sodomia consumata: Major patet ex auth. cap. hæc autem dist. 5. de pœnis*, & in *l. 1. §. hæc verba, ff. quod quisque juris, minor probatur, ex comm. DD. sententia.*

Idem P. Diana *tract. 7. de pœnis delict. resol.* 20. *tam Sousa in Aphor. inquis. lib. 1. cap.* 59. tenet
49 *quod tunc ille qui membrum ponit intus anum, & extra semen effundit, puniendus est pœna ordinaria sodomiæ, quando hoc pluries agit, quia tunc, quod deficit ad complementum actus sodomitici, suppletur ex repetitione actuum in fraudem legis.*

Dominus Reg. Sanfelic. *dec.* 354. refert, quod Petrus de Angelo cum fuisset captus in eodem cubile
50 cum adolescente reperto vitiato in podice, & linteamina fuerint hominis semine maculata, licet a majore parte votorum M. C. fuerit ad mortem condemnatus, quia satis commissum dicitur delictum sodomiæ per penetrationem foraminis, absque eo, quod illud polluat, sed extra pudoris claustra effuderit semen, & satis erat probatum per inspectionem ani vitiati, & feminis, in linteaminibus, quæ cum dormitione constituebant probationem indubitatam, ut a *num.* 2. *usque ad* 5. tamen sententia M. C. per Regium Collaterale Consilium fuit reformata, & dictum, quod crimen, quamvis atrocissimum, non tamen præsumitur consumatum, & quod eo, nisi fuerit intus vas prium introductum, & consumatus actue per seminis effusionem intra claustra pudoris, non procedit pœna mortis naturalis, ut *n.* 6.

Secundo quæro, an minores 18. annis majores vero 14. excusentur ab ordinaria pœna sodomiæ, tam agentes, quam patientes, & pro negativa infrascripta ponderata ad Antonm Merenda *lib.* 5. *controvers. par. cap.* 19. *nu.* 8.

Primum, quod pœna ordinaria colligitur ex *text.*
51 *in l. cum vir, C. ad l. Jul. de adult.* & verba legis, quæ ad rem nostram faciunt, hæc sunt: *Jubemus insurgere leges, armari jura gladio ultore, ut exquisitis pœnis subdantur infames, qui sunt, vel qui futuri sunt rei*, quæ verba, *qui futuri sunt rei*, cum vim universalis sermonis contineant, omnes, qui hoc crimen committunt, quidem comprehendunt.

Secundum, quia eadem pœna legitur in *Authent. ut non luxurientur contra naturam*, qui *text.* univer-
52 saliter loquitur ibi: *Propterea igitur omnibus hominibus hujusmodi præcipimus a prædictis delictis abstinere*, unde illa verba *omnibus omnibus* clare comprehendunt eam majores, quam minores, qui omne dicit, nihil excludit.

Tertium, quia minores non deprecantur pœnam *l. Juliæ de adult.* ut in *l. si adulterium* 38. *§. divi*
53 *fratres, ff. ad l. Jul. de adult.* ibi, *fratres denique Imperatores Claudiæ incesti crimen per ætatem remiserunt, sed distractis conjunctionem illicitam jusserunt, cum alias adulterii crimen, quod pubertate delinquitur non excusetur ætate, & l. si minor* 36. *ff. eodem*, ibi: *si minor annis adulterium commiserit, lege Julia tenetur, quoniam tale crimen post pubertatem incipit, & dicta lex Julia de hujusmodi quoque criminæ pœnas sumit, ut in §. item lex Julia instit. de publicis judiciis.*

Quartum, quod minores patientes hac pœna feren-
54 di sunt; ponderentur verba *text. in d. l. cum vir nubit in fœminam:* cum adolescentes, & non provectioris ætatis huic immanissimo sceleri inserviant.

Quintum, affertur decisio nostri S. C. à quo cum filius cujusdem tabernarii de hoc crimine convictus
55 fuisset, & confessus; quamquam minor ad ultimum supplicium fuit condemnatus, & cadaver combustum, teste Consil. Gramm. *in Constit. Regni minorum jura num.* 7. *in fin.*

Hæc a Merenda, quibus Sextum non lepide additur, quod cum Imperatores contra hujusmodi reos
56 jusserint, insurgere leges, & armari jura, illæ leges, quæ regulariter in delictis minores excusant, in hoc crimine limitatæ remanent.

Atque Septimum, quod hoc crimen est atrocissimum, & in atrocissimis minores pœnas non deprecan-
57 tur, juxta placitum Dom. Reg. Sansel. *decis.* 57. & Oddi *de restitut. in integrum quæst.* 80. *num.* 101. ac aliorum.

Sed ad hæc responderi potest, & ad primum, quod est parvi momenti, cum lex non solum contra præ-
58 sentes, sed regulariter contra futuros reos promulgetur, quia lex habet semper oculos ante & non retro.

Ad secundum, quod verba omnibus hominibus, de quibus in *auth.* potius ad masculos, & ad fœminas,
59 ad ignobiles, sive nobiles referatur, quam ad minores.

Ad tertium, quod enunciata jura, quæ de adulterio
60 loquuntur, uti pœnalia, ad crimen sodomiæ non extenduntur, nec est bonum argumentum, quod quia *lex Julia* sumit pœnas de hujusmodi crimine, ideo minores a pœna hujusmodi, sicut de adulterio non excusantur; cum *lex Julia* quoque pœnas sumat de incestu, & stupro.

Et licet sodomiæ crimen gravius sit adulterio, tamquam contra naturam, ob alium tamen respectum adulterium eo gravius est: vir enim qui coitum ha-
61 bet cum muliere nupta matrimonium, quod fide, & juramento est, confirmatum, fœdat, & utramque conjugum familiam deturpat, & sic funiculum triplex rumpit.

Ad decisionem S. C. quod ex narratione casus colligitur, minorem condemnatum fuisse agentem. Se-
62 cundo, quod Gramm. non refert minoris ætatem, & esse poterat, quod fuisset majori ætati valde proximus. Tertio, quod ea multum dura fuit visa, & contra illam judicatum refert Clarus *quæst.* 60. *num.* 10. Farinac. *quæst.* 52. *n.* 83. & 84. Conl. Paschal. *de virib. patriæ potest. par.* 2. *cap.* 10. *n.* 22. Oddus *de in integrum restit. Glos.* 80. *n.* 101. & Dom. Reg. Sansel. *decis.* 57. testatur puberem annorum sexdecim, licet confessum, per sex menses, hoc vitium fuisse passum, non morti traditum, sed stilis lardeis percussum, & in carcere per decem mancipatum fuisse.

Ad septimum, quod licet inter concupiscentiæ crimina hoc maximum sit delictum, & uti enormissimum
63 appellatur nefandum, non est tamen atrocissimum, quia non provenit ex efferato animo, sed ex naturali concupiscentia, a qua multum dominatur juventus, unde si hoc nefando crimine major veniam non deprecatur; minor aliquam excusationem meretur; & quod etiam in atrocissimis minores, minori pœna, nam majores affligi arbitratur Præses Menoch. *de arbitr. casu* 329. *num.* 15.

Hæc ponderata in contrarium, stant pro affirmativa, sed verius mihi videtur quæsiti resolutionem ad
64 Judicis arbitrium remittere, is attenta minoris qualitate, si nimirum imbecillis, non multum doli capax, si majori ætati proximus, malitia enim supplet ætatem, ac criminis reiterationem, quia tunc non ætatis vitio, sed animi infirmitate committitur, in extraordinariam, vel ordinariam pœnam descendat non necessitate, sed in sui potestate, juxta *Reg. Pragm.* 1. *de minoribus* juxta ponderata a D. Reg. Revert. *dec.* 525. & ibi D. Reg. de Marinis *quotid. resol. lib.* 2. *cap.* 169. necnon a Dom. Reg. Sansel. dec. 57.

Nec prætermitto severius agentem esse puniendum, quam patientem, juxta notata a Rev. P. Antonio Dia-
65 na *par.* 2. *tract.* 17. & 3. Miscellan. *resol.* 63. *vers. sed in contrarium*, ibi: *Deinde tum ex diversitate vocabuli*

beli, tum ex diversitate pœnæ, tum gravitate sceleris adest magna differentia inter agentem, & patientem; nam majus est peccatum agentis, quam patientis, ut notavit B. Antonius in summa artic. 3. n. 1. cap. 17. §. 4. & in foro contentioso major pœna imponitur agenti, quam patienti, unde Jacobus de Graff. in pract. lib. 2. cap. 11. num. 7. 8. & 26. putavit, quod reservatio casus sodomiæ extendatur solum ad agentem, & non patientem, an vero hæc opinio sit probabilis, judicent viri docti: hæc Pater Diana, & probatio contra agentes, tanquam authores: patientes enim ad crimen censentur inducti.

66 Hæc non sine rubore scripsimus, ut hujus criminis, qui sunt, & qui futuri sunt rei, condigna plectantur pœna, etenim ob hoc præsertim, & blasphemiæ crimen ira Dei provocatur, & magno in modo proveniunt flagella, fames, pestilentiæ, & terræmotus, ut in *Auth. ut non luxurientur contra naturam, & propterea*.

Sicuti in hoc anno a Nativitate Domini 1688. Junii 5. die hora 21. in hac Civitate terribilissimus fuit terræmotus, quo multa ruerunt ædificia, & pauca remanserunt intacta, ac omnium dolore ruit Copula Domus Professæ RR. PP. Jesuvitarum, quæ erat admiranda ob structuram, ac celebrem picturam; ab eximio enim pictore Lanfranco erat depicta, & solum in pedibus ejus emanserunt quatuor Evangelistæ, ut hoc meum comprobarent dictum. Vetustissimum quoque cecidit Templum a Tiberio Julio Tarso Pelagonis Liberto, & Augusti procuratore, Castori, & Polluci dicatum, in præsenti eras atrium Ecclesiæ Divis Petro, & Paulo Apostolis consecratæ RR. PP. Theatinorum, erat quippe mirifice constructum atque magnificum propter magnos lapides marmoreos pulcherrimæ cælaturæ, Pulpitum Archiepiscopatus pretioso lapide compositum in totum fuit infractum. In Provincia etiam multa ruerunt oppida, & in totum cecidit Cerretum, Beneventum, ac in totum infracta Mirabella: a supra dicto die trimestre jam currit, & adhuc terra in motu est. Sed quid mirum! si peccatorum pondus adhuc grave est, & terram premit? te pluries Deus Pater pyissimus cælesti signo Cometæ admonuit, nunc terremotu, ut terreno signo, tanquam terrenus, facilius loquutionem, suamque admonitionem intelligeres. Convertere igitur ad Dominum Deum tuum.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

C A P III.

De Stupro in Masculo.

SUMMARIUM.

1 *Stupri ethymologia dicitur a stupido, qui in Venerem ruit.*

2 *Stuprum in masculo dicitur vitium nefandum, vel sodomiticum a Civitate Sodoma.*

3 *Stuprum in Fæmina præpostera Venere adhuc dicitur nefandum, vel sodomiticum.*

4 *Stuprum in masculo quid sit.*

5 *Stupro commisso, eo modo probatur delictum in genere.*

6 *Sodomitati, sive cinædi confessio quando facit fidem.*

7 *Stupri pœna quæ sit cum declarationibus.*

1 STupri ethymon, sive ethymologia est quasi stupor, & dicitur a stupido, qui in Venerem ruit.

2 Et in masculo dicitur vitium nefandum, quod fari non licet, vel sodomiticum stuprum a Civitate Sodoma.

3 Et si exercetur in fæminam appellatur stuprum præpostera Venere: Auctor noster hic *num. 2. & 3.*

4 Stuprum in masculo est dilatio fibrarum, sive ruptio continuorum, qui ani coronam constituunt a virili membro apertam.

5 Delictum in genere probatur per Chirurgos, vel peritos, & in M. C. fit a Medicis Curiæ, & in mulieribus pauperibus licet vilibus fieri debet ab Obstetricibus.

6 Dictum, seu confessio Cinædi, seu Sodomitati non facit indicium ad torturam, nisi adsit alia conjectura, sive indicium cum eo conjuncta. Auctor noster hic *nu. 13.*

Confessio Sodomitati tam maris, quam fœminæ, tam majoris, quam minoris, tam sponte, quam per vim cum adminiculis ad torturam sufficiens est, *n. 24.*

7 Circa pœnam ultimo supplicio plectitur cum declarationibus.

C A P U T IV.

D E A D U L T E R I O.

Infrascripta notabo. I. Unde dictum. II. Quid sit. III. Quotuplex sit. IV. Quomodo probetur. V. Quibus personis accusandi actio competat, & quanto tempore est duratura. VI. Quæ accusato competant exceptiones. VII. Quomodo probetur, tum in genere, tum in specie in judicio criminali. VIII. Quæ adulterii pœna de jure antiquo, quæ de jure novo, & hodie sit in usu. IX. Causæ, quæ adulterii pœnam minuunt, & X. Tandem aliqua quæsita subjiciam.

SUMMARIUM.

1 *Adulterium dicitur, quia ex altero quam marito partus concipitur, vel quia ad alterius thorum fit accessus.*

2 *Adulterium est concubitus cum muliere nupta, sive desponsata, vel est fidei conjugalis violatio nu. 3.*

4 *Adulterium est simplex, vel duplicatum, voluntarium, vel violentum.*

5 *Judex in adulterio non procedit ex officio, etiam fama labirante. Fama habetur loco accusatoris, sed limitatur in adulterio* ibidem.

6 *Judex in adulterio notorio procedit ex officio. Adulterium notorium quando dicitur* ibidem.

Judex contra confessum incidenter de adulterio quoque procedit cum limitatione.

8 *Querela de adulterio de jure antiquo cuilibet de populo competebat.*

9 *De jure moderno tantum patri, fratri, patruo, & avunculo, atque marito competit cum declaratione num. 10. de consuetudine vero soli marito competit num. 11.*

12 *Hæres mariti querelam de adulterio proponere non potest, neque eum a dotis restitutione repellere, nisi in quibusdam casibus.*

13 *Uxor propter adulterium amittit dotem.*

14 *Uxor non agit de adulterio contra maritum ad pœnam infligendam.*

15 *Uxor mortuo viro adulterii rea postulatur, & nuptia cum adultero facta, adulterii crimen non extinguunt.*

16 *Uxor agit contra maritum propter adulterium tum*

uxore

uxore fratris sui vel filii alterius conjugis patratum.
17 *Uxor ob adulterium contra maritum petit divortium in Curia Ecclesiastica.*
18 *Uxor divortio obtento in Curia laicali petit dotis restitutionem, & etiam in Curia Ecclesiastica cum declaratione num. 20.*
19 *Maritus facto divortio omne lucrum dotale restituere tenetur e dote, quo mala fide incepit possidere.*
30 *Maritus propter adulterium quoque petit divortium.*
22 *Adulterium cum adulterio compensatur circa divortium.*
23 *Uxor non amittit dotem ob adulterium commissum, tempore quo maritus detinebat concubinam.*
24 *Uxor licet maritum de adulterio non accusat, potest tamen actione injuriarum persequi.*
25 *Adulterium mariti muliere instante carcere coercetur.*
Practica M. C. ibidem.
26 *Uxor pro adulterio violento in suam personam commisso contra adulterum invito marito agit.*
27 *Remissio de adulterio ante litem contestatam facta accusationem annullat.*
28 *Remissio incontinenti facta post litem contestatam accusationem quoque annullat.*
29 *Et quando dicatur incontinenti facta, Judicis arbitrio remittitur.*
30 *Decretum M. C. quod interponitur accedente remissione de adulterio, & pract. M. C. in consignando uxorem viro.*
31 *Maritus hodie sine nota lenocinii valet uxorem adulteram retinere.*
32 *Adulter, & Adultera, licet olim accusari simul non poterant, de consuetudine tamen simul accusantur.*
33 *Accusandi actio de adulterio quinquennio praescribitur.*
34 *Actio accusandi de adulterio non praescribitur quinquennio in adulterio violento, aut cum incestu patrato.*
35 *Accusato competit exceptio quinquennii, ac lenocinii, item reconciliationis.*
36 *Exceptiones, quae accusato de adulterio competunt, ante litem contestatam proponi debent.*
37 *Lenocinium committit maritus, si quaestum propter adulterium facit.*
38 *Adulterae a viro accusatae alia competit exceptio, nempe patientiae.*
39 *Adulterium quomodo probetur in genere.*
40 *Adulterium quoad poenam criminaliter infligendam secundum unam opinionem legitime debet constare.*
41 *Adulterium quoad poenam criminaliter infligendam satis est, ut praesumptive constet secundum meliorem opinionem, & respondetur objectis.*
42 *Indicia urgentissima explicantur.*
43 *Adulterium praesumi.*
44 *Adulterium quando attentatum praesumitur.*
45 *Adulterii poena veteri jure deportationis erat, vel relegationis.*
46 *Deinde mortis naturalis tam contra adulterium, quam contra adulteram, pro ut de jure divino, & eadem immutata fuit respectu adulterae nu. 47. & de ratione n. 48. & 49.*
50 *Mulier an sit creata ad imaginem, & similitudinem Dei, rationes pro negativa, & pro affirmativa num. 51.*
52 *Fustigationis poena contra adulteram in Regno arbitraria est.*
53 *Adulterii poena in Regno Judicis arbitrio est remissa.*
54 *Exempla postrema in judicando si primis sint aequiora, sunt attendenda.*
55 *Adulterii poena multis in locis exularis, vel pecuniaria est, cum authoris declaratione.*
56 *Remissio mariti ante litis contestationem accusationem tollit de medio, post litis contestationem poenam minuit, & praesertim fustigationem tollit.*
57 *Emendatio morum per triennium praesumitur.*
58 *Culpa mariti minuit poenam adulterae uxoris, n. 59.*
60 *Poena gladii contra uxorem adulteram, an recte fuit immutata, rationes pro affirmativa,*
61 *Pro negativa.*
62 *Heres mariti in quatuor casibus valet uxorem a judicio repellere praeter adulterium in vita mariti commissum ad hoc, ut eadem dotem amittat.*
63 *Heres mariti an valeat uxorem de adulterio querelare ad hoc ut poena legis Juliae affligatur, rationes pro negativa,* nu. 64. *pro affirmativa.*
65 *Haeres mariti, an in ignaro de adulterio ab uxore patrato valeat uxorem dotem repetentem repellere,* nu. 66.
67 *Remissio facta adultero, an adulterae prosit,* nu. 68

PRimo Adulterium dicitur, qui ex altero, quam marito partus concipitur, ut ex *text. in l. inter liberos 6. in §. stuprum, ff. ad l. Jul. de adult.* vel ut dicit *Gloss. & melius litera H.* & Gottofr. *lit. Q.* Adul-
1 terium dicitur, quia ad alterius thorum fit accessus? non enim adulterii tota ratio in partus suppositione consistit, alioquin concubitus cum faemina sterili nupta non esset adulterium, quod utique non est dicendum, sed quod J. C. voluit adulterium in dicta *l. 6.* illud a suppositione partus denominare, quia nonnunquam ex concubitu partus, uti naturale est.
2 Secundo Adulterium est concubitus cum muliere nupta, ut ex *text. d. l. 6. §. 1.* ibi: *Proprie adulterium in nuptam committitur, stuprum vero in viduam,* idem in *l. 13. §. 2. & l. 34. §. 2. ff. eodem, & l. tit. ac l. fugitivus 225. ff. de verbor. signif. cap. non mechaberis 32. quaest. 6.* verificatur etiam cum alterius sponsa, ut ex *text. in l. si uxor, §. divus, ff. eodem,* cujus sunt verba, *Divi Severus, & Antoninus rescripserunt etiam in sponsam hoc idem vindicandum, quia nec matrimonium qualecumque, nec matrimonii spem violare permittitur* text. *in l. propter 7. C. eod.* ibi: *Propter violatam virginem, qui postea maritus esse coepit, accusator justus non est, nisi puella violata sponsa ejus fuerat;* & jure merito cum sponsa jam vinculo ligata sit, & quia proximum matrimonium pro confecto jam habetur, argumento *text. in l. penult. ff. de re militari;* hinc sponsus mariti nomine continetur, & quae locum habent in uno, in altero quoque habent, *l. si sponsa de jure dotium, l. autor & l. mimin, ff. de sponsalibus, cum concordantibus;* adulterium vero non est ad alterius concubinam accessus *l. stuprum 34. ff. eodem,* limitatur si ad patris concubinam est accessus in poenam ob magnam patri debitam reverentiam ex Glos. *parva in d. l. stuprum, quae incipit, innuit iste textus.*
Vel definitur est legitimi thori, tum proprii, tum alieni, seu fidei conjugalis violatio, & haec definitio competit quoque adulterio a marito cum soluta commisso, atque a soluto cum nupta patrato, & probatur per *text. in l. 1. C. ad l. Jul. de adult.* juncto *text.*
3 *in l. 13. §. 6. ff. de concubinis,* nam quamvis mulier de matrimonio suo violato accusationem non habeat contra virum, ut in *d. l. 1.* tamen accusatio locum habet adversus concubinam, ut in *d. l. 13.* Ergo adulterium cum soluta committitur: item nam licet mulier virum accusare nequit, non inde tamen sequitur, quod maritus adulterium minime committat, cum bene ab alio accusari potest, itidem quia unum est Sacramentum, eadem inter conjuges obligatio, eadem fides, eademque merito esse debet actio, ac idem jus, & quoque clare colligitur ex *d. text. in l. 1.* ibi: *Matrimonio suo violato, & ex text. in l. servo. 23.* ibi: *Violatum contubernium.*
4 Tertio. Adulterium est simplex, vel duplicatum. Simplex nimirum quando a soluto cum conjugata, vel quando a conjugato cum soluta committitur. Duplicatum vero quando a conjugato cum conjugata patratur, teste Petro de Gregorio *Synt. Juris lib. 36. cap. 6. nu. 4.* Claro §. *adulterium nu. 2.* Farinac. *quaest. 41. nu. 77.* vel est voluntarium, vel violentum, quod explicatione non indiget.
5 Quarto. In hoc crimine ex officio non proceditur, ne connubia faedentur cum filiorum opprobrio, non obstante *text. in l. 2. §. publico, ff. de adulteriis,* non obstante etiam fama de adulterio laborante, quae licet in alio crimine accusatoria loco habetur, ut ex Glos. *in cap. 1. de officio ordinarii,* in hoc tamen non procedit, & ita observatur in praxi, est enim fama

va-

vagum, & leve indicium, ideoque esset valde absur-
dum conjugium, ex fama fœdari.
6 Limitatur in adulterio notorio, notorium enim
scandalum parit, idcirco omnimode est evitandum,
& notorium dicitur, quando uxor palam in propria
domo, & mensa adulterium detinet, aut absente vi-
ro sobolem procreavit, teste Dom. Sanfel. *dec.* 351.
n. 14. *&* 15. & sic in casu indubitabili. Hinc a M.C.
fuit absoluta mulier, quæ marito diu in carcere exi-
stente filium peperit, ob dubium quod mulier e ma-
rito in carcere concipere potuisset; Sicuti notorium
dicitur, si in judicio adulter confiteatur, nam tunc
recte proceditur, teste Consil. de Afflict. *dec.* 176. &
Gramm. *dec.* 32. *num.* 8. ac etiam ex officio proceditur
contra incidenter confessum, veluti quis inquiritur
de furto, & de carcerationis causa interrogatus, adul-
terium confitetur, verum ut condemnetur, necesse est,
novum formari processum: hinc mulieri, quæ de fur-
to inquirebatur pro adulterio incidenter confessa, fuit
per S. C. liberata in forma, quia judicium non erat
ad crimen adulterii ordinatum eodem Afflict. *dec.* 176.
verum Dom. Pisanellus *eodem loco* tenet, quod M. C.
possit sine novo processu sententiam ferre, quia Regis
7 personam repræsentat, nec non quod contra inciden-
ter de adulterio confessum præcedenti generali inqui-
sitione, puta præcedente fama de vita, & moribus,
valeat Curia sententiam proferre.
8 Quinto. Accusandi actio de veteri jure communi
non solum marito, atque conjunctis, verum cuilibet
populo competebat, cum adulterii crimen publicum
sit, *l.* 1. *ff. de publicis judiciis*, *&* §. *item l. Julia*, *In-
stit. eod. tit. de jure vero* dicta jura fuerunt correcta,
ut per text. in *l. quamvis* 30. C. *ad l. Jul. de adulte-
ria*, cujus sunt verba: *Quamvis adulterii crimen
inter publica judicia referatur, quorum dilatio in
commune omnibus sine aliqua legis interpretatione
concedatur, tamen ne volentibus temere liceat fœdare
connubia, proximis, necessariisque personis solummo-
do placet deferri copiam accusandi, hoc est patri, fra-
tri, necnon patruo, & avunculo, quos verus dolor
ad accusationem impellit*; qui textus tripliciter in-
terpretatur. Primo, ut dictæ personæ commemora-
tæ intelligantur tam conjunctæ respectu uxoris, quam
9 mariti ex identitate rationis, & quia J. C. in *d. l.* ge-
neraliter loquutus fuit, teste Domino Præsid. *decis.*
94. Caball. *casu* 114. Secundo, quod dictæ personæ
taxative numeratæ sunt, juxta Glos. in *d. l. lit. M.* ibi:
*An alii ulteriores habent privilegium, quod in qua-
tuor habent? Puto non*, & facit ratio, de qua in
textu, veluti ne matrimonia conturbentur, & filii
reputentur illegitimi, quorum favore actio querelan-
di fuit restricta, & semper meo judicio est restringen-
da; quamquam Dom. Consiliarius Hodierna *cent.* 6.
contrarium profiteatur, nempe alios conjunctos a
querela non esse exclusos, ac text. esse correctorium
respectu extraneorum, qui tamquam de publico de-
licto ad accusandum admittebantur, & patrem, &
fratrem, patruum ac avunculum per modum exem-
pli, ibi fuisse nominatos; tamen prima opinio est ve-
rior, nam primo ei obstat ponderata ratio, quæ valde
potens est. Secundo, quia verba legis sunt clara,
non tantum enim proximæ personæ sunt in eo nomi-
natæ, sed necessariæ, quos verus dolor ad accusa-
tionem impellit: inter enim conjunctas personas gra-
dus enumerantur, aliæ proximæ sunt, aliæ vero re-
motæ, unde cum in text. pater, frater, patruus, &
avunculus uti proximi, & necessarii nominati sint,
porro alii conjuncti tamquam remoti, quos verus do-
lor non impellit, exclusi censentur.
10 Tertio, quod enunciatus textus procedit soluto
matrimonio, nam eo constante solus maritus ad ac-
cusandum admittitur, ut ex *text. in l. constante* 26.
ff. ad l. Jul. nisi de lenocinio maritus prius accusetur,
probatam enim a marito uxorem, & eo quiescente,
alius matrimonium turbare non debet, ut *text. in l.
miles*, §. *volenti ff. eod. tit.* ibi: *Durante in matri-
monio, in quo adulterium dicitur esse commissum,
non posse mulierem ream adulterii fieri*, concordat
quoque *text. in l. crimen.* 11. *C. eod.* maritus itaque
solus mulierem accusare de adulterio valet, ut pro-
bat Fulgosius *cons.* 135. Dominus Santelic. *dec.* 351.
num. 7. *&* 8. & ita convenit, consuetudo servat,
ut in Cathalonia teste Dom. Peguera *dec.* 93. etenim
marito, cui major injuria fit uxorem suam adulte-
rando, quam proprium filium occidendo, ut notat
Glos. *parva in l. Codicillus* 91. §. *matre & uxore ff.*
11 *de legatis secundo*, quæ incipit, *Petrus Ravenda*,
ac communiter criminalistæ notant; idcirco de jure
quoque maritus patri præferebatur, & cum propensiore
jure, & majore dolore exequuturum accusationem cre-
dendum sit, ut ex text. *in l.* 2. §. *simul ff. eod.* actio
hæc Rei servata est: & hoc dictum in hac Civitate,
stante quoque consuetudine, quæ incipit, *Sed &
mulier*, de filio nubente, cujus vigore filia marita-
ta non est amplius sub paterna potestate, omni diffi-
cultate caret, cum nullum jus præcipuum considere-
tur in patre.
Defuncto viro, mulier adulterii rea postulatur, in-
quit J. C. in *l. miles* 11. §. *defuncta ff. ad l. Jul.* Hinc
licet maritus uxorem non accusaverit, si tamen de
12 adulterio in vita conquestus fuit, fratri ejus com-
petit accusatio, & ita decisum per S. C. teste D. Præs.
decis. 240. *nu.* 2. *&* 3. per text. *in l. generaliter* 60.
ff. de reg. juris, cujus sunt verba, *heredem ejusdem
potestatis jurisque esse, cujus fuit defunctus, con-
stat*, & quia existente viri conquestu cessat dissimula-
tio, & consequenter injuriæ remissio, quæ ratio coad-
juvatur, ex text. *in l.* 2. §. *final. ff. ad Syll. a contra-*
13 *rio sensu*, ibi: *nec de quoquam servorum conquestus
sit Dominus*; Et quia mulier per adulterium per eam
commissum amittit dotem, ut ex *text. in l. cum mu-
lier ff. solut. matrim.* & ex *text. in cap. plerumque
extra de donat. inter virum, & uxorem*, ut repe-
tenti dotem, valet heres extraneus adulterii exceptio-
nem opponere, si in vita maritus sit de adulterio con-
questus, & ita judicatum, ut in *d. decis. atque in decis.*
184. non obstante *tex. in l. rei judicata*, §. *morem ff. solu-
to matrim.* ubi morum correctio ad extraneos here-
des non transit, nec jus vindictæ in adulterio, cum
vir simulando remisisse videtur, nam *lex heredem*
generaliter loquitur in quovis herede, nec distinguit
suum ab extraneo, & ponderata ratio, nempe quia
cessat dissimulatio defuncti, ex qua videtur inducta
remissio: procedit sive heres sit suus, sive extra-
neus, & uti heres principaliter consideratur, non
uti persona, ad quam jus accusandi, vel de adulterio
excipiendi pertinet.
14 Hinc insuper noto, quod nuptiæ cum adultero fa-
ctæ adulterii crimen non extinguunt, *l.* 27. *C. ad l.
Juliam*.
At uxor non agit de adulterio contra maritum ad
15 pœnam infligendam ut ex *text. in l.* 1. *C. ad l. Jul.
& ex text. in l. quamvis* 30. *eod.* & ratio differentiæ
est: nam quamquam matrimonium utriusque conju-
gis fide sit colligatum, & consequenter fidei violatio
utrumque faciat reum, tamen in muliere major, &
perfecta requiritur pudicitia, quia per mulierem fa-
milia conservatur, & ut certam atque indubitabilem
maritus habeat prolem; hæc enim certitudo non nisi
in perfecta pudicitia verificatur; certitudo enim red-
dit filios patris amore dignos, hæc hereditatis Do-
minos, hæc patris labores reddit dulces. Hinc inter
animalia masculus, qui in filiorum educatione con-
currit, fœmina naturali instinctu semper pudica
est; ideoque major in fœmina, quam in viro requi-
ritur pudicitia Glos. *in l. qua in adulterio*, *ff. ad l. Jul.*
& Glos. *in l. palam de ritu nuptiarum*, & ita deci-
sum fuit in M. C. teste Ursillo ad Afil. *dec.* 179. *in
fin.* atque ita servat consuetudo, quia hoc adulterium
licet cum uxoris injuria sit patratum, est tamen sine
dedecore.
Verum agere valet contra maritum ob adulterium
cum uxore fratris sui, vel filii alterius conjugis patra-
16 tum, ut notat Dominus Regens Merlinus *contr.* 38.
num. 15. *cent.* 1. Item licet contra maritum querelam
17 non habeat, petere tamen potest divortium in Curia
Ecclesiastica *c. tua de procurat.* sicut quotidie practi-
catur, & attento divortio, in Curia laicali petit re-
18 gulariter dotis restitutionem, ac omne id, quod
fuerit donatum, Dominus Regens Galeota *tom.* 2.
19 *contr.* 61. *&* 62. quinimo maritus omne lucrum do-
tale restituere tenetur a die quo mala fide incepit pos-
sidere

20 fidere, nullo habito respectu ad matrimonii onera,
Dominus Reg. Merlinus *tom* 2. *contr.* 93. & Curia
Ecclesiastica quoque incidenter circa dotis restitutio-
21 nem cognoscere valet, si mulier agens pro divortio
ante litem contestatam in dicta Curia pro dote quoque
institerit, idem Dominus Merlinus *contr.* 94. Hic non
prætermitto, quod maritus ob uxoris adulterium pe-
tit quoque divortium, sed hoc adulterium alio adul-
22 terio compensatur circa divortium, ita quod uxor ob
adulterium a viro patratum sua recuperat jura; tradit
decisum Vivius *t.* 2. *dec.* 241. neque uxor admittit do-
23 tem ob adulterium commissum tempore, quo maritus
detinebat concubinam, idem Vivius *dec.* 357.

Itidem noto, quod licet uxor maritum de adulte-
rio juxta *l. Jul.* querelare minime valeat, actione ta-
men injuriarum persequi potest, notat Paulus Cit-
24 tinarus *decis.* 197. *num.* 20. *nam pæna legis Aquilia.*
Et ego in M. C. pro bono conjugii, non semel contra
maritum ad carcerationem veni; atque regulariter
practicatum vidi, quod quando maritus cum mere-
trice consuetudinem habet, utrique fit mandatum pœ-
nale de non habendo commercium sub pæna arbitrio
M. C. & reperti in fraganti carcerantur, si manda-
25 tum pœnale carcerem continet; & ita mariti adulte-
rium coercetur. Aliquando etiam contra mulierem
M. C. procedit ad extractum pro evitando scandalo.
Cæterum uxor pro adulterio violento in sui perso-
26 nam commisso contra adulterum etiam invito ma-
rito agit, testatur decisum tam in M. C. quam in
S. C. idem Dom. Merlin. *contr.* 58. *centur.* 2. rejecto
Ursill. ad Afflictum *dec.* 176.

Quibus vero competit accusatio, competit quoque
remissio, ut in *l. quamvis*, C. *eod.* ibi, *legem impo-
nimus, ut crimen, si voluerint, compescant*; hæc
27 enim postrema ante litem contestatam peracta accu-
sationem reddit inanem; secus post, nam tunc Cu-
ria ad ulteriore procedit, ita in S. C. decisum teste
Domino Regente Capye. Latro *decis.* 161. *tom.* 2. &
ita practicatur, ac etiam post litem contestatam si in
continenti fiat, nam, ea quæ incontinenti fiunt, ante
actum facta censentur, *Glos. in l. Pomponius* 12. *§. rati-
habitionis*, in verbo *comestationem*, *ff. de procurat.*
28 *Glos. in l. exceptionem* in verbo, *& intellige causa
initium*, *Cod. de probat.* & comprobat domin. Ca-
pyc. Latro *eodem loco n.* 30. *paritate compromissi*,
quod in Regno vigore Regiæ Pragmaticæ *Odiu litium*,
licet peti non possit, nisi ante terminum causæ, idem
procedit, quando petitur incontinenti post terminum
re integre, videlicet antequam sit expedita citatio
ad testes, & quando incontinenti dicitur factum ad
tuum remitto arbitrium, juxta *Glos. in l. si ita* 135.
§. Seja, de verb. oblig. lit. C. ibi, *modico tempore
arbitrio Judicis definiendo*, verbum enim *statim*, seu
incontinenti semper cum aliquo, scilicet temperamen-
to temporis intelligendum est, ut inquit Paulus *in l.
quod dicimus* 105. *ff. de solut.* Decretum vero hac in re
ita interponitur: *stante remiss. N. & N. consignetur
viro, qui idonee caveat de non offendendo*, & si cau-
tionem præstare nequit, dicitur: *consignetur viro,
qui se obliget ad pænam mortis de non offendendo, cum
eo insimul* 1. *&* 2. *qui se obliget sub pæna pecuniaria*,
aut talia tuto arbitrio, citra mortem, *de offendi eam
non faciendo*, ut practicavi, & servatum vidi; sane
Judex in hoc multum animadvertere debet, nam ali-
quando latet anguis in herba, & sub cinere ignis,
& sub bono indulgentiæ calor vindictæ; debet utique
personæ qualitatem ponderare, ac temporis spatium,
quod iram, ut plurimum compescit.

Dictum est enim in decreto *idonee caveat*, quia de
jure, cautionis nomine, nuda obligatio tantum in-
telligitur, ut ex tex. *in l. Sancimus*, *C. de verbor.
signific.* & *Glos. in cap. ult. de pænis in* 6. quæ obliga-
tio pænam continet injunctam frangenti cautionis fi-
dem, juxta declarationem *Glos. in l.* 2. *verbo sola pro-
missione*, *ff. de judiciis*: nisi cautionis fidem, juxta
declarationem *Glos. in l.* 2. *verbo promissione*, *ff.
de judiciis*: nisi cautioni addatur particula *idonea*,
ut ex *l. si mandato Titii* 59. *§. final. ff. mandati*, &
29 ibi; *Paulus respondit non videri mandati conditioni
paritum, cum in mandato adjectum sit, ut idonea
cautio a debitore exigeretur, si neque fidejussor,
neque pignora accepta*. Hæc enim forma ordina-
ta, continetur fidejussoria & pignoratitia cautio,
hæc omnino interponi debet, ubi offensionis suspi-
cioni locus est *l. fidejuss.* 7. *§. fin. ff. qui satisdare
coguntur Glos. penult. ff. de petit. hæredit.* Cæterum
qui fidejussoriam, vel pignoratitiam dare nequit, ad-
mittitur ad juratoriam *Auth. generaliter*, *§.* 2. *de
Episcop. & Clericis*, *Gloss. cap. fin. C. de pænis in
6. verbo*, *& idonea C. Odoardus de solut. verbo*, *ido-
nea*, hinc licet per tex. *in cap. quamquam de usuris
in* 6. & per *Glos. fin. l.* 1. *ff. qui satisdare coguntur*,
statur juramento dicentis se non habere fidejussorem;
tamen in Regno, ut pluries practicatum vidi, supre-
dicta cautio, tunc admittitur in carcerato; si lapsus
est mensis a die, quo decretum est interpositum, hoc
casu non præsumitur quemquam in carcere morari,
nisi ob fidejussionis defectum, & si ob aliquam causam
convenit, ut fidejussio præstetur, tunc interponitur
decretum, *quod exulet, donec caveat*.

Sed an hæc juratoria sufficiat in præsenti, alii af-
firmant, alii negant, alii autem distinguunt an Ju-
dicis officio, an ad conjugis instantiam, cautio man-
datur, ut primo casu satisfiat, ita interpretando tex.
30 *in cap. de benedict.* 32. *qu.* 1. ut videre est penes R.
P. Sanchez. *tom.* 3. *lib.* 10. *cap.* 18. *qu.* 2. *num.* 43.
qui totum Judicis arbitrio relinquit, ut conjux inco-
lumem vitam transigat, & in practica, ut dictum
est, hoc casu obligatur maritus ad mortis pænam,
& cum eo alia persona, quæ habilis sit ad exequen-
dum; & tamen conjuncta decipienda est, licet mi-
nus idonea, juxta text. *in l.* 1. *ff. in jus vocati, ut
eant*.

Hinc textus *in l.* 26. *ff. ad l. Jul.* & *text. in l. cri-
men l.* 2. *Cod. eod.* ubi maritus, qui uxorem in adul-
terio deprehensam retinet, & adulterium dimittit in
lenocinii crimen incurrit, ac tex. *in l. castitati* 9. *C. eod.*
ubi ille, qui adulterii damnatam in uxorem duxit, vel
31 maritus facto repudio reduxit, uti leno punitur, sunt
per Jura Canonica correcti, nempe per tex. *in cap. quod
autem* 7. *& in cap. non erit turpis* 8. *causa* 32. *qu.* 1.
cap. si vir de adult. Novell. Justin. 134. *§. si vero quan-
do*: Sicuti text. *in l.* 11. *§. volenti ff. ad l. Jul.* qua
maritus uxorem non poterat accusare, nisi facto re-
pudio, correctus est per *Novell. Ut licet matri, &
aviæ* 117. *§. quia vero*, *& auth. Sed novo jure Cod.
ad l. Jul.* ac etiam text. *in l. si maritus* 15. *§. ultima*
32 *si quis & adulterum*, ubi cavetur, quod simul adul-
ter, & adultera accusari non possunt, ea ratione,
quia accusator inscribebatur ad pænam talionis, non
servatur, ut notat Baldus *cons.* 6. *vol.* 5. cum hodie
accusator ad talionis pænam non obligetur, & ita
servat Consuetudo.

Tandem accusandi actio quinquennio continuo præ-
33 scribitur, ut *in l. quinquennium* 31. *ff. ad l. Jul. de
adulter. l. mariti* 29. *§. præterea*, *ff. eod. & V. C.
eodem*, ibi: *Ne crimen quinquennio continuo sopitum
excitetur*, & hoc quinquennium observatur in adul-
terio, ac in omni crimine, quod *l. Jul.* continetur,
& currit a tempore quo crimen commissum est: sed
34 limitatur in stupro, & adulterio violento, ubi sine
temporis præfinitione accusatio admittitur, ut in *d. l.*
& in crimine incesti, quod adulterio est conjunctum
præscriptione quinque annorum non excluditur *l.* 38.
§. præscriptione, *ff. eod.* & judicatum refert Clarus in
§. adulterium.

35 Sexto. Accusam competit quinquennii exceptio,
ac lenocinii *l. ita nobis* 38. *C. eodem*, *l. cum mulier*
49. *ff. solut. matrimon.* utraque ante litem contesta-
tam opposita accusationem extinguit, secus post, ut
36 in *l. si maritus* 15. *§. præscriptionem*, *ff. ad l. Jul.*
& ibi *Glos. in verbo tractari*, *& Glos. in d. l. cum
mulier, in verbo audiendus*, ac *Glos. in l.* 2. *§. si pu-
blico*, *ff. ad l. Jul. lit. M.* quæ ita *d. l.* interpreta-
vere.

Lenocinium enim committit maritus, si quæstum
37 ex adulterio uxoris suæ fecerit, plectitur; nec enim
mediocriter, & quæstum facere videtur, quicquid
accepit, ut adulteretur uxor, inquit Ulpian. *in l.
mariti* 29. *ff. eodem*. *Cæterum si patiatur uxorem
delinquere, non ob quæstum, sed ob negligentiam,
vel culpam, vel quamdam patientiam, vel nimiam*

veniulatatem extra legem positus videtur.

Competit quoque mulieri exceptio reconciliationis, est *text. in l. quæsitum 40. §. item quæritur, ff. ad l. Jul.* ibi: *Eum qui post crimen adulterii intentatum eandem uxorem reduxerit destitisse videri, & ideo ex eadem l. postea jus accusandi ei non superesse*, veluti pro adulterio ante reconciliationem.

Atque adulteræ a viro accusatæ contra eum alia competit exceptio, *patientia*, quæ fundatur in Regno in Constitutione a Rege Rogerio condita, cujus
38 sunt verba: *Qui coram se spectante, vel alio permittit suam conjugem lascivire, non facile poterit eam in judicio accusare, viam quippe machandi aperit, qui cum possit prohibere consensit*, qua Constitutione porrecta est dispositio *tex. in l. 1. §. si publico ff. ad l. Jul.* ubi uxor virum ab accusatione non repellit exceptione lenocinii, ibi: *Lenocinium igitur maritis ipsum onerat, non mulierem excusat*; ultra quamquod (juxta opinionem *Glossæ*) procedit post litem contestatam.

Septimo. In genere probata matrimonii qualitate per fidem Parochi, aut per testes matrimonii scientiam habentes, quia nullum relinquit vestigium, con-
39 funditur cum probatione in specie, verum in adulterio vi patrato ultra hanc circumstantiam semper mulieris conquestus requiritur admixta fama.

In specie, quoad pœnam criminaliter infligendam, puta triremis, vel relegationis adest diffidium;
40 nam quod legitime, & non præsumptive constare debeat. Probatur primo, quia in judicio criminali probationes luce meridiana esse debent clariores *l. fin. Cod. de probat. Glos. in l. absentem, ff. de pœnis*, in verbo *donari*, ubi habetur ea sola præsumptione quem non gravari. Secundo, *argum. tex. in l. quod ait lex 23. ad leg. Jul. de adul.* ubi potestatem patri competere constat, si in ipsa turpitudine filiam de adulterio deprehendat, ibi: Labeo quoque ita probat, & Pomponius scribit *in ipsis rebus Veneris deprehensam occidi*, ergo, &c. Tertio, & clare *ex novell. 117. c. 8. §. si adulterio*, ibi: *Et si hujusmode accusatam veram esse ostenditur*, ac alibi, *ita adulterium legitime convictum una cum uxore puniri*. Item auctoritate Matthesilani *singul. 118.* & ibi additionatoris Mascard. *de probat. concl. 57. & 59.* Farinac. *quæst. 136. num. 19.* Harprect. *in §. item l. Jul. de publ. jud. num. 59.* Boar. *de adul. disput. 11. n. 23.* ac aliorum, ut penes allegatos, qui ajunt adulterium non censeri probatum in criminali judicio, si dicant testes, qualiter viderunt solum cum sola in latebris, aut juvenem in camera fœmoralibus solutis, clauso ostio, & quod recludere mulier recusabat, aut juvenem ibi adesse negabat, vel quod conspexerunt nudum cum nuda in eodem thoro cubare, cum accidere possit, quod mulier sit arcta, & vir impotens, & quia non est sumenda conjectura de perfecto flagitio, ac farentur quod enunciata præsumptio tantum ad thori separationem sufficiens est juxta *tex. in cap. literis de præsumptionibus*, & ad dotem amittendam, vel ad summum ad pœnam pecuniariam, ut ex eodem Farinac. *d. qu. num. 41.* id quod alia ratione probant idem Matthesilanus *loc. cit.* & *Glos. in d. l. absentem*, nempe quia hominis præsumptio est, & non legis.

41 Sed contrarium veritati nititur, etenim adulterii crimen est difficillimæ probationis cum abdite, & occulte committatur, hinc bene Pater Grassetti *de proditoria*, §. 29. nu. 259. inquit, quod si statutum in adulterio plenam probationem requireret, intelligi deberet, juxta subjectam materiam, quæ multum operatur, juxta quam plena probatio a communiter accidentibus haberi nequit, ideoque ne sollicitatores aliarum nuptiarum remaneant impunes, atque fiant audaciores in perniciem Christianæ Reipublicæ juri consonum est, quod violentæ præsumptiones reputentur. Et parum quippe refert, quod hominis sint, & non legis, si ejusdem efficaciæ, ac ejusdem ponderis sint, hinc Reverendiss. Sarmiento *lib. 1. cap. 1. num. 9.* nullam distinctionem constituit inter juris præsumptiones, & hominis, at illæ ad ordinariam pœnam imponendam sufficiant, & non istæ, porrò omnis præsumptio hominis si bona est, si ad delictum confert, si calide urget, & ut inquit J. C. *in l. si fidejussor, §. fin. qui satisdare coguntur, si Judici fiderit*, a lege videtur approbata, faciunt notata in *cap. præcedenti 1. n. 14.*

Quæ vero in contrarium sunt ponderata, procedunt, ubi tractatur de imponenda ultimi supplicii pœna, & de jure communi, non autem de jure Regni, quo Judici remissum est, ad hanc etiam deve-
42 nire pœnam, si urgentissimæ cautissimæ conjecturæ, idest indubitata indicia, ut per *Pragmat. 11. de off. Judicum*, illa enim in delictis occultis, si sunt legitime probata, movent Judicis mentem ad firmiter credendum, delictum fuisse ab imputato commissum, etiam cum virtuali dubitatione, teste Dom. Rovito *dec. 63.* & Dom. Capycio Latr. *dec. 163.* at si interrogatus, an Titius criminis sit reus, responderem in præsenti, ita credo; sed forte esse potest, quod non; vel sunt ea, quæ morali certitudine Titium indicant reum; moralis enim certitudo dicitur, quæ ex communiter accidentibus, & propriis circumstantiis, ac Rei rationibus in pluribus verificatur, & raro juxta hominum mores a veritate deviat, ut docet D. Thomas 1. 2. *quæst. 70. in corpore*: & hac ratione attenta, cum risu legimus id, quod aliqui DD. ajunt, & hic tamquam ridiculum denuo referemus, nempe non censeri probatum adulterium per testes asserentes, quod viderunt juvenem solum cum sola in domo, clausa janua, fœmoralibus solutis, aut nudum cum nuda in lecto cubare, & hac probationa
43 solam pecuniaria pœna puniri; nam dicit Caldas *in cap. 1. colum. 4. quibus modis feuda amittantur*, paria esse probari adulterium, ac probari simul in eodem lecto jacuisse, tenet Vivius *dec. 34. num. 23.* Prosper Petra, Dom. D. Caroli Petra doctissimi Consiliarii Avus *dec. 51. num. 4.* ubi dicit, quod si vir, & mulier condormiunt in lecto, non est præsumendum, ut psalmos legant, vel sacra colloquia tractent, sed quod perficiant id, quod locus, & occasio præbet, & ego dico, quod antea cupiverant; castrum enim jam dicitur captum, si milites, qui in castra subsidione erant, castrum introiverunt.

Cæterum in uno tantum casu eorum dictum procedere arbitror, nempe si brevi mora, vel melius, si brevissimo temporis spatio juvenem ibi stetisse constaret, tunc non de perfecto flagitio conjectura recte sumenda erit; concludo igitur, quod violentæ præ-
44 sumptiones, quoad pœnam citra mortem, sunt legitimæ probationes præsertim in delictis occultis.

Octavo. Pœna adulterii duplicati, vel simplicis,
45 idest a soluto cum conjugata tamen patrato, de veteri jure civili est deportationis, vel relegationis, ut ex *tex. in l. Claudius Seleucus 13. ff. de his, qui ut indignis l. 2. §. miles, ff. de his, qui notantur infamia, l. qui cum uno 4. §. adulteris ff. de re militare, l. seio 14. l. ex ea 18. ff. de testibus*, & aperte colligitur *ex tex. in l. si quis viduam 5. ff. de quæstionibus*

Deinde aut atrocitate criminis attenta, aut frequentia, eodem jure civili a Constantino Imperatore pœna ultimi supplicii fuit constituta, ut *l. quamvis 30. Cod ad l. Jul. de adult.* tam in mare, quam in fœmina, ibi: *Sacrilegos autem nuptiarum gladio*
46 *puniri oportet*, juxta *Glos.* in verbo *gladio*, quæ lex est cum jure Divino conformis, ut in *Levitico cap. 20.* ibi: *Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum conjuge proximi sui, morte moriantur & Mœchus & adultera; & Deuteronomii cap. 22.* ibi *Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, idest adulter, & adultera, & auferet malum de Israel.*

Verum prædicta pœna in fœmina eodem jure civili, nempe a Justiniano Augusto fuit immutata, ut ex *Auth. sed hodie Cod. ad l. Jul. de adult.* ibi: *Adultera verberata in Monasterium mittatur, quam intra biennium viro recipere licet, biennio transacto, vel*
47 *viro priusquam reduceret ream mortuo, Adultera tonsa monastico habitu suscepto, ibi, dum vivit, permaneat, duabus partibus propria substantia liberis, tertia Monasterio*, ut quoque clare apparet ex *auth. ut nulli judicium, §. si quando vero Collat. 9.*

Quæ pœna, ut nonnulli sentiunt, fuit immutata

ob

ob sexus fragilitatem, qua præsumptione fit, ut mulieres non tam sponte, quam adulterorum blanditiis labantur; licet hodierno tempore ornatu, vestitu, & ritu potius sollicitant, quam sollicitantur. Jo: verò Bodin *lib. 1. de Republica c. 3.* existimat hanc mitigationem à Theodora Augusta provenisse, quod mi-
48 hi verisimile videtur, etenim Justinianus sæpissime in rebus Reipublicæ à Theodora conjuge charissima consilium sumebat, ut ille profitetur in *auth. Ut Jud. sine quoque Collat.* 2. §. *hac autem*.

Itidem in fœmina in hoc Regno ab Imperatore Friderico quoque innovata fuit, & imposita nasi truncationis pœna, viro tamen volente; eo nolente, pu-
49 blice flagellatur adultera, liberis existentibus, bonorum confiscatione abolita, ut in Constitutione Regni Siciliæ, quæ incipit, *Legum asperitate*, & fustigata in monasterium detruditur, ut testatur ibi Andreas de Isernia, quia in non expresso non intelligitur facta correctio.

Hæc de jure, sed in hoc Regno de consuetudine, nasi obtruncatio non practicatur, quia facies hominis facta ad Dei similitudinem deturpari non debet, ut ex *textu in l. si quis in metallum C. de pœnis*.

Sed in præsenti fuit dubitatum, an facies mulieris
50 sit ad similitudinem faciei Dei; & Affl. *in d. const.* pro negativa allegat *tex. in cap. hæc imago 13. causa 33. qu. 5.* ubi hæc verba leguntur: *Quia omnis Rex Dei habet imaginem, ideoque mulier non est facta ad imaginem Dei*, & alia: unde Apostolus *Vir quidem*, ait, *non debet velare caput suum, quia imago, & gloria Dei est, mulier autem ideo velet, quia non est gloria, aut imago Dei*.

Et ego alium adduco *tex. in cap. mulier 19. causa 33. qu. 5.* quod ita incipit, *Mulier debet velare caput, quia non est imago Dei*, & insuper ita arguo, Dominus Deus virum, & mulierem insimul non creavit, sed prius virum, cui nomen Adam imposuit, postea mulierem, ut habetur in *Genesis cap. 2.* ibi: *Tulit ergo hominem, & posuit eum in Paradisum voluptatis*, quo dixit *non est bonum hominem esse solum*; sed creando Adam dixit, *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, *ut in Genesi* cap. 1. & creando mulierem dixit, *Faciamus ei adjutorium simile sibi*, ut in *Genesis cap. 2.* ergo vir est imago Dei, non autem mulier; probatur consequentia, quia verba Domini ad virum referuntur, & non ad mulierem. Eoque magis, quia Adam Deus *hominem* vocavit.

Prò affirmativa verò ita primo arguo ex Ethymologia; nam homo, aut dicitur ab humo, & comprehendit quoque mulierem, nam si Adam è terra, idest humo creavit Deus, creando Evam ex costis Adam è terra quoque creavit eam, loquutus est enim
51 Deus, ut in *Genesi cap. 3. Adam pulvis es, & in pulverem reverteris*, aut à verbo græco *ὁμόνοια* idest *concordia*, & hæc non poterat verificari in uno solo, ergo illa verba *faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, virum comprehendunt, atque mulierem.

Secondo, quia a Deo fuit creatus Orbis terrarum, ut possideretur ab homine, idest ab humana generatione, quæ per maris, & fœminæ conjugium multiplicatur, ergo illa verba faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram masculum, & fœminam comprehendunt.

Tertiò, probatur ex *text. in l. hominis 152. de verbor. significat.* ubi hominis appellatione *Cajus* tam fœminam, quam masculum contineri ait, ut quoque probat ibi Alciatus.

Ad *text. in cap. hac imago, & ad tex. in c. mulier*, ubi habetur, quod mulier debet velare caput suum, respondeo, quod hoc fit, non quia imago Dei non est, sed ut mulier verecundia honestatem conservet.

Ad argumentum, quod Deus creando mulierem inquit, faciamus ei adjutorium simile sibi: respondeo, quod dicta verba negativam non probant, sed potius affirmativam, nam si facies viri est similis faciei Dei, facies mulieris est similis faciei viri, est quoque faciei Dei similis, & in veritate eadem facie oritur masculus, ac fœmina, & licet masculus ætate sit barbutus, est accidentalis qualitas, & hæc opinio affirmativa in proposito a Consuetudine mihi videtur approbata.

Fustigationis enim pœna Judici est remissa; tempore Consiliarii Grammatici, ut ipse refert *dec. 31. num. 8. in fin.* adultera non fuit fustigata, sed tantum ad
52 monasterium transmissa, quia fustigata per Civitatem, ut notoriæ infamiæ effecta, impossibile foret monasterium reperire, imo nec domum honestam, & quia erat pulchri aspectus de facili meretrix effecta fuisset, quod permittendum non erat: haud hodie hæc ratio viget, nam in M. C. adest domus, quæ vocatur domus Pœnitentiæ, & ibi fœminæ pro adulterio, sive quovis delicto condemnatæ detruduntur, aut in perpetuum, aut ad tempus, prout criminis causa exposcit, ideoque dicta fustigationis pœna, & tamquam magni exempli à Consuetudine non reperitur abrogata, aliquando autem remittitur, aut viro postulante, aut qualitate consanguineorum attenta.

Adulter hodie arbitrariè punitur etiam ultimo sup-
53 plicio, si qualitates concurrunt aggravantes, sicuti fuit practicatum in casu relato à Domino Præsidente de Franch. *decis.* 240. ubi adulter confessus de adulterio cum incestu, & veneno propinato adulteræ marito, qui obiit, quamquam non apparebat ob venenum maritum fuisse mortuum, fuit decapitatus, cæterum remigationis pœna, si est ignobilis, aut relegationis, si est nobilis, vel alia leviori punitur pœna, pro ut practicatum vidi, & etiam tempore Dom.
54 Præsidentis nonnulla fuerunt adducta exempla, ut in *d. decis.* & licet Afflict. *in constit. legum asperitate* referat, & profiteatur *num. 6.* quod juxta pœnam juris multi adulteri tempore suo fuerunt ad mortem condemnati, & sententiæ exequutæ, tamen ultima exempla sunt attendenda, ut ex *text. in l. mala in fin. ff. de alimentis legat.* ibi, *eam præstationem sequendam, quæ novissima fuit*, maxime in criminalibus si benignior fuit.

Supradicta gladii pœna non solum in hoc Regno, sed multis in locis abrogata per contrariam Consuetudinem reperitur, quinimo prædictæ pœnæ triremis, & relegationis non practicantur, sed adulteri aut
55 in exilium mittantur, aut pœna pecuniaria mulctentur, ut Romæ, Farin. *q. 141. num. 70.* Bononiæ, & perusiæ Andreas Barbatia *con. 63. vol. 5.* Corneus *consil.* 114. Patavii Menoch. *lib. 2. de arbitr. conf.* 419. Florentiæ idem Barb. *conf.* 87. *l.* 3. & de consuetudine totius Italiæ crimina hæc Deum habent in ultorem, ut dicit Vulpell. *conf.* 94. & hodierno sæculo stupra, & adulteria ob id, quod frequentia sunt, Judices tamquam leviuscula reputant; de qua re conqueruntur graves Authores, præsertim Jodocus Damhouder *in prax. crim. cap.* 89. Clarus §. *adult. num.* 8. ubi dicit, quod Christiana Respublica in hoc reformatione indigeret, Carpz. *tom. 2. d. decis.* 187. *num.* 2. Mynsingerus §. *l. Jul. de publ. judic.* qui cum Juvenale *lib. 1. Satyra* 2. clamat *ubi nunc lex Julia dormis*; utinam suscitaretur ea, etenim multa adulteria, atque nonnulla evitarentur scandala.

Nonò enumerantur causæ, quæ adulterii pœnam minuunt. & earum prima est mariti remissio, quæ si ante litis contestationem querelæ abolitionem importet,
56 post verò litem contestatam operatur pœnæ aliqualem diminutionem, & præsertim ut adultera minime fustigetur, quoniam pœna triplici causa imponitur, nempe ad emendationem; & hæc ex mora in domo Pœnitentiæ speratur, secunda ad Partis satisfactionem, & tertia ad aliorum exemplum, sed secunda, & extrema potentior est, quia adultera publice fustigata efficeretur infamis, at quando fustigatio non est in mariti satisfactionem tutò redderetur in ipsius opprobrium, & adderetur afflictio afflicto, contra *text. in cap. cum percussio cap. 7. quæst. 1. l. jure, ff. de jur. dotium, l. Divus de off. Præsidis, &c.* item operatur, nam stante remissione per biennium tantum in domo Pœnitentiæ condemnatur *argum. text. in auth. sed hodie, C. ad l. Juliam*, ubi biennio transacto, viro uxorem recipere licet, nec ultrà triennium. Quo
57 tempore præsumitur emendatio *auth. de monachis*, §. *si verò*, & hæc quoque pœna mariti petente facilius a Domino Regente in visitatione carceratorum com-

mutatur in exilium. Secunda causa, ob quam mulier
mitius punitur, & si maritus juvenem domum
introduxerit, & suum hospitem fecerit, nam si cum
eo mulier adulterium admiserit, si non a tota pœna,
a tanta excusanda erit, author enim, & causa ma-
58 ritus extitit, ut ipsa pollueretur, & comprobatur
ex Regni Constitutione, quæ incipit, *Qui eorum se
ret. de adult. pœna fol. mihi* 295. Hinc maritus, qui
uxorem adulteri suam necavit, me patrocinante,
fuit a M. C. ad triremes per decennium condemnatus,
quia in processu constitit, quod maritus adulterum
tamquam amicum domi introduxerat, atque permise-
rat uxorem cum eo jocari, cæterum a pœna maritus
59 est impunis juxta tamen Constitutionem Regni, *Si
maritus*: Alia est, si maritus cum alia commer-
cium habeat carnale, nam si uxor adulterium com-
mittat ob injuriam, humano modo excusanda est, &
mitius est punienda, *argum. text. in l. si uxor* 13. §.
Judex, *ff. ad l. Jul.* ibi: *Periniquum enim videtur
esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse
non exhibeat*, & confert *text. in cap. indignantur*
32. *qu.* 6. ibi. *Tanto gravius viro petenti oportuerit,
quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, &
exemplo regere fœminas*, conferunt jura *cap. significa-
sti de divortio cap.* 32. *quæst.* 26. *l.* 39. *ff. sol. matrim.*
ex quibus habetur, quod delicta mutua compensatio-
ne tollantur; & certè levissime plectenda est, si in
concubinatu existens eam dereliquerit: uxor enim
hoc casu non solum ob injuriam, sed quia ultionis
remedio privata, levius peccat, & confert *tex. in
cap. si tu abstines quæst.* 2. cujus sunt verba, *& si tu
abstinentia fiat uxoris voluntati tribuis ei fornican-
di licentiam, & peccatum illius tuæ imputabitur
abstinentiæ.*

Primò quæro, an pœna ultimi supplicii pro adul-
terio in dicta muliere sit rectè minorata; rationes pro
utraque parte affero: prò affirmativa primò dici po-
test, quod pœna, per quam homo a peccato se ab-
60 stinet, est triplex; minor per quam fit timidus, ma-
jor per quam timidior, & maxima per quam timidis-
simus: oderunt enim peccare mali formidine pœnæ,
sed mulieres leviori metu afficiuntur, quam viri, ut
ex *glos. in cap. cum locum de sponsalib. in litera A.
verbo metus*, ubi concordantia; ergo attenta sexus
infirmitate ad terrorem maxima pœna non est necessa-
ria, cum metus minoris pœna sufficiat.

Secundò, quod prædicta pœna minorata, de qua
in *authen. sed hodie pro adulterio*, attenta mulierum
natura congrua est, quia omnibus mulierum passio-
nibus adversatur, etenim fustigatio verecundiam de-
perditæ pudicitiæ non parum afficit, non levis at-
que pœnæ, cum in fœminis pudor semper fuerit de-
trusio in Monasterium, est contra propensam earum vo-
luntatem, nempè libertatem, qua nulla alia re mu-
lieres gaudent.

Tertiò, nam mulieres ob Sexus fragilitatem, &
consilii facilitatem, facilius virorum precibus labun-
tur, ideòque mulieres, quia molles sunt, viri autem,
qui a virtute dicuntur, non ità mulierum allectamen-
tis inducuntur: meritò igitur, quia viri in majori
constantia sunt, majori supplicio, mulieres minori
verò plectuntur, & facit elegans *text. in cap. judicantur* 32. *q.* 6.

Prò negativa primò, quod tam viri, quam fœmi-
næ a Deo intellectu, & ratione creati fuere, & non
minus peccant fœminæ, quam viri, & utique mo-
raliter. Secundò, quia mulieres in actibus Veneris
uti fragiles majorem habent propensionem, idcirco,
61 ut a criminibus Veneris arceantur, non levi, sed
gravi supplicio plecti debent; consequens probatur,
quia experimur mulieres prædictas contemnere pœ-
nas: Tertiò, nam si pœna est commensuranda deli-
cto, attenta adulterii atrocitate, pœna ultimi sup-
plicii eis congrua est: adulterium enim inter atrocia
connumeratur delicta, ut communiter Criminalistæ,
non tam propter violatam fidem, quam propter in-
fectionem alienæ familiæ; uxor enim alieno conjugio
virum suum onerat, cum filium alieno sanguine con-
ceptum, uti proprium educare habeat; quod gravis-
simum malum gravissima pœna est coercendum.

Iidem, quia Deus prudentiæ incomparabilis hanc
etiam fœminis imposuit pœnam, eandem quod si gla-
dii pœna; conjux innocens alio legitimo conjugio
filios sine infamiæ nota procrearet, & ad hæc, quod
quia ob adulterium rarò reconciliatio habetur, sicuti
in divortio, idcirco non semper pudicitia conserva-
tur: hæc notare libet, ut si judex fueris, adulteria
non uti leves culpas parvipendas.

In sequentibus casibus, nimirum quando maritus
in vita querelam præparasset; quinimò si adulterio
cum amicis conquestus fuisset, vel quando ob tem-
poris brevitatem morte præventus querelam propo-
62 nere nequisset, aut quando maritus in servitio Prin-
cipis decessisset, communis est Doctorum conclusio,
quod hæres mariti valet uxorem a judicio repellere
propter adulterium in vita mariti commissum, ad hoc,
ut ipsa dotem amittat, ut videre est penes Dominum
Præsidentem *decis.* 284. ubi de conquestu extrajudi-
ciali adest decisio & 250. item penes Dominum Pe-
guer. *decis.* 93. *num.* 7. & 8. ac Jo: Petrum Fonta-
nella *de pact. nuptialib. claus.* 7. *glos.* 3. *par.* 12. *n.* 4.

Hic congrue secundò quæro, an in præcedentibus
casibus heres quoque valeat uxorem de adulterio
querelare, ad hoc, ut illa pœna *l. Julia* affligatur?
& prima facie videtur negandum: Primò per *tex. in
l. maritum ff. solut. matrim.* ubi beneficium, quod
marito competit, hæredi extraneo non esse præstandum
constat. Secundò per *tex. in l. rei judicatæ ff. eod.*
63 ubi, ut inquit Juris Consultus, hæres morum verò
coercitionem non habet. Tertiò per *tex. in l.* 1. *C. Theo-
dosiano tit. de dotib.* 13. cujus sunt verba: *De mori-
bus actio ultra personam extendi non potest, nec in
hæredem dabitur, nec tribuetur hæredi, data* 12. *Kal.
Octobris Limon. & Catalin. Consulibus*; sequitur in-
terpretatio: Si de moribus maritus uxorem accusat,
hoc est in maleficio, in adulterio similibus, aliisque
criminibus, si mortua uxor fuerit, hæredes ejus ac-
cusare non possunt, quia crimina cum Authore defi-
ciunt; tamen & si maritus mortuus fuerit, qui accu-
sabat uxorem, ab hærede mariti mulier non potest
accusari.

Sed contrarium puto verius in personis quæ se-
quentur, nimirum in patre, fratre, patruo, & ma-
terni avunculo; nam prædicti etiam cum marito de
jure ad querelandum de adulterio admittuntur, ut
64 per *tex. in l. quamvis* 13. *C. ad l. Jul. de adult.* &
comprobatur per *text. in l. general. ff. de regul. jur.*
ac authoritate D. Præsidentis *d. decis.* 246. ubi fratri
marito mortuo, querelam competere judicatum ap-
paret: Jura enim in contrarium adducta non obstant,
& primò *tex. in l. maritum*, ac in *l. rei judic.* §. *hæ-
redi*, quia procedunt in coercitione morum non con-
tingentium matrimonii pudorem, secus si pudorem
matrimonii contingant; neque *text. in C. Theodo-
siano*, quia procedit quando maritus conscius de adul-
terio sub silentio pertransivit, juxta doctrinam An-
geli, & Baldi *in d. l. rei judicatæ*, §. *hæredi*, ac
Saliceti *in l. fin. C. ad l. Jul. de adult. n.* 5.

Tertiò quæro, si maritus de adulterio fuerit igna-
65 rus, an hæres uxorem dotem repetentem hac exce-
ptione repellere valeat, & affirmative tenet Salice-
tus *in l. d. fin.* Farinac. post multos *q.* 142. *n.* 15. &
16. & novissimè Fontanell. *de pactis nuptialib. claus.*
7. *glos.* 3. *par.* 12. *num.* 10. & 11. ea ratione, ut co-
gnito, quia si scivisset, facillime injuriam ob id illa-
tam vindicasset; vendicare enim injuriam naturale
est, & quia si maritus conscius fuisset, & non con-
questus, tunc locum haberet remissionis præsum-
ptio, vel reconciliationis, propter quam repellitur
hæres, in ignorantia autem non fundatur præsumptio
supradicta.

Negativè tamen tenet Angel. Aretinus *tract. de
maleficiis* in verbis: *Chi has adulterato la mia donna*,
num. 29. ubi allegat Bald. *in l. rei judic.* §. *hæred. ff.
solut. matrim.* qui *num.* 2. indistinctè tenet, quod
hæredes mariti non possunt opponere mulieri repeten-
ti, dicendo quod perdidit dotem propter adulterium,
& eruditissimus Carpzovius *in prax. crim. p.* 2. *q.* 55.
num. 52. & 55. qui primò fundatur in hoc, quod jus
hæredibus competens fundatur in conquestu, quo de-
ficiente, jus quoque desinit: secundò in præsumptio-
ne, quod si scivisset maritus, esset condonaturus,

ita

ita argumentando; Quilibet pie, ac bene agere, uti Christianus præsumitur *cap. fin. de præsumpt.* Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 76. *num.* 5. & Deo gratam rem facere, sed Deo rem gratam facit, qui meritricem ducit, & ad pudicitiam convertit, juxta *cap. penult, & fin.* 32. *qu.* 1. & multo rem acceptiorem Deo facit conjux adulterium conjugi condonando, quia conjugem errantem ab errorit via revocat, & Christo Domino annuit, dicenti, *mihi vindictam, & ego retribuam*, ut in Evangelio, ergo.

66 Hæc secunda opinio est æqua, & pia, prima autem verior, quia communior, communiter enim dicunt Doctores, quod si maritus etiam de adulterio conscius, & conquestus non fuerit ob temporis brevitatem, quia morte præventus, quod in hoc casu hæredes uxorem a dotis portione repellere valent, ut quoque declarat Boerius *dec.* 338. *n.* 8. ibi: *hoc intelligunt Doctores, nisi maritus ita repente decessisset, antequam posset uxorem de adulterio accusare, tunc hæres potest objicere, & dotem retinere.*

Quarto quæro, an remissio facta adulteri, adulteræ prosit, eique pœna sit minoranda?

Colerus *decis.* 176. *num.* 6. dicit, quod quando gladii pœna adulterio ob aliquam causam in aliam convertitur, arbitraria, quod eodem modo adulteræ mitiganda est pœna, & citatur de consuetudine: Berlich. *conclus.* 27. *num.* 113. in puncto, inquit, remissionem
67 unius etiam alteri parti prodesse; Alii vero Doctores, qui hac in re adducuntur, in puncto quidem non loquuntur, allegatur etiam *text. in l. denunciasse* 17. *§. expectat. ff. ad l. Jul. de adult.* ubi absolutio adulteri adulteræ prodest, condemnatio minime nocet, & ejus verba uti aurea hic transcribere Jubet: *Expectabit igitur mulier sententiam de adultero latam; si absolutus fuerit, mulier per eum vincet, nec ultra accusari poterit, si condemnatus fuerit, mulier per eum non est condemnata, sed aget causam suam, ut fortassis obtinere, vel gratia, vel justitia, vel legis auxilio possit. Quid enim si adulter inimicitiis oppressus est, vel falsis argumentis, testibusque subordinatis apud Præsidem gravatus, qui aut voluit, aut non potuit provocare; mulier vero Judicem Religiosum sortita pudicitiam suam defendat?* Et hoc est speciale in crimine adulterii favore matrimonii, & filiorum, ex hoc quoque *tex.* bene desumitur, quod Judex non debet ex officio procedere, & religione bonum omnem mulieris conservare, quia eo pretiosius non reperitur.

Sed contrarium contra adulteram semel memini, quod judicavit M. C. ea ratione, nam pœna quoque est Partis satisfactio, & hæc non consideretur, si of-
68 fensor remissionem Partis non habens absolveretur, & in facti contingentia fuit quoque consideratum, quod maritus non remiserat uxori ob violatam fidem, quam ab adultero non acceperat, & sic ab uxore uti magis offensus, *tex.* vero *in l. denunciasse* procedit quando absolutio pendeat a defectu probationum, vel legis ministerio, secus quando nominatio pœnæ pendet a Partis remissione, nam iniquum esset contra voluntatem offensæ, offensorem dimittere.

Quinto quæro, an adulterium in muliere inhoneste vivente sit punibile, dubium oritur ex tex. in *l. si ea quæst.* 22. *C. ad l. Jul.* cujus sunt verba: *Si ea, quæ stupra tibi cognita est, & passim venalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricis more vulgo se præbuit, adulterii crimen in ea cessat*: sed distinctione resolvitur, aut loquitur de muliere inhoneste vivente, non tamen publice constituta marito ignorante, & punitur, tam quoad mulierem, quam quod adulterum juris rigore, teste Sanfelic. *decis.* 341. n. 10. mali enim mores uxoris præjudicium marito afferre minime debent: Aut meretricio more vivente, & ponitur eodem modo adultera, juxta *tex. in l. uxor.* 13. *§. sed in ea ff. ad l. Juliam. de adult.* cujus sunt verba: *Et in ea uxore potest maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit, reiteratio enim delicti pœnam aggravat, non minuit, leg.* 3. *C. de Episcopali audientia, l. aut facta, §. Grassatores de pœnis cum concordantibus*, alioquin in hac materia sequeretur absurdum, quod luxuria melioris conditionis esset, quam pudicitia, & *tex. in l. si ea quæ* 22. loquitur in stupro, non vero in adulterio, in stupro enim, ut querela locum habeat, requiritur pudicitia, & vita honesta, ut ex *tex. in §. item l. Jul. instit. de pub. judiciis*: adulter vero secundum unam opinionem minime punitur, teste Angelo *in d. l. si ea Cod. de adult.* Capycio *decis.* 44. Sanfel. *dec.* 266. *nu.* 8. excusatur enim adulter ob vilitatem personæ, & ob consuetudinem loci, ac etiam quia jure antiquo matrimonium videtur jam solutum, & proinde cessare adulterium, idque haberi potius uti simplex fornicatio, sed secundum modernorum opinionem attento hodierno jure, & evangelico, quo matrimonium minime dissolvitur, nisi quoad thorum, & attenta injuria viro non consentiente facta, adulter etiam aliqua pœna puniri debet, cum etiam hoc peccatum cum muliere meretrice nupta majus dicatur in foro fori, simplici fornicatione, marito vero consentiente adulter non ponitur, teste eodem Dom. Sanfelic. *dec.* 341. *num.* 6.

At uxor meretrix, & maritus leno non leviter puniri debent, quia matrimonium nunquam est deturpandum, & Civitas illegitima sobole non replenda est: confert tex. *in l.* 2. *§. si publico judicio, ff. ad l. Jul. de adult.* ibi: *Lenocinium igitur mariti ipsum aneras, non mulierem excusat*, & ob religionem, & ob bonum publicum possunt ab episcopo excommunicari, & a Judice sæculari a Civitate expelli, teste Thoro *vol.* 3.

Sicuti adulterium cum Domina caupone commissum viro ignorante puniri debet, juxta *text. in l.* 29. *C. ad l. Jul.* eo vero consentiente, adulter levissima pœna coercetur, pœna enim semper regulatur ab injuria, quæ in volente, & consentiente non consideratur.

Tandem decretum contra adulterum, & adulteram, ita interponitur. *N. & N. de adulterio accusatus, & inquisitus, ut ex actis, remiget per annos tot*, contra vero adulteram dicitur. *N. & N. de adulterio accusata, & inquisita, ut ex actis, visa instantia Regii Fisci fustigetur per loca solita hujus Civitatis, & fustigata detrudatur in domo pœnitentiæ, ibique permaneant per annos tot*, vel dicitur, *detrudatur in domo pœnitentiæ præcedente fustigatione*, dicitur accusatus, & accusata cum in adulterio sine querela procedi minime possit, & fustigatio non semper imponitur, ut dictum est.

Hinc etiam decretum contra sodomitam, in præcedenti capitulo impressoris incuria omissum ponere congruit. *N. N. inquisitus, ut ex actis, moriatur in furcis, & ejus cadaver concremetur, ut sit in supplicium, ut aliorum transeat exemplum.*

Dicitur in furcis, quia uti infamia nobilitate privatur.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

C A P. IV.

De Adulterio.

S U M M A R I U M.

1 *Adulterium quid est.*
2 *Adulterii Etymon: est ad alterius Thorum accessus.*
3 *Adulterium quotuplex est.*
4 *Ob Adulterii crimen, quibus ex officio castigare potest Judex.*
5 *Accusatio de jure communi, cuilibet de Populo competat, sed declaratur, cum licet accusare.*
6 *Uxor potest instare contra maritum, ut carceretur ob adulterium.*
Et potest contra adulterum violentum invito marito agere, ibidem.
7 *Adulterii pœna in Regno judicis arbitrio est remissa.*

1 ADulterium cum muliere desponsata est fidei conjugalis violatio.

2 Adul-

2 Adulterii Ethymon est ad alterius thorum accessus.

3 Adulterium quadruplex est, simplex, vel duplicatum, voluntarium, vel violentum.

4 Judex in adulterio ex officio procedere non potest, etiam fama laborante, sed in adulterio notorio procedit ex officio, & ratio est, quia scandalum parit, & est quando Uxor palam in propria domo, & mensa Adulterum tenet, aut absente viro sobolem procreat.
Et notorium dicitur, si in judicio Adulter confiteatur.

5 Accusatio competebat de jure communi cuilibet de populo, quia crimen publicum est, quod fuit correctum per tex. in l. quamvis 20. Cod. ad l. Jul. de adult. ubi accusatio permittitur proximis, necessariisque personis tantummodo, qui Tex. tripliciter interpretatur, ut dictæ personæ intelligantur conjunctæ Uxori, & marito de Franch. decis. 94., & Caball. cas. 114.
Secundo. Ut dictæ personæ sint juxta glos. in d. l. Ut Pater, Frater, Patruus, Avunculus, & alii conjuncti, quos verus dolor impellit.
Tertio, Constante matrimonio solus maritus ad accusandum admittitur, l. constante 26. ff. ad leg. Juliam, nisi de lenocinio maritus prius accusetur.

6 Uxore instante maritus carceratus ob adulterium, & Uxor pro adulterio violento contra adulterum invito marito agit.

7 Adulterii pœna in Regno Judicis arbitrio est remissa, de his aliisque traditis per Auctorem nostrum te remitto ad hunc IV. Caput.

C A P U T V.

DE RAPTU IN FŒMINA LAICA.

I. Raptus unde dictus. II. Quid sit. III. Quomodo probetur. IV. Quomodo in eo proceditur. V. Quæ sit illius pœna, & VI. Hæc an, & quando locum habeat: per aliqua quæsita videbimus brevitate, qua oportet, & cui studemus, necnon aliqua de jure Canonico notabimus.

SUMMARIUM.

1 *Raptus dicitur a verbo rapio, est abductio de loco ad locum fœminæ honestæ libidinis causa, & etiam intuitu matrimonii.*
2 *Raptus tunc dicitur, quando abductio fit ad finem retinendi.*
3 *Raptus etiam dicitur si raptor deprehendatur, antequam ad locum destinatum pervenerit.*
4 *Honesta fœmina etiam dicitur, si ab uno fuisset cognita, & de concubitu non adesset fama.*
5 *Raptus de jure communi non consideratur in meretrice. Meretrix quæ sit,* ibidem.
6 *Raptus consideratur in meretrice, quando meretricalem vitam relinquit, & vitam ducit honestam,*
7 *Contrarium de jure Regni.*
8 *Honestas est morum castitas.* Tex. in l. unica de raptu Virginum *interpretatur in verbo virginum honestarum* ibidem.
9 *Vis quid sit: quæ violentia, & hæc quintuplex sit.*
10 *Preces importunæ, persuasiones, ac malæ artes violentiæ æquipollent.*
11 *Preces. & persuasiones Paridis erga Elenam.*
12 *Persuasiones, & malæ artes explicantur.*
13 *Delictum in genere in crimine raptus quomodo probetur.*
14 *Raptus pœna est ultimi supplicii.*
15 *Raptus crimen an committatur, & raptor mortis pœna plectatur, si puella libere, & motu proprio raptorem sequatur invitis parentibus, rationes, & DD. referuntur pro utraque parte, & 16. Pater non habet in corpore filiorum plenum dominium* ibidem. *Raptor puellæ, quæ libere, & sua voluntate cum eo fugit non peccat contra justitiam* ibidem.
17 Text. in l. unica *eius facultatem datam Parentibus, & consanguineis occidendi raptores interpretatur.*
18 *Persuasiones præsumuntur in rapta, nisi conjectura in contrarium existant.*
19 *Raptor an incidat in legis pœnam copula non secuta, rationes, & Doctores pro utraque parte referuntur & 20.*
21 *Doctores distinguentes & 22.*
23 *Authoris opinio.*
24 *Factum ubi sequitur propositum, grave est peccatum. Juxta delicti mensuram erit plagarum modus* ibid.
25 *Violentia, quæ in animo fit, non dicitur propria, & copulam habet admixtam.*
26 *Raptus verum violentum requirit juxta opinionem* Deciani, Thesauri, & Trivisani.
27 *Raptor an incidat in pœnam ordinariam, si sponsam suam de futuro consentientem abducat? Opinio affirmativa, & negativa adducitur & 28.*
29 *Opinio negativa verior, quæ ampliatur.*
30 *Matrimonium subsequutum post raptum violentum an excuset raptorem a pœna raptus? Rationes, & DD. pro utraque parte recensentur n. 31. & 32.*

RAptus itaque a rapiendo est dictus, & est abductio de loco ad locum, sive traductio fœminæ honestæ cum violentia, aut meræ luxuriæ causa exercendæ, aut etiam matrimonii contrahendi juxta *textum in l. unica C. de raptu virginum*, ab Imperatore Justinia-
1 no edita, & juxta Capitulum, *Ut sine mortali discrimine* a Serenissimo Roberto promulgatum. Differt a rapina, quia hæc est in rem, raptus vero in personam.

Dicitur adductio de loco ad locum ad effectum retinendi, & occultandi, ut in d. Cap. ibi: *asportant, & detinent*, sicut Helenæ raptus: de quo Ovidius in
2 epistola Hermionis Oresti, ibi:

Tyndaris Idæo trans æquora ab hospite rapta,
Argolicas pro se vertit in arma manus.

Non autem pro commodiori coitu, veluti si puella de loco aperto ad locum vicinum secretum abducatur, vel in via reperta ad vicinum nemus traducatur, quia tunc non dicitur raptus, sed stuprum, vel adulterium, ut post Jurisconsultos notat Rev. Pater Fagundez *in 6. Decalogi præcepto c. 10. vers. & quia*, & rejecto Rebuff. *in l. Marcellus verbo rapere, ff. de verbor. signif.* ac Antonio Matthæi *de crim. tom. 4. c* 4. contrarium adnotantibus, tenet Gonzalez *tit. de raptoribus cap. accedens num. 3.* & verius credit in hoc casu, raptum virginitatis non vero virginis committi, & ita oppressionem puellæ non teneri pœnis raptus. Et dicitur raptus perfectus, quamvis raptor cum fœmina rapta ad locum destinatum non pervenit, ut quia deprehensus, & ita pluries refert deci-
3 sum D. Sanfel. *decis. 362. vers. verum etiam*, & affirmat Rev. Pater Martinus Perez *de matr. disp. 37. sect. 4. vers. colo 4.*

Dicitur fœminæ, eum locum habeat, sive abducatur virgo, sive vidua, sive nupta, aut quælibet alia, ut in *d. l. unic.* ibi: *Virginum, viduarum, vel quarumlibet*, & in dicto capitulo, ibi: *Virgines, aut quasvis alias mulieres.*

Dicitur, honestæ, ut *in d. leg.* ibi: *Raptores Virginum honestarum*, juncta Gloss. *lit. F.* quæ cum de meretrice loquatur, honesta dicitur, etiam si ab uno fœmina cognita fuerit, dummodo de concubitu non adfuerit fama, & pro honesta publice reputabatur,
4 teste Deciano *lib. 8. c. 7. num. 11. & 12.* & post alios Farinac. *qu. 145. num 160.* Hinc qui meretricem lu-
5 xuriæ causa abducit in hanc non incidit legem; meretrix enim est, quæ multorum libidini paret, *capi-*
6 *tulo*

6 *tulo vidua defunct.* 14. *l. palam de ritur nupt.* verum si pœnitentia ducta vitam duxerit honestam, de qua pœnitentia, & bona vita exorta est fama, tunc committit raptum, & maxime si habitavit in loco honesto, & induat habitum honestum, ut post Salycetum, & Marsilium in *d. l.* 1. Farinac. *d. quæst.* 125. aliosque Juris Consultos, notat Pater Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disput.* 12. *num.* 23. cæterum qui meretricem rapit, vel per vim cognoscit, licet raptus pœna non teneatur, pœna tamen arbitraria coercetur.

Hæc de jure communi, de jure vero Regni per
7 Constitutionem incipientem *Omnes* ab Imperatore Friderico promulgatam *tit. de violentia meretricibus illata*, ultimi supplicii pœna imponitur illis, qui vim faciunt meretricibus libidinis causa, contra earum voluntates, dummodo sint convicti, & confessi, & meretrices intra octo dies clamorem miserint de ipsa violentia eis illata, nisi probetur, quod intra illos octo dies meretrix invita fuit detenta; Et merito cum nullus cogatur, etiam justo pretio suam rem vendere *l. nemo*, C. *de judiciis*; quilibet enim rei suæ legem imponit, *l.* 1. *C. de nonalibus*, *l.* 2. *ff. de naut. caup. & Stab. l. si quis mancipium*, §. *proculus*, *ff. de contrah. empt.* ac *de verbor. obligationib. l. si ita convenerint*, §. *ea l. cum non ordentibus*, hinc si quilibet in rem hoc habet arbitrium, fortius certa habet in personam, *l. in pecudum*, *ff. de usuris*, *l. justissime*, *ff. de aedilitio edicto*, hinc Consil. Grammaticus super Constit. Regni, *Capitalem pœnam num.* 2. refert, quod cum plures juvenes violenter quamdam meretricem a prostibulo rapuissent, unus ex ipsis Florentinus principalis fuit condemnatus ad suspendium, cæteri ad remigandum, etenim leges Justitiæ ultrices pari modo inhonestatem abhorrent, ac violentiam odio habent, & quod meretrix non potest cogi in lupanari, quacumque etiam oblata justa mercede admittere, rejecto Decio *in l. invitus*, • *ff. de reg. juris*, tenet Rev. Pater Giballinus *lib.* 5. *de natura & causis negotiationis cap.* 4. *ver.* 7.

Sed ego dico *honeste* respectu morum, etenim sem-
8 per a majoribus audivi, quod honestitas est morum castitas, & dum in *text.* dicitur, *virginum honestarum*, non potest intelligi de fœmina respectu corporis corrupta, quia corrupta fœmina virgo dici non potest, & mea comprobatur opinio ex *cap. de pudicitia* 6. *caus.* 32. *qu.* 5. ubi *pudicitia in animo est constituta cap. ad Deum* 7. *cap. non potest* 8. *cap. si Paulus Apostolus* 11. eadem causa, ubi virginitas carnis non servatur mente corrupta: Inquit enim Apostolus, *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo: perit ergo, & mente virginitas, iste sunt virgines mala, virgines carne, non spiritu*; Et Capitulo 12. eadem causa ubi corpore intacto castitas nonnunquam amittitur, & verba uti aurea non prætermitto, *Nec solo actu, sed affectu quoque, & aspectu appetitur, & appetit fœmina, nec dicatis vos animos habere pudicos, si habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus, impudici cordis est nuncius, & cum se invicem sibi etiam tacente lingua conspectu mutuo corda nunciant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore: etiam intactis ab immunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus*; Et quidem virgo, quæ illicitis loquutionibus, & obscœnis actibus delectetur, si cum ganeonibus conversatur, a quibus sæpius oscula, & alia patiuntur virgines, non potest dici neque honesta, neque virgo casta, faciunt jura *in l. non alia*, *ff. de usu. & hab. & l. si ea* 26. *& l. si qua* 29. *C. ad l. Jul. de adult.* de hac interpretatione tu cogita, sed eam verissimam habeo in raptu vi interpretativa commisso.

9 Dicitur cum violentia; & hic pro majori intelligentia nota, quod vis est majoris rei impetus, cui resisti non potest, *l.* 2. *ff. de m*, *quod metus causa*, & tantum appropriatur agenti: Violentia vero dicitur a verbo *violo*, & appropriatur tam agenti, quam malum patienti, ut ex *rubrica Cod. ad l. Jul. de vi publ. l. quoniam multa facinora*, & dicitur ablativa, quæ est, quando res mobilis violenter e manu alicujus aufertur, ut in *tit. de vi bonorum raptorum* vel est expulsiva, quando quis a possessione rei mobilis expellitur, ut in *Tit. de vi*, *& vi armata*, & hæ duæ dicuntur præcise, ac personæ, seu corpori inferuntur, ut in *l. locatio*, §. *quod illicite ff. de publ. vect.* Item est compulsiva, qua volens quis malum evitare, reducitur ad faciendum id, quod facere nollet, hæc enim non dicitur præcisa, sed causativa, & animo, non autem corpori infertur, ut in *l. si mulier*, §. *penult. ff. quod metus causa*, & melius in *cap. Sacris de his, quæ vi, metusve causa fiunt* (sunt, & aliæ species violentiæ, quæ ad hunc tractatum non pertinent) supradicta vero compulsiva dividitur in veram, & interpretativam; vera, ut in supracitatis juribus, interpretativa est illi similis per quam nolens quoque fit volens, non ob timorem, ut citatis juribus, sed ob alium respectum, quo hominis captatur voluntas, velut ob importunas preces, persuasiones, & malas artes; etenim preces
10 importunæ, persuasiones, ac malæ artes violentiæ æquipollent, juxta *text. in l.* 1. §. *persuadere* 3. *ff. de servo corrupto*, *l.* 1. *C. ne filius pro patre*, juncta Glossa verbo *exorta l. in tuum qui*, C. *de Apostat.* in *l.* 3. §. *si quis volentem*, *de libero homine exhibendo*, ubi Ulpianus inquit, *Si quis volentem detineat, dolo malo non videtur retinere, verum si volentem calliditate circumventum, seductum, vel sollicitatum retineat, si non bona vel probabili ratione hoc faciat, dolo malo quidem retinere videtur*: Hæc enim violentia interpretativa consideratur quoque in raptu, ut in *d. l. unic. C. de rapt. virg.* ibi: *Sive nolentibus, sive volentibus*, ac alibi *nulli mulieri, sive nolenti peccandi locus relinquetur, quia hoc ipsum velle mulierum ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur, rapinam inducitur, nisi eam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenerit, non facit eam velle in tantum dedecus se prodere*, & in dicto Capitulo a Rege Roberto condito, ibi: *Nonnunquam eas incautas, & simplices inhonestis, & impudicis ante portas aspectibus, dolosis aliisve artibus, ac suasionibus circumventa, nunc voluntarias, nunc invitas de parentum domibus clandestine rapiunt, easdem velut aves in aucupatorum venaculo incidentes*: Importunæ igitur preces, persuasiones, munera, ac promissiones violentiam inducunt, ut in hac re notat Dom. Cardinalis Tuschus *conclus.* 214. *lit. V.* Decian. *lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 7. Menoch. *de arbitrar. cas.* 261. *num.* 10. ac post alios Jurisconsultos notat Pater Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 12. *num.* 7. Rev. Pater Facundez *sit. loco num.* 3. *in fin.* ac novissime Gonzalez *d. cap. num.* 4. *vers. inde etiam infertur*: multum quidem operantur in mulieres, quæ, ut inquit Imperator Constantinus *in l. si quis nihil de raptu virginum lib.* 9. *C. Theodosiani*, ibi: *Propter vitium levitatis, & sexus mobilitatem, atque consilii, a postulationibus, & testimonialibus, omnibusque rebus judicariis antiqui penitus arcuerunt*: sicuti fuerunt preces, & persuasiones Paridis erga Elenam; Paris
11 etenim cum in illius domo maneret, amore accensus, absente viro Rege Menelao, Elenam, primo uti pulcherrimam laudando, ei suum ingentem indicavit amorem, fidem, perpetuumque promisit conjugium, ac eam certiorem reddendo de Trojano potenti Imperio, de obsequio, de dominio, atque magis Trojanorum donis ad relinquendum Menelaum virum indecorum, & tam formosa conjuge indignum, persuasit, secum Trojam aufugere: & cum hortatus fuerit, hæc sine dedecore, & ullo pudore, atque sine vindicta fore sequuturum, aliarum mulierum exemplo, veluti Orintiæ a Rege Traciæ raptæ, Medeæ a Jasone, & ipsiusmet Elenæ alia vice a Theseo: & quod tandem si Græcia bellum consurgeret, pugnaret ipse, & vinceret, ac certamen in sui gloriam redundaret: hæc & alia, quibus Paris agnoscens mulierem sexum fragilem, & gloriæ, & obsequii cupidissimum, cum in portu Trojanam classem haberet vites, atque armis instructam, Elenæ raptum consequutus fuit, ut penes Ovidium *epist.* 15. non tam facilitate Elenæ, quam culpa Menelai, qui Cretam iturus eam in comitem Paridis domi reliquit; habet igitur uxorem in custodiam; *scriptum est enim mulierem fortem, quis inveniet*; hinc etiam pro majori claritate noto,

noto, quod malæ, & dolosæ artes sunt v3. si raptores procurarent persuasiones veri a nutricibus, aliis-
12 vè domi familiaribus, a quibus opportunitatem sæpè consequuntur, ut colligimus ex dicta *l. si quis nihil in C. Theodosiano*, ibi, *& quoniam parentum sæpè custodiæ nutrices fabulis, & pravis suasionibus deludunter*, vel quando tutores, vel curatores, sub quorum custodia fœminæ manent, pretio corrumpuntur, ut persuaderent eas, sicuti colligimus ex *text. in l. 1. §. qui puero ff. de extraord. crim.* vel quando meditata fuga procurent colloquium habere de nocte cum mulieribus in loco opportuno earum domorum, aut in domibus vicinorum, & cum eorum quoque persuasionibus cum precibus, & promissionibus mulieres vocatas abducunt, ut colligimus ex *d. cap.* ut sine mortalis discrimine ea verbis hic enunciatis. Item si matrimonia promittant raptores, quando conjuges habent, ut in *decis.* Dom. Sanfel. 261. *in princ.* Item promissiones falsæ, & suasionra, ut si fingant se esse nobiles, ac divites, cum ita non sint, ut post Jurisconsultos Rev. P. Sanchez *cit. lib. num.* 10. *&* 11. & Rev. P. Fagundez *cap.* 10. *num.* 3. ubi quoque fatetur, quod voluntaria adductio erit, si fœmina precibus importunis consensum præstat, ut rapiatur, & generatim quæ sunt istæ preces importunæ, attentà mulieris qualitate, & raptoris, ac facti circumstantiis ad tuum remitto arbitrium; & malæ quidem artes sunt blanditiæ, munera, & persuasiones, ac deceptiones, quibus raptores utuntur, nè videantur rapuisse, sed volentem abduxisse.

Dicitur meræ luxuriæ causa exercendæ, vel etiam matrimonii contrahendi, quia non semper pro matrimonio contrahendo, ut in raptu fœminæ conjugatæ, & aliquando sequitur copula, ut matrimonium contrahatur, sine qua non contraheretur, ut clarè in *d. text. & in d. cap.* sed an in hoc casu habeat locum pœna, videbimus infrà.

Circa enim tertium quomodo probetur, & in genere omissa Doctorum controversia, cum aliqui eorum affirmant, in genere omninò esse probandam puellæ honestatem, alii verò etiam in numero dissentiant, & eam præsumi affirmant, ut videre est penes laboratissimum Farinac. *quæst.* 145. *num.*

Dico, quod in hoc Regno, ut practicatum vidi, delictum in genere probatur constito de adductio-
13 ne de loco ad locum libidinis causa, ac omninò probara puellæ honestate, nam Imperator in *d. l.* non contentatur solum nomine virginum, sed conjunxit adjectivum *honestatem*, sicuti stupro in virgine, vel in vidua patrato hoc requisitum probari oportet, ut in *§. item l. Julia de adulteriis*, ibi: *cum quis sine vi, vel virginem, vel viduam honestè viventem stupraverit*; Hinc stuprum non est punibile, atque adulterium in fœmina vili, & abjecta respectu morum, ac vitæ inhonestæ, *l. si ea 22. & l. quæ 29. C. ad l. Jul. de adulter.* Primum enim juris præceptum est, *honeste vivere*, ut de *just. & jure tit. 1. institution.*, *§. is igitur*, juncta *Gloss. in verbo honestè*, quæ alia affert jura; Pro honestate autem sufficit probare communem opinionem, quod tempore raptus fœmina reputabatur honesta, & erat in gubernio honestarum personarum, ut post Bossium tenet D. Sesse *decis.* 95. *num.* 11. In specie verò, quia cum non sit delictum occultum, probatur concludenti, & legitima probatione, ut in *d. l. unic*, ibi: *Post legitimas & juri cognitas probationes mortis condemnent supplicio*, & in *d. cap.* ibi: *Et fuerit convictus probatione legitima, digna sententia condemnetur*, ideoque non immoror.

Circa quartum, quomodo in eo procedatur; dico, quod per accusationem, & inquisitionem, cum crimen hoc pœnam ultra relegationem contineat, contra enim absentem Neapolitanum vigore enonciati *cap.* proceditur ad forjudicationem cum abbreviatione sex mensium, contra verò regnicolam, cum anni circulo; etenim capitulum prædictum contra regniculum in osculo violento tantum fuit ampliatum, tamquam crimen frequentius raptu quinimmò ampliatum, cum procedatur abbreviatione trium mensium, ut ex *prag. de osculantibus mulieres*.

Contra verò præsentem, & in fraganti crimine captum, veluti in actu fugæ eam rapta deprehensum, quo casu quilibet Judex procedere valet, praxis observat, quod nullis defensionibus datis, contra confessum statim decreto interposito, ad condemnationem proceditur, contra verò negativum, termino defensionum impartito: & ad majorem declarationem dico, quod examinantur testes de fragantia, nimirum in præsentia raptæ, & raptor, qui interrogatur de crimine, & si crimen confitetur, atque nullam alleget excusationem, condemnatur; si negat, & plenè constat de crimine, dato termino, juris pœna punitur, ut videre est penes Farinac. *quæst.* 21. *num.* 30.

Item adverto hunc rigorem procedere in vero raptu non autem præsumpto, in quo multa de jure, & de facto dicere possunt.

Circà quintum, nempè pœnam dico, raptorem mulieris honestæ, hoc est, quæ non impudicè vivit,
14 mortis pœna puniri, eademque teneri eos, qui comitantur raptorem, & qui eum in ipso raptus delicto adjuvant, necnon parentibus mulierum raptarum, consanguineis, tutoribus, & earum curatoribus, raptorem, comites, & adjutores in ipso delicto deprehensos occidere permittitur; item omnia eorum bona mulieri raptæ applicantur, dummodò rapta in matrimonio cum raptore non consentiat, alioquin applicantur parentibus raptæ, & si isti consenserint, Fisco, ut hæc omnia habentur in *d. l. raptores, C. de raptu virginum, auth. de raptu mulierum coll. 9.* & *text. in l. qui cœtu, §. qui vocantur ad l. Jul. de vi publica in §. item l. Jul. instit. de publicis judiciis, & in d. cap.* quod voluit, ut bona directè applicentur Fisco. At contra Neapolitanos non est in observantia, sicuti Episcopus Barbosa *in l. raptores, C. de Episc. & cleric.* post Rebuff. *ad l. Gall. glos. 5. nu.* 34. fatetur; quod hæc lex dum permittit licere parentibus, vel consanguineis interficere raptores, non servatur, sed quod possunt eos prehendere, & ad Judices ducere, Raptum verò mulieris, quæ non vivit honestè, & publicè arbitraria pœna puniri.

Circà sextum, an & quando dicta pœna locum habeat, ad majorem claritatem, primò quæro, an raptor in dictam legis pœnam incidat, puella liberè consentiente in raptum, ut quando ea viri amore ca-
15 pta de propria voluntate, & motu proprio, raptorem sequatur, invitis tamen parentibus, & videtur affirmandum. Primò, quia puella de jure Divino parentibus reverentiam, atque obedientiam præstare tenetur, ut in 4. *decalogi præcepto*. Secundò, nam cum sit sub aliena potestate, nempè parentum, tum de jure naturali, tum civili sequitur, quod non habeat puella liberam potestatem in sui persona, fieri possit membra sua raptui exponere, argumento *text. in l. liber hom. ff. ad l. aquiliam, & cap. significavit de corpor. vitiatis ordinandis*, ibi: *Vel non in parentum contumeliam*. Tertiò, quia de Jure naturali, & civili puella consensum a parentibus procurare tenetur, ut in *§. instit. de nuptiis*, & in *l. unic. Cod. de nupt. virgin.* ac in enunciato capitulo, quæ jura in raptu de parentibus præsertim rationem habuerunt: Quartò, quia iis quoque datur licentia occidendi raptorem in fraganti repertum: Quintò, quia raptus non tantum dicitur respectu mulieris, sed etiam respectu parentum, sub quorum potestate est, ut post Jurisconsultos notant Reverendus Pater Azorius *institut. moralium par. 2. cap. 14. vers. 2. notandum* ibi; *Si violentia inferatur patri; etiam si non fœminæ, item si fœminæ etiam si non patri*, P. Lessius *lib. 4. cap. 3. dubit. 20. verb. raptus*, ibi; *Seu vis inferatur soli abductæ, sive iis quorum potestati subest*, & comprobatur ex *text. in cap. de raptoribus 36. quæst. 1.* ibi: *Si verò, quæ rapitur, patrem habere constiterit, & puella raptori consenserit, &c.* & quia per traductionem a domo parentum, injuria, & infamia iis non modica infertur: Hinc nonnulli DD. relati a Reverendissimo Barbosa in *Concil. Trident. cap. 6. sess. 24. de reformat. num.* 3. tenent, quod raptus, quamquam puella liberè consentiat, invitis tamen parentibus dirimit matrimonium.

Sed contrarium verius est, quoniam raptu directe in-

injuria infertur puellæ, quæ si spontaneum præstat consensum, respectu ipsius non est raptus, quia volenti, & consentienti non fit injuria, & respectu parentum improprie dicitur raptus, quod ratione comprobatur, nam si puella abducatur invitò, parenti-
16 bus tamen consentientibus proprie dicitur raptus. Secundo, nam negari non potest, quod si vis illata sit puellæ, & parentibus insimul gravius sit delictum, quam si parentibus tantum: unde cum pœnæ debeant commensurari delicto *cap. non afferamus* 24. *quæst.* 1. *autb. ut patribus filii succedant*, §. *quia vero*, Non est consonum, imo absurdum, quod raptor eadem pœna, tam in uno, quam in alio casu plectatur, veluti quando puellam traducit omnino volentem, ubi delictum longe minus est; Tertio, quia attenta *l. unica*, & *d. cap. in raptu*, omnino requiritur vis vera, videlicet, quæ cadit in persona, seu in corpore, aut interpretativa, quæ est in animo, & hæc in præmarrato casu non consideratur, & hanc sententiam uti veram tenet Decianus *lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 11. Menoch. *de arbitrariis lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 291. *num.* 18. ac alii ut penes ipsum, & nuper Rev. P. Fagundez *in* 9. *decalogi præcepta cap.* 11. *num.* 3. quinimo nec includit in *d. l. pœnam*, si puella prius rogata, & non multum persuasa raptui consentiat, quia in hoc casu non videtur seducta, nec sollicitata, & consequenter non consideratur vis interpretative, faciunt Doctores allegati a Dom. Barbosa *in Concil. Trident. cap.* 6. *re-for. sess.* 24. *num.* 7. affirmativa, quod raptus istis precibus non dirimit matrimonium. Ad argumentum in prædicto casu, (ut liberetur homo ab extremo supplicio) respondeo cum Jo. Gutierez *Canonicarum quæstionum cap.* 37. *nu.* 22. Rev. P. Vasquez *in opusc. moralibus tit. restitut.* §. 1. *dub.* 1. *num.* 10. & Rev. P. Stephano Fagundez *in* 6. *decalogi præcepta cap.* 1. & *cap.* 11. *num.* 5. *vers.* 2. *opin.* quod pater non habet in corpore filiæ plenum dominium, & illud quod habet a voluntate ipsius dependet, & sui corporis domina est; & quamquam peccat illo abutendo, non peccat contra justitiam, sicuti nec stuprator, nec raptor contra justitiam peccat; potest enim illa, si velit inferiori nubere, vel innupta semper manere; at quia raptus illi valde injuriosus est, idcirco raptor pœna aliqua puniri debet, extraordinaria tamen, non vero ordinaria, veluti supplicio.

Ad argumentum, quod Parentes habent facultatem occidendi raptorem in fragranti comprehensum, dupliciter respondeo; primo quod ideo Parentibus
17 hoc permittitur, quia in illa fragrantia jus considerat, iram ex justa provenientem causa, & justum dolorem Parentum, quem temperare difficillimum est, & ideo potius est quædam juris excusatio, quam remissio; Secundo, quia hoc est permissum in criminis odium, & ex tali permissione argui non potest, quod Pater habet plenum dominium in corpore filiæ, cum quoque tutoribus, curatoribus, & consanguineis permissio occidendi data sit, quos consanguineos non habere puellam in eorum potestatem certi juris est; ad alia satis per fundamenta videtur responsum, & contra DD. a Barbosa allegati sunt, & in numero, ut in *d. num.* 3. Remanet igitur firma conclusio, quod vere raptus ordinaria pœna dignus non committitur, si puella viri amore capta, omnino spontanea, aut parum rogata cum eo aufugiat.

Hinc congrue quæro pro majori dilucidatione an importunæ preces, persuasiones, & malæ artes sunt a fisco, & accusatore probandæ: an vero præsumun-
18 tur a lege contra raptores mulierum, nisi in contrarium conjecturæ appareant de mulieris spontanea voluntate; etenim mulieres sæpius amandi materiam se amantibus suis, nutu, & artibus dare solent, cum nullus unquam credatur esse adeo impudicus amator, ut amare non desinat, quæ recusat amari, ut in *d. cap. Calumn.* 5. *num.* 10. Conjecturæ autem cumulantur a Præsidente Menoch. *casu* 291. *a num.* 26. a Farinac. *qu.* 145. *num.* 41. & earum extrajudicialis confessio ante raptum, quod volebat cum amasio aufugere, & etiam post raptum, si erit admiuculata, si raptoris amore erat obcæcata: si fama erat de concubitu ante raptum; si puella ob ipsius malos mores a parentibus erat invisa, in raptu visa fuit valde læta: si ab alio fuerit cognita, namque tunc præsumptio est in contrarium, scilicet, quod fuerit spontanea Marsil. *sing.* 44 *nisi ei hoc contigerit maritali affectione*, D. de Sesse *decis. Aragon. n.* 5. & 21.

Secundò quæro, an raptor incidat in legis pœnam copula non sequuta?

Pro affirmativa dicitur, quod raptus est traductio de loco ad locum cum violentia, sive hæc vera sit, sive præsumpta libidinis causa, quæ traductione completa, raptus quantum in se est, dicitur perfectus,
19 cum jam sit illata injuria, & infamia parentibus, ac puellæ existimatio jam remaneat diminuta; Abdu-
20 ctione autem tentata, & non sequuta, dicitur imperfectus raptus; Copula vero si sequatur raptorem aggravat, & eum facit venia indignum, quod verba in *d. l. posita*, vz. *Virginitas & castitas semel amissa recuperari non potest*, hanc circumstantiam respiciant, & non raptus essentiam, ut alia verba capituli hoc declarant, ut ibi, *ut illisque interdum parentibus ipsius invitis nefando, & scelerato concubitu se commiscerent*, ponderando adverbium *interdum*: Considerat enim capitulum, malum quod de facili ex raptu sequi potest, nempe concubitum, non vero quod hic constituat raptum.

Pro negativa ponderatur: Primo enunciata verba in *d. l.* vz. quod *castitas amissa recuperari non potest*, quæ ratio utique cessat, fœmina non corrupta; & licet verba capituli contrarium videantur indicare, non est tamen novum, ut lex nova interpretetur a veteri, teste D. Præsid. *decis.* 550.

Secundo, quia in *cap. rap.* 17. *qu.* 1. dicitur *quod raptus est illicitus coitus a corrumpendo dictus, & qui raptu potitur, semper fruitur*, clare igitur ex *d. c.* colligitur, quod requiritur copula.

Tertio, nam quando lex punit delictum, semper intelligit delictum perfectum, & consumatum, nisi aliter in lege sit declaratum, sicut reperitur in rapta in actu monachali, qui longe distat a raptu laicali, ut in *l. raptores*, *C. de Episcop. & Cler.*

Quarto quia si raptus dicitur causa luxuriæ, ea non expleta, non potest dici perfectus.

Quinto, nam ubi non concurrit tota culpa, non est dignum, ut imponatur tota pœna.

Pro utraque parte sunt DD. innumeri, ut penes Farinac. *q.* 145. *nu.* 196. & 197. eorum alii, nempe Marf. *in d. l.* 1. *C. de rapt. virg. num.* 303. *vers.*
21 *quid ergo*, Clar. *in* §. *rapt. nu.* 4. Dec. *lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 34. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 391. *n.* 34. & *cent.* 4. *cas.* 382. *nu.* 39. Mascard. *de probat. conclus.* 1299. *num.* 37. Antonius Gomez *lib.* 8. *recap. lib.* 8. Tauri *num.* 40. Azzevedo *lib.* 8. *recomp. tit.* 3. *lib.* 2. *num.* 16. Farinac. *q.* 145. *num.* 109. P. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 22. *num.* 68. *vers. sed placet*, ac nonnulli alii ab illis relati distinguunt, quod aut raptor potuit raptam cognoscere, & noluit, pœnitentia ductus commissi raptus, aut ob alium respectum, & ad locum honestum eam perduxit, & tenet, quod non incidat in legis pœnam: quæ Doctorum sententia comprobatur, nam voluntas, & propositum distinguunt maleficia, ut inquit Jurisconsultus *in l. qui injuriæ inpinc. de furtis*, *ubi glos.* Secundo, nam cum humanum sit peccare, homini resipiscenti dignum est, ut indulgeatur. Tertio, nam cum raptus sit libidinis causa explendæ, cum cesset finis ex raptoris voluntate, cessat utique raptus, & in aliud transit delictum.

Aut raptum cognoscere nequit, quia impeditus, & per eum non stetit, & tunc ab ordinaria pœna, ut ajunt, non est excusandus: pro qua sententia facit *text. in cap. cum non stas* 66. *de regul. Jur. in* 6. ubi *glossa* pulchrum ponit exemplum Abrahæ, cui Deus
22 Mandavit, ut filium suom in Montem duceret, & sacrificaret, sicuti duxit, & cum paratus esset illum occidere, ac Deo sacrificare, fuit per Angelum impeditus, ne occideret, hinc licet non occiderit, quoad meritum tamen perinde est, ac si Abraham filium occidisset: Item ponitur exemplum illius, qui fecit rapinam, nam si comprehendatur, quamquam rei ablatæ fiat domino restitutio, tenetur tamen de rapina, quia per eum non stetit, ut ex §. 1. *de vi bon. rapt. in verb. comprehendatur*, & ex §. *quemadmodum de publicis judiciis*.

Ego vero hanc distinctionem in raptu violentia
interpretativa commisso, veluti precibus importunis,
ac persuasionibus, quæ malæ artes quoque appel-
lantur, copula non sequuta, aut quia raptus noluit,
23 aut quia non potuit, minime sequor, sed indistin-
cte teneo raptorem tantum extraordinaria pœna te-
neri, pro qua sententia faciunt ultra adducta in opi-
nione negativa, *text. in l. aut facta*, §. *eventus*, *ff.*
de pœnis, ac *text. in l. 1.* §. *qui puero*, *ff. de extra-*
ord. crim. ubi tractatur de stupro ei interpretativa
commisso, & pro eo imperfecto stupratorem depor-
tari pro perfecto pro capite puniri constat: etenim
absurdum foret æquo supplicio imperfectum perinde,
ac perfectum puniri delictum.

Secundo *Glos. in cap. perniciose 23. tit. de pœnis*
dist. 1. quæ dicit, *ubi tamen factum sequitur*, *gra-*
24 *vius est peccatum*; Ergo minus est, quando factum
non sequitur propositum, & est *text. Sac. Pagin. cap.*
23. Deuteronomii, ibi, *juxta delicti mensuram erit*
plagarum modus. Tertio, nam violentia, quæ con-
sideratur in rapto precibus importunis, persuasioni-
bus, seu malis artibus, cum fiat in animo non di-
citur propria, & vera violentia, sicuti illa, quæ fit
in persona, quæ atrox appellatur, idcirco cum non
25 sit ita atrox, non est ita punibilis, argumento *text.*
in l. 1. §. *ad solam*, *ff de amante*, *& amatu*, ibi;
ad solam autem atrocem vim pertinet hoc interdi-
ctum: hæc enim quæ fit in animo, aliquam culpam
habet admixtam, ut clare legitur in *c. sacris de iis*,
qua vi, *metusve Causa fiunt*: hinc Angelus, qui in-
sequitur Paul. de Castro *in l. sed eximendi 4. ff. ne quis*
eum, *qui in jus vocatur*. ut enim, inquit, quod
licet, *l. unica*, *C. de raptu virgin.* assumat vocabu-
lum raptoris pro omni seductore, tamen propriè se-
ducens non rapit, ex quo violentiam non infert. Hinc
statutum puniens violentiam, non habet locum, nisi
violentiam in persona illatam, sicuti hac in re con-
suluit Paulus de Castro *cons. 23. vol. 1.* tenet Bossius
de rapt. virgin. num. 7. & 8. in statuto Mediolani,
& Dom. Cardinalis Tuschus *concl. 214. num. 11. lit. V.*
Quinimo etiam attenta *l. unica*, Decian. *lib. 8. c. 7.*
num. 7. vers. quamquam, tenet, quod requiritur
vera violentia, saltem respectu parentum, & ita in-
terpretatur est *d. l. quoad verbum*, ac fatetur hanc
esse veritatem, sicuti decisum quoque refert Trivisa-
nus *decis. 17. num. 5. par. 2. & dec. 40* ac Thesaurus
decis. 217. col. 6. num. 9. ubi quod Senatus illi ra-
26 ptorem, præcedentibus suasionibus ad mortem non
condemnavit, & in rapta vile tantum ad triremes per
triennium arbitratus est. Quarto tandem ultra DD.
in negativa a Farinac. adductos allegato Perez *lib. 8.*
ordinamen. tit. 15. §. *quæritur*, ubi affirmat, *quod*
raptor si fœminam non cognoverit, *sive quia noluit*,
sive quia non potuit, *quod non succedit in raptus pœ-*
nam, & decisum etiam refert in Palatinatu Apostolico
Trivisanus *decis. par. 2. dec. 41.*

Tertio quæro, an dicta pœna procedat; si raptor
sponsam suam consentientem abducat pro ineundo
matrimonio, in hoc quæsitum Doctores ponunt in
raptu sponsæ de furto, & pro affirmativa adducunt
27 *text. in d. l. unica*, ponderantes verba illa: *Commu-*
nicamus etiam, *qui saltem sponsam suam per vim*
rapere ausus fuerit, ac alia *nempe*, *oportet eum*, *ut*
quicumque uxorem ducere voluerit, *sive ingenuam*,
sive libertinam secundum nostras leges, *& antequam*
eam attendentem, *parentes*, *vel alios quos decet*, *petat*,
ut cum eorum voluntate fiat legitimum conjugium,
quæ lex in jure civili per aliam legem non reperitur
correcta.

Pro negativa allegant *text. in cap. cum causa de*
28 *raptoribus*, quo habetur, quod raptus dici non de-
bet, ubi volens pro matrimonio abducitur, & pon-
derantes verba capituli, *nempe quod cum ibi raptus*
dicatur admitti, *ubi nil ante de nuptiis agitur*, *iste*
raptor dici non debet, *cum habuerit mulieris assen-*
sum, *& prius eam desponsaverit*, *quam cognoverit*,
licet parentes reclamarent.

Hanc negativam communiter amplectuntur Docto-
res, ut videre est penes P. Sanchez *q. 12. n. 15.* quia
revera intercedente tractatu matrimonii, ac vo-
luntate puellæ in raptu pro matrimonio intentando,
non consideratur crimen raptus, & *l. unica* in prædi-
cto casu loquitur de vera, & atroci violentia, ut cla-
re colligitur ex adverbio *saltem*, & ex verbo *ausus*.

Quam sententiam amplio. Primo etiam si blan-
ditiis, persuasionibus, precibusque importunis pro
ineundo matrimonio fœmina fuerit abducta, nam di-
ctæ preces, & persuasiones sequuto matrimonio frau-
dem non continent, & stante tractatu matrimonii
29 cessat violentiæ præsumtio, quæ in alio casu consi-
deratur in odium raptorum, ideoque illa abductio
non dicitur injuriosa: Secundo amplio, ut locum
non habeat matrimonio non sequuto, quomodo per
raptorem non steterit, & animus ab illo contrahendo
non recedat, ut quia in raptu a Curia fuit captus,
aut a parentibus impeditus, ne contraheret, quia in
hoc casu cessat deceptio, & ipsius non consideratur
copula, & ratio a priori est, nam *cap. cum causam*
fundatur in tractatu matrimonii, & in fœminæ con-
sensu, ut post Jurisconsultos notat Sanchez *cit. loc.*
ac in voluntate viri, & fœminæ in contrahendo ma-
trimonio; quod utique postea cum effectu sequi de-
bet: alioquin illud, quod favore matrimonii est in-
ductum torqueretur in damnum, unde raptor, qui
copula sequuta contrahere nequit, ultimo supplicio
plecti debet, ut fuit judicatum teste eodem Domino
Sesse *dec. 95.* Tertio amplio etiam sequuta copula an-
te matrimonium allata ratione, & ob actorem, & fra-
gilitatem; tamen ob reverentiam parentibus non
præstitam aliqua pœna puniri debet tuo arbitrio,
etiam pro bono gubernio.

Quarto quæro, an matrimonium subsequutum post
raptum violentum excusat raptorem a pœna raptus.

Pro negativa affertur *text. in d. l. unica*, quæ pro-
pter violentiam prohibet matrimonium inter rapto-
rem, & raptam, cui dispositioni conforme est Con-
30 cilium in Aquisgrano celebratum, ut in *cap. placuit*
36. quæst. 2. cujus sunt verba: *Placuit ut hi*, *qui ra-*
piunt fœminas, *eas nullatenus habeant uxores*, *quam-*
vis cum eis convenerint; & adstipulatur ratio bonum
Reipublicæ respiciens, quia si raptor pœnam defuge-
ret, matrimonii prætextu, aperiretur via ad capien-
dum uxores per vim, cum raptæ, & defloratæ puel-
læ facile sit habere consensum illius, atque paren-
tum, equidem hac spe indulgentiæ maxima clades Rei-
publicæ inferretur.

Pro affirmativa vero allegatur *tex. in cap. accedens*
de raptor. cap. tria 36. qu. 2. & c. si quis virginem
tad. causa, *& q.* quæ jura post Concilium in Aqui-
sgrano celebratum permiserunt matrimonium inter
raptorem, & raptam: cum dissensus transire possit
31 in consensum, sicuti novo Concilio Tridentino, ut
sess. 21. cap. 6. est permissum; dummodo rapta a ra-
ptore separata illum in virum habere consenserit;
contracto enim matrimonio, quod sanctum dicitur,
& esse multorum indignum foret, indigna morte de-
turpari, atque turbari: quod consensus puellæ pur-
gat anteactam violentiam; confert *text. in l. non so-*
lum 11. ff. de injuriis, ibi; *dissimulatione abolctur*,
& si hæc pœna digna sit respectu injuriæ parentibus
illatæ, non tanta inferenda est, sicut ante matrimo-
nium inferretur.

Quæsiti resolutio pendet ab illa quæstione, an præ
citata jura canonica corrigant jus civile, & locum
habeant in terris Imperii, quæ magna est inter civili-
stas: etenim negant civilistæ, qui fundantur in *Glos.*
in cap. secundum leges de hæreticis lib. 1. verbo
32 *utroque casu*, & in *Glos. in cap. de liberis*, in verbo
illorum 10. distinct. Affirmant vero communiter Ca-
nonistæ, qui fundantur in *Glos. in cap. de puellis*, in
verbo *nullatenus 36. quæst. 1.* atque argumentantur,
quod cum cessat principalis dispositio, debet etiam
cessare ejus pœna, & quod lege permittente pœnam
non meretur, ac in supradicta allata ratione: DD
pugnantes cumulat Farinac. *qu. 145. a nu. 97. usque*
ad 100. quibus addo Dom. Ægidium de Magistro Præ-
sidentem Curiæ Parisiensis in *tract. de appell. tamquam*
ab usu cap. 3. ubi testatur, quod in Gallia semper fuit
recepta Civilistarum opinio, quod jus canonicum
potuit corrigere jus civile quoad matrimonium, non
vero tollere pœnam, & *num. 4.* ut inquit, *eoque ca-*
su nullum dici solet tam solidum contrahi matrimo-
nium,

nium, *quod fune dissolvi non possit*, atque D. Joseph de Sesse Regni Aragonum Consiliarium, qui *lib. 1. decisionum Regni Arag. decis. 96.* hanc negativam sectatur, & *num. 30.* inquit, *non esse inconveniens, quod nubat raptor, & quod morte moriatur*, etenim jus canonicum, matrimonii subsistentiam respicit; jus vero civile modum, nimirum violentiam, quæ crimen constituit.

Hac in re Peguera *decis. 42. in fin.* Caballus *casu 196. num. 7.* idem Farinac. *num. 100*, ac alii ab istis relati affirmant temperandam esse pœnam, quando matrimonium inter raptorem, & raptam est celebratum, etiam de consensu parentum mediam eligendo viam, & facit dictus *tex in l. non solum 11.* at matrimonio non contracto, dicta remissione intercedente, videtur quoque indulgendum; quia parentum maxime intererat vindicta, ut in *d. l. unica*, & quamquam pater raptum filiæ raptori remittere non possit, ut hic & *Novell. 143. cap. 1.* intelligitur tamen prout *Glos.* declarat in *d. l. lit. E.* Afflictus *in const. Regni si quis rapere rub. 19. num. 15. circa finem*, dicit, quod quando casus contigisset inter nobiles, raptorem non excusaret, quando inter populares, accedente consensu parentum, indulgentem opinionem sequeretur.

Rev. Barbosa *in cap. si quis Virginem causa 46. q. 2. num. 4.* indistincte affirmativam tenet opinionem tanquam æquam, ut inquit: *Itaque a Doctoribus non est adhuc definita, cum unusquisque abundet in sensu suo, & aquam ad suum molendinum trahere procuravet, tu vero ex rationibus veriorem dijudices.*

Tandem noto, quod raptores licite de jure canonico ipso jure sint excommunicati, tamen a quovis absolvuntur, cum excommunicatio hæc non sit ad Summum Pontificem reservata, ut penes Rev. Barbosa super *Conc. Trid. sess. 24. c. 6. num. 12.* & quamquam quamplures profiteantur Doctores, eos non gaudere Ecclesiastica immunitate; contrarium tamen verius est, & de consuetudine practicatur, ut penes eundem super *cit. tit. de his qui ad Ecclesiam confugiunt c. fidelis 2. n. 7.* Patr. Dian. *tr. 1. de immunitate ref. 14.*

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

CAP. V.

De raptu in fœmina laica.

SUMMARIUM.

1 *Raptus ethymon dicitur a verbo rapio.*
2 *Raptus definitio quid sit.*
3 *Raptus delictum in genere quomodo probetur.*
4 *Raptus pœna est ultimi supplicii.*

1 Raptus ethymon est a verbo rapio.
Et definitur, quod sit abductio de loco ad locum fœminæ honestæ libidinis causa etiam intuitu matrimonii.

2 Delictum in genere probatur abductione de loco ad locum libidinis causa, & probata puellæ honestate. *Author* noster *n. 13.*

3 Et pro honestate sufficit probare communem opinionem, quod tempore raptus fœmina reputabatur honesta, & erat in gubernio honestarum personarum.

4 Raptus pœna est ultimi supplicii *n. 14.*

Finis Libri Secundi.

CRIMINALES
RESOLUTIONES
UNA CUM EARUM
ARGUMENTIS,
ATQUE
SUMMARIIS,
AUCTORE
D. CAROLO ANTONIO
DE ROSA, SIVE DE ROSIS.
LIBER TERTIUS.
RESOLUTIONIS PRIMÆ
ARGUMENTUM.

Forjudicatio si ad brevem terminum est restricta, puta dierum, ut rite, & recte promulgetur, an requiratur plena probatio? & an vero judiciaria sufficiens sit?

SUMMARIUM.

1 *Puella dicto cum juramento, quod antea erat virgo, standum est, & contrarium dicenti onus est probandi, cum ampliatione.*
2 *Incusatio primæ contumaciæ non est dilatanda, quia prima contumacia tamquam in odium Rei confestim est incusanda.*
3 *Delictum in genere cujusvis inquisitionis est fundamentum.*
4 *Forjudicatio cum anni circulo, ut recte promulgetur, indicia ad torturam requiruntur.*
5 *Forjudicatio ad terminum dierum quatuor restricta contra committentes crimen receptus, legitimam requirit probationem & 10.*
6 *Specialia non sunt multiplicanda in re criminali.*
7 *Fama indicium fallax, & periculosum.*
8 *Citatio ad capitula quare fuit introducta.*
9 *Corpus delicti, data difficultate probationis, conjecturis recte probatur.*
11 *Tempus modicum quando dicatur.*
12 *Fama indicium a jure civili, & canonico, & municipali est approbatum, est indicium divinitus proditum & 13.*
14 *Aer maleficium manifestat, Jonæ factum recensetur, ibidem.*
15 *Terra crimen manifestat.*
16 *Fama vehemens sola ad torturam sufficit, & in occultis simplex sufficiens est, & 17.*
18 *Fuga ante informationem ad torturam est sufficiens.*
19 *Thamar factum recensetur,*

IN Anno 1675. mense Septembris Camilla Tangellina querelavit Cajetanum Russo de quarterio nuncupato a Capo di Monte de stupro in ejus personam commisso præcedente tractatu matrimonii, quod contrahere recusabat: M. C. capta informatione citavit eum ad informandum, nam constabat de dicta promissione, de stupro imo de ventre pragnante, & de honestate puellæ, cujus dicto cum juramento, quod antea erat virgo, standum est, & contrarium dicenti onus est probandi, testa Men. *de præs. lib. 5. præs.* 12. *& 81. & lib. 6. præs.* 4. *& præs.* 89. Masc. *de prob. lib. 3. concl.* 1416. Julio Claro §. *stuprum*, Matthia Berlichio *lib. 4. concl.* 38. *num.* 63. & est communis conclusio, quæ procedit non solum in muliere nobili, sed etiam in humili, juxta *text. in l. humilem*, *C. de incest. nupt.* ibi: *Non enim majus, neque minus ratione fortunæ, sed vita honesta, vel inhonesta inter alterutram inæquale constituit jus.*

In anno vero 1677. mense Januario enunciata Camilla defecit a dicto quarterio, & post viginti dies a deficientia ejus corpus fuit repertum in puteo cujusdam ruris, adeo putrefactum, ut nulla criminis vestigia apparerent; sed licet crimen fuisset occultum, a Divina Justitia fuit in lucem editum, & licet sero, condigna tamen pœna fuit castigatum.

Etenim reperto cadavere, illico orta fuit fama in dicto quarterio, qualiter Camilla erat in puteo, perempta hominis scelere, scilicet dicti Cajetani, ac ejus patris, ex quo sæpius hic dixerat, malle se filium in furca jugulatum, quam cum Camilla conjugatum.

De qua fama deponebant plusquam viginti testes, ac de discessu Cajetani a dicto loco. Item Franciscus Du-

Durante communis amicus Cajetani, & Camillæ, confestim nemine persequente ad Ecclesiam confugit, in qua synæresi tormento manifestavit, qualiter mediante summa ducatorum quindecim nocte prima Ja-
1 nuarii, uti amicus sub prætextu matrimonii cum dicto Cajetano acceperat Camillam, conduxeratque eam ad dictum Rus, ubi cum Cajetano, & Horatio Russo patre illam strangulaverant, & in puteum projecerant; de hac enim confessione extrajudiciali quatuor testes deposuerunt, & tres de loco, & tempore erant contestes.

Hæc etiam extrajudicialis confessio fuit coadjuvata dicto alterius testis, qui deposuit, quod vesperi diei festæ Januarii, vidit dictum Franciscum Durante a domo exire cum Cajetano, & Horatio Russo, & quod contra solitum tardius ad illam redierat.

Per M. C. V. Horatius Russo, qui reperiebatur carceratus compilato processu, fuit tortus tormento cordæ, (ex quo senex) & non confessus extra Provinciam exulavit.

Franciscus Durente, & Cajetanus Russo, juxta rescriptum Proregis intra terminum dierum quindecim fuerunt, servatis servandis, forjudicati, referente Dom. D. Fulvio Caracciolo, Reg. Consiliario, doctrina, & moribus ornatissimo.

In hoc præsenti anno 1684. fuit carceratus dictus Cajetanus, & facta recognitione suæ personæ secundum praxim M. C. de qua dictum est in decreto *Forjudicetur*, Fiscus instavit pro exequutione sententiæ forjudicationis, adversus quam pro parte Cajetani forjudicati tres fuerunt oppositæ nullitates.

Prima, respectu ordinis, quia citatio erat facta sub die 22. Februarii, & illius intimatio licet appareret sub die 23. erat interlineata, & vitiata, tamen revera fuerat expleta in die 22. unde secundum hunc calculum, contumacia erat incusanda sub die 23. quia citatio erat ad comparendum prima die, & tamen apparebat incusata sub die 24. ideoque nullitas; Nam prima contumacia tamquam in ordinem rei, & in favorem Fisci juxta stilum erat incusanda sub dicta die 23. & cum non fuerit incusata, retorquebatur in
2 odium Fisci, & in favorem Rei, qui dicebat, quod ipse compareret juxta stilum die 23. quo cedebat contumacia.

Secunda, respectu justitiæ, quoniam non constabat de prætensa strangulatione, & proinde deficiebat
3 delictum in genere, quod cujusvis inquisitionis est fundamentum, juxta *text. in l. 1. §. item illud ad Syllan.*

Tertia, nam ut Iudex recte procedat ad forjudicationem cum anni circulo juxta *Constit. Regni, Pa-*
4 *nam eorum*, requiruntur saltem indicia ad torturam *pragm. 37. §. 1. de off. Magistri Justitiarii*, Cons. Gizzarell. *decis. 13. & ibi add. nu. 13.* D. Reg. Rovit. *in rubr. de forjud. nu. 26.* D. Reg. Capyc. Latro *decis. 161. nu. 13.* D. Reg. Merlin. *cap. 73. nu. 2.* Cons. Camp. *resol. 16. nu. 10.* sed quando anni circulus est ad bre-
5 vem terminum dierum restrictos, plena requiritur, & non sufficit semiplena probatio, hinc *Reg. Prag. 10. de exulibus*, quæ contre committentes crimen receptus strinxit forjudicationem ad terminum dierum quatuor, licet mandaverit ad dictam condemnationem sufficere indicia ad torturam, non est tamen practicata, nisi constito de crimine, ut testatur Novarius *decis. 39. & super pragm. 10. de exulibus* Capib. *de Bar. super prag. 8. cap. 52. nu. 16.* Danza *de pugna Doctorum cap. 3. de sententia forjud. cap. 4. nu. 9.* Scial. *in prax. cap. 4. nu. 3.* alioquin contra *text. in l. 1. C. de*
6 *datis promissione*, multiplicantur specialia, quorum primum est, ut aliquis in sui absentiam condemnetur, & ad mortem contra jus commune, quo contumax (excepto crimine læsæ Majestatis) bona tantum amittebat, juxta *text. in l. absentem, ff. de req. reis cap. in summa 4. quæst. 1.*

Secundum, quia post forjudicationis sententiam non potest comparere, & docere de sua innocentia contra *text. in l. annus ff. de duob. reis.*

Tertium, nam contra Regni Constitutionem, *Grandis utilitas*, terminus anni restringitur ad brevem terminum dierum, quo non potest quis consulto deliberare de comparendo.

Quartum, quod intra brevem terminum condemnatur indiciaria, & præsumpta probatione, vera, & concludenti testium, contre *tex. in l. Sciant cuncti, C. de probat.* cujus aurea verba referre placuit *Sciant cuncti accusatores, eam rem deferre in publicam notionem debere, quæ munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis, & luce meridiana clarioribus expedita.* Contra tex. *in l. qui sententiam, C. de pœnis*, & *in l. ejus, qui delatorem, ff. de jure Fisci* ibi: *verum oportet prius constare, & de crimine pronunciare*, quod speciale post tot admitti non debet, cum de facili quis indiciatur, & intra brevem terminum non recte occidi posset.

Quod contra Cajetanum non solum non aderat plena probatio, sed deficiebant indicia ad torturam, quoniam fama multoties a malevolo, vel ab inconsiderato homine ortum habet, & de facili dicto unius populi multitudo concurrit *cap. cum juventute de purg. Can. ac Eccles. ibi multorum non acquiescas sententia, ut a vero devies*, meritoque Doctores cumulati a Farinac. *quæst. 2.* multum fallax hoc reputant
7 indicium. Sane periculosum est in hoc Regno ab indicio famæ moveri: ut advertit Dominus Regens Tappia *decis. Sac. Cons. 29.*

Quod indicium absentiæ non urgebat, quoniam ob stupri querelam jam erat profugus; neque socii confessio, nam hæc socii confessio contra prætensum socium non facit indicium ad torturam, nisi coram Judice juramento emanat, & in tormento ratificata, & adminiculis coadjuvata sit, teste Domin. Præsidente *dec. 572.*

Quinto, quod hæc indicia potius patrem, quam filium attingebant; etenim non erat credibile, quod Cajetanus, qui amore Camillam stupraverat, & sui prægnantem fecerat, complex fuisset homicidii, quod committitur odio.

Sed ad primam fuit responsum, rei veritate citationem ad informandum sub die 23. notificatam fuisse, ut apparebat ex citatione ad capitula, quæ insimul ex stilo transmittitur.

Cæterum quod de dicta citatione non erat habenda ratio, quoniam forjudicatio præsertim fundatur in ci-
8 tatione ad capitula, quæ fuit introducta ad favorem forjudicandi, ut plene certioretus de sua inquisitione per capitulum de comparendo valeat deliberare.

9 Ad secundam, quod data difficultate probationis corporis delicti, illud conjecturis probatur, ut post antiquos probat Muscat. *tit. de cogn. & probat. delictorum num. 32. & 39.* Dom. Reg. Sanfel. *decis. 29.*

Ad tertiam, quod Novarius, Capiblancus, & alii citati Doctores, loquuntur in casu particulari contra committentes crimen receptus, contra quos proceditur non solum cum brevissimo termino, sed sine solemnitatibus, veluti citationibus ad forjudicandum
10 agnatorum, & cognatorum, quæ in forjudicationibus generaliter servantur, ii enim si citati infra terminum quatuor dierum juxta *pragm. 10. de exulibus*, vel decem dierum, secundum *prag. 57. eod. tit. & 10. de officio Judicum*, non comparent, habentur pro veris forjudicatis, (quod intellige accusatis prius debitis contumaciis juxta ritum), & ad majorem cautelam hodie fit declaratoria, & nihilominus Consiliar. Campana *resol. 9.* contre citatos Doctores tenet, quod vigente numero exulum sufficiunt indicia ad torturam, sicut disposuit *d. pragm. 10.* sententia autem contra Cajetanum fuit promulgata cum termino dierum quindecim, juxta rescriptum S. E. quod
11 tempus non dicitur modicum, argumento *tex. in l. 21. ff. de const. pecunia* a contrario sensu, ibi: *modicum tempus statuendum esse, non minus dierum*, & cum omnibus solemnitatibus, & præcedentibus indiciis ad torturam, veluti fama, fuga, causa, ac loci dicto.

Etenim fama est indicium de jure communi, civili,
12 & canonico approbatum, ut *in l. 3. §. ideoque ff. de testib.* ibi: *alius, veluti consentiens fama confirmata Rei, de qua quæritur fidem*, *in l. de minor., §. tormenta, ff. de qu. & jure Can. ut in cap. fane fit 12. qu. 2. de jure muac.* ac in prag. 27. de offic. just. cap. 18. ibi: *cum diligentia interrogare de fama contra inculpatum.*

Qui-

13 Quintum in occultis delictis est indicium divinitus proditum Hinc Poeta :

Miser chi mal' oprando si confida ,
Ch' ogn' or star debba il maleficio occulto ,
Che quand' ogn' altro taccia , intorno grida
L' aria , la terra istessa , in ch' è sepulto .

Aer malefactorem manifestat , legimus enim in *Sacris Lit. cap. 1. prophetia Jonæ* , quod præcepit Jo-
14 næ dicens : *Surge , & vade in Niniven Civitatem grandem , & prædica in ea ;* Jonas autem inobediens , ut fugeret a facie Dei , ivit Joppem , & descendit navem euntem Tharsim ; Deus autem misit ventum magnum , & facta est tempestas in mare , ita ut timerent viri navis valde conterriti , & miserunt sortes , ut scirent , quis eorum erat peccator , & iræ Dei causa , & cecidit sors supra Jonam , qui ita peccatum inobedientiæ , quod in corde suo morabatur , aere fuit coactus confiteri .

Terra quidem , nam deficiente probatione , delictum manifestat occultum , cum circum id vociferet
15 fama , quæ Populi est opinio , ex suspicione proveniens voce manifestata , ut in *d. cap. sæpe fit* , & vox Populi vox Dei est .

Quod hæc fama illico reperto cadavere orta erat contra Horatium , & Cajetanum renuentes matrimonium , & non solum duobus , sed viginti testibus pro-
16 bata , ideireo vehemens , quæ sola facit indicium ad torturam Bart. *cons.* 191. Consiliarius Gram. *decis.* 34. & 52. Additionat. ad Foller. *in rub. quod. suffocavit uxorem* , Dom. Reg. Revert. *decis.* 36. & *ibidem* : de Marin. & absque dubio in atrocissimis , ut erat hoc crimen , quia Camilla erat gravida , & in nono mense , Dom. Reg. Salernitanus *decis.* 57. *nu.* 10. & Judici committitur , quando dicitur vehemens , Dom. Tuschus *lit. F. concl.* 65. *num.* 17. idem Gram. *decis.* 34. & 42. Addition. ad Foller. *nu.* 39. Farinac. *qu.* 42. *num.* 29.
17 sicuti in occultis simplex quoque est sufficiens , Clarus *quæst.* 12. & ibi Bajard. Farinac. *quæst.* 12. *num.* 11. & 12. Additionat. ad Foller. *d. tit. num.* 29. Rimin. *cons.* 302. *in fine* .

Quia Judex in utroque casu debet esse promptior
18 ad torturam , & levia reputantur gravia .

Ulterius fuga a dicto loco , reperto cadavere ante informationem , quo casu quoque sufficiens est , teste Claro *de quæst.* 21. *num.* 12. Farinac. *quæst.* 48. D. Revert. *decis.* 45. de Marin. *ad eumdem* 257. & in præsenti non erat revocandum in dubium , quia conjungebatur cum ea dictum socii : & licet extrajudiciale esset , tamen valde verisimile , comprobatum cum teste de visu ; quod nocte criminis is e domo discessit cum Cajetano , & Horatio Russo , ac attenta ejus refugiatione ad Ecclesiam .

Tandem quod ei non suffragabatur amoris ponderatio , quia legimus etiam in *Sac. Lit. lib. 2. Regum cap.* 16. quod Amnon Regis David filius deamavit
19 Thamar sororem suam , sed postquam concubuit cum ea , exosam habuit odio nimis , ita quod majus fuit odium , quo oderat , amore quo antea dilexerat , expulsitque eam ; propterea per M. C. fuit prolatum decretum , *nullitate non obstante* , & facta relatione in Regio Collaterali Consilio vigore rescripti S. E. me patrocinante , dictum , *quod M. C. justitiam faceret* , & proinde contra eum fuit exequuta sententia ; hinc cum pater filium viderit in furcis jugulatum , eum satis de crimine constat fuisse castigatum .

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hoc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. I.

De Forjudicatione ad brevem terminum restricta.

SUMMARIUM.

1 *Mulier , quæ juravit esse Virginem , & querelavit stupratorem , qui promisit contrahere matrimonium , & ideo stupravit , transferat onus probandi ad contrarium decretum .*
2 *Mulieris cadaver repertum in puteo putrefactum , & orta fama fuisse hominis scelere mortuam , & delinquens in Ecclesia refugiatus , extrajudicialiter confessus , quando testes torquentur tormento cordæ , & quando exigitur terminus ad forjudicandum .*
3 *Nullitates pro teste carcerata adversus forjudicationem , & affertur ratio .*
4 *Confessio socii non facit indicium ad torturam .*
5 *Responsio ad nullitates adductas .*

Peritissimus Auctor noster hic narrat , quod Camilla querelavit Cajetanum de stupro præcedente tractatu matrimonii .

1 Et capta informatione , fuit Cajetanus citatus ad informandum , quia instabat de promissione , de stupro , de ventre prægnante , & de honestate Camillæ , quæ juravit antea esse virginem , & contrarium dicenti onus est probandi , & hoc fuit in mense Septembris 1675.

2 Sed in mense Januarii 1677. Camilla defecit a suo quarterio , & post viginti dies fuit repertum corpus , & in puteo cujusdam turis jam putrefactum , & orta fuit fama , quod erat in puteo perempta hominis scelere , scilicet dicti Cajetani , & ejus patris , qui dixerat malle filium in furca jugulatum , quam cum Camilla conjugatum , hoc deponentibus viginti testibus , ac de discessu Cajetani a dicto loco .

Et quia Franciscus Durante nemine persequente ad Ecclesiam confugit , manifestando , quod mediantibus quindecim ducatis prætextu matrimonii conduxerat Camillam cum Cajetano ad rus , & cum dicto Cajetano , & Horatio ejus Patre illam strangulatam in puteum projecerant .

De hac extrajudiciali confessione quatuor testes deposuerunt coadjuvata dicta confessione ab alio teste deponente , quod sexto vespere Januarii vidit dictum Franciscum a domo exire cum Cajetano , & Horatio .

Qui Horatius carceratus , & compilato processu fuit tortus tormento cordæ (ex quo senex) & non confessus , extra provinciam exulavit .

Sed Franciscus , & Cajetanus mediante rescripto S. E. restricto termino ad dies quindecim fuerunt forjudicati a M. C.

3 In anno 1684. Cajetanus fuit carceratus , & instante Fisco pro executione sententiæ forjudicationis , tres fuerunt oppositæ nullitates per Cajetanum .

Prima , quia intimatio apparet sub die 23. interlineata , & vitiata .

Secunda , quia deficiebat delictum in genere , quod fundamentum est inquisitionis *l. 1. item illud , ff. ad Syllanianum* .

Tertia , quia forjudicatio cum anni circulo requirit saltem indicia ad torturam .

At quando anni circulus est ad brevem terminum restrictus plena probatio , & non sufficit semiplena .

Unde contra committentes crimina recaptus *Prag. de exulibus* restrinxit terminum ad dies quatuor , licet mandat sufficere indicia ad torturam , tamen non est practicata nisi constito de crimine .

Et ratio est ne multiplicentur specialia , ut quis in absentiam condemnetur , & ad mortem , qui post forjudicationem , non potest comparere , & se innocentem probare contra *Textum in l. annus , ff. de requirend. reis* , nec potest consulto deliberare de comparendo , quando terminus est restrictus , quod est contra Regni Constit. *Grandis utilitas* .

Et etiam , quia intra brevem terminum condemnatur præsumpta probatione contra *Text. in l. sciant cuncti , ff. de probat.* , & contra *Tex. in l. qui sententiam , C. de pænis , l. ejus qui delatorem ff. de jure fisci* .

Et quod indicium absentiæ Cajetani non urgebat , nam ob stupri querelam erat profugus .

4 Et confessio socii non facit indicium ad torturam , nisi sit cum juramento coram Judice emanata , & in tormento ratificata , & adminiculis adjuvata *de Franchis decis.* 572.

5 At

5 Ad primam nullitatem fuit responsum, citationem ad informandum sub die 23. esse veram apparentem ex citatione ad capitula, quæ simul cum illa transmittitur.

Et foejudicatio fundatur in citatione ad capitula.

Ad secundam nullitatem fuit responsum, quod data difficultate probationis corporis delicti illud conjecturis probatur *Sanfelic. dec. 29. Muscat. de compofit. & probat. delict. num. 30. & 32.*

Ad tertiam Nullitatem, quod citati DD. loquuntur in casu particulari contra committentem crimen receptus, in quo proceditur sine citatione Agnatorum, & cognatorum ad foejudicandum.

Et fama est indicium de Jure Communi, Civili, & Canonico approbatum.

RESOLUTIONIS SECUNDÆ

ARGUMENTUM.

An statutum mortis pœnam imponens exterum comprehendat, & præsertim Turcam sodomiam exercentem.

SUMMARIUM.

1 *Testes per rimulam ostii videntes, unus post alium singulares non dicuntur remissivè.*
2 *Turca sodomita plura ad sui excusationem adducit.*
3 *Statutum mortis pœnam imponens exterum comprehendit, si prohibitum de jure communi committat.*
4 *Item si exterus est in crassa, & supina ignorantia, nec non doctorum opiniones referuntur.*
5 *Crimen sodomiæ de jure divino morte punitur.*
6 *Statutum Christianorum circa adulteria, aliavè carnis delicta infideles etiam comprehendit.*
7 *Homo patrem, & matrem relinquet, & adhæret uxori suæ.*
8 *Deus a principio Mundi virum cum unica muliere conjunxit.*
9 *Vir, & mulier sunt in æquali gradu, & pulchra assignatur ratio.*
10 *Pluralitas uxorum contentiones parit.*
11 *Polygamia inter Christianos non admittitur.* *Neque repudium* ibid.
12 *Aristoteles, & alii Gentiles sodomiam ponentes confutantur.*
13. *Decisiones M.C. contra sodomitas*, & n. 14.

CAsmus Turca contra quem compilato processu Fiscus institit pro morte, & ejus cadaver concremaret pro crimine sodomiæ patratæ cum juvene Januensi adulto intus tabernam, quæ est contra Puteolorum cryptam, & proprie in cubili, in quo miraculosa Imago Beatissimæ Mariæ Virginis adest, de quo crimine erat convictus, quia in genere constabat de magna po-
1 dicis juvenis dilatatione cum rubore, & semine de recenti in utriusque subuculis, & quia in specie aderant tres testes de visu, qui unus post alium nefandum inspexerant peccatum, per januæ foramen, qui testes juxta notata per me in hoc opusculo *cap.* 2. non dicuntur singulares, sed contestes, & consequenter dicta pœna afficiendus, juxta *Reg. Pragm.* 2. *de sodomia*.

Petiit in Aula audiri; ubi postquam crimen negavit, ingeniosè ad sui defensionem ita inquit; Quatenus
2 Turca crimen admisisset, quod d. pœna non erat plectendus; Primo, nam Neapoli non commorabatur, sed inserviebat triremibus Reipublicæ Januensis Serenissimæ, & tamquam exterus hujus Regni legum erat inscius; ideoque excusandus, eoque magis, quod in multis Italiæ locis hæc mortis pœna pro hoc crimine non practicatur.

Secundo, quod tamquam Turca Christianorum legibus non erat adstrictus, etenim homo propter hoc peccatum, ut inquit, ex Mahomete, animam, & corpus perdit, & cum satis a Deo puniatur, non est puniendus in hoc mundo a Magistratu, Sicuti de consuetudine facinus hoc non punitur, teste Sansovino *de Turcar. Origine cap. de vitiis luxuriæ*.

Tertio, quod stuprum in puero erat minus grave, quam fœmina, quia in puero non minuit statum, & illius conditionem, sicuti in fœmina, quæ per ruptionem signaculi virginei, amittit cum virginitate existimationem; ergo minori pœna stuprum in masculo, quam in fœmina castigari debebat.

Quarto, quod tota ratio quare concubitus cum masculo, vel cum fœmina, præpostera venere ultimo coercetur supplicio, est, quia in eo concubitu finis generationis non consideratur, sed hæc est parvi momenti: nam, ut ait, Christiani non admittunt polygamiam, neque repudium, & consequenter permittunt concubitum cum muliere prægnante, sene, vel sterili, quo concubitu dicta ratio quoque consideratur, ergo dicta pœna locum habere nequibat.

Quinto multi Philosophi, & Gentiles coitum exercuere, aliter, si nefandus esset, non eo usi fuissent.

Verum ad primum Fiscus respondit, quod licet quæstiu sit inter DD. an statutum præsertim mortis pœ-
3 nam imponens exterum comprehendat, nam affirmant comprehendere etiam ignorantem, si ille rem prohibitam a lege divina, vel humana commiserit; qui hanc sententiam fundant: Primo per *tex. l. vulgari*, §. *qui æs, ff. de furtis*, ubi ille, qui aurum subripuit, quod credebat æs, tenetur de furto auri, & sic attenditur eventus, & merito quia illicitum agitur: Secundo in *l. hæreditaria fin. ff. de expilat. hæredit.* ubi qui rem subripuit, quoniam credebat hæreditariam, quo casu non datur actio furti, tenetur quoque de furto, quia *nihil mutat existimatio subripientis*, ut ibi Paulus inquit, & cum ratione, nam cum a principio illicitum agat, de pœna, quæ in consequentiam venit, se informare tenetur.

Alii vero negant, nisi forensis sit in supina, vel crassa ignorantia, & sententiam fundat in *cap.* 2. *de*
4 *majest. in* 6. quod clare loquitur, ibi: *ligari nolumus ignorantes, dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, vel supina, & in l. fin. ff. de decretis ab ord. faciendis*, ubi Jurisconsultus dicit, *pœnas esse paratas adversus scientes*, & videre est penes D. Præsid. *dec.* 151. ubi habetur, quod M. C. sequuta fuit primam sententiam, cum condemnaverit ad mortis pœnam forensem Siculum pro furto unciam non excedente, commisso intus hanc Civitatem in cujusdam viatoris personam, juxta bannum inter *Regias Pragmaticas insertum de anno 1533. tit. de furt.* Quæ sententia per S.C. non fuit reformata, quia ut inquit D. Præses, M.C. judicaverat per tramites juris, & quia delictum erat valde frequens, ideoque rigorosè puniendum.

Sed in præsenti res erat extra controversiam, & Casmus secundum utramque opinionem dicta pœna erat puniendus; etenim juxta primam sententiam negare non poterat, quod hoc scelus lege divina ultimo
5 castigatur supplicio, ut in *Genes. cap.* 19. & *in Levitico cap.* 20. ibi. *qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, uterque operatus est nefas, morte moriatur*, & de jure communi, ut in *l. cum vir nubit in fœminam, C. ad l. Jul. de adult.* & *in l.* 1. § *cum puero ff. de extraordinariis crim.* & juxta secundam erat in crassa ignorantia, Januæ siquidem hoc scelus prohibitum quoque magis, quia pluries cum triremibus Reipublicæ Neapolim appulerat.

Ad secundum; quia statutum Christianorum circa adulteria, aliave carnis delicta comprehendit infide-
6 les, nam licet ii non sint de corpore spirituali, sunt tamen de populo, & Civitatis corpore, ut communiter per Doctores penes Caballum *cas.* 4.

Ad tertium; licet stuprum in mari, quoad existimationem sit minus grave, tamen alia ratione, quia contra naturam; quæ docet marem habere copulam cum fœmina, longe gravius est etiam adulterio.

Ad quartum, cum *Evangelista Matthæo cap.* 19. ibi: *qui fecit hominem ab initio, masculum, & fœminam*

fecit

fecit eos, *& dixit propter hoc dimittet homo patrem*,
7 *& matrem*, *& adhærebit uxori suæ*, *& erunt duo in carne una*: *itaque jam non sunt duo*, *sed una caro*; *quod ergo Deus conjunxit*, *homo non separet*, Deus itaque ab initio, ut etiam in Sacro Textu marem, idest Adam unice fœminæ v3. Evæ conjunxit, quod non incidit in dubium, cum in dicto Sancto Textu legatur,
8 *& erant duo in carne una*, & alibi *faciamus ei adjutorium simile sibi*, quæ verba singularitatem important.

Quod rationum præsidia habet. Primum Justitiæ, Cum vir & mulier sint in æquali gradu, neque enim mulier debet dominari in virum, & ideo non est formata de capite, neque debet a viro despici, & ideo non est formata de pedibus, sed de costa viri ad significandum, quod inter virum, & mulierem debet esse socialis
9 conjunctio, ut docet *Divus Thomas par.* 1. *quæst.* 3. *art.* 3. jus enim, quod vir habet in mulierem, mulier habet in virum, teste *Divo Paulo ad Corinthios cap.* 7. ibi: *uxori vir debitum reddat*, *& uxor viro*, *mulier sui corporis potestatem non habet*, *sed vir similiter*, *similiter autem*, *& vir sui corporis potestatem non habet*, *sed mulier*; Hinc si jus est æquale in utroque æqualiter non est violandum, plane violaretur contra justitiam, si vero pluribus mulieribus communicaretur, cum uxor pluribus viris non communicetur.

Secundum Politiæ, scilicet pacificæ societatis, ut evitentur contentiones, & rixæ, quæ nunc dominii, nunc zelotypiæ causa inter plures mulieres nascuntur,
10 exemplo Saræ, & Agar, & ut evitentur discordiæ inter fratres ex diversis mulieribus ortæ; Hinc etiam quamplures infideles, ut hæc evitent incommoda, unica muliere contentantur, licet ex ea filios non habeant, ut in historia D. Ricaut. *lib.* 2. *cap.* 22. & confert Claudiani dictum.

Connubia mille, *non illis generis nexus*,
Non pignora cura, *sed numero languet pietas*.

Merito itaque inter Christianos polygamia hodie non admittitur, ut ab initio mundi erat, & licet in-
11 ter Hebræos fuerit in usu, ut in *cap.* 21. *Deuteron.* a Deo tunc fuit permissa, ut popularetur Orbis, sed nunc cum satis humanum genus sit propagatum, a Christo Domino Nostro revocata est, ut in dicto Evangelio: sicuti prohibitum fuit repudium, *Matthei c.* 9. *Marci c.* 10. *Lucæ* 16. & teste *Divo Paulo ad Romanos* 7. *& ad Corinthios cap.* 7. & hoc tempore cum Deus homo factus sit, homo non tantum carnalis, sed spiritualis esse convenit, saltem in continentia; Tandem concubitus cum muliere prægnante, seni vel sterili non est contra naturam, & in illo accidentaliter non fit generatio, & non est a Deo prohibitus; Hinc Homo non debet plusquam sapere, quam oportet sapere, unum quidem oportet, divina videlicet servare mandata.

Ad quintum, quod licet *Aristot. lib.* 2. *politic.* ibi: *præsertim cum viri sint mulieribus obnoxii*, *quod accidit omnibus ferme militaribus bellicisque gentibus*, *præter quam Celtis*; *aut si qui alii coitum masculorum palam receperunt*, & licet nonnulli alii Philoso-
12 phi sodomitæ fuissent, excepto Platone, ut post antiquos affirmat Episcopus Barbosa *de off. & potest. Episc. par.* 2. *alleg.* 43. *num.* 3. tamen illi gentiles erant, & rationis lumine carebant: Præter quam quod, non illud, quod a sapientissimo viro factum est, bonum est, si intrinsece malum est; Salomon enim, quia homo licet sapientissimus, incidit tamen in idolatriam.

Propterea me patrocinante morti traditi fuere, & eorum cadavera concremata in Portu contra triremes, ad aliorum exempla.

Non est tamen prætermittendum, quod Casmus, quia vir non rudis, Sanctum Baptisma recepit, & magna lætitia periit, hinc pie credendum, quod Pia Virgo Maria, si corpus propter scelus occiderit, animam a perpetua morte liberavit.

Eodem tempore Agnellus Metallo stupravit puerum quinque annorum sibi in custodia relictum a patre, qui ad fenilum Sancti Antonii Abbatis iverat, & constito in genere de magna fractura cum sanguine in podice pueri, captus, & confessus, quod semen intra
13 vas effuderat, intra paucas horas fuit furca suspensus, & sic metallum in igne fuit liquefactum, nam in foro magno cadaver fuit concrematum,

Pro hoc quoque crimine fuerunt carcerati Carolus Sperandeo juvenis decem septem annorum, & Angelus Granotius, primus, præcedente informatione, in Aula M. C. confessus fuit, quod plures passus fuerat sodomiam a dicto Granotio, contra quem Fiscus, quia
14 indicia valde urgebant instituit pro acri tortura, sed tortus, & non confessus ad Regias Triremes fuit transmissus, sicuti dictus Carolus Sperandeo, quamquam de pluribus sodomiis confessus, ne dissona appareret sententia, ut esset utique, si major minorem pateretur pœnam, minor autem majorem.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. II.

An statutum mortis pœnam imponens exterum comprehendat.

SUMMARIUM.

1 *Turca sodomiæ crimen patrans cum juvene Januense adulto. Mortis pœna puniuntur*, *& eorum cadavera concremantur*, ibidem.
2 *Dictum delictum quomodo constabat*.
3 *Testes quando non dicuntur singulares*.
4 *Statuta Christianorum circa carnis delicta infideles comprehendunt*.
5 *Stuprum committens in puerum quinque annorum captus*, *& confessus*, *fuit furca suspensus*, *& cadaver concrematum metallo igne liquefacto*.
6 *Sodomitatus confitetur*, *& sodomita negat*.
7 *Dictus sodomita non confessus ad triremes fuit transmissus*, *& sodomitatus etiam ad triremes*, *ne minor patiatur majorem pœnam*, *quam major*.

NOster Auctor concludit hic, quod Casmus Turca, qui crimen sodomiæ patravit cum juvene Januen-
1 se adulto morti traditi fuere, & eorum cadavera concremata.

2 Et erat convictus de crimine; Nam constabat in genere de magna dilatatione podicis cum rubore, & semine de recenti in utriusque subuculis, & tres testes unus post alium per Januæ foramen inspexerant nefandum.

3 Qui testes non dicuntur singulares, sed contestes, & consequenter dicta pœna afficiendi juxta *Pragm.* 1. *de sodomia*.

4 Nam statuta Christianorum circa adulteria, & alia carnis delicta infideles comprehendunt.

5 Et refert Agnellum stuprasse puerum quinque annorum, & constito delicto in genere de magna fractura, & sanguine in podice pueri captum, & confessum, quod semen intra vas fuderat intra paucas horas dictum Agnellum fuisse furca suspensum, & cadaver concrematum, metallo in igne liquefacto.

6 Narrat quoque quod Carolus annorum 17. & Angelus fuerunt carcerati, & dictus Carolus in Aula M. C. confessus fuit, quod plures passus fuerit a dicto Angelo.

7 Qui Angelus tortus, & non confessus ad Regias Triremes fuit transmissus.

Et ne major pateretur minorem pœnam, & minor majorem, ne dissona appareret sententia, qua dictus Angelus, quamquam de pluribus sodomiæ actibus confessus ad Regias Triremes etiam fuit transmissus.

RE-

RESOLUTIONIS TERTIÆ

ARGUMENTUM

Consulens furtum, an, & quando eadem pœna, qua Fur, plectendus sit.

SUMMARIUM.

1 *Delictum in genere in crimine furti.*
2 *Confessus sponte mitius est puniendus, quam confessus in tormento, vel convictus* & 3. *limitatur in atrocibus*, ibidem.
4 *Consulens furtum furti pœna tenetur, quando ad furtum faciendum persuadet, instruit, atque impellit.*
5 *Persuadere est plus, quam cogi sibi parere.*
6 *Instruere, & impellere quando dicatur.*
7 *Consilium aliud malum, aliud malignum.*
8 *Furtum unicum, licet magnum, severius non est puniendum.*
9 *Furto restituto, de rigore furti pœna non cessat.*
10 *Pœna mortis contra furem, recuperata re furata, mitiganda est.*
11 Textus in l. qui ea mente, ff. de furtis *interpretatur*, & *expenditur* text. in l. 2. Exceptione, §. si quis non restituat, ff. de eo, quod metus causa.
12 Textus in §. quatrupli de actionibus *interpretatur*.
13 *Pœna mortis pro magno furto, an sit practicanda, controvertitur.*
14 Capitulum Regni, Ad hoc, *loquitur in Personam, & non in rem, ideirco consulentem non comprehendit.*
15 *Sententia in condemnando æqualiter est proferenda, si dissonum pareret.*
16 *Consulens furtum pœna furti non tenetur, si principalis fur per indicia furti pœna non est condemnandus.*
17 *Consulentem, & furem eadem pœna puniri constat, si consilium dolo malo fuerit datum, factum fuerit sequutum, & fur alter facturus non erat.*
18 *Receptator furis, & rei furatæ, an eadem pœna, qua fur, puniendus sit.*
19 *Convictus, & confessus est condemnandus.*
20 *Frequentia facit augere pœnam furti* & 21.
21 *Lex rebus, & non verbis imponitur, & legis ratio est attendenda.*
23 *Excellentissimus D. D. Gaspar de Haro Prorex laudatur.*

Dominicus Blanco capidinarius, & Sebastianus Riglieri, Jacobi Sancta Barbara famulus, contracta inter se per anni tempus amicitia, & familiaritate, qua sæpe conveniebant in unum, itaut unur alteri suas necessitates, & angustias cofidenter communicaret. Quodam die Decembris cum juxta solitum in apotheca alloquerentur, dictus Sebastianus aspiciens Dominicum mærore affectum, eum de causa interrogavit, qui respondit, se esse ære alieno gravatum, & timere, ne in carcerem detruderetur. quamobrem ab hac Civitate discedere intendebat, eique vicissim Sebastianus se etiam mæstum esse inquit, quia ejus dominus volebat, ut ipse Tonsoris artem addisceret, quam rem ipse renuebat, addendo, quod potius ab hac Civitate discedere erat contentus. Quæ verba Dominicus audiens (quia reperiebatur ob creditorum copiam in magna angustia) a Sebastiano quæsivit; an Jacobus Sancta Barbare ejus dominus haberet pecunias? & audito illum esse ditissimum, hæc ei protulit verba, *furare quantitatem pecuniarum, bonamque fac prædam, nam deinde insimul Maratheam fugiemus*. Quo cousilio accepto, Sebastianus abit, & sexto die Januarii magna industria famulam domi habitantem decepit, & fracto ostio cubiculi, fractoque scrinio ibi reposito, ab eo nonnullos nummos aureos subripuit, atque lapillos pretiosos, & noctu redit in apotheca prædicti Dominici, cui crumenam nummis aureis plenam tradidit cum annulis aureis, margaritarumque torque, seu filo, ascendentes tam nummi aurei, quam gemmæ ad summam ducatorum mille, & quadraginta circiter, de quibus nummis idem Dominicus pro emendis binis tibialibus sericorum pro se, & Sebastiano, nummum unum aureum expendit, & die sequenti Maratheam versus in simul fugierunt, ibique pro vestibus, & victu alios nummos aureos impenderunt.

Ob hoc furtum a Gubernatore Marathei fuerunt capti, ac statim in carcerem detrusi; quare facta diligentia super persona dicti Dominici, gemmæ, quas furatus erat Sebastianus, repertæ fuerunt, atque etiam sub ligalibus nonnulli nummi aurei inventi.

Capta informatione de prædictarum rerum inventione, interrogati, Curia pro Tribunali sedente, Dominicus crimen agnovit, juxta facti seriem, quinimo alios nummos absconditos restituit; Sebastianus vero totum negavit, & ducti ad M. C. Dominicus sua sponte confessionem ratificavit, etiam in tortum in caput Sebastiani, qui tamen in negativa permansit.

Compilato processu, in quo plane constabat de
enunciato furto in genere, probatis nimirum existen-
2 tia rerum, atque deficientia, summa nummorum re-
pertorum aureorum, ac gemmarum valore, & in
specie fuga eorum ex hac Civitate, enunciataque amicitia, & demum societate in itinere, cum habitatione in Civitate Marathei, nec non duo aurifices deponebant, se accepisse a Sebastiano, & Dominico duos anulos aureos cum gemmis, ut illos reficerent, quia anuli fuerunt recogniti, esse ex bonis subreptis.

Fiscus instituit pro morte contra Dominicum, pro triremibus vero contra Sebastianum, & licet ab eorum Advocato nonnulla pro Sebastiano allegata fuerint, & pauca verba pro Dominico dicta, nihilominus in Aula M. C. in ejus favorem, quæ sequuntur, ponderata fuere.

Primo, quod is sponte erat confessus coram Guberna-
tore Marathei, & confessionem post mensem M. C.
2 ratificaverat, quod arguebat hominem non esse cal-
lidum, & pravæ naturæ; cum bene poterat se excusare, & dicere bona a Sebastiano recepisse, & ex re deliquisse. Hinc qui argentum, vel aureum oblatum non sibi occupavit, non solum homo probus est, sed beatus existimandus, juxta illud Evangelii, *Beatus vir, qui potuit transgredi & non est transgressus*.

Secundo, quod patrati criminis immensum dolorem
indicabat, & operabatur (ita natura humana dictante)
ut mitius ageret cum sponte confesso, quam cum
altero in tormento confesso, vel convicto; etenim
contra primum non consideratur tanta malitia, & per-
3 tinacia, sicuti contra secundum; Quæ doctrina pro-
cedit quoque pro eo, qui confitetur ob probationum timorem, si Fiscus aliquo modo relevatur ab onere probandi, & augumentum pœnæ ex confessione (ut in præsenti) lucratur, quia ad summum indicia pro gravi tormento habebat: Doctrina est *Avenæ in cap. de hoc de simonia*, *Decii in cap. at si clerici de indiciis num.* 14. D. Reg. Capyc. Latr. *decis.* 174. *n.* 46. & 49. & confert *tex. in §. sed furti*, *De actionibus*; ibi; *quod hæ actiones omnimodo dupli sunt, at illa, idest damni injuriæ ex l. Aquilia, & interdum depositi inficiatione duplicantur, in confitentem autem in simplum dantur*, licet doctrina limitetur in atrocioribus, quemadmodum ex notato *text. in fine.*

Tertio, nam tunc consulens eadem pœna tenetur, qua
fur, juxta *text. in l. qui servo*, & *in l. qui uxori*,
4 *De furtis*, quando ad furtum faciendum persuadet,
& instituit, atque impellit secundum *tex. in l. furti actione*, §. *consilium*, *ff. eod.* quorum Dominicus neutrum fecerit, non persuasit, nam Sebastianus numquam a principio repugnantiam habuit furtum committendi, nec ratione, exemplo, promissione, precibusque ad id hortatus est; persuasus enim is dicitur, qui primo renitens fuit: persuasio quidem coa-

ctionis species est, juxta *text. in l. 1. §. persuadere*
ff. de servo corrupto, ibi: *persuadere autem est plus-*
quam compellere, atque cogi sibi parere; non in-
5 stituit, nam nec furandi modum dedit, non speciem,
sive quantitatem, quam subripere debebat, dicit
erat damus, & rerum ignarus; instruere enim est
docere, quod solo verbo non fit, & est oique de re
ratiocinari; non impulit, nam impellere idem est,
ac cogere. Consideratur hic etiam, quod de hac re
6 Dominicus amplius cum Sebastiano loquutus non
fuerat, & Sebastianus post multorum dierum spa-
tium deliquerat, unde consilium erat sine studio, at-
que deliberatione datum, sed potius inconsulto ob
7 animi mœrorem prolatum, & licet malum, non ta-
men malignum; quo verbo hac in re utitur Paulus
in l. sæpe, §. sane, ff. de verborum signif. & quod Do-
minicus bona deinde accepit, & deliquit potius ex
re, nimirum auro incitatus, hinc illud: *Arca abier-*
ta, el hombre peca.

Quarto, quia hoc est primum furtum, de quo inqui-
ritur, nec alio crimine inculpatus, & licet furtum
sit magnum, non tamen magnitudo rei ablatæ, sed
furandi consuetudo attendi debet; furtum enim ma-
gnum multoties per accident est, aliquando nimirum
fur intendit parvam rem furari, & ex accidenti, ut
8 quia cex pretiosa in furis area reperitur, magnum
committit furtum, sic furis credulitate decepta; &
in præsenti optima præda, de qua Dominicus loqu-
tus fuit, qua gemmæ, & nummi aurei ei non inno-
tescebant, bene intelligi poterat juxta ipsius condi-
tionem in tercentum, aut quatuorcentum duca-
torum summam. cæterum consuetudo oritur ex vi-
tio personæ, quæ cum sit pravæ conditionis, tunc
uti mala herba evelli debet, sicuti a frumento zizza-
niæ: hinc bene Callistratus in *l. capitalium, §. ulti-*
mo, ff. de pœnis, loquit, *majores nostri severius fa-*
mosos, quam integra fama puniverunt, & ibi *Glossa*
in verbo grassati.

Quinto, quia præter 30. nummos aureos dictus de
Sancta Barbara Dominus omnia recuperavit bona.
Hinc & si de jure civili furto restituto furti pœna
non cesset, ut ex *text. in l. qui ea mente, ff. de furtis*,
& in *l. non prodest 5. ff. de vi bonorum raptorum* ibi,
9 *non prodest ei, qui rapuit ad evitandam pœnam, si*
ante judicium restituat rem, quam rapuit; nam
contrecta re, perfectum est delictum, & consequenter
actio pœnalis, quæ ex delicto originem habuit, sicuti
nulla habita ratione rei recuperatæ, uti in furto mani-
festo pœnæ non minuitur, sed contra furem augetur,
ut in *§. quadrupli de actionibus*.

Nihilominus naturalis æquitas suadet pœnam furti
(quod est contrectio, rei alienæ lucrifaciendi causa)
regulari ex lucro a fure acquisito, & damno a domino
rei passo, & rigorosam moralis pœnam recuperata re-
mitigari: si dominus enim bona non recuperasses,
quippe furtum magis scandalosum esset, debet utique
10 Judex unum casum ab alio distinguere, & in furto
damni rationem habere, sicuti in puncto, etiam car-
cerato fure in Germania, ubi viget rigida constitu-
tio Carolina, si Dominus recuperat majorem bono-
rum partem, dummodo damnum non excedat quin-
que solidos ungaricus, non punitur mortis pœna ibi
constituta, ut testatur Carpzovius *qu. 76. n. 23. 28. &*
71. & quod omnino non sit practicanda dicta pœna,
sed extraordinaria, obtenta remissione domini rerum
furatarum, probat per *tex. in l. transigere, C. de*
transact. & per text. in l. 1. ff. de reb. eorum, qui an-
te sententiam n. 82. & 83. sicut ex nostratibus ab hoc
non discedit D. Reg. Tappia *super cap. ad hoc nu. 25.*
cum ibi referat, quod famulus non fuit suspensus,
quia erat primum furtum, erat juvenis, & bona re-
cuperata fuere: ita in præsenti primum furtum, Do-
minicus juvenis annorum 36. & pauca summa de fur-
to deperdita, unde etiam de jure Divino furtum mi-
tius punitur, si dominus sua recuperes bona, ut in
Exod. 22. Si quis furatus fuerit bovem, aut ovem,
& occiderit, aut vendiderit, quinque boves pro uno
bove, & quatuor oves pro una ove restituet, si inven-
tum fuerit apud eum, quod furatus est vivens sive
bos, sive asinus, sive ovis duplum restituet; hinc fur
comprehensus si rem restituat, non est infamis, notat

Accursius in leg. 4. de his, qui notantur infamia, &
præcitati *text. in l. qui ea mente*, & in *l. non prodest*
11 fundantur in juris rigore, a quo prætor in consimili
delicto, veluti in dato, & recepto metus causa reces-
sit dando reo restituendi facultatem usque ad senten-
tiam in quadruplo dandam, ut in *l. si cum exceptione,*
§. si quis non restituat, ff. de eo, quod metus causa,
ibi: *Satis clementer cum reo Prætor egit, ut daret*
ei restituendi facultatem, si vult pœnam evitare,
unde non obstant supra allegata jura, cum pecunia-
riam contineat pœnam, idcirco ab eis ad *cap. ad hoc*
non est facienda illatio, & non aliæ quidem ratione
12 punieruot furem manifestum in quadruplum, quam
quia uti manifestum in dubio revocari non potest.

Sexto, nam circumscripto Regni *Cap. ad hoc tit. de*
furtis, controversia est inter Doctores, an pro ma-
gno furto mortis pœna practicari possit: Nonnulli
13 enim affirmant æquiparando magnum furtum tribus
furtis, pro quibus communis est Doctorum opinio,
quod talis pœna practicari possit, si omne quodque
capitale sit, & quod magnum furtum est scandalosum
propter majus damnum: alii negant, & verius; du-
cuntur enim, quia Deus, cui omnia præterita, & fu-
tura sunt præscotia, in præceptis judicialibus, quæ
populo dedit electo, pro furto non imposuit mortis
pœnam, uti culpæ non conformem; pretiosior est
enim vita hominis omnibus rebus, nam omnia subje-
cis homini: neque de jure communi constituta est,
ut in *auth. sed novo jure Cod. de serv. fugitivis, & in*
§. si vere authenticorum, ut nulli Judicum liceat
habere coll. 9. ibi: *Pro furto autem nolumus omnino*
quodlibet membrum abscindi, aut mori, sed aliter eum
castigari.

Denique quamquam in hoc Regno vigore enuncia-
ti *Capituli* dicta pœna mortis practicari possit pro ma-
14 gno furto, ut refert Consil. Giazarell. *dec. 35. 36. 272.*
tamen est advertendum, quod hoc Capitulum circa
mortis pœnam loquitur in personam, & non in rem:
Ille vero qui ad bona ultra unciam valentia furtivas
manus extenderit, si Nobilis decapitetur, si ignobilis
furca suspendatur; unde personæ indicta est pœna,
secus si diceret pro furto, sicut non dicit, ut notat
Farinac. *quæst. 131. nu. 51.* & consequenter non com-
prehendit consulentem hunc, juxta notata ab eodem
Farinac. *quæst. 129. nu. 5.* Sanfel. *decis. 36. vers. reli-*
quum est demonstrare.

Septimo, per *text. in §. certe de oblig. quæ ex de-*
lict. qui ut ultimo promulgatus, hac in re est servan-
dus, cujus sunt verba: *Certe qui nullam opem ad*
furtum faciendum adhibuit, sed tantum consilium
dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum, non
tenetur furti.

Octavo, & ultimo, quod dissonum, & scandalosum
foret, Sebastianum principalem, qui violentas manus
ad res furtivas extenderet, studio ostiorum, scri-
niorumque fractura, extraordinaria pœna puniri:
15 Dominicum vero simplicem consulentem, dictarum
circumstantiarum ignarum ordinaria plecti pœna, &
si ille morte puniri non poterat, neque iste, & ad
corroborationem fuit ponderata doctrina Jo: Bonifacii
de furtis §. 3. n. 72. qui cum Marsilio *in tract. crimin.*
§. constante n. 53. Menoch. *de arbitrariis lib. 2. cas. 346.*
n. 23 Julio Claro *quæst. 90.* Felino *in cap. sicut di-*
gnum n. 3. de hom. & magistrata, Bartol. *in l. si qui*
rem, §. in Titium in fine, ff. de furtis, fatetur, quod
16 quotiescumque fur per indicia est puniendus, tunc
auxiliator non eadem pœna, & sic non pœna ordina-
ria est modo puniendus.

At pro Fisco, quæ sequuntur, in contrarium consi-
derata fuere: Primo, quod de jure civili eadem
pœna contra consulentem, quam contra furem erat
constituta, ut in *l. qui servo, in l. si quis uxori, in*
l. furti, §. ope, ff. de furtis, & in §. interdum instit-
utionum de oblígat. quæ ex delicto; dubio circumscri-
pto, an auxilio cum consilio requiratur adjunctum,
17 ut in *l. sæpe, §. item dubitatum, ff. de verbor. signif.*
ibi: *Dubitatum, an illa verba, ope, & consilio quem-*
admodum accipienda sunt, sententiæ congruentium
aut separantium. Sed verius est, quod & Labeo ait,
separatim accipienda, quia aliud factum est ejus, qui
ope, aliud ejus, qui consilio furtum facit, dummodo
con-

consilium dolo malo fuerit datum, & factum fuerit sequutum, ut in d. l. furti actione, & in d. §. dubitatum; Nec non quod executus fuerit, qui aliter facturus non erat, ut ex *Glos.* 19. §. *certe Institut. eod. tit.* Jul. Claro *q.* 78. Farinac. *q.* 129. *n.* 62. & 118. & ex communi DD. opinione, de qua noster Muscatell. *tit. de cognit. delictor. n.* 22. quod hæc requisita concurrebant contra Dominicum, qui consilium dolo malo dedit in præjudicium Domini rerum subtractarum, & in beneficium ipsius lucrifaciendi causa, quod consilium fuerit executus Sebastianus famulus non aliter commissurus, cum illius tristitia non fuerit egestas, ut in facto, quod Dominicus non tantum Sebastianum ad furtum hortatus fuit, sed quoque instruit, nam non simpliciter, inquit, *aliquod furare, sed nummorum, gemmarumque bonam fac prædam*, item addidit, *qua peracta insimul Maratheam ibimus*.

Rursus, quod a principio ad furandum præstitit consilium, & deinde furem, & rem furatam receptavit, ejusque rei fuit particeps, cum non solum post furtum, sed in ipso furto opem præstitisse hoc casu censeatur, & consilio suo, fide, & auxilio juxta conventionem Sebastianus furatus fuerit: conventio enim complicitatem inducit, & ad corroborationem fuit adducta doctrina Odofredi in *l. nec, C. de furt.* Bartol. *in l. qui vas, §. qui furem, ff. eodem* Gomesii *rubr. de furt. verbo advertendum*, Petri Gregorii *syntag. juris lib.* 37. *cap.* 15. Farinac. *quæst.* 135. affirmantium, quod receptator eadem plectitur pœna, qua fur, si rem ablatam insimul cum fure receptat, seu cum ani- 18 mo lucrandi occultat, ut ex eodem Farinac. *d. q. n.* 111. & doctrina fundatur in *text. in l. inficiendo, §. infans, ff. de furtis*: ubi infans furatus, si adolevit, tenetur fur pro furto adolescentis, fur enim rem ablatam contrectando semper furari dicitur, & sic qui furem, & rem subreptam occultat, opem furto præstare videtur, idcirco eadem plecti pœna debet, quæ doctrina, etsi scrupolo non careat, illud cessabat hic, ut dicebatur contra Dominicum, qui a principio cum Sebastiano convenit de fuga Maratheam ipsius patriam versus, & ad furandum dedit consilium.

Nec suffragabatur ei, quod Sebastianus pœna extraordinaria erat puniendus, & per consequens ne dissonum judicaretur eadem extraordinaria pœna eret Dominicus plectendus, nam fuit dictum, hoc non esse novum in re criminali, nec ulla erat dissonantia sum condemnato, nisi in convictum, vel confessum 19 non cadat *l. qui sententiam, C. pœnis*, quod Sebastianus furtum negaverat, Dominicus vero agnoverat, quod is causam delinquendi Sebastiano dedit.

Neque quod bona furtiva recuperata, nam non sua virtute, & pœnitentia restituta fuere, & licet jus civile, & jus municipale sit diversum, cum illud pecuniariam, istud vero mortis pœnam contineat, ideoque nulla fieri debeat illatio; attamen fuit quoque responsum, quod, quia jus civile in furto manifesto non diminuit pœnam, ratione recuperatæ rei ablatæ, quæ ratio, si in alio suffragaretur, jus civile certe diminuisset, & non quadruplum imposuisset, & per consequens bene de uno ad alterum erat inferendum.

Minimeque suffragabatur, quod esset primum furtum, nam pro primo magno furto, attenta frequenti hujus criminis usu pœnam mortis esse imponendam, testatur Caball. *resol. crim* 18. sicuti hac ratio- 20 ne attentu in hoc Regno fuit imposita ultimi supplicii pœna pro furto unciam excedente, ut per *cap. Ad hoc*, quod licet tamquam rigore plenum non sit receptum, practicatur tamen pro furto magno, resse *Cons. Gizz. dec.* 13. & ibi de Mele *n.* 29. D Sanfel. *dec.* 35. 49. & 272. nec ponderatio habita, quod capitulum prædictum circa ultimum supplicium loquatur in personam, & non in rem, nam non legis verba sunt inspicienda, sed legis ratio est attendenda; alioquin 21 verbis, & non rebus lex imponeretur, quod esse non debet *l. dolo, De doli except. l. penul. ff. ad Trebell. l. pen. ff. pro legat. l.* 1. *§. fin. ff. de except. rei judicata, & l.* 2. *C. comm. de legat.* & quamvis conditor dicti cap. in 2. casu, veluti in furto ultra augustalem, usus fuerit verbo *commiserit*, in secundo videlicet pro furto usque ad unciam, verbo *furatus* in tertio nimirum pro furto ultra unciam, verbo *extenderit*, fatendum est, quod verba mutavit, ut elegantius legem componeret, non vero, ut aliud statueret. Nec refragatur Fisco, quod a Deo Opt. Max. pro furto hæc pœna haud imposita fuit, quoniam illo tempore secundum Hebræorum mores illa pœna erat conformis, sed hodierno tempore in tanta hominum audacia irrideretur, & aucta malitia attenta furtorum frequentia, ac præsertim in hac Civitate nimis magno 22 plena populo ultimi supplicii pœna pro publica tranquillitate non est difformis.

Propterea per M. C. ad mortem fuit condemnatus acceptis duobus suffragiis, & facta relatione in Reg. Coll. Consil. ubi tres erant Domini Regentes, duo fuerunt voti, quod eadem M. C. justitiam faceret loco reclamationis, alius vero concessit reclamationem simpliciter, compilato vero processu fuit ab eadem M. C. mortis sententia confirmata ⅔ exceptis tribus votis, referente D. Judice Nicolao Planelli nunc meritissimo Consiliario, tandem a Domino Prorege 23 D. Gaspare de Haro, viro non minus justo, quam pio, pœna mortis in triremibus fuit commutata.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. III.

Consulens furtum, an, & quando eadem pœna, qua fur, plectendus sit.

SUMMARIUM.

1 *Fur, & Consulens furtum, quando eadem pœna puniuntur.*

2 *Furtum definitur, quod sit contrectatio rei alienæ lucrifaciendi causa.*

3 *Furtum primum committens, si bona recuperata sunt, non suspenditur.*

4 *Furtum magnum committens potest pœna mortis puniri, & quando.*

1 Conclusio hujus tertiæ Resolutionis est, quod consulens, & furans eadem pœna puniendi sunt, si consilium dolo malo fuerit datum, & factum fuerit secutum, & fur aliter facturus non erat.

2 Furtum definitur, *Quod sit contrectatio rei alienæ lucrifaciendi causa*. Auctor hic.

3 Et famulus non fuit suspensus, quia erat primum furtum, erat juvenis, & bona recuperata fuere, ut refert *Tappia super cap. ad hoc num.* 21. *tit. de furtis*.

4 Et pœna mortis quamquam practicari possit pro magno furto in Regno, vigore *dicti c. Ad hoc*, Tamen hoc capitulum circa mortis pœnam loquitur in personam, non in rem, & consequenter non comprehendit consulentem.

Et per *Tex. in §. certe de obligat. quæ ex delicto &c.* ibi: *Certe qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum consilium dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum, non tenetur furti*.

At pro Fisco fuit consideratum, quod aliud factum est ejus, qui ope, aliud ejus, qui consilio furtum facit; dummodo consilium dolo malo fuerit datum, & factum fuerit sequutum, ut in *d. l. furti actione ff. de furtis & in l. sæpe §. dubitatum ff. de verbor. signif.*

Et non solum ad furandum præstitit consilium, sed furem, & rem furatam receptavit.

Et receptator eadem pœna, qua fur, plectitur, si rem ablatam simul cum fure receptat, seu cum animo lucrandi occultat.

Et licet per M. C. fuit ad mortem condemnatus, & sententia fuit confirmata, tamen stantibus imparibus opinionibus a Domino Prorege pœna mortis in Triremibus fuit commutata.

RESOLUTIONIS QUARTÆ.

ARGUMENTUM.

Judex quæ considerare debeat, ut pro furto ultimum imponat supplicium etiam attento *Regni Capitulo*, incipiente, *Ad hoc ut nostrorum*.

SUMMARIUM:

1 *Delictum in genere in crimine furti.*
2 *Mala conscientia sunt mille testes.*
3 *Pro furto magno imponi potest mortis pœna.*
4 *Capitulum Regni ad hoc pro furto magno circa pœnam ordinariam fuit servatum in M. C. & remissum.*
5 *Fractura arcæ aggravat quoque furtum.*
6 *Furtum, ut grave, vel leve reputetur, quinque inspici debent.*
7 *Furtum de nocte commissum gravius est, quam de die, & de ratione.*
8 *Locus facit, ut furtum sit sacrilegium.*
9 *Circumstantiæ quæ furtum aggravant, referuntur. Furis audacia, & malitia consideratur*, item *diligentia Domini rerum furatarum, & negligentia ponderatur* ibidem.
10 *Furis qualitatem omnino esse inspiciendam, Furta famulorum proditoria dicuntur*, ibidem.
11 *Furtum regulatur a quantitate.*
12 *Pro furto magno, an mortis pœna imponi possit, controvertitur inter Doctores.*
13 *Consuetudo furandi, & non magnitudo rei furatæ est attendenda.*
14 *Effractores, & nocturni fures improbiores dicuntur.*
15 *Dissonum in judicando est evitandum.*

Die primo mensis Aprilis 1685. Marianus Grillo, Joannes Volpe, & Sebastianus Vecchione ingressi domum, ubi morabatur Rever. D. Petrus Albertus Granulus Confessarius nobilium Monialium Reginæ Cæli per fenestram domus, quæ non multum distabat a solo, fractis arcis subripuerunt aureos duplos, sexaginta, ac alia valoris in totum ducatorum quadrigentum quinquaginta; & de existentia rerum, atque
1 deficientia, & valore pleno constabat cum dicta arcarum fractura.

Die octavo in carceres mancipati fuerunt, & in aula M. C. legitimis præcedentibus indiciis interrogati Marianus, & Joannes confessi fuerunt, qualiter ad committendum dictum furtum inducti fuissent a Sebastiano, qui totum negavit; verum, quia erat homo alias de furto inquisitus, & pravæ qualitatis convictus a mala sua conscientia, quæ, ut dicitur, sunt mille testes, mortis timore vitæ indulgentiam petiit,
2 ac restituere obtulit aureos duplos quinquaginta, quos ante partem inscius socius cæperat, M. C. considerans, quod alias pro crimine tortus fuerat, & non confessus, & quod erat homo robustus, & de facile tormentum contemnere poterat, & ut etiam R. P. Albertus pecuniam, & alia recuperaret, restitutis bonis, vita durante ad remigandum eum condemnavit.

Contra vero Marianum Grillo, & Joannem Volpe, compilato processu, Advocatus Fiscalis institit pro morte, primo ductus, quia ii confessi erant furtum magnum, pro quo circumscripto cap. Regni *ad hoc* Doctores cumulati a Farinac. *quæst.* 166. *num.* 45. & Caball. *cap.* 28. testantur, posse Judicem practica-
3 re mortis pœnam, quia magnum furtum magnum continet damnum, & comparatur tribus furtis capitalibus, pro quibus communis est opinio, posse ultimum practicari supplicium.

Secundo, attento Regni Cap. *ad hoc, ut nostrorum*, Rubrica *de furtis*, imponente mortis pœnam pro furto unciam excedente, quod quamvis pro hac sum-
4 ma, uti nimis severum non servetur, tamen practicatur pro magno furto, teste Sanfel. *decisione* 272.

Et quod data paritate unciæ, summa ducatorum quadringentorum in Regno magnum constituebat furtum.

Tertio, quia erat commissum furtum cum circumstantia aggravante, veluti arcarum fractura, quam in
5 aggravando furtum propter furis malitiam consideravit quoque Farinac. *d. quæst.* 166. *n.* 27. ibi: *cum fractura hostii, vel capsæ*.

6 Sed in contrarium fuit primo ponderatum, quod furtum, ut grave reputetur, vel leve, operæ pretium est inspici tempus, locum, modum, personæ qualitatem, ac rei furatæ quantitatem.

Tempus, cum gravius reputetur furtum de nocte commissum, quam de die, ut in *l.* 1. & 2. *ff. de furibus Balneariis*, *l. sacrilegii pœnam juncto*, §. *cete-*
7 *rum*, *ff. ad l. Jul. peculatus*, quia noctu fur difficile detegitur, interdiu vero facile, & bona recuperari possunt, ut consideravit *Glos. in l. itaque*, *ff. ad l. Aquil. vers. tamen*, & *Glos.* in *l. furem ff. ad l. Cornel. de sicariis*.

8 Locum, ut in *l. aut*, §. *locus de pœnis*, ibi, *locus facit, ut idem, vel furtum, vel sacrilegium sit*, & *in cap. quisquis* 17. *quæst.* 4.

Modum, ut si cum scala fenestræ apposita cum fenestræ, vel januæ fractura, ut in §. *ope*, & *consilio*, *inst. de obligationibus quæ ex delicto nascuntur* vel parietis fractura, ut in *l.* 1. *de effractoribus*, vel clavibus adulterinis, Cons. Gizzar. *decis.* 13. & ibi de
9 Mele, Caball. *cas.* 18. vel fractura arcæ, in qua bona erant reposita, Farinac. *quæst.* 167. *num.* 27. verum gravior circumstantia est fractura ostii, vel fenestræ, quam arcæ, quoniam per ostium, & fenestram domum ingreditur, & in hac fractura domini diligentia considerabatur, nam qua alia Dominus uti potest diligentia, nisi clave domus januam claudere, & fenestram, & contra furis audaciam, & malitiam: cæterum si janua aperta domum ingreditur, fur excusatur a tanta domini negligentia, argumento *tex. in l.* 1. *ff. de effractoribus*, ibi, *quod si per negligentiam custodum evaserint*.

Personæ qualitatem, nam majores nostri in omni supplicio severius servos, quam liberos, amulos, quam
10 integræ famæ homines punierunt, ut in *l. capitalium*, §. *famosos*, *de pœnis*. & severius famulos fures, quam extraneos esse plectendos testatur Petrus de Gregorio *syntag. juris lib.* 37. *cap.* 12. Pappon. *lib.* 23. *arrest.* 20. nam famulis omnia committimus, & eorum fides nobis magis necessaria est, ideireo eorum furta proditoria dicuntur, & in Gallia morte vindicantur, teste eodem Petro de Gregorio *dicto cap. num.* 3.

Et denique quantitatem, quæ omnino ratione damni consideranda est, quando vero dicatur magna, Judicis committitur arbitrio, Farinac. *quæstion.* 155.
11 *n.* 29. ubi cum Peguera *decis.* 27. reputat magnum furtum, si ascendit ad centum, ut diximus, libras.

Secundo, quod circumscripto capitulo, controversia est inter Doctores, an pro unico furto, licet magno fur possit mori, ut videre est penes eundem Farinac. *dict. quæst.* 167. *num.* 10. & opinio negativa est verior, fundaturque, quia neque de Jure Divino, neque civili pro furto pœna mortis fuit imposita, uti
12 delicto non proportionata, nam sicut anima est excellentior corpore; ita corpus omni aliare est excellentius, Deus enim post mundi machinam creavit hominem, & omnia creata subjecit sub pedibus ejus, ut in *Genesi cap.* 1. & quod quamvis furtum magnum æquipararetur tribus furtis, non est tamen bona consequentia, quod sicut pro tribus imponi potest mortis pœna, ita & pro unico, quoniam unum furtum furem non facit famosum, sed bene consuetudo furandi, ut in
13 *l. capitalium*, §. *famosos*, *ff. de pœnis*, plus quidem furtum aggravatur ea frequentia, quam ex magnitudine rei furatæ, ut loquit Nicol. Boer. *decis.* 273. *num.* 9. nam in primo casu consideratur hominis malitia, & pravitas sine spe emendationis, in secundo malitia, sed quoque spes emendationis.

Insuper capitulum Regni *ad hoc*, uti rigidum nunquam fuit in observantia, nec de eo amplius mentio facien-

ds

da eſt, tamquam a Carolo I. Rege conditum.

Et propterea ultimo ſupplicio minime debeant puniri, quoniam pariete non perforato, oſtio non fracto, ſed per feneſtram apertam domum introiverunt, de dia, & non de nocte bona ſubripuerunt; unde vi ſi fuerunt carcerati, & bona recuperata fuere; Ideoque non morta, ſed mitius juxta *text. in l. 2. ff. de effract.* quia non effractores, neque nocturni fures, idcirco non atrociores, ut dicit Juris Conſultus in
14 *dict. leg.* & minus ratione quantitatis, nam hæc arbitraria eſt non centum librarum, & Farinac. *d. qu. 167. num. 103.* ſententiæ negativæ inhæret, ibique dicit, quod juſtitia non erat deluſa, ſi fur pro furto magno condemnabitur, vel in perpetuum, vel ad tempus ad triremes, in quibus in dies condemnati moriuntur, & Fiſco proficiunt.

Et quod doctrina Caballi *cap.* 18. non refragabatur, quoniam in primo facto relato fuit pœna mortis practicata, ex quo furtum erat ducatorum ſexcentum, & clavibus adulterinis commiſſum in 2. *num.* furtum fuit cum fracture oſtii; neque deciſio D. Sanfel. cum furtum illud ducatorum a famulis fuerit commiſſum & ita ad triremes ad tempus damnati fuerunt tranſmiſſi, etiam nè diſſonum admitteretur, quod Seba-
15 ſtianus, qui fueret criminis author, & alias de furto inquiſitus, & condemnatus, mortem fato evaderet, & Joannes, & Marianus alias non inquiſiti, & ab eo ſeducti in eam inciderent; referente eodem Domino Planelli.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. IV.

Judex quæ conſiderare debet, ut pro furto ultimum imponat ſupplicium.

SUMMARIUM.

1 *In Delicto in genere conſtare debet jam antea exiſtere res furatas, & poſtea deficere, quis ſit earum valor, cum fractura loci.*
2 *Capitulum Regni ad hoc non ſervatur in Regno, ſed pro furto magno condemnatur ad triremes.*

1 DElictum in genere de crimine furti eſt, quod conſtet de exiſtentia rerum, atque deficientia, & earum valore, item fractura arcarum, vel oſtii.
2 Capit. Regni *ad hoc* numquam fuit in obſervantia; ſed pro furto magno fur condemnabitur ad triremes vel in perpetuum carcerem.

RESOLUTIONIS QUINTÆ.

ARGUMENTUM.

Sacrilegii pœna, quæ de Jure communi & quæ de Jure Regni ſit.

SUMMARIUM.

1 *Sacrilegii pœna arbitraria eſt de jure communi, & de jure Regni pœna ultimi ſupplicii generice non practicatur, & 4.*
2 Conſtitutio Multæ leges *late interpretatur*, *num.* 4. & 6.
3 *Oziæ factum recenſetur.*
5 *Delicti initium inſpici debet, & delicta diſtinguenda attento eorum gravitate, quæ a Judice conſideranda eſt in judicando.*
6 *Pœna quanto ſeverior eſt, tanto facilius remitti debet.*
8 *Blaſphemia in Deum, Beatamque Virginem Mariam ſacrilegio gravior eſt.*
9 *Sacrilegia non ſemper ultimo ſupplicio puniri debent.*
10 *Deus nunquam ſero propitius eſt.*
Don Gaſpar, de Haro Prorex hujus Regni commendatur, ibidem.

DIe 9. Aprilis 1686. quidam juvenis de Caſoria a Sacello poſito in quodam rure nuncupato Locatiello, juxta viam publicam, de nocte Calicem cum Patena ſubripuit, valoris ducatorum quatuor, & carolenorum ſeptem, & fuit confeſſus in M. C. hoc furtum commiſiſſe, quia domino ruris operam ſuam locaverat, & ab eo dignam, & promiſſam ſatisfactio-
1 nem non receperat, compilato proceſſu eum termino horarum, Fiſcus contra eum inſtetit pro morte, inquit enim prædictum furtum eſſe verum ſacrilegium, quia ſacrum de ſacro, idcirco hoc ſupplicio punibile. Primo per *text. in l. Sacrilegii, ff. ad l. Jul. peculatus*, ubi Julianus teſtatur multos ad beſtias vidiſſe damnatos ſacrilegos, nonnullos vivos concrematos, alios in furca ſuſpenſos. Secundo, per conſtitutionem a Rege Rogerio editam, cujus ſunt verba: *Mul-*
2 *tæ leges ſacrilegos ſæviſſimè punierunt, ſed pœna judicantis arbitrio moderanda eſt, niſi forte manifeſte templa Dei deſtructa, vel violenter ſint fracta, aut dona, vel vaſa ſacra nocte ſint ſublata; Hic enim caſus crimen capitale eſt*, & D. Reg. Tappia ponderavit verbum capitale, idest enim ab ultimo ſupplicio dignum, nam Rex Rogerius poſtquam judicis arbitrio ſacrilegos generatim decreverit puniendos, ire moderando legum ſeveritatem; cum in prædictis duobus caſibus ſolum pœnam capitalem declaraverit, in iſtis duobus caſibus legum ſeveritatem retinere voluit, & conſequenter verbum capitale ultimum ſupplicium continet; & ſtatuere voluit, ſicuti dicit Scialoya *cap. 3. num.* 125. & tenet dictus Jo: Baptiſta Mucei ad D. Sanfel. *deciſ.* 35. etenim iſti duo caſus accepti longius diſtare debent ab aliis, qui deportationis pœnæ ſubjacent.

Tertio, quod in hoc ſacrilegii crimine tres inerant circumſtantiæ aggravantes, prima loci, quia ex loco publico, nempe ab Eccleſia, Secunda temporis, quia de nocte, Tertia rei, quia res ablata erat pro uſu ſacrificii, & quamquam modici valoris, non tamen valor (ut inquit) ſed injuria facta loco, cui debetur reverentia, atque eidem rei conſecratæ, & quod non damnum, ſed ſacrilegii audacia attendi debet, & in puncto allegavit D. Reg. Sanfel. *dec.* 242. ubi pro furto Patenæ fur laqueo fuit ſuſpenſus. Attamen dictum confirmavit Oziæ exemplo: Is enim dum Arca teſtamenti ducebatur, & boves declinare faciebant
3 eam, ea quo manu tetigit, & arcam tenuit, quia non Levita, ob hanc temeritatem fuit percuſſus, & a Deo occiſus, ut 2. *Reg. c.* 6.

Sed pro reo fuit primo ponderatum, quod pœna, de qua in *l. ſacrilegii* non erat determinata, ſed Judicis arbitraria, ut ibi: *Pro qualitate perſonæ, pro rei conditione, temporis, & ætatis, ac ſexus, vel*
4 *ſeverius, vel clementius ſtatuere*, ac alibi: *Cæterum ſi quis interdiù modicum aliquid de templo tulit, pœna metalli coercendus eſt, aut ſi honeſtiori loco natus deportandus in inſulam eſt*, & in perſona furis hujus non totus dolus, nec maxima cupiditas, ſive malitia inerat, quia non lucrifaciendi, ſed potius ſatisfaciendi debiti cauſa fuit: Initium enim ſive cauſa
5 delicti a Judice proſpici debet, *l. clarum de furtis*, & quod licet furtum eſſet rei ſacræ de loco ſacro, tamen quia aliud in hoc genere conſiderari poſſet maximæ injuriæ, ac maximæ audaciæ, nempe furtum pyxidis, in qua ſacroſancta aderat Euchariſtia, prout hoc enormiſſimum crimen non ſemel eſt commiſſum, quod

cum,

cum arubescentia noto. Insuper hic fuit licet major
de jure Regni, minor tamen erat de jure communi;
quæ res erat parvi momenti pro moderanda pæna ul-
timi supplicii, & recedendo ab ea; etenim quanto se-
verior est pœna, tanto facilius remitti debet, ut homo
6 conservetur in Republica, maxime si spes adest emen-
dationis, ut quia juvenis, atque aliis non affectus
criminibus; Quod allegata Constitutio clare non lo-
quitur de morte naturali, & Afflict. in dict. Constit.
num. 11. circa finem, verbum capitale intelligit pro
7 morte civili, scilicet deportationis per Glos. in l. 1. C.
de Christian. mancip. hæretic., &c. secus, ut ille
advertit, si Constitutio diceret, capitis amputatione
plectetur, & quia Afflict. fuit antiquus Commenta-
tor, & D. Reg. Sanfel. tam in d. dec. 242. quam in
dec. 35. in quibus sermo de sacrilegio, de dicta Con-
stitutione mentionem non facit; dicere ergo debemus,
quod etiam si constitutio pœnam mortis imposuisset,
nunquam fuit practicata. Rursus, quod ea circa pœ-
nas inæqualitatem continet, cum eandem pœnam
imposuerit tam pro donis, quam pro vasis sacris,
quorum furta longe majora semper sunt.

Præterea fuit consideratum, quod sacrilegio gra-
vior est blasphemia in Deum, Beatamque Virginem
8 Mariam prolata, imo blasphemia omnium peccato-
rum, maleficiorumque est maximum crimen, ut no-
tant Nicolaus de Lyra in Glos. ordinar. sup. cap. 18.
Isaiæ, D. Thomas 2. 2. q. 13. art. 2. Lucas de Pen-
na in l. omnes, C. de delat. lib. 10. Decian. in tract.
crim. lib. 6. cap. 3. Farinac. q. 20. nam blasphemia
immediate, & directe in Dei injuriam tendit, & non
solum debitum cultum negat, verum etiam maximam
injuriam continet, gloriam detrahit coram populo,
ejusque aures scandalizat, contra maximum præce-
ptum Matth. cap. 22. omne quippe peccatum cum
blasphemia comparatum levius est, quoniam in omni
alio peccato, quamquam Deus offendatur, profecto
non est, quod peccator immediate prætendat, sed
suam voluptatem, vel commodum respicit, uti sacri-
legium hic, cujus propositum nunquam fuit Divinam
Majestatem lædere, seu contemnere, sed cum furto
lucrum facere, furtum in clam, & de nocte absque
scandalo patravit, & nihilominus vigore Reg. prag-
mat. tit. de blasphemantibus, & proprie quinta con-
tra blasphemum, nunc pœna triremis, & temporalis
practicaretur.

Quod licet hæc M. C. contra eum, qui patenam
subripuit pœnam ultimi supplicii practicavisset, teste
Dom. Reg. Sanfel. tamen decis. hæc non pro lege, sed
pro exemplo adduci poterat, & nonnulla alia exem-
pla in contrarium fuerunt adducta, nempe decis. Boe-
9 rii 251. ubi testatur, quod duo juvenes, qui calicem,
& patenam subripuerunt ab altari, præcedente fusti-
gatione fuerunt ad triremes transmissi, & Julii Clari,
§. sacrilegium, ubi pro hujusmodi furtis sacrilegus,
præcedente fustigatione, tantum ad pœnam trire-
mium per quinquennium fuit condemnatus.

Ad exemplum Oziæ fuit responsum, quod Deus
illo tempore vocabatur justitiæ, & vindictæ, sed in
præsenti Deus misericordiæ, quia & homo factus est,
unde non solum Arcam tangimus, sed ejus corpus
comedimus.

Sed his non obstantibus fuit ad mortem condem-
natus, licet duo Judices in hanc non descenderunt
sententiam, & mediam viam eligendo, non pœnam
ultimi supplicii, uti severem, nec triremium tempo-
ralem tamquam clementiæ plenam, sed ad pœnam tri-
remium vita durante, præcedente fustigatione pro
aliorum exemplo condemnaverunt.

Postea ab Excellentissimo Domino D. Gaspare de
10 Haro Prorege recolendæ memoriæ ductus ad suppli-
cium vitæ impunitatem accepit; Hinc Deus unquam
sero propitius est.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. V.

De Sacrilegii pœna.

SUMMARIUM.

1 *Fur qui Calicem cum Patena surripuit valoris ducatorum quinque minus tribus carolenis confessus, quia Dominus Sacelli non satisfecit sibi operam locatam, fuit ad mortem damnatus contradicentibus duobus Judicibus, sed ductus ad supplicium, impunitatem vita accepit a Domino Prorege, & assignatur ratio.*

1 REfert noster Auctor hic, quod anno 1685. die nona Aprilis, quidam de nocte Calicem cum Patena subripuit a Sacello in rure valoris ducatorum quatuor, & carolenorum septem, & fuit confessus furtum commisisse, quia Dominus ruris operam suam locatam sibi non satisfecit, & compilato processu cum termino horarum, fuit ad mortem condemnatus, duobus Judicibus contradicentibus, qui ad pœnam triremium vita durante præcedente fustigatione pro aliorum exemplo condemnaverunt.

Sed ductus ad supplicium impunitatem vitæ accepit ab Excellentissimo Domino D. Gaspare de Haro Vicerege.

Et ratio est, quod licet in Regno Constitutio pœnam mortis imposuisset, numquam vero fuit practicata, Auctor noster num. 6.

RESOLUTIONIS SEXTÆ.

ARGUMENTUM.

An Capitulum *Ad hoc* titulo *de furtis* circa mortis poenam indistincte practicandum sit in furtis cum fractura commissis? & an dicta poena indistincte servanda sit contra fures sacrorum vasorum.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum Regni*, Ad hoc tit. de furtis, *quod mortis pœnam imponit pro furto unciam excedente practicatur concurrente circumstantia aggravante, veluti fractura.*
2 *Et fractores fures maxime nocturni severius puniuntur.*
3 *Fractura furtum aggravat.*
4 *Furtum commissum cum fractura januæ non ferreo instrumento, sed manu peracta, ultimo supplicio non punitur.*
5 *Dispositio* Capituli Ad hoc *circa pœnam ultimi supplicii Judicis arbitrio commissa est.*
6 *Causa justa minuendi mortis pœnam est quævis circumstantia, ex qua delictum levius redditur.*
7 *Fractura violenta, & seditiosa est magni ponderis.*
8 *Statera, & circino securior vivit homo. Supplicium extremum contra hominem scandalum parit, & non exemplum*, ibidem.
9 *Furtum sacrum de sacro inter sacrilegia gravius.*
10 Decisio D. Sanfel. 243. *contra sacrilegum patenæ ad mortem condemnatum refertur, & ab ea in præsenti recedit M. C.*
11 *Judices ante oculos* l. respiciendum, ff. de pœnis *habere debent.*
12 *Statutum, quod pro delicto imponit pœnam centum aureorum debet intelligi de illis aureis, qui currunt tempore delicti commissi.*

FIscus contra Massentium Perrottiello, & Andream Giordano inquisitos, & confessos de furto valoris aureo-

aureorum centum commissu de nocte intus hanc Civitatem in apotheca Nicolai Caienda Pellecterii, cum fractura januæ manu facta, initiit pro morte, stante *cap. Regn.* incipiente *ad hoc tit. de furtis*, mortis pæ-
1 nam imponente pro furto unciam excedente, quod licet rigorosum, nihilominus practicatur in furto concurrente circumstantia aggravante, veluti fracture, sicuti restentur Consil. Gizzarell. *decis.* 13. *n.* 7. D. Reg. Tappia *in d. cap. nu.* 13. & D. Reg. Sanfel. *decis.* 35. *nu.* 2. 272. *eod. nu.*

Etenim effractores fures maxime nocturni severius
2 puniuntur, etiam de jure communi, ut in *l. effract.* 4. *de effract. & expilatorib.* ubi Bart. & improbiores appellantur a Paulo de Castro in *auth. sed novo jure*, C.
3 *de serv. fugitivis an.* 9. fractura quidem aggravat furtum, cum in ea consideretur furis audacia.

Sed M. C. condemnavit eos ad pœnam triremium præcedente fustigatione, quia fractura erat januæ non bene munitæ non ferreo instrumento, sed manu perfe-
4 cta, quo casu negligentia domini antecedit malitiam furis, ut non consideratur tanta illius audacia: quinimo ad comprobationem fuit adductus *text. in l. sacrileg. pœna, ff. ad l. Jul. pecul.* cujus sunt verba, *sed moderanda est pœna usque ad bestiarum damnationem eorum, qui manu facta templa effregerunt*, ponderando verbum *moderanda*.

Item institit pro morte contra Lucianum Salamone & Josephum Ricco inquisitos, & similiter confessos de furto noctis tempore commisso intus Civitatem in
5 domo Antonii Marante, bonorum valoris ducatorum undecim, cum fracture tamen januæ ferreo instrumento facta, sed M. C. condemnavit eos ad remigendum vita durante præcedente fustigatione; nam fuit dictum, quod Sapientes Regni dispositionem *cap. ad hoc*, uti valde rigorosam submiserunt Judicis arbitrio, cum voluerint illud ratione enunciata non esse practicandum, nisi concurrentibus circumstantiis aggravantibus, ex quibus Judex valet pœnam augere, vel minuere, etiam a lege statutam, ut ex *text. in l. si severior* 7. *C. ex quibus causis infamia irrogatur*, ibi, *& si severior sententia dici debuit, tamen cum Proconsul vir clarissimus certis rationibus mitiorem sententiam dixerit, Decurionum biennio abstinere jusserit, transacto tempore non esse te in numero infamium, palam est*.

Faciunt jura cumulata a *Glos. in l. hodie*, verbo, *vel ordinarie*, *ff. de pœn. & in l. quid ergo*, §. *pœna gravior*, verbo *oneraffet*, *ff. de his, qui notantur infamia*, innuit *lex regia* 8. *part.* 7. *tit.* 31.

Testantur Doctores relati a P. Sanchez *lib.* 6. *consil. moral. cap.* 1. *dub.* 21. *num.* 10. a Domino Cardin. de Lugo *de just. & jur. disp.* 37. *sect.* 8. *num.* 90. & 91. & P. Meroll. *theolog. moral. tom.* 2. *cap.* 5. *dub.* 8. *n.* 137. & 140.

Et causa justa minuendi pœnam est quævis circum-
6 stantia, & qua delictum levius redditur, quia cum in pœnam propter delictum incurratur, si hoc decrescit, & illa decrescere debet, ut inquit Perea *lib.* 8. *ord. tit.* 16. *lib.* 9. relatus a dicto Patr. Sanchez *d. loc. n.* 11.

Hinc arbitrium in præsenti non erat Fisco impartiendum; nam licet furtum fuisset cum fractura ferreo instrumento, & cum violentia factum, tamen erat discassata domus, in que nullus habitabet, idcirco circumstantia non erat ita magni ponderis, sicut fuisset, si ibi habitatores existerent propter vulnina, quod contingere poterat, vel homicidium, magis ortque grevis est dicta circumstantia propter futurum malum, quod omni conatu est evitandum.

Ad comprobationem fuit dictum, quod in Germania teste Carpzovio *qu.* 79. *constit. carolin.* quæ pœnam suspendii imponit pro quolibet furto commisso cum
7 fractura, tunc locum habet, quando fractura est violenta, & seditiosa, ut puta manu armata facta, aut instrumento, quo fur resistentem occidere queat, ut *num.* 24. 25. *& seq.*, & in eo casu, quo seditio facile evenire potest.

Bonus quidem Judex semper malum, sive damnum pensitare, & gredos malitiæ, sive audaciæ numerare
8 tenetur: hinc illud *statera, & circino securior vivit homo*. Secundo, quod si pro enunciata summa ultimum sumeretur supplicium contra duos homines, potius scandalum esset, quam exemplum.

Insuper eodem tempore Joseph Cale juvenis ann. 22. de Neapoli subripuit Salerni ab Ecclesia vulgo dicta *de Barbuti*, patenam & calicem argenteum relicto pede. Captus, & confessus cum fuisset ad mortem condemnatus a Curia Straticotiali, appellavit ad hanc M. C. ubi compilato processu Fiscus institit pro confirmatione, & rem carere difficultate inquit, ex quo erat furtum sacrum de sacro, quod proprie sacrilegium dicitur; quinimo inter sacrilegia gravius, cum
9 consisteret in vasis inservientibus pro sacrificio, & quod alias M. C. sub die 30. Augusti 1636. decidit contra Dominicum della Sala inquisitum pro furto Patenæ modici valoris ab Ecclesia subreptæ, authorit. Cyrilli *in summ. crim. par.* 2. *rubr.* 22. *de publ. jud. decis. de sacril. lib.* 6. *cap.* 14. *nu.* 6. *& cap.* 30. *nu.* 19. Fortunc. *quæst.* 171. *num.* 42. & præsertim Aret. in §. *item, l. Jul. num.* 2. *de publ. jud.* & Paul. de Castr. *in l. si nondum n.* 3. *ff. de furt.* videre est penes Dom. Sanfel. *decis.* 243. *num.* 6.

Sed contra fuit dictum, quod in hoc Regno pro furto adest *cap. ad hoc de furtis*, quo imponitur mortis pœna, pro furto unciam excedente, ac insimul concur-
10 rente aliqua circumstantia aggravante, veluti sacrilegii, ut penes eundem D. Sanfel. *decis.* 35. & 39. & penes D. Præs. 315. Foll. *tral. de sacril.*

Item Constitutio *multa leges*, quæ proprie loquitur de sacrilegio, & capitalem pœnam imponit, ubi manifeste templa Dei destructa, vel fracta sint violenter, aut dona, aut vasa sacra nocte sublata sint.

Quod in presenti non erat locus enunciato capitulo, quia in genere non constabat de rei valore, qui poterat non excedere unciam, ut ex fidibus argentariorum.

Neque dictæ constitutioni, quia furtum absque ulla fractura, & non de nocte, ideoque M. C. recessit a pœna mortis alias practicata, & condemnavit eum ad remigandum vita durante præcedente fustigatione, Doctorum allegatorum authoritate minime refragante; etenim contra illos est documentum relictum ab Im-
11 peratore *in leg. respiciendum*, *ff. de pœnis*, ibi, *plane in levioribus causis proniores ad levitatem Judices esse debent, in gravioribus pœnis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi*: & circa valorem unciæ non lepide fuit adducta Paul. de Castro *doctr. in l. si duob. Cod. delegat. num.* 3. ubi dicit, si lex, vel statutum pro aliquo delicto imponit pœnam centum aureorum, debet intelligi de illis aureis,
12 qui currunt tempore delicti commissi, quia lex semper loquitur; & sic est perinde, ac si tunc fuisset illa lex lata, vel statutum factum; si autem loquitur lex vel statutum non in pœnia, sed in aliis dispositionibus, debet intelligi de aureis legalibus, & quod ad præsens uncia multum trascendit summam sex aureorum, sed quid si valeret minus, quale tempus inspici debet? alia ratione dicerem, quod tempus statuti, quia in infligendis pœnis semper ben[ig]nior interpretatio fieri debet.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. VI.

An Capitulum *Ad hoc tit. de Furtis* indistincte sit practicandum.

SUMMARIUM.

1 *Fures nocturni ducatorum centum in apotheca cum fractura janua facta manu fuerunt condemnati ad remigandum vita durante, & assignatur ratio.*

2 *Et fures ducatorum 11. cum fractura janua fracta ferreo instrumento ad eandem pœnam fuerunt condemnati.*

3 *Furans Patenam, & Calicem confessus fuit a Strati-*

co-

citiè Salerni ad mortem condemnatur, sed ad appellationem factam ad M. C. fuit condemnatus ad remigandum vitâ durante, & assignatur ratio.

1 MAssentius, & Andreas confessi de furto valoris ducatorum centum commisso in apotheca in hac Civitate, cum fractura januæ, manu facta fuerunt condemnati ad remigandum vita durante, præcedente fustigatione.

Et ratio quia fractura erat januæ non bene munitæ, non ferreo instrumento, sed manu peracta, quo casu negligentia Domini major est, quam malitia furis.

2 Similiter Lucianus, & Joseph confessi de furto bonorum valoris ducatorum undecim cum fractura januæ ferreo instrumento facta, fuerunt etiam condemnati ad remigandum vita durante, præcedente fustigatione.

3 Et Joseph surripuit Salerni a quadam Ecclesia Patenam, & Calicem argenteum relicto pede, & confessus fuit ad mortem condemnatus a Curia Straticotiali.

Et facta appellatione ad hanc M. C. Fiscus insterit pro confirmatione, quia erat commissum sacrilegium, furtum sacrum de sacro, in vasis servientibus pro sacrificio.

Et ratio quia in genere constabat de valore, qui poterat non excedere unciam, ut ea fidibus argentariorum.

Et quia furtum fuit factum absque ulla fractura, & non de nocte, ideo condemnavit eum ad remigandum vita durante, præcedente fustigatione.

RESOLUTIONIS SEPTIMÆ

ARGUMENTUM

An qui in gravi positus necessitate furatur, ab ordinaria pæna sit excusandus.

SUMMARIUM.

1 *Delictum in genere furti.*
2 *Furtum est rei alienæ contrectatio invito Domino lucrifaciendi gratiâ.*
Furtum a lucro, & damno regulatur ibid.
3 *Transactio licita in criminibus sanguinis pœnam ingerentibus, & pæna est diminutiva.*
Restitutio furti pænam tollit ibid.
4 *Nobilis, ut est in gravi necessitate positus, & cogitur laborare, ut vivat, vel alteri inservire: aut qui arte vivebat, modo cogitur mendicare, & statum mutare, an liceat propria authoritate aliena capere.*
5 *Constitutus in extrema necessitate valeat aliena capere.*
6 *Divites tenentur ex Dei præcepto, & lege justitiæ pauperibus subvenire.*
7 *Necessitas gravis facilitèr in extremam convertitur.*
8 *Gravis necessitas, quæ sit.*
9 *Furtum gravius punitur ex avaritia, quam ex inopia commissum.*
10 *Decisiones in crimine sacrilegii referuntur.*
11 *Sacrilegium de jure Canonico etiam est sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro.*
12 *Sacrilegii pæna de jure communi est arbitraria usque ad mortem.*
13 *Corona est imperii signum.*

IN vetusta Resinæ Oppido prope Neapolim quidam Aromatarius uxoratus, & quampluribus filiabus onustus, necessitate impellente, & die ingressus est in Ecclesiam Divi Augustini, & nocte ab Imagine Beatissimæ Virginis Mariæ de ejus capite argenteam subripuit coronam, aureum torquem, ac nonnullas argenteas votorum tabellas, & completo furto, a quadam fenestra Ecclesiæ per restem descendit.

In genere plene constitit de rerum existentia in die præcedenti furtum, & de deficentia, ac de valore ascendente ad summam ducatorum centum.

In specie prope restem fuerunt reperta frustra penulæ, qua induebatur Aromatarius, & in ejus domum facta diligentia fuit inventa penula lacerata, &
8 dicta frustra apparebant ejusdem, ideoque quamplures testes deposuerunt de judicio, Aromatarium furtum prædictum commisisse: Hac probatione fuit a Gubernatore carceratus, & tormento malæ conscientiæ omnes furatas res Ecclesiæ restituit; ac coram dicto Gubernatore Curia pro Tribunali sedente confessus fuit, qualiter uxoris honore, & filiarum gravatus, lucro Aromatariæ deficiente a necessitate coactus fuit enunciatas res furari, quod vero completo furto per restem descendit, penula sua manibus involuta, quæ dilacerata remansit.

Compilato processu in M. C. præcedente eum delegatione, jussu Proregis, contra eum Fiscus insteterit pro morte, adversus quam instantiam pro reo infrascripta considerata fuere.

Primum, quod furtum est rei alienæ contrectatio invito domino lucrifaciendi gratia, ut in §. *furtum*
2 *institutionibus, quæ ex delicto nascuntur*, & quod in præsenti, facta jam rerum restitutione, Aromatarius non erat in lucro, neque dominus, idest Ecclesia, in damno, ideoque quod pæna ordinaria furti locum minime obtinebat: nam ubi non est damnum, ibi non est culpa, & in consequentiam non est pæna.

Secundum, quia dictus Aromatarius a Reverendis Monachis obtinuerat remissionem, ideoque lenius cum eo tractandum; etenim in criminibus singularis pænam ingerentibus, transigere licet cum Parte, *l.*
3 *transig.* 18. *C. de transact.* & effectus transactionis est, ut is redimat sanguinem suum, *l.* 1. *ff. de bon. eorum, qui ante sententiam*: hinc Parte concordata, & remittente, non potest negari, quod reus aliquo modo videtur exoneratus, & consequenter demissus, tunc cum eo est agendum ex *cap. si quis* 3. *de furtis*, ibi: *Et si reddiderit, non cogatur jejunare.*

Tertium, quia dicta bona subripuit propter gravem necessitatem, cum ex Aromatario divite effectus esset pauper, & propter grave filiorum onus quasi eleemosynas petere cogebatur, & erat in Periculo honorem amittendi. Hinc qui est in gravi necessitate,
4 & cogitur mutare statum, ut quia nobilis cogitur laborare, ut vivat, vel alteri inservire, aut qui arte vivebat, modo cogitur instrumenta vendere, & mendicare, valet propria authoritate aliena capere.

Quod probatur primo, nam in extrema necessitate constitutis, & aliena capere, cum isto casu omnes res fiant communes, ratione, & lumine naturæ ita
5 docente, & dominiorum divisio jure gentium introducta nihil operatur, Pater Facundez *in præcept. decalog. cap.* 17. *num.* 19. D. Card. de Lugo *sess.* 7. *disp.* 17. *num.* 138. *in fin.* & communiter Doctores non obstante, quod propter culturam, inventionem, vel facturam, jure res a Possessore detinentur; nam author naturæ omnia creavit pro hominis conservatione, idcirco attento hoc primario fine, homo, qui rem accepit, & propter culturam, vel facturam detinet, veluti donec alius ea non indigeat, ut bene D. Card. *d. loco n.* 144. *verb. ad tertium.*

Secundo, quoniam divites in supradicto casu te-
6 nentur Dei præcepto pauperibus subvenire, ut in Deuteronom. *cap.* 16. ibi: *Ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra.* In Evang. Matth. *cap.* 25. *Exurisi enim, & dedistis mihi manducare, sitivi, & dedistis mihi bibere, hospes eram, & collegistis me, nudus eram, & operuistis me.* In Evangel. ibi: *Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima, & mente tua, hoc est maximum, & primum mandatum, secundum autem huic est simile, diliges proximum tuum, sicut te ipsum, in his duo-*

bus

bus mandatis lex pendet universa; quod præceptum est repetitum in *Evang. Lucæ cap.* 10. Hinc sicuti divites ipsis, eorumque famulis consulunt, ita egenis, & pauperibus consulere tenentur. Hinc meritò D. Cardin. Gaetan. 2. 2. *qu.* 118. *art.* 3. Aragon. *ibi q.* 32. *art.* 5. Sarmient. *de reddit.* 3. *part. cap.* 4. aliique relati a Rev. Thom. Sanchez *lib.* 1. *consilior. moral. cap.* 5. *dub.* 5. *num.* 59. & nuper a Reverendiss. meo germano Episcopo Policastrense *tract. de vera residentia cap.* 4. *sess.* 4. *num.* 1. *& seq.* docent, quod divites tenentur lege justitiæ pauperibus subvenire, & consequenter valent isti bona aliena capere; nam posito debito ex una parte jus, ex altera positum censetur.

Et quia gravis necessitas faciliter convertitur in extremam, imò illa est gradus ultimus ad extremam, sicuti pauper in extrema potest alienum accipere, & acceptio non habet malitiam furti, ità in gravi ne-
7 cessitate, cum in utraque penè eadem procedat ratio, sicuti tenent Navar. *lib.* 3. *de restitut. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 367. Sà *verb. furtum*, P. Lessius. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 12. *num.* 71. aliique cumulati a P. Dian. *part.* 1. *tract.* 13. *&* 3. *miscell. resol.* 39.

Gravis autem necessitas, juxtà placitum Navarri
8 *d. lib. num.* 258. verificatur, quando nisi indigenti subveniatur, incidet in infamiam, vel cadet à statu, vel magnum incurret malum, &, juxtà Sotum *de just. & jur. lib.* 5. *q.* 3. *art.* 4. est, quæ hominem constituit in periculo amittendi honorem, & secundum Cordubam *lib.* 1. *qu.* 16. est, quæ constituit hominem in vilem, & abjectam vitam.

Et huic accedit, quod inquit P. Molfes. *in summa tract.* 11. *cap.* 21. *num.* 61. quod graviùs punitur furtum commissum ex avaritia, quàm commissum ex
9 inopia *cap. fraternitas duodecimo*, *q.* 2. quia propter inopiam excusatur aliquo modo a furto, quod confirmatur *Proverb. cap.* 6. *vers.* 30. ibi: *Nam grandis est culpa, cum quis furatus fuerit*.

Quartò, instantiam non militare ex authoritate rerum judicatarum, etiam teste Nicolao Boerio *decis.* 204. per Senatum Burdegalensem duo juvenes, qui in majori hebdomada Calicem, & Patenam sacram ab altare subripuerant, postquam in Ecclesia, & co-
10 ram populo veniam exoraverunt a Deo, tantùm fustigati, & ad perpetuum exilium condemnati fuerunt per Senatum Mediolanensem, teste Præf. Julio Claro quoque habetur, ut §. *sacrilegium n.* 3. quemdam furem pro Calice è templo subtracto, ad remigandum tantùm per quinquennium fuisse condemnatum, & alios duos pro candelabro argenteo fustigatos fuisse, atque relegatos. Et in Germania referente Benedict. Carpzovio *qu.* 88. *num.* 17. sacrilegi citra mortem, Judicis arbitrio puniuntur, excepto pixidis furto, in qua Corpus Domini conservetur. Pro fisco verò, quæ sequuntur, fuerunt replicata.

Primum, quod hoc furtum non erat simplex sed cum sacrilegii qualitate, & verè sacrilegium secundum jus Canonicum, *cap. si quis contumax §. sacrilegium*, *& cap. quisquis* 17. *q.* 4. ubi similitèr sacri-
11 legium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, sivè sacrum de non sacro; quod de jure communi pro sacrilegio mortis pœna fuit practicata, ut in *l. sacrilegii pœnam* 2. *ff. ad l. Juliam peculatus*, ubi Ulpianus inquit: *Pro qualitate personæ pro rei conditione, temporis, ætatis, & sexus, vel severiùs, vel clementiùs statuere, & scio multos etiam ad bestias damnasse sacrilegos, nonnullos etiam vivos exussisse, alios verò in furca suspendisse, &c.*
12 Quæ pœna mortis contrà furem nunc erat servanda, propter grandem ipsius temeritatem, cum non solum auream torquem Virginis ornamentum abstulerit, verum etiam argenteas tabellas, quæ in testimonium divinæ munificentiæ erant ibi positæ, & in Deiparæ honorem pro gratiarum actione; enim verò nostræ
13 fidei testimonia erant manifesta, necnon corona, quæ est imperii signum, ut Ester *cap.* 2. ibi: *Et posuit diadema Regni in capite ejus, fecitque eam regnare in loco Vasti*, quo signo fur iste imaginem uti Angelorum Reginam adorare debebat.

Secundum hanc pœnam fore infligendam, stante
14 *cap. Regni*, *Ad hoc*, *tit. de furt.* quo mortis pœna fuit imposita pro furto unciam excedente; quod licèt sit rigorosum, nihilominus practicatur in Regno in furto commisso cum circumstantia, & qualitate aggravante, veluti sacrilegii, teste Dom. Præsid. *dec.* 316. *num.* 7. ibi: *Nihilominus pœna capituli prædicti, non semper punivimus sacrilegos furantes ultra unciam ne meliores conditionis sint, quam non sacrilegi*; Foller. *tit. de furt.* & Muscatell. *in prax. fol.* 474. item fuis ponderatum, quod sicut dictum *cap. ad hoc* quoque practicatur in furto unciam excedente in via publica quæ est sub Regia protectione, & ob illud Regi fit injuria, D. Merlin. *contr.* 17. simili, & majori ratione pro hoc furto rerum ab Ecclesia sub Deiparæ protectione manente.

Tertium, stante *Constitutione Regni* incipiente, *Multa leges*, qua ordinaria pœna pro sacrilegio in duobus casibus est indicta: primò si manifestè templa Dei destructa, vel fracta sint violenter: secundò, si dona, & vasa sacra nocte sublata sint, ut videre est in dicta *Constitutione*, quæ in aliis casibus pœnam arbitrio Judicis remittit; in enunciatis verò arbitrium tollit, & declarat crimen esse capitale.

Quartò, quia ita pro furem rei non sacræ de lo-
15 co sacro unciam excedente dicta pœna quoque fuit practicata in nostra M. C. ut penès D. Sanfel. *decis.* 35. *&* 243.

Primò, & ultimo argumento jam apparat satisfactum, quia in hoc Regno contrariæ adsunt decisiones tàm M. C. delegatæ, quam S. R. C.

Secundum, & tertium argumentum neque obstant, quoniam restitutio fuit facta non sua virtute, sed sequuta carceratione ob timorem pœnæ, & dictum, quod si aliquid operaretur, certè faciliùs homines manus ad alienas res extenderent; nam ità dicerent: Furemur libenter, nàm non detecti alienis fruemur bonis, detecti verò restitutione, aut partia remissione capitalem pœnam evademus; quod est evitandum, ut publica conservetur tranquillitas, quod in furto manifesto, quo casu res domino redditur, pœna lege non reperitur diminuta, imò aucta, ideòque de ea non est habenda ratio.

Neque quartum, nam quamvis in extrema necessitate constitutus aliena capere possit; cùm omnes res inferiores Divina Providentia ordinatæ sint ad ho-
16 minum necessitatem, & Jus Gentium non possit Jus Divinum, & naturale evertere; tamen hæc propositio non debet ita indistinctè intelligi; etenim *Divus Thomas* 2. 2. *qu.* 66. *art.* 3. *in res.* fatetur, quod tunc licitè potest aliquis ex rebus alienis suæ necessitati subvenire, sive manifestè, sive occultè sublatis, nec hoc propriè habet rationem furti, vel rapinæ, quando imminet personæ periculum, & aliter subveniri non potest. Cæterum, quod committitur arbitrio uniuscujusque dispensatio propriarum rerum, ut ex eis subveniant necessitatem patientibus, quia multi sunt hanc necessitatem patientes, & nihilominus non potest ex eadem re omnibus subveniri; non est ergò concedendum, ut extra casum extremæ necessitatis res alienas occultè quis possit accipere, ut quoque D. Card. Gaet. *d. loc. in comment.*

Pater Lessius *de just. & jur. dicto cap. num.* 66. propositionem quoque limitat, concurrente scandalo; nam eo casu, eum, qui in necessitate versatur, non
17 posse aliena usurpare, ut inquit, nisi ante petierit, explicata sua miseria, & nisi certus sit sibi nihil obventurum.

Dom. Card. de Lugo *de just & jur. tit. de necessitate excusante à furto disp.* 27. *sess.* 7. *num.* 104. tenet,
18 quod omninò tenetur petere; nam ut argumentatur, tunc posset absque mortali peccato rem non petitam accipere, quando tunc jam tenebatur, nisi quando alii non dabant, & ille peribat.

Quod comprobatur ex *cap. Et si quis* 3. *de furt.* ubi habetur, eum, qui ob necessitatem famis, aut nu-
19 ditatis furatus fuerit cibaria, vestem, aut pecus jejunare teneri per hebdomadas tres, & si reddiderit non cogatur jejunare, quod capitulum certè non loquitur de constituto in extrema necessitate, sed in ea non ità gravi, ut per Glos. & Divum Thomam *loco quo supra*, vel de eo, quæ indebito modo suæ necessitati consuluit, nempè subripiendo clanculum,

cum facile potuisset obtinere, si suam necessitatem aperuisset, juxta Lessium *loco quo supra*, vel de eo, qui extra summam egestatem, alienum accipit ad 20 suam necessitatem sublevandam juxta Glos. & Azzorium *part. 2. Institut. moral. lib. 12. cap. 8. q. 8.*

Et doctrina comprobatur ratione, nam si hæc facultas daretur egenis, daretur quippe locus furtis, & rapinis, & totus mundus esset in confusione, quoniam unusquisque amore proprio facile putaret se gravem pati necessitatem, & propensione ad alienum Divites superflua habere, & hinc divites evaderent pauperes.

Debebat igitur Aromatarius iste, fidelibus suam necessitatem exponere, Angelorum Reginam deprecari, & Divinæ providentiæ confidere, etenim scriptum est in Evangelio Matthæi *cap. 6. Ideo dico vobis, ut* 1 *solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini, nonne anima plus est, quam esca, & corpus plusquam vestimentum? Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cælestis pascit illa, nonne vos magis pluris estis illis?* 1 *quis autem vestrum cogitans, potest adjicere ad staturam suam cubitum unum, & in vestimento quid solliciti estis, considerate lilia agri, quomodo crescunt, &c.* propterea me patrocinante (licet cum dolore) per M. C. V. fuit ad mortem condemnatus, sed ab Excell. Domino D. Gaspare de Haro Prorege non minus justo, quam pio, optimo Principe, & numqam satis laudato a laqueo fuit liberatus, & ad Regias triremes missus.

Non enim dulcis, & pia, Mater Virgo Maria permisit, ut gladius hic tot animas aliarum insontes pertransiret, licet enim ea sit speculum justitiæ, est quoque Mater Misericordiæ, quam mihi maximo peccatori ab Altissimo impetret.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. VII.

An positus in necessitate ab ordinaria pœna sit excusandus.

SUMMARIUM.

1 *Aromatarius subripuit Coronam auream, torquem, & argenteas votorum tabellas ab Ecclesia Divi Augustini, & e quadam fenestra descendes per restem, fuit condemnatus ad mortem, sed a Prorege fuit missus ad triremes, & assignatur ratio.*

1 Quidam Aromatarius subripuit ab Imagine Beat. Virg. Argenteam Coronam, aureum torquem, & argenteas tabellas votorum.

Delictum in genere constabat de existentia rerum præcedenti die furti, *&* inde de deficientia, & de valore ducatorum centum.

Delictum in specie fuit reperta frustra penulæ, qua induebatur Aromatarius, & facta diligentia in ejus domo, fuit inventa penula lacerata, fuit carceratus, & restituit omnes res Ecclesiæ, & confessus fuit a necessitate coactum se dictum furtum commisisse.

Et per M. C. fuit ad mortem condemnatus, sed ab Excellentissimo Domino D. Gaspare de Haro Prorege ad Regias triremes fuit missus.

RESOLUTIONIS OCTAVÆ

ARGUMENTUM

An, & in quibus casibus M. C. & Regiæ Audientiæ valeant interrogare reos in hoc Regno cum verberibus.

SUMMARIUM.

1 *Confessiones oportet esse spontaneas.*
2 *Confessiones aliqua territione, vel paucis verberibus habentur uti spontaneæ.*
3 *Casus quo M. C. interrogavit latrones cum verberibus refertur ad exemplum.*
4 *Casus admirationis, & æternæ recordationis recensetur.*
5 *Indicia fallacia sunt, & 6.*
7 *Delictum in genere in homicidio, & in eo casu, quo prætenditur cadaver esse in mare, vel flumine projectum, sive combustum non suppletur confessione, sed cum ea nonnulla concurrere debent, & præsertim longa deficientia prætensi occisi a Patria,* num. 8 & 12.
9 *Dictum minoris in delicto atroci, & probationis difficillimæ juncto adminiculo ad torturam sufficit.*
10 *Testes inhabiles, si sunt plures, quam tres, plene probant juxta dictum* Farinac. *quem vide.*
11 *Melius est errare in dilationibus, quam in sententiis & nulla de vita hominis cunctatio longa est,* ibidem.
13 *Mos interrogandi reos cum verberibus non est indistincte practicandus, quia periculosus.*

Die 24. Aprilis 1685. in via publica non multum longe ab hac Civitate, a tribus latronibus armatis fuerunt nonnulli viatores Castri Fractæ Majoris, non solum vestibus, sed etiam subuculis spoliati: nocte vero vigesima octava a Taberna, quæ dicitur Pontis Carbonariæ, nonnullis bona fuerunt furto subtracta cum januæ incendio, & eodem tempore, furandi causa, sclopi ictus in personam alterius viatoris fuit emissus, ut plene constitit in genere, tam de primo enunciato furto, quam de secundo in taberna commisso, valorem unciæ satis excedentibus, ac de ictu sclopi, licet absque vulnere.

Die 30. pro dictis excessibus fuerunt carceribus mancipati Laurentius Funicellus, & Ferdinandus Caprius juvenes levis vitæ, utpote vagabundi, concubinarii, atque lusores, & tamquam de enarratis graviter indiciati a Judicibus M. C. fuerunt verberibus interrogati, & confessi, receptis confessionibus in Aula M. C. uti spontaneis; Compilato processu intra paucas horas, cum M. C. procederet uti delegata, vigore rescripti S. E. fuerunt ad mortem condemnati, & ante illius executionem ad tormentum, tamquam cadavera positi, in eo enim alia duo homicidia M. C. ignota, ab iis patrata, ediderunt.

In præfata causa a Magnif. Pauperum Patrono fuit allegatum, prædictas confessiones non fuisse spontaneas, sed verberibus extortas, & licet præcedentibus 1 indiciis, non rite, sed illegitime, quia non datis prius defensionibus, neque deinde ratificatas, ideoque ad ordinariam pœnam esse inefficaces.

Sed ab Advocato Fiscali, primo fuit responsum, quod confessio licet oporteat esse non fraude, aut violentia a Judice procurata, sed spontanea, ut testantur Doctores cumulati a Guazz. *defens.* 20. *cap.* 24. *num.* 1. a Sanchez. *lib. 6. cap. 3. dub.* 13. *num.* 2. & a P. Lessio *de just. & jur. cap.* 29. *num.* 173. & 174. nihilominus spontanea quoque reputatur, si aliqua territione, aut paucis verberibus sit extorta, ex doctrina Bald. *in l. observare*, C. *Quor. appell. non re-* 2 *cip. esse*, Paris de Puteo *de syndic. in verbo de judiciis fol.* 268. Cancerii *in prax. crim. in tex. formidine tormentorum num.* 10. Gram. *decis.* 34. *num.* 56. & 57. ac aliorum, qui aiunt, quod leviter tortus, non dicitur tortus, sicuti levis febricula non dicitur febris, & consequenter confessio hoc modo extorta dicitur spontanea; quæ doctrina approbatur a Fallerio *in* 3. *p.* in verbo, *& si confitebuntur* in homine robusto, quæ sane doctrina in hoc Regno, ubi atrocia, & frequentia committuntur crimina pro bono regimine,

tam

tàm in Regiis Audientiis, quàm in M.C. practicatum, nempè contra latrones publicarum viarum, & contrà committentes homicidia causa furti, vel aliorum mandato, & maximè mediante pecunia, ac contra alios criminum labefactatos, etiam si contra eos gravia non præcedant indicia, juxtà doctrinam Farinac. *quæst.* 37. *num.* 105. *&* *quæst.* 38. *num.* 44. *&* 45. ubi leviter indicatum leviter torqueri posse affirmat, quod planè procedit in criminibus atrocioribus, quæ cum scandalo committuntur.

Secundò, quod prædicti erant graviter indiciati, idcircò ex processu informativo poterant acriter tor-
3 queri juxtà nostri Regni Capitula, & præsertim *si cum
sceleratis*, & quamquam confessiones post viginti quatuor horas non fuerint ratificatæ, juxtà praxim communiter receptam, & fundatam in Glos. *in l.* a. in verb. *aliquid*, C. *quorum appellat. non recipiantur*, *& in l. servos*, C. *ad l. Juliam de vi publica*, Glossa *in l.* a. C. *de custodia reorum* in verb *constituerit*; Tamen dupliciter fuit responsum; Primò, quod dicta ratihabitio non erat necessaria, quia grave tormentum passi non fuere, sed leviter verberati: Secundò, quia ratihabitio circa tempus remittitur Judicis arbitrio, attenta delicti gravitate, Rei conditione, ac tormenti qualitate, vel sit post viginti quatuor horas, vel die sequenti, vel post horas, sicuti confessiones prædictorum, postquam in scriptis redactæ fuerunt coram tota M. C. iterum ratificatæ, & tandem, quod M.C. non contra jus egerat, & si præter jus, tamen quod in præcitatis delictis à regulis juris recedere poterat, propterea me patrocinante fuerunt in foro magno morti traditi.

Hic etiam casum à proposito non alienum, & memoriæ dignum non prætermitto. Die 24. Augusti 1687. oriente Sole dum Januarius, & Antonius Scotellarus, Nicolaus Vitellius, Antonius Bologninus piscatores de Burgo Plagiæ, cum eorum parva cymba piscium capturæ incumberent contra Prochytæ In-
4 sulam, ab armato Turcarum phaselo fuerunt aggressi,
& mancipati, excepto Antonio, qui se projecit in mare, & in natando cum auxilio aliorum piscatorum, qui non multum distabant in alia cymba, vitam, & libertatem in tuto posuit: eodem tempore accidit, quod Jo: Baptista Cocoglino è Corsica cum phaselo cujus erat Gubernator, & adversus Turcas cursabat, in Nisidis portum venit, & cum ibi adessent, prædictus Antonius, ac prædicti alii piscatores, eum judicaverunt, quod prædictus Joannes Baptista die 24.
5 piscatores socios cœperat, eo inducti, quia phaselus
erat similis Turcarum phaselo, & quia Jo: Baptista mala fama laborabat, quod esset Plagiarius, & hac de causa, nonnulli nautæ socii cum essent in Civitate Veteri, præ timore dereliquerant eum.

Certioratus de hoc Dominus Prorex, ut justitiæ, & populo Plaggiæ vindictam clamanti, satisfaceret, capta informatione de mala vita prædicti Jo: Bapt. de fuga sociorum in Civitate Veteri, ac examinatis piscatoribus circa recognitionem phaseli misit milites hispanos ad illum capiendum.

Prædictus, & Nautæ phaseli cum quindecim capti: Interrogati de exercitio, de itinere, de adventu, de adventus causa, de fuga sociorum in Civitate Veteri,
6 quia non uniformes, & concordes responderant, sed
in magna variatione erant, temerarium judicium a prædicto Antonio, & piscatoribus factum, comprobaverunt; Indeque a M. C. super captura prædictorum captivorum interrogati cum minis, & territione, priùs eorum aliqui minores testati fuerunt Jo: Baptistam, & majores socios die 24. Piscatores cœpisse, ut ii inservirent phaselo adversus Turcas, sed quia renuebant, & in hoc valdè reluctabant, atque vociferabant, quod Jo: Baptista, ac alii majores, inter quos aderant duo Neapolitani, nè culpa notarentur, eos necaverant, cadavera in mare projiciendo, & hinc reperto sanguine in macheris nautarum, & hinc carbaso phaseli, de quo indicio testati fuerunt plures testes, affirmantes sanguinem esse humanum: Ob id aucta suspicione majores cum verberibus fuerunt interrogati, ii factum quoque agnoverunt, licèt unusquisque seipsum exonerans socios inculpasset.

Compilato processu, in quo planè constitit prædi-
ctos esse piscatores solitos ire Prochytam, & solitos
7 Neapolim redire intra triduum, aut quatriduum, &
quod à die 19. Aug. pro tempore discesserant Neap. non redierant, quod à phaselo armato fuerant aggressi, & de fama, quod fuerant occisi, & in mare projecti.

Fiscus pluries institit pro expeditione causæ, & circa delictum in genere, ajebat, quod in casu, quo cadaver est in mare, vel in flumine projectum, sivè combustum, licèt delictum sit facti permanentis, ob difficultatem probationis, ponderatæ circumstantiæ constituunt delictum in genere, nempè discessus causa, deficientia, & fama, prout notant Angel. *in l.*
8 *certum*, *ff. de confess.* Bald. *ad Speculat. tit. de sen-
tent. in fin. & tit. de conf.* Marf. *in l.* 1. *de quæst.* Blanc. *in. l. fin. eod. tit. num.* 17. *&* 18. Guazz. *ad defens. defens.* 4. *cap.* 4. Carpzov. *in prax. p.* 1. *q.* 16. *num.* 19. Et ponderabat, quod prædicti non erant vagabundi, & deficiebant à quadraginta diebus, & cum confessionibus concurrebat adminiculum sanguinis; consideratum in proposito a Cassanæo in *consuetud. Burgund. rubr.* 1. §. 5. *num.* 40. & adminiculum malæ famæ enunciati Jo: Baptistæ, qui reputabatur plagiarius, adminiculum quoque consideratum in proposito à Farinac. *q.* 10. *nu.* 11. & in specie, quod aderat convictio, etenim factum continebat maximam atrocitatem, videlicet tria homicidia, & sine causa, & maximam probationum difficultatem, quia patratum in mare, & alii testes inveniri non poterant, nec actu, nec habitu: quod in præsenti aderant depositiones septem testium, qui licèt minores convincebant juxtà notata à Farinac. *q.* 38. *num* 26. referente dictum minoris in facto domestico, quando id aliundè non habetur ad torturam sufficere, & licèt *nu.* 52.
9 doctrinam limitet, si cum dicto impuberis concurrat
adminiculum, illud considerabatur in præsenti.

Item in præsenti aderant depositiones novem majorum, licèt sociorum, illæ erant ratificatæ in tortura, & quod octo convincebant unum, & quod attenta doctrina Caballi *cas.* 84. *& de omni genere homicidii num.* 539. quibus in locis habetur dictum socii criminis facere indicium ad torturam, etiam nullo concurrente adminiculo, ac doctrina Farinac. *quæst.* 26.
10 *num.* 325. ubi affirmat, quod testes inhabiles plenè
probant, si sunt plures, quàm tres.

Nihilominùs proposita causa à solertissimo viro Judice D. Consalvo Macchado visum fuit M. C. esse pro securitate majus tempus expectandum, juxtà illud, quod meliùs est errare in dilationibus, quam in sententiis, & quod nulla de hominis morte cunctatio lon-
11 ga est: Inter has moras, Dom. Franciscus Filama-
rinus Eques christiana pietate præditus literas recepit à Rev. D. Francisco Gatto, qui commoratur Tunetum pro redemptione captivorum, continentes enunciatos nautas esse vivos, & Captivos sub dominio Ali Corsici renegati, & uxores exhibuerunt alias literas prædictorum virorum ab eodem manuscriptas, item alias publicas attestationes Reverendorum Patrum Cappucinorum ibi degentium itidem pro Redemptione Captivorum, quibus omnibus literis, & attestationibus verificatis, sine ulla hæsitatione ingenti gaudio fuerunt liberati, ac dictum, *stante comperta veritate N. & N. excarcerentur*.

In hoc casu admirationis, & æternæ recordationis, duo, amice lector, memoriæ mandes, velim primum,
12 quod circumstantia temporis, quæ in similibus, est
de substantia delicti in genere, esse debet longi temporis, prout notavi in *prax. crim.* 1. *decr.*

Secundum, quod mos, qui est in Regiis Audientiis, & M. C. interrogandi reos cum verberibus, non est
13 indistinctè practicandus, sed cum grano salis, v3.
contrà Homines malæ vitæ, & præcedente certo indicio de crimine, non vago, & perfunctorio. Est igitur cum prudentia exercendus, quia periculosus; etenim reus in tormento ordinario scit tormenti metam, in hoc autem extraordinario nescit, & timet Judicis iram; Ideoque ab eo abstinere saoctum est.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. VIII.

An interrogari possint Rei cum verberibus.

SUMMARIUM.

1 *Mos interrogandi Reos cum verberibus periculosum, & quomodo practicandus.*
2 *Delictum in genere quando cadaver est in mare, aut in flumine, vel est combustum, quomodo est probandum.*
3 *In casu dubio potius est dilatandum, & melius expectandum tempus in sententiis.*

1 Concluditur hic quod mos interrogandi reos cum verberibus est periculosus, & non est indistincte practicandus, sed cum grano salis.

Contra homines malæ vitæ, & præcedente indicio certo de crimine, ideoque ab eo abstinere sanctius est *num.* 13.

2 Delictum in genere, quando cadaver est in mare, vel in flumine, vel est combustum, ob difficultatem probationis sufficit, quod probetur discessus causa, deficientia, & fama *num.* 9.

In casu dubio pro securitate majus tempus expectandum est, nam melius est errare in dilationibus, quam in sententiis.

RESOLUTIONIS NONÆ

ARGUMENTUM

An Constitutio Regni, *Minorum jura*, sit juri communi conformis, an vero nova Constitutio an minor de jure communi, major vero de jure Regni indistincte pœna ordinaria sit puniendus? An senex a pœna ordinaria sit excusandus? An *Pragmatica* 3. *de furtis* omnino contra nominatum *vitæ levitatem* requirat? An nominationes sociorum, ut afficiant nominatum juxta *Pragmaticam* 3. requiratur, ut sint habitæ in ordinaria tortura? An vero satis sit, ut sint spontaneæ, in tortura tamen ratificatæ.

SUMMARIUM.

1 *Excellentissimus Dominus D.Gaspar de Haro Prorex laudatur.*
2 *Justitia multorum furum num.* 18. *&* 19.
3 *Pœna ultimi supplicii contra fures non est delicto conformis, neque de jure communi inducta.*
4 *Modus supplicii cum temperamento misericordiæ est imponendus.*
5 *Senex mitius est puniendus &* 6.
7 *Major de jure communi est annorum* 25. *completorum, & refutatur Glos. in Constitutione Regni,* minorum jura, *quæ contrarium affirmat &* 8.
9 *Filius si patrem a manu Captivorum neglexerit redimere, & est annorum* 18. *privatur hæreditate, sive alius conjunctus.*
10 *Pubertas favore alimentorum est annorum* 18.
11 *Malitia in Regno supplet ætatem, & in ea fundatur Constitutio.*
12 Pragmatica 3. de furtis *regulatur a Capitulo Regni* Frequens, & inessrenata *Lex nova declaratur per legem veterem*, ibidem.
13 *Capitulum Regni* Frequens, & ineffrenata *circa nominationes sociorum habitas in tortura, loquitur de ordinaria tortura, de veritate* ibidem. *Dictum Baldi* cons. 95. *circa nominationem socii* ibidem.
14 *Confessio socii criminis est valde de jure suspecta, & periculosa.*
15 Prag. 3. de furtis a cap. Constitutionem Divæ Memoriæ *est regulanda, & late interpretatur &* 16.
17 Decisio Domini Præsidentis 570. *ponderatur*.
18 *Judex devenire potest ad mortis pœnam pro tribus furtis, si unumquodque Triremis pœna est dignum.*
19 *Justitia Ill. Comitis de Olivares.*
20 *Senex mitius punitur, si viribus, & intellectus est diminutus, Doctrina* Alberici de Rosate *circa senem refertur*, ibidem.
21 *Nominationes sociorum juxta* Regiam Pragmaticam 3. de furtis, *satis est, ut sint in tortura ratificatæ, & de ratione.*
22 *Maleficus non regnabit super terram.*

Exterminatis è Regno exulibus, quinimo eorum nomine deleto, & a Civitate Secularia, sollicitudine Excell. Domini D.Gasparis de Haro Proregis gloriosæ, & immortalis memoriæ, in hoc anno 1687.
1 in hac eadem Civitate post multa maleficorum supplicia, insurrexeruot alii fures, qui licet sine admiratione, attenta civium multitudine, ac advenarum; Non sine tamen perturbatione M.C. de nocte fractis januis apothecarum, ac domorum bona magni valoris subripuerunt, sicut a Templo Divæ Mariæ Sanitatis; ac ab Ecclesia Animarum Purgatorii, fractis ostiis, terebra, lampades argenteas contrectarunt, sed tandem fato perierunt.

Etenim cum pro levi causa Thomas Brescia auriga Protofur reperiretur in M. C. carceratus, timore pejora subeundi, ob malam ejus conscientiam, petiit impunitatem, promittens furta, sociosque detegere, & hac spe impunitatis a Prorege promissa, plurima confessus fuit furta, & in socios nominavit Augustinum Peluso, Antonium Carrozza Aurigam, Hora-
2 tium Parentem annorum 64., Franciscum de Notare, Laurentium de Simone, Franciscum Russo, Petrum Siccoja, Dominum Antonium de Vivo, Nicolaum Covene juvenem annorum 18. Paulum Garba, & Nicolaum Barone, qui eodem tempore, diligentia Domini Consiliarii de Lodesma, mancipati fuerunt, præter Nicolaum Barone, & in M.C. pro Tribunali sedente interrogati, nonnulla furta, valde unciam excedentia, & cum fractura commissa, agnoverunt, imo duo primi, quod furtum lampadum Sanctæ Mariæ Sanitatis admisissent, item & secundus in ordine confessus fuit, quod solus enunciatum sacrilegium in Ecclesia Purgatorii commisit, nonus vero in ordine tantum duo furta confessus fuit, unum tempore quo erat minor annorum decem, & septem, accepto Paulo Garsia, qui fuit negativus, verum contra eum aderant tres depositiones sociorum in tortura ratificatæ, & in ejus faciem juratæ, duæ duabus furtis, alia pro alio furto magnæ quantitatis, & cum fractura patratis.

Compilato processu Fiscus contra omnes institit pro morte, contra novem tamquam confessos, & contra decimum, nempe Paulum Garsia, tamquam convictum de pluribus furtis juxta *Reg. Pragm.* 3. *de fure*.

Adversus quam instantiam infrascripta considerata fuere, primum quod dicta sententia diceretur valde
3 severa, quia dicta pœna pro furto non est conformis, neque a jure communi inducta, sed practicatur ob publicam tranquillitatem, ut notat Farinac. post moltos *quæst.* 167. *nu.* 49. & sic propter exemplum, quod in pœnis infligendis est fructus, quo Respublica gaudet, & ob id satis erat practicanda contra enunciatos sacrilegos, ac magis labefactatos, alii vero, sanctius foret, ut transmitterentur ad regias Triremes, quibus, & Regi, & Reipublicæ inservirent, & si diù viverent, male quidem viverent, & ita condignam paterentur pœnam, & sententia foret utique Deo, & homini-

minibus grata, juxta notata a Valer. Maxim. *lib. 6.*
cap. 5. ibi, *debitum supplicii modum legi dedit, aequi-*
tatis admirabili temperamento, se inter misericor-
dem patrem, & justum legislatorem impartitum,
4 & juxta *tex. in cap. omnis 45. Distinct.* ibi, *ut justo*
libramine quaedam per aequitatem corrigat, quae-
dam vero per miserationem indulgeat; contra vero,
ut Fiscus instabat, spectaculum foret, populo tri-
stitiam afferens, cum natura inter nos quamdam co-
gnationem constituerit.

Et pro Horatio Parente, quod ei omnino erat mi-
noranda poena, quia senex juxta *tex. in l. 2. ff. de term.*
5 *moto*, ubi quod in imponenda poena, semper Judex
inspicere debet conditionem, & personae qualitatem,
ac aetatem, quia gravior poena imponi debet juniori,
quam seni, & Glos. *in l. fere in omnibus in verbo se-*
ne, ff. de regulis juris, ac post multos fatetur Novel-
lus *in tract. ad defensam part. 1. nu. 45.* ubi non solum
de septuagenario, sed etiam de sexagenario loquitur;
& quod in puncto aderet decisio Senatus Mediolani,
a quo senex in furtis inveteratus, tantummodo fusti-
gatus fuit, teste Claro *in pract. quaest. 60.* & licet
6 quamplures Doctores relati a Farinac. *quaest. 92. n. 35.*
fateantur, quod tunc senex mitius est puniendus,
quando propter aetatem est sensu, & intellectu dimi-
nutus, juxta *glos. in l. senectus, C. de donat.* tamen non
solum haec ratio a Judice inspicienda est ad favorem
senis, sed in hoc crimine alia, & potissima est, quia
senex viribus diminutus efficitur impotens ad labo-
randum; & consequenter ad panem lucrandum, quan-
do enim propter senectutem est intellectu diminutus,
utique ei est ignoscendum, ut inquit Summus Ponti-
fex in *cap. tanta. 86. distin.* ibi: *Sed quia simplicita-*
tem tuam cum senectute novimus.

Item pro Nicolao Covone dicebatur, quod contra
eum nullo modo instantia locum habebat, nam quam-
7 vis ille esset major de jure Regni juxta *Constit. Mino-*
rum jura, quia annorum 18. erat tamen minor de ju-
re communi, quo major est annorum vigintiquinque
completorum, ut in *l. maritus, §. l. Jul. in 2. ff. ad*
l. Jul. de adult. & toto tit. ff. de minorib. 25. ann.

Et quod aberraverat Glossator in d. *Constitutione*
putans, ut in litt. A. eam esse conformem juri com-
muni per *text. in auth. ut cum de appellat. cognosci-*
8 *tur, §. unum de praedictis vers. hanc autem poenam,*
collat. 8. Quoniam *text.* ibi non definit majorem aeta-
tem, sed in casu particulari loquitur, v3. Quando fi-
lius patrem a manu captivorum redimere neglexerit,
9 sive alius conjunctus, ut illius haereditate privetur,
si decimum octavum annum compleverit, & sic favo-
re redemptionis.

Nec moves *tex. in l. Mela, ff. de aliment. & cibar.*
legat. ubi si usque ad pubertatem alimenta relinquan-
tur, Hadrianus constituit illa deberi usque ad deci-
mum octavum annum: Quoniam hac lege non pro-
batur, quod major sit annorum decem & octo, cum
loquatur de pubertate, quae de jure ad dictam aetatem
extenditur: determinatio enim praedicta fuit pie-
10 tatis causa, ut Juris Consultus sequentibus verbis de-
claravit, veluti, *Generaliter pubertas, etsi non sic*
definiatur, tamen pietatis intuitus solo specie alimen-
torum, hoc tempus aetatis esse observandum, non est
inutile: Nec alia jura, quae ibi Glossator allegat, ad
rem faciunt, ut per legi, & ponderavi.

Quod nostra *Constitutio minorum jura*, quae vo-
luit minores in Regno, tam masculos, quam foemi-
11 nas intelligi eos, easque, qui vel quae non dum aeta-
tis suae decimum octavum annum excesserint, quo
completo in omnibus perfectae aetatis reputari, funda-
ta quidem est in *l. 3. C. si minor, majorem, &c. ubi*
malitia supplet aetatem, & sic aucta tempore homi-
num malitia, In hoc Regno congrua aetas fuit demi-
nuta, & major aetas annorum viginti quinque ad aeta-
tem decem, & octo abbreviata, quod in Nicolao Co-
vone non considerabatur in furando tanta malitia,
quoniam is non solus furatus est, sed in aliorum co-
mitiva, & ab illa inductus primum furtum commise-
rat in anno decimo septimo suae aetatis, & consequen-
ter commiseratione dignus.

Nec non pro Paulo Garsia considerabatur, quod
prag. 3. de furt. qua dispositum est, tres depositiones
sociorum, licet singulares, & de diversis actibus face-
re plenam probationem, regulatur a *cap. Regni in-*
cipiente Frequens, & ineffrenata, cum non sit no-
12 vum, quod una lex nova intelligatur per legem ve-
terem, tanto magis, quando una dependet ab altera,
& est alterius in eadem materia ampliativa, teste
D. Praesid. *decis.* 221. & quod praedictum *capitulum*
loquebatur de confessionibus in ordinaria tortura ha-
bitis, & non spontaneis, ut verba capituli indicant,
ibi, *& ut se habet consuetudo plectendi criminis, tor-*
mentis subdantur legitimis, si de se facinus confessi
fuerint, & ratione confirmatur, nam magis credi-
tur, socios veritatem dicere in dolore tormentorum,
13 Baldi *doctr. in cons. 95. nu. 7.* ibi, *dicunt Doctores,*
quod contra alium, magis statur confessioni factae in
tormentis, quam spontaneae: Et ita in proposito te-
net Scipio Theodorus *alleg. 97. nu. 6.* de jure etenim
communi confessio socii criminis est suspecta, & pe-
riculosa, cum possit esse, quod nominet inimicum, vel
potentem ob spem veniae, ut ex *tex. in l. fin. C. de ac-*
14 *cusat. & ex tex. in cap. 1. de confess. in 6.* Hinc Cri-
minalistae uno ore fatentur, confessiones sociorum
etiam mille plene non probare.

Quod contrarium non reperiebatur scriptum, nam
in *decis.* Grazatell. 78. *nu. 4.* haec verba leguntur, *quia*
erat convictus ex depositionibus quatuor sociorum, qui
in tortura confessi fuerunt, non legitur, & in tortura
ratificati in *decis.* D. Sanfal. 382. *nu. 7.* ibi, *Caeteri*
vero fuerint torti, & confessi in ordinaria tortura,
qui damnati extitere ad ultimum supplicium.

Amplius, quod praecitata Pragmatica erat quoque
regulanda ob necessariam consequentiam a *cap.* inci-
piente *Constitutionem Divae Memoriae*, quo fuit *capi-*
tulum Frequens reformatum, nimirum, ut illud tan-
tum procedat contra nominatum levis, & infamatae
vitae, & hinc falluntur qui ajunt, tunc non proce-
dere, quando depositiones sunt contra nominatum bo-
nae famae, & probatae vitae, cum positive voluerunt
capitulum malam nominati vitam exprimere, ita ut ei
sint dandae defensiones super dicta levitate, & infa-
matione, sicut clare *in cap. unam. 30.*

Insuper *in d. prag. 3. de furtis* non leguntur verba
15 illa (*de qualsivoglia stato, e condizione*), quae ex-
stant *in pragm. 1. de exulibus de persequendis malefa-*
ctoribus, & 6. de receptatoribus; quae non dubitatur,
quod a praefato *capitulo* quoque dependeat, cum il-
lud clare, & principaliter contra receptatores loqua-
tur; ideircoubi pragmaticae hoc requisitum infamatae
vitae voluerunt, per enunciata verba declaraverunt;
Et licet *in dicta prag. 3.* illa legantur verba (*contro*
tutti li nominati), & qui omne dicit, nihil exclu-
dit: tamen est advertendum, quod in rebus crimina-
libus semper mitior interpretatio facienda est, & hic,
ut illa verba intelligantur contra omnes, nimirum
cujusvis gradus infamatae tamen vitae, caeterum si vo-
luisset Pragmatica, declaravisset per illud verbum
16 (*condizione*) quod licet hominis statum, & fortu-
nam respectu temporum, & rerum denotat nobilem,
& ignobilem, divitem, vel inopem, &c. tamen hic
cum positum sit post alterum verbum, scilicet (*stato*)
ex communi usu loquendi, personae qualitatem respe-
ctu morum significat.

Et quamvis fuerit per S.C. condemnatus quidam
fur a quatuor sociis nominatus, non obstante opposi-
tione praedicti requisiti, teste D. Praesid. *dec. 579. vers.*
his non obstantibus, fuit ponderatum, quod illa de-
cisio fuit promulgata non sine contradictione Domi-
norum Consiliariorum Aulae, & quia, ut notat D. Prae-
17 ses, qualitas temporis ita exigebat, non poterant
Neapolitani, attento numero furum, ire ad propria
rura, & depositiones erant contestes in uno furto; &
contra praedictum Garsia erant singulares pro diversis
furtis, & hoc tempore non vigebat numerus tanto-
rum furum.

Sed M.C. Condemnavit supradictos Peluso, Ca-
rozza, Parente, de Notare, de Simone, Russo, Ste-
18 copa & de Vivo ad ultimum supplicium, quoniam
circumscripta *capituli Ad hoc* observatio, de qua in
praecedentibus resolutionibus, erant supradicti con-
fessi non solum de tribus furtis, sed quamplurimis
aliis; & unumquodque capitale, scilicet triremis poe-
na

na dignum, quo casu recte Judex ad mortis pœnam devenire poterit, juxta notate a Consiliario Gramat. *dec.* 16 *n.* 5. *&* 6. a Farinac. *quæst.* 25. *n.* 7. & pro tribus furtis non modicæ quantitatis, & consequenter capitalibus *quæst.* 167. *nu.* 50.

Et in contrarium pondemta visum fuis non obstare, quoniam in hac Civitate, quæ est plena magno populo justitia exercenda est, ut pax conservetur: & fuit adductum exemplum, quod tempore Comitis de Olivates a M. C. fuerunt tredecim ad mortem condemnati, & inter eos quoque minor, cum de nocte
19 in hac Civitate barbis adulteratis furarentur, ut penes Thorum *in comp. tom.* 1. *part.* 2. *verb. pœna furti fol.* 395 *in fine*.

Et contra Homtiom Parente M. C. sequuta fuit DD. sententiam affirmantium, tunc senem mitius puniri, quando non solum viribus, sed intellectu diminutus cognoscitur, ut penes Farinac. *qu.* 92. *nu.* 35. & præser-
20 tim ex Alberici de Rosate doctrina *in l.* 1. §. *impubes*, *ff. ad Syllanianum*, ajentes *castiga juvenem ferula, furca senem, corrige juvenem, & pende senem*; gravius utique debet senex puniri, is enim cum majorem mali cognitionem habeat, minus delinquere debes; & si alia ratio ponderaretur, nimirum deficientia virium, sumendi occasio daretur.

Nihilominus M. C. etiam cum misericordiæ temperamento, hanc protulit sententiam non condemnando Nicolaum Covone majorem de jure Regni ad mortis pœnam, sed ad remigandum ejus vita durante, ad quam pœnam Fiscus quoque concordavit Paulum Garsia, propter enunciatam difficultatem requisiti levis vitæ, ob quam difficultatem Judices non erant concordes.

Cæterum alia objectio contra Fiscum nimirum de confessionibus spontaneis concorditer fuit rejecta, considerando, quod *capitulum* fuit promulgatum, ut delicta non remaneant impunita, sicut ante illius promulgationem, ut plurimum latrones, & fures remanebant, ob difficultatem probationis, & testium defectum; hinc si solum socii criminis confessi in tortura ordinaria, nempe in ea, quæ datis defensionibus practicatur, probarent, certo certius, quod delicta remanerent impunita, nam ut experimento habetur, ex centum delinquentibus, qui ponontur in tortum confitetur unus, hinc fuit consideratum, quod licet *capitulum* loquutum fuerit in dicto casu, non tamen confessiones spontaneas excludebat, & quod ita statuit, ut casui magis
21 dubitabili provideret, cum negari non possit, quod confessio facta in tortura, sit magis periculosa propter doloris impatientiam, qua multi insontes delicta non patrata agnoverunt, ut advertit D. Hadrianus *in l.* 1. *de quæst.* & nos præ dolore compertimus; requiritur enim ratificatio in tortura ad purgandam confitentis infamiam *cap. illi qui* 5. *qu.* 5. & ita docent DD. præsertim Caball. *casu* 33. *&* 158. Peguer. *decis.* 5. ubi de consuetudine Consilii Cataloniæ non requiritur d. ratificatio ob experientiam, quæ in illa Provincia docuit, majorem semper veritatem inesse dictis sociorum, quam in aliis tamquam melius facti veritatem commemorantium, quam alii; concurrentibus cum eorum dictis adminiculis

Sententia fuit confirmata per Regium Collaterale Consilium, referente eodem Domino Judice D. Consalvo Machado; postea Nicolaus Barone intra breve tempus rescripto S. E. fuit forjudicatus, & captus
22 deinde morti fuit traditus: Hinc illud, *maleficus non regnabit super terram*.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. IX.

An Constitutio Regni *Minorum jura* sit juri communi conformis.

SUMMARIUM.

1 *Constitutio Regni* minorum *an sit consona juri communi.*
2 *Senex an sit mitius puniendus.*
3 *Ætas* 25. *annorum in minoribus est abbreviata ad* 18. *annos.*

1 Concluditur hic, quod modus supplicii cum temperamento misericordiæ misceri debet.
2 Unde senex mitius est puniendus, si viribus, & intellectu est diminutus *n.* 5. *&* 20.
3 Ætas in hoc Regno minorum viginti quinque annorum est breviata ad ætatem decem, & octo, quam Constitutionem Regni *minorum jura nu.* 10. *Pragm.* 3. *de furtis* interpretatur.

RESOLUTIONIS DECIMÆ

ARGUMENTUM

In crimine facti permanentis, veluti tonsionis monetæ, an data difficultate, sive corporis delicti impossibilitate, illud per conjecturas recte probari possit.

SUMMARIUM.

1 *Indicia in crimine tonsionis monetæ referuntur &* 2. 3. 11. 12. 13. 14.
4 *Auxilium præstitum incisori, & falsatori Regiarum monetarum a principio, & præcedente tractatu præstitum, juxta opinionem* Farinac. & Dom. Mel. *ultimo supplicio est dignum.*
6 *Delictum in genere in crimine tonsionis monetæ, & fabricationis ponitur &* 6.
7 *Delictum in genere in crimine fabricationis falsæ monetæ debet constare per peritos in arte, nec sufficit, si per alios probetur. Et per oculatem inspectionem probari debet, neque rei confessione suppletur*, ibid.
8 *Delictum in genere in crimine tonsionis monetæ, etiam per non peritos recte probatur. Delictum in genere in crimine tonsionis monetæ data difficultate probationis, per conjecturas probatur*, ibid.
9 *Corpus delicti facti permanentis, data difficultate, & impossibilitate probationis, probatur per conjecturas, sicuti delictum in genere delicti facti transeuntis.*
10 *Malitia improba patrocinari non debet.*

Moneta (animadvertere) tamquam rotunda, eadem ac Fortunæ rota esse videtur, nam modo erigit, modo deprimit hominem, hinc monetæ circumtonsor super instabilis fortunæ rotam manum extendere videtur, & dum lætus circumcidis, putatque se fore felicem,
1 erectumque pecunia in altum; ecce incautus deprehensus in læthi heù miser concidit profundum. Ita evenis Alexio de Juorio pulcherrimæ puellæ uxorato, is inquam de crimine tonsionis monetæ accusatus a diligentiss. Judice D. Consalvo Machado fuit carceratus, & quia penes ipsius personam fuerunt reperta resegmina argentea monetarum, forficula cum pede, qua utuntur argentarii, in qua etiam adeerant rebava, seu reliquiæ argenteæ, in ejusque domo, duo scabella in quibus erant foramina duo, ac lapides duo cum signaturis argenteis, quæ omnia recognita ab expertis Regiæ Siclæ, seu Officinæ monetariæ, ii testati fuerunt, qualiter resegmina erant regiarum monetarum, forficula apta ad incidendas monetas, & rebavæ ibi existentes erant argenteæ, quod foramina in scabellis erant ad mensuram pedis dictæ forficulæ, de judicio quod in eis apposita fuerat, incidendi causa monetas, & quod

& quod signaturæ in lapides erant factæ pro limandis monetis.

Sane quia hæc inventio, & recognitio erat expleta cum interventu Judicis, res quidem impostura suspicione carebat, idcirco constitutus dictus Alexius in M. C. pro Tribunali sedente, totum confessus fuit, & morti traditus, & cum confessus fuerit, qualiter regias totonderat monetas, & earum magnam quantitatem receperat a mercatore Nicolao Fabotio de Civitate Aversæ, qui cum scientia prætliterat ei pecuniam probam, & receperat incisam cum lucro quindecim assium pro quolibet ducato. Quinimo, quod plures dictus Fabotius domi suæ, & proprie in cella vinaria insimul cum ipso Alexio, monetas rotonderat, apponendo pedem dictæ forficulæ in foramine facto in quadam sella ibi existente; Fabotius quoque in carcerem fuit detrusus, contra quem supradictæ confessioni accesserunt infrascripti testes, Catharina de Carolo uxor Alexii, quæ tonsionis crimen a viro patratum deposuit de visu, quod ipsa semper virum animadverterat, ne hoc committerat facinus, quodque in ejus domo multoties accesserat dictus Fabotius, & de visu, quod bonam monetam Alexio commodavarat, & malam receperat, cum lucro a viro enunciato, ac de dicto ejus viri, quod etiam insimul monetas inciderant.

Nicolaus Saldaro famulus prædicti Fabotii, qui testatus fuis visu, quod assidue ejus Dominus probam monetam eligebat a mala, & quod quantitatem dictæ monetæ probæ tradiderat Alexio, necnon, quod in
2 cella vinaria, clauso ostio, pluries cum dicto Alexio permanserat, de judicio quod monetas incidebant; eo magis, quia aliquas incisuras in ea invenerat, & alias in banco apothecæ, papiro, seu cartha involutas, & demum, quod dictus Fabotius, audita carceratione prædicti Alexii, totam monetam argenteam a sua apotheca amoverat.

Decem testes deposuerunt, quod dictus Fabotius impendebat monetam valde corrosam, ac de fama, quod erat incisor Regiarum monetarum, & tandem duo alii testes deposuerunt, qualiter facta diligentia in cella vi-
3 naria domus d. Fabotii, ibi fuerit inventa sella cum foramine juxta mensuram pedis forficulæ inventæ penes prædictum Alexium.

Propterea sic reus examinatos, quia omnia negavit, Fiscus instetit contra eum pro tortura ex processu informativo, duplici capite; Tum pro auxilio præstito in commodando dicto alexio bonam monetam, quod auxilium, cum fuerit a principio cum scientia, & præcedente tractatu, ut Alexius eam incideret, & ut pro dicta incisione lucrum faceret quindecim assium pro
4 quolibet ducato, erat præstitum ipso delicto, ideoque mortis pœna dignum juxta doctrinam Farinac. *qu.* 115. post *num.* 128. in causa quo unus monetam fabricat falsam, & alter præcedente scientia, & tractatu impendit, & in hoc proposito addoctam a D. Reg. Merlin. *contr.* 26. *nu.* 22. *tom.* 2. Tum etiam pro crimine tonsionis monetarum ab ipso Fabotio in domo propria expletæ.

Et licet pro ratione dubitandi suisset dictum, quod inquisitio contra enunciatum Fabotium carebat delicto in genere, quod cujusvis inquisitionis est fundamentum, juxta vulgatum *text. in l.* 1. §. *Item illud.*, *ff. ad S. C. Syllan.* & nemo sanæ mentis hucusque revocavit in dubium, quia pro prætenso crimine tonsionis monetæ, in ipsius domo non erant repertæ monetarum incisuræ, non forfices, vel monetæ de recenti incisæ, quæ illud constituunt, juxta tradita a Muscatell. *tit. de falsa moneta num.* 15. & notata a me *in* 1. *decisa*
5 *num.* 14. juncta praxi M. C. sicuti in crimine fabricationis monetæ falsæ, instrumenta apta ad cudendum, & materia pro monetis fabricandis formant corpus delicti, quod evidenter per oculorum inspectionem debet constare, & non sufficere, si de eo appareat per indicia, & conjecturas, nec per rei confessionem suppletur, ut testantur Bursatus *conf.* 190. *num.* 4. *lib.* 1. Hondedeus *conf.* 6. *n.* 31. *lib.* 2. Cephalus *conf.* 230. *lib.* 2. Farinac. *quæst.* 2. *par.* 1. *n.* 22. Guazzin. *defens.* 4. *cap.* 9. Conciolus *resol.* 1. *nu.* 3. D. de Luca *in observ. ad dec. de Frach.* 401. *n.* 4.

Et respectu alterius capitis, nempe auxilii debebat constare de quantitate, & monetarum qualitate, eratque necessarium earum interceptum, quæ prædicta cum intercepto constituissent corpus delicti.

6 Attamen in contrarium fuit replicatum, esse verissimum regulariter in crimine tonsionis monetæ corpus delicti, ipsam monetam diminutam, cum instrumentis aptis ad incidendum repertam, constituere, ut Muscarell. & alii testantur: sed quando illa haberi difficile, impossibileque est, ut in præsenti casu, quo Fabotius habita notitia de captura d. Alexii totam monetam e domo amoverat, nec Muscatell. nec alius Doctor negant, non esse recurrendum ad conjecturas.

Quod Bursatus, Honded, Cephalus, Farinac., ac cæteri loquuntur de crimine fabricationis monetæ falsæ, in quo pro perfecta cognitione corpus delicti constare debet per peritos in arte, nec sufficit si per
7 alios testes probetur, nam alii, quam periti nequeunt judicare de pecunia adulterina, tam respectu formæ, qua moneta cuditur, quam respectu materiæ, qua componitur, si illa sit expendibilis, aut non. Hæc utique cognitio non est omnibus communis, idcirco illud evidenter, & per oculorum inspectionem, & non conjecturis probatur, aut rei confessione suppletur, nihilominus idem Hondedeus *conf.* 106. *nu.* 19. *lib.* 1. dicit, quod data difficultate probationis potest illud conjecturis probari.

Bursatus *d. conf. num.* 4. in crimine monetæ adulterinæ, delicti corpus indiciis probatum, plenissime quoque probatum affirmat, accedente Rei confessione.

Farinacius dicit, quod per inspectionem oculorum corpus delicti in hac materia constare debet, & non
8 sufficere, si per indicia probetur, quia circa hoc nulla adest difficultas, igitur data difficultate, & impossibilitate contrarium concludit.

Neque alii Doctores posita difficultate probationis delicti in genere in hoc crimine tonsionis, quod omnibus innotescit, quia moneta incisa ab omnibus recte recognoscitur, contrarium fatentur.

Et respectu auxilii, major aderat difficultas, quia circa quantitatem, & monetarum qualitatem, non de facili testes advertunt, sicuti circa interceptionem monetarum, nam hæ in dies expenduntur.

Rursus, quod data difficultate probationis corporis delicti, nulla constituenda sit differantia inter crimina facti transeuntis, & facti permanentis: nam ratio propter quam in criminibus, quæ vestigia non relinquunt, non admittitur probatio corporis delicti
9 per indicia & conjecturas, nulla alia est, quam difficultas, & probationis impossibilitas; ergo quando eadem adest in delictis facti permanentis, idem jus constituendum est, ut advertunt Follerius *in prax. crim. tit. capiat. informatio num.* 14. *Idem in* 3. *par. num.* 34. Guazz. *defens.* 4. *cap.* 2. *num.* 4. Diana *de pugn. Doctorum tom.* 2. *tit. de cogn. & prob. delict. num.* 36. 37. 38. *&* 39. Carpzovius *q.* 19. *tit. de pœna parricidii tit. si de delicto non constat num.* 19. ubi ita in proposito inquit: *Si præter omnem adhibitam diligentiam de corpore delicti, & sic in inspectione cadaveris Constare nequeat, existentibus indiciis indubitatis, & in delictis facti transeuntis ad condemnandum sufficientibus, Judex pœnam ordinariam dictans nec atique a vero, & æquo aberrat; Et qu.* 119. *n.* 60. *Etsi Judici incumbat veritatem criminis per facti evidentiam, & inspectionem indagare, attamen cum sæpius evidentia facti, & criminis certitudo haberi nequeat, indiciis nihilominus indubitatis apparentibus, utique respublica, quæ delicta puniri vult, l.* 51. §. 2. *ff. ad l. Aquiliam, ad torturam quandoque procedere jubet, licet non constet prius certo de ipso facinore, nempe per evidentiam facti.*

Ad hæc, quod si aliter servaretur, esset certe nequissimum, quia improbo malitiis patrocinaretur, quo
10 leges justitiæ cultrices abhorrent, & melioris conditionis esse improbus callidus, quam improbus rudit, qui ad occultandum corpus delicti, aut non advertit, aut nescit.

Quod in præsenti contra dictum Fabotium gravia aderant indicia, cum crimen hoc valde sit privilegiatum. Et primo considerabatur dictum Alexii in torturam retificatum, quod juxta *text. in l.* 1. *C. de fals. moneta*, indicium faciebat ad torturam; eo magis cum adminiculo sellæ repertæ in cella vinaria juxta mensuram pedis forficulæ, ut Alexius dixit.

Se-

Secundo, depositio famuli adjuncta cum depositione uxoris valde contra eum urgebat.

Tertio capensio nummorum circumcisorum, de qua deponebant decem testes, erat optimum indicium, Decian. *in tractat. crim. lib. 7. cap. 27.* Hyppolytus de Marsiliis *cons. 31. nu. 17.* Crusius *par. 2. cap. 36. n. 146. & 147.*

Quarto, mala ipsius fama circa hoc crimen erat magnum indicium, Crusius *dict. c. n. 257.* & juxta *Regiam pragm. de monetis 1.*

Propterea attenta difficultate corporis delicti, fuit dictus Fabotius acriter ex processu informativo tortus, & non confessus ad Regias Triremes ad tempus transmissus; Alexius vero, uti diximus, fuit morti traditus.

Ego tamen in crimine facti permanentis data difficultate probationis corporis delicti non habui umquam difficultatem, illud sufficere probari conjecturis, nam sicuti istæ sunt sufficientes in crimine facti transeuntis, ita sunt sufficientes in crimine facti permanentis redacti ad modum, quo corpus delicti oculis conspici nequeat, eo fortius pro tortura infligenda, quæ de genere probatorio est, teste Cujacio *in l. ultim. C. de probat.* ibi: *probationes dicuntur testes, instrumenta, & quæstiones*; verum illam non practicarem ex processu informativo; etiam attenta doctrina Carpzovii, qua citatis locis desiderat indicia certa, & indubitata, ante enim defensiones non dicuntur certæ, quia possunt a reo evacuari, & ita ne multiplicentur quoque specialia.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. X.

An delictum in genere in crimine facti permanentis, & tonsionis monetæ probari potest per conjecturas.

SUMMARIUM.

1 *Delictum in genere in crimine fabricationis falsæ monetæ debet constare per Peritos in arte, & per ocularem inspectionem, & quod per testes non possit probari, & quod in crimine tonsionis.*

2 *An possit imponi tortura ex processu informativo.*

1 DElictum in genere in crimine fabricationis falsæ monetæ debet constare per Peritos in arte, & per ocularem inspectionem.

Nec sufficit per alios testes probari, neque confessio Rei supplet.

Secus est in crimine tonsionis monetæ, ubi etiam per non Peritos probatur delictum in genere *num. 2. & 8.*

2 An autem possit procedi ad torturam ex processu informativo stantibus indiciis hoc proponitur a Domino Auctore, *num. 3.* scilicet, quod examinatus Reus, quia omnia negavit, Fiscus institit contra eum pro tortura ex processu informativo. Et postquam varie tractavit de causa, & in *num. 14.* testatus fuit, quod Fabotius Reus acriter ex processu informativo fuit tortus, tandem eodem *num. 15.* in fine dicit: *Eam* (scilicet torturam) *non practicarem ex processu informativo etiam attenta doctrina Carpzovii, qui citatis locis desiderat indicia certa, & indubitata, ante enim defensiones non dicuntur certa; quia possunt a Reo evacuari, & ita ne multiplicentur specialia.*

At idem Dominus Auctor in fine suæ praxis civilis, in sua prima Resolutione Criminali *num. 18.* dicit se limitare, id quod hic scripserat *v3.*, ibi: *Tamen scriptum limito, quoties inquisitus sit potens, & facile probationem fiscalem avertere possit, & justitiam eludere, prout in præsenti considerabam, qui modus ut dictum est, fundatur in particulari lege Regni a Rege condita. Et quis autem eam infirmet legem præsumens adeo justam, & rationabilem, ut nulla prorsus contra hujusmodi præsumptionem admittatur probatio? juxta receptissimam gloss. in l. relegati in fin. ff. de pœnis, Porra, &c.*

RESOLUTIONIS UNDECIMÆ.

ARGUMENTUM.

An statutum, quod auget pœnam contra alias condemnatum procedat quoque contra concordatum.

SUMMARIUM.

1 *Quæ fato manent, quamvis significata, non mutantur.*
2 *Perquisitio domi, sive alibi pro detegendo crimine falsæ monetæ, cum Judicis interventu est facienda.*
3 *Differentia inter condemnationem, & concordiam ponderatur.*
4 *Statutum pœnale strictissime est interpretandum, nec ultra verba extendendum.*
5 *mulieres mitius sunt puniendæ, quam mares.*
6 *Emendatio a pœna speratur. Perfidia inest in perseverantia*, ibidem.
7 *Consuetus in delinquendo gravius est puniendus.*
8 *Consuetudo delinquendi in pari crimine, indicia reddit urgentiora.*
9 *concordia pœnam continet, & infamiam irrogat.*
10 *Statutum continet casum non expressum, si in eo eadem ratio consideratur, quæ inest expresso.*
11 *Concordia est magis tuta, quam condemnatio.*
12 *Dictum Joel in incisione monetarum refertur.*
13 *Fata sæpe ludunt in causis.*
14 *Amor est fortior ad instar mortis.*

ADhoc spectat illud: *Quæ fato manent, quamvis significata, non mutantur*, juxtà vulgatam Taciti sententiam: Etenim D. Rosa Capasso mater, D. Catharina, D. Joanna, & D. Antonia Alvarez Sotomajor filia, quæ in carceres M. C. erant detentæ,
1 pro crimine tonsionis monetæ, cum Ægyptia quadam transeunte, jocosè quid ipsis futurum exquisivissent, & hæc malè augurata esset, pessimè verò respectu Rosæ, nempe suspendio ipsam morituram, pro mercede conviciis affecta illa fuit: aliquot post dies in generali visitatione facta a Reg. Coll. Consil. in honorem Natalis Domini nostri Jesu Christi, D. Rosa Capasso, D. Catharina, uti magis gravatæ ad exulandum per decennium concordatæ fuerunt: Cœteræ vero consignatæ, sed quia in idem inciderunt crimen, secrete habitando in hac Civitate casu a Birruariis M. C. fuerunt iterum carceratæ, & fato dicta D. Rosa periit.

Etenim Birruarii, pro alia Regiæ Curiæ explenda diligentia, introiverunt domum ubi dicta D. Rosa, & ejus filiæ morabantur in abscondito; & cum fu-
2 gam arripere tentaverint, ab iis mancipatæ fuerunt. Habita deinde notitia de earum mala qualitate, interveniente Judice M. C. fuit facta perquisitio juxta *prag. 12. de monetis*, & in personam D. Rosæ fuerunt reper-

reperta quamplurima Regiarum monetarum resegmina, & in suo scrinio forficula cum cebavis argenteis apta ad incidendum monetas; sicuti in personam D. Catharinæ alia resegmina in papyro involuta cum forficula quoque apta ad diminuendum, & in propria arca pecunia iacila circa summam ducatorum centum, & in domi coquina olla Regiarum monetarum resegminibus plena. Capta informatione, & compilato processu cum termino horarum, contra D. Rosam, & D. Catharinam, Fiscus, (cujus munus sustinebam) instituit pen morte vigore *Reg. prag. 2. de monetis*, §. 22. ubi cunei, vasa aurum liquantia, & instrumenta ad cudendum monetum, forfices, resegmina monetarum, & instrumenta ad diminuendum reperta penes alias condemnatos, vel tortor, pro eadem causa convincunt; & attenta mala anteacta vita, est in arbitrio Judicum imponere ultimi supplicii pœnam, facta relatione in Regia Coll. Cons., & coram Excell. Dom. D. Gaspare de Haro, Prorege justitiæ zelantissimo, duo adversus Fisci instantiam fuerunt proposita a probo Viro Papirio Calisto earum advocato.

Unum, quod dicta Regia Pragmatica loquitur de condemnatione, & non de concordia, quæ longe distat a primo; cum ad condemnationem non devenitatur, nisi facta testium repetitione, qua facta remanet
3 Fisci probatio valida, & ea non facta invalida; item impartito defensionum termino, quo inquisiti indicia purgare cum repulsa testium, & innocentiam alio modo demonstrare valent, & præcedente causæ cognitione, fundatur in rei certitudine: nam ita concordia, ad quam aliquando inquisiti, & carcerati deveniunt carcerum tædio; maxime si egeni, & defensionem facere nequeunt, sicuti in præsenti ponderabat, quod prædictæ tanquam egenæ defensionem facere non poterant, & pro libertate habenda, prædictam cum Fisco fecerant concordiam; ideoque instantiam Regii Fisci pro morte locum habere nequibat, cum dicta Regia Pragmatica concordiam non comprehendat.

Addebat, quod statutum pœnale strictissime est interpretandum, nec ultra verba extendendum, *l. cum*
4 *quidem, juncta Glos. de liberis, & posthum. l. penult. de pœnis, cap. in pœnis de regul. juris in 6. cap. eod. eod. tit.* Bertaz. *cons.* 43. *num.* 1. & 2. *cons.* 76. *n.* 20. & 21. *cons.* 175. *num.* 13. ubi inquit, *quod statutum sterile est, ubi mulæ, quæ non pariunt, & subauditum non admittit intellectum.*

Alterum, quod dicta Pragmatica non imponit Judici necessitatem, sed dat potestatem hanc pœnam imponendi, cum eam suo relinquat arbitrio, & quod omnino arbitrium erat impartiendum mulieribus, quæ in delictis a jure communi semper mitius puniuntur,
5 sicuti jura, & exempla cumulat eruditus Tiraquellus *de pœnis temperandis causa* 9. Farinac. *quæst.* 98. *causa* 10. etiam in Crimine læsæ Majestatis, ut ex *l. quisquis C. ad l. Jul. majestatis*, §. *ad filios*, ibi: *mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus.*

Ex adverso Fiscus ad primum respondit objectum, quod *Pragm.* quæ Judici dat facultatem ultimum imponendi supplicium contra primo loco condemnatum, & denuo pro eodem crimine indiciatum, in duplici ratione fundatur.

Prima, quia cum pœna pro delicto imposita speratur emendatio, & ad secundum crimen consideratur,
6 ut malitia, & hominis perfidia, ideoque illud severiori pœna, & usque ad mortem castigari permittat; qui enim pœna non emendatur, supradicta ratione at-
7 tenta, gravius est puniendus, juxta *text. in l. capit. §. solent de pœnis, in verbo correpti, & in cap. cum non ab homine de judiciis*, ibi, *crescente contumacia excommunicationis mucrone feriri, sane primum secundum aggravat crimen*, teste Dom. Sanfel. *decis.* 341. *in fine.*

Secunda, quia prima inquisitio, & anteacta vita, indicia, quæ in secunda inquisitione pro eodem delicto sunt, urgentiora reddit, juxta *glossam in l. jube-*
8 *mus* 23. *Cod. de probation.* Mirilium in §. *diligenter num.* 99. & *cons.* 44. Crusium *de indiciis, qui ex infamia insurgunt*, Anton. de Balbis *qu.* 44. aliis concurrentibus, & comprobatur Ciceronis *authoritate lib. 2. de inventione num.* 143. ibi: *quare tam ejus quem arguit ex antefactis accusator, improbare debebit, & ostendere, si quo in pari ante peccato convictus sit, si id non poterit, si qua in similem ante suspicionem venerit.*

Hæc quidem in concordia considerantur, cum ea, pœnam, qua homo emendatur, quoque contineat, & in causa criminis infamiam irrogat, juxta *text. in l. 18. C. ex quibus causis infamia irrogatur*, quæ in-
9 cipit. *Non damnatos quidem dumtaxat injuriæ, sed pactos quoque perpetuum edictum infamat*, *l. 4. de his qui notantur infamia in fine*, ibi, *damnatus pactusque erit simili modo infamis.* Et cum concordia tacita criminis confessionem habeat, ut inquit Paulus in *l.* 5. *ff. de his qui notantur infamia*, per hæc verba, *quoniam intelligitur confiteri crimen, qui paciscitur*, juncta Glos. *Accursii lit. B. ibi scilicet transigendo*, juxta notata a Menochio *de præsumpt. lib.* 1. *qu.* 89. *num.* 85. Gabriele *lib.* 2. *conf.* 23. Mascard. *concl.* 300. *lib.* 1. Julio Caro *quæst.* 21. *vers. pax*, & Glos. *parva in d. l. damnatos, verbo infamis*, ibi, *confiteatur crimen, qui paciscitur.*

Hinc, qui cum Fisco concordatur propter delictum, delicti pœna seipsum subjecit; quamobrem ajebat Fiscus, quod d. *Reg. Pragm.* concordiam quoque comprehendebat, non per viam extensionis, sed per
10 viam comprehensionis, & quod statutum pœnale casum non expressum etiam comprehendit, quando ratio, in qua fundatur, in dicto casu non expresso etiam verificatur, Bertaza. *cons.* 345. *num.* 4. Capiblancus *de Baronibus pragm.* 8. *cap.* 52. *num.* 12. & per Dom. Præsidentem *decis.* 570. ubi ita per S. C. definitum tradit.

11 Rursus, quod concordia magis tuta erat, quam condemnatio; quoniam hæc sequi poterat ultra condignum, aut imperitia Judicium, aut sævitia, vel per querelantium calumniam; concordia vero procedebat a propria conscientia, quæ tutum est, & fidele consilium, præterquam quod concordiæ in visitatione M. C. carceratorum semper benignæ fiunt; & hæc cum magna clementia fuit facta, quoniam graviter de dicto crimine erant indiciatæ, quemadmodum ex processu demonstrabam.

Ad alterum, quod arbitrium omnino erat Fisco impartiendum, quoniam hodierno tempore crimen hoc erat frequentissimum propter facilitatem, qua & nocte, & die in proprios lares committitur in magnum Reipublicæ detrimentum, quod moneta semel ab uno incisa, iterum, atque iterum ab alio erat diminuta,
12 juxta illud Joel *cap.* 1. *num.* 4. *residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit locusta*; Cæterum, quod *Reg. Pragm.* expresse comprehendit mulieres, propterea me patrocinante, M. C. Rosam ad mortem condemnavit, & non Catharinam, quæ erat
13 in pari causa, quia sæpe fata Ludunt in causis, nec non ad tormentum tamquam cadaver, quod licet debilissima fortiter sustinuit filiarum amore, ne illæ sua confessione gravarentur; hinc illud *ad. instar mor-*
14 *tis, amor est fortis*, & ita Rosa, quæ in vita fuit scandalum, in amore fuit filiabus exemplum, referente eodem D. Judice Machado.

LEONARDI RICCII

O B S E R V A T I O

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA'

R E S O L U T. XI.

An statutum, quod auget pœnam contra Condemnatum, procedat quoque contra Concordatum.

S U M M A R I U M.

1 *Mater, & filia tondentes monetam, mater damnata ad mortem fuit, & filia non.*

Z   2 Sta-

2 *Statutum an comprehendat casum non expressum, quando ratio verificatur, ubi de Reg. Pragmatica, quæ adauget indicia contra condemnatos, & tortos de uno crimine, an comprehendat Concordatos.*

3 *Qui reincidunt in delictum, gravius puniuntur.*

4 *An tondentes monetam modici valoris possint puniri pœna mortis.*

5 *An tondentes monetam exteram puniantur morte, ubi de diminuente sine forbice, aut pondus excedente.*

SPecialis certe est decisio, quæ habetur in hac Resolutione, qua in pari causa delicti tonsionis monetæ
1 Rosa mater quæ totonderat, & in cujus personam pro judicio fuerunt reperta resegmina argentea, & forficula cum rebavis argenteis in scrinio fuit morti damnata, & insuper ad torturam tamquam cadaver accessit: Catharina vero filia, in eadem domo reperta cum resegminibus argenti in carta inclusis, & cum forficula quoque apta ad rescindas monetas, & in propria arca pecunia refecta circa summam ducatorum centum, non fuit ad mortem condemnata. Nec Dominus Auctor annunciat ad quam aliam pœnam fuerit damnata, vel si fuerit omnino absoluta, nec aliqua dat indicio rationis disparitatis judicandi inter matrem, & filiam, solum dicit, *fata in causis ludere*.

2 Nota tamen, quæ alleganiur de statuto hic nu. 10. an comprehendat casum non expressum, quando ratio in qua fundatur statutum, verificatur in casu non expresso. Et specialiter. An Regia *Pragm.* 2. *de monetis* §. 1. quæ auget indicia contra eos, qui antea condemnati, sive torti, eadem de novo patraverint crimina, comprehendat etiam Concordatum, scilicet si antea de illo crimine Reus concordatus fuerat.

3 Qui semel aliquo de crimine damnati, nolunt ad bonam frugem redire, sed tamquam canes ad vomitum, & sues lota in volutabro lœti reincidunt in idem, & eodem volutantur malitiæ luto, dignum est, ut gravius puniantur, *l. capitalium*, §. *sciens*, *ff. de pœnis*, & *glos. ibid. per l. si diutino*, *eod. tit.*

4 Si aliquis tondat monetam modici valoris puniri non potest pœna mortis, *Scialoya de forjud. cap.* 3 *num.* 231. *Bossius de falsa moneta*, & alii citati per *Franc. Joseph. de Angelis par.* 1. *cap.* 47. sed alii volunt, quod si culpa sit imago Principis pœna erit ultimi supplicii, *Reg. Sanfelic. decis.* 59. & alii citati per eundem *Franc. Joseph de Ang. loc. cit.*

5 Et an tondens monetam exteram puniatur morte, vide ibid. ubi distinguitur inter monetam receptam in Regno, & non receptam, ubi etiam de tondente monetam non forbice, sed aliqua alia arte, & de diminuente in moneta id tantum, quod excederet justum pondus monetæ, quæ omnia erunt utilia scitu, & in usu necessaria, de quibus etiam nonnulla habes apud Auctorem nostrum in frequenti Resolutione.

RESOLUTIONIS DUODECIMÆ

ARGUMENTUM

Cudens peregrinam monetam in Regno usualem, si ea expendi non possit, quia imperfecta, extraordinarie tantum puniri debet: & *Pragm.* 12. *de monetis cap.* 3. interpretatur.

SUMMARIUM.

1 *Delictum in genere in crimine falsæ monetæ quando Judicis requirit interventum.*

2 *Cessante ratione legis cessat legis dispositio, & ubi ratio legis militat, ibi & idem jus.*

3 *Falsificans monetam sui Regis crimen lesæ Majestatis committit.*

4 *Crimen falsi tria habet requisita.*

5 *Moneta si non est expensibilis, non est nocibilis.*

6 *Lex adaptatur ad ea, quæ frequentiora sunt.*

7 *Moneta cuditur, ut expendatur.*

8 *Cudens monetam alterius Principis boni argenti, & justi ponderis, levissima pœna est castigandus.*

9 *Princeps circa monetam sine consensu Populi non potest aliquid statuere.*

10 *Falsificans monetam sui Regis, cum tamen fabricans perfectam ratione materiæ, & ponderis, pœna mortis non est puniendus.*

MAgna Curia decrevit esse torquendum N.N. Utriusque Juris Doctorem, inquisitum de tonsione Regiarum monetarum, quia in ejus domo, & proprie in arca, & in scrinio, Scriba Fiscalis, & Birruary dictæ M. C. cum pro credito Fiscali bona exequerentur, resegmina argentea reperierunt, item monetas incisas, ac instrumenta apta ad eas incidendum præsentibus testibus, ibi commorantibus; non obstante, quod prædicta inventio fuerit absque Judicis interven-
1 tu, sive Fisci patroni, vel Procuratoris Fiscalis, juxta *Reg. Pragm.* 12. *de monetis*, §. 3. quoniam fuit dictum, quod de jure communi præfata inventio erat legitima, tamquam coram idoneis testibus facta, & quod de jure Regni requiritur Judicis, vel Procuratoris Fiscalis interventus, pro evitanda fraude, vel impostura, quæ hoc in crimine faciliter committi potest, præsertim si diligentia expleatur cum denunciatore indultum petente, ut loqui videtur d. *Reg. Pragm.* cui fraudi in præsentiarum locus omnino non erat cum diligentia ad prædictum effectum minime fuerit ordinata, & executio Scribæ Fiscalis, ac Birruarii repente demandata; itaque imposturæ suspicio non
2 considerabatur, & quia ratio legis cessabat, consequenter, & legis dispositio, juxta *tex. in cap. cessante de appellat. & tex. in leg. ita autem* 5. *ff. de administr. & periculo tutorum*, *l. adjicere*, §. *quamvis de jure patron. clem.* 1. §. *quia vero*, *de judiciis*, est Glos. in *l. cum tale* 11. §. *falsum*, *in verbo*, *non cohæret*, *ubi alia jura*, *ff. de conditionibus*, & *demonstrat.* & probat Bart. *in l. quod edictum*, *ff. de pactis*, cessante vero ratione legis, ejus cessat dispositio, & e converso, ubi eadem militat ratio, ibi & idem jus *l.* 1. §. *sive interdictum*, *ff. de fonte*, & dum nostra tempore morabamur in eadem M. C. pro dicta tortura inferenda (quemadmodum fuit illata) cum Ill. Dom. Reg. D. Pompeo Pignatello Duce Montis Calvi Equite virtutum ornatissimo, & Dom. D. Joseph de Ledesma, Consiliario Decano, ac Judice M. C. vigilantissimo a Birruariis ejusdem fuerunt asportati Franciscus de Gregorio Berardinus de Ruggerio, & Thomas Timaldo ceteri, qui cum quodam Caupone contenderant, ex causa quod pro impensa solverant denarium triplum Romanum, & illo refutato, uti non probo, alium solverant, quem etiam tamquam adulterinum recipere recusabat: Isti interrogati a M. C. de eorum conditione, exercitio, & a quibusnam denarios habuerint, tanquam e re ipsa convicti, fuerunt confessi, qualiter ipsimet illos fabricaverant in propria domo, ubi consimiles alios cum cuneis Procurator Fiscalis reperiit coram testibus extra guardiam; capta informatione, in qua periti Regiæ Siclæ testari fuerunt, prædictos denarios de facili expendi posse, non tamen in Bancis, aliisve hominibus monetarum notitiam habentibus: sequenti die a Domino Decano fuit prædicta causa proposita, ut aliquando fieri assolet in M. C. ne remissius, aut durius plusquam res expostulat, procedatur, & communi voto, me existente Fisci Patrono, ad remigandum pro tempore concordati fuerunt: etenim fuit primo consideratum, quod licet usus prædictorum denariorum esset in Regno receptus, falsatores tamen nostro Regi inclyto, & Catholico injuriam non intulerant, sed quod

tantum

tantum tenebatur pro delicto ratione loci commisso. 3 Item, quod qui sui Regis monetam falsificat, crimen læsæ Majestatis committit, ut in *l. 2. C. de falsa moneta*, quasi tunc ejus impressa lædatur, ut inquit Salycetus in *l. si quis C. de falsa moneta nu.* 2. qui vero alterius Principis hoc crimen non admittit, sicuti testatur Consil. Grammaticus *decis.* 74. n. 29. & Benedictus Carpzovius *qu. 42. nu. 78.* quo jacto fundamento fuit secundo consideratum, quod prædictorum inquisitio tota versabatur circa falsi crimen, quod tria re- 4 quirit, nempe dolum, veritatis mutationem, & tertium, ut condigna plectatur pæna, quod sit nocibile, alioquin non est punibile, ut penes Farinac. *q.* 150. *nu.* 338. *& sequentibus*, & D. Rovit. *decis. nu. 5. 6. & 7.* quod hoc tertium requisitum in delicto falsæ monetæ verificetur, in ipsa qualitate monetæ, videlicet, si moneta expendibilis sit, si vero inexpendibilis, nullum Reipublicæ effert nocumentum, sicuti 5 prædicti denarii; nam licet Periti Regiæ Siclæ testati fuissent, illos de facili expendi posse, & nocumentum afferre, tamen hæc peritorum attestatio erat de judicio, & in contrarium ederat experientia, quod non erat expendibilis, quia illos Campo, uti non probos, recipere recusavit, præterquam, quod peritorum attestatio erat cum restrictiva, quæ potius difficilem, quam facilem expensionem denotabat. Hinc 6 cum lex non ad ea, quæ de raro, sed ad ea, quæ frequentius accidunt, prospiciat, *cap. quia de test. spol. l. nam ad ea, ff. de legib.* parum referre videbatur, si cum uno, vel altero moneta expenderetur, vel si ab uno esset recepta, ut in hac reconsuluit Alexander *cons.* 104. *nu* 3. *in fin.* nam moneta fabricatur, seu cu- 7 ditur, ut expendatur, teste D. Præsidente *dec.* 440. *nu. 7. in fin.* hinc statutum, quod loquitur de monete, intelligitur de ea, quæ ad usum habilis sit, sicut notat Consil. Grammaticus *d. decis. nu.* 25. Falsator igitur peregrinæ monetæ, quæ expendibilis non est, aut ratione materiæ, aut formæ, extraordinarie tantum propter malum exemplum puniri debet, & hic confert *decisio* penes D. Præsid. 440. ubi sententia ultimi supplicii contra eum prolata, qui monetam alterius Principis cuderat, non tamen ad perfectam formam perfecerat, fuit revocata, & ab ea condemnatus ad remigandum vite durante, quod votum etiam tamquam severum reputatur a Dom. Rever. de Luca, ut ibi.

Hinc cudens monetam alterius Principis, probam ratione materiæ, ut puta, boni argenti, vel auri, ac justi ponderis, non solum ab ultimo supplicio est 8 excusandus, sed levi quidem pæna coercendus: etenim, ut dictum est, Principem illius ditionis non offendit, suum decolorando sigillum, sed tantum crimen falsi in suo territorio committit, subditis autem 9 nullum affert detrimentum: quod valde considerandum est, hinc Princeps absque populi consensu non potest circa monetam aliquid statuere, cum circa ejus expensionem, non tantum ipsi Principi, sed & Populo præjudicium afferatur, ut docet Præs. Menoch. *de arbitrar. judicum lib. 2. cent. 4. casu 317. nu. 47.* Hinc etiam cum Marsilio in *l. qui falsam, ff. ad l. Corneliam de falsis* teneo, quod fabricans probam monetam, atque perfectam sui Regis e morte excusandus est, non solum supradicta ratione attenta, verum etiam quia falsator iste proprie crimen læsæ Majestatis non committit, personam enim Regis non offendit, neque Reipublicæ statum lædit, & quia ubi non concurrit tota hominis malitia, tota legis pæna imponi non debet; semper enim mihi levem, & inter gravem, gra- 10 viorem, atque gravissimum distinguere casum placuit, & quamquam Menoch. *in supradicto casu nu.* 15. & quamplures alii Doctores ab eo citati contrarium fateantur, tamen dico, quod Doctores non sunt numerandi, sed rationes ponderandæ: etenim Doctores, sicuti aves volatum unius, cæteri omnes sequuntur: præterquam quod *tex. in l. 2. C. de falsa moneta*, quæ mortis pænam imponit, in proposito casu minime loquitur, ut colligo ex illis verbis, *si quis nummos falsa effusione formaverit* (sane verba hæc ad materiam referuntur, & non ad formam, sicuti alia *tex.* verba *in l. quicumque, ff. ad l. Corneliam de falsis*, ibi: *partim tinxerint, vel finxerint*) atque Gloss. lit. M. ibi, *qui ex toto falsos fabricant*, extraordinarie igitur est puniendus, nimium extremum pœna, qua hoc delictum satis castigatum videtur.

Rursus qua pæna feriendus sit, qui monetam alterius Principis usualem, & expendibilem fabricet, vide Menoch. *de arbitrariis judicum d. casu* 11 *nu.* 19. Farinac *qu.* 125. *nu.* 75. & Benedictum Carpzovium *qu.* 45. *nu.* 72.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XII

An tondens peregrinam monetam in Regno, si ea expendi non possit, quia imperfecta, extraordinarie puniri debet.

SUMMARIUM.

1 Pragmat. 12. de mooct §. 3. *declaratur.*
2 *Perquisitio tonsionis monetæ facta casu, & ideo sine interventu Judicis, vel Procuratoris Fiscalis non probat.*
3 *Moneta Regni in melius redacta a Prorege del Carpio, & ab eodem latrones extirpati.*
4 *Delictum in genere non sufficit, ut sint incisa moneta, sed requiritur, ut sint incisa de recenti.*

1 Bellissime declaratur *Pragm.* 12. *de monetis* §. 3. qua jubetur, ut perquisitio, seu diligentia de 2 tonsione monetarum fiat cum interventu Judicis vel procuratoris fiscalis, quod hoc intelligatur, quando ex proposito fiat hæc diligentia, præsertim si illa impleatur cum denunciatore indultum petente, non autem, quando aliquo de casu, vel alia de causa facta aliqua diligentia reperiantur monetæ tonsæ, instrumenta tondendi, forbicæ, bavæ, vel similia, tunc enim non eo, quod illæ non sunt repertæ cum interventu Judicis, vel Procuratoris, non probat dicta inventio contra reos, alioquin leges tot vigiliis inventæ, & ponderatæ, ut cautius, & diligentius delicta perquirentur, & puniantur, contra legislatoris voluntatem, & conatum caderent casu aliquo. Præsertim quia agebatur de delicto tonsionis monetæ tunc temporis assiduo, & facili, ut ait Auctor noster in præcedenti resolutione *nu.* 11. quamvis hodie vel nihil tale committitur, vel rarissime in melius redacta 3 forma nostri Regni moneta perfecte rotunda, & quadam in girum excrescente corona, ut facile diminuta cognoscatur: hoc beneficium habemus ab excellentissimo qu. Prorege Marchione del Carpio D. Gaspare de Haro, cui & aliud majus acceptum ferimus beneficium, nempe extirpationem latronum, & crassetorum, qui totum Regno per saltus, & nemora vagantes, non Civitates, & pagos, & Villas reddebant ab incursionibus nocturnis, & etiam diurnis tutas, non iter securum, non negotia, non pecora, non denique omnia ad humanam vitam necessaria, erant enim, & perfidia, & numero formidabiles. Hodie vero cuique licet tuto ire, & redire, & si libet vagari: Unde nullus latro nostra negotia interrumpit, nemo intercepellatione monetæ nos fallit.

Hoc unum adverte, quod in delicto in genere non sufficit, si reperiantur monetæ incisæ, sed est adver- 4 tendum, quod sint resectæ de recenti, de quo debent deponere testes, & melius si erunt Experti Regiæ Siclæ. Nam alias si essent recisæ de antiquo, ex quo aliæ monetæ Regni reperiantur esse ita, non per consequens probabitur in genere recisio, *de Angelis de delictis par* 1. *cap.* 47. ubi multa ad materiam, & illuc te remitto.

RESOLUTIONIS DECIMÆTERTIÆ.

ARGUMENTUM

Comparatio literarum qualem civilibus, qualem vero in criminalibus probationem faciat; item an in officiali lata culpa dolo comparetur, ut coercitione castigetur.

SUMMARIUM.

1 *Fides crediti Bancum facit debitorem, Apoca vero banci cum nota debiti in fide bancum facit creditorem.*
2 *Comparatio literarum ex scriptura certa, & indubitata facienda est.*
3 *Testes, qui affirmant habere notam manum, notitiæ rationem reddere debent.*
4 *Character sæpe mutatur.*
5 *Periculum ubi majus, ibi cautius est agendum.*
6 *Comparationem literarum de jure periti facere debent cum juramento, sed quid de consuetudine,* ibidem.
7 *Comparatio literarum est valde periculosa, & fallax, & de ratione.*
8 *Zeusis, Parrasis, ac Regina Sabba factum.*
9 *Comparatio literarum in aliarum probationum defectum admittitur.*
10 *Comparatio literarum sola indicium non facit ad torturam, nisi juncta mala fama.*
11 *Testes notitiam manus habentes, & periti de comparatione deponentes diversum non constituunt indicium.*
12 *Malum præcognitum remedium habet. Conscientia bona cum lætitia ambulat, mala vero timorem habet comitem,* ibidem.
13 *Comparatio literarum, an per Judices fieri debeat.*
14 *Judex in his, quæ intelligit, potius sibi credere tenetur, quam testibus.*
15 *Amicitia quomodo probanda sit, ut faciat indicium.*
16 *Dolus verus, aut præsumptus eruitur ex eo, quod aliquis sciat, se teneri ad aliquid fatendum, & ad facere omittat.*
17 *Dolus ex culpa præsumptus, an pœnam corporalem importet, & negative* usque ad num. 21.
22 *Falsi crimen sui natura difficillimum, & levibus probatur indiciis.*
23 *Ars naturæ similis est, sed effectus dissimilis est.*
24 *Comparatio literarum in civilibus, si omnino similis est, an probet.*
25 *Comparatio sola probat in literis missivis, & in apoca junctis adminiculis & 26.*
27 *Apoca banci per comparationem, & per testes notam habere manum deponentes probatur.*
28 *Comparatio literarum in criminalibus, junctis adminiculis, facit indicium ad torturam, & ad pœnam extraordinariam sufficiens est.*
29 *Testes habentes notam manum, junctis adminiculis, in civilibus probant etiam si deponerent per* verbum videtur, *in criminalibus, junctis adminiculis, valeat ad torturam & 30.*
31 *Testes deponentes notam manum habere, quia pluries illam scribere viderunt, in criminalibus ad torturam probant.*
32 *Magistri actorum super comparatione deponentes, juramentum præstare non tenentur.*
33 *Judex potest in comparatione intervenire.*
34 *Delictum in omittendo in officiali, est delictum in committendo.*
35 *Dolus præsumptus, & dolus verus a probationibus regulatur.*
36 *Geminatio constantem voluntatem, & dolum indicat, & actum inconsideratum excludit.*
37 *Commentariensis ob culpam corporaliter punitur.*
38 *Culpa nimia interdum punitur capitaliter.*
39 *Tormentum in re mali exempli experiri debet.*
40 Text. in l. inter pares *interpretatur.*

FRancifcus Guerterio arcæ minoris Banci Sanctiffimi Salvatoris Nummularius a Francifco Caftaldo menfæ argentariæ, feu arcæ majoris collibifta fubftitutus in proprios ufus convertit ducatos circiter tredecim mille; Quod furtum falfitate, & fequenti fraude per longum fpatium operuit. Sed pro majori hujus facti intelligentia præmitto, quod qui pecuniam in banco deponit, ut puta Titius Schedulam bancariam recipit, quæ Titium facit creditorem, Bancum vero debitorem, & vocatur fides Crediti: Etenim Banci Gubernatores profitentur se ea tenere, & habere fummam ducatorum tot v. g. in creditum Titii, de qua ad ejus libitum difponere valet, cum fchedulæ reftitutione: per eandem Titius fuam pecuniam rehabere, vel illam alteri cedere poteft; quinimo tempore interjecto apocis impendere, quibus mandat, quod de fumma in fide contenta, fibi vel Sempronio, Bancum folvat ducatos tot, e g. centum. In hoc autem cafu nummularius folvere non tenetur,
1 nifi ei conftet, qualiter dicta expenfio, feu ordinata folutio fit notata in fchedula Bancaria, feu fide Crediti: Ob quam rem in quolibet banco eft deputatus Officialis, qui hoc onus habet, nempe notare in fidibus crediti expenfiones, quæ per apocas fiunt: hæc, notata Titium facit debitorem, Bancum vero creditorem: Prædictus quoque Officialis, in apocis folutiones continentibus, atteftari debet, qualiter in fidibus crediti debitum notavit; quæ atteftatio cum cognomine ipfius officialis per hæc verba explicatur, videlicet, *notata in fide per N. N.*

Itaque fupradictus Guerrerio fummam ducatorum novem millium in Banco Sacri Montis Pietatis depofuit, & ab eo quinque fchedulas, five fides Crediti in faciem diverforum nominum fuppofitorum recipit, de qua fumma poftea impendit ducatos octo mille quadrigento foctoginta cum apocis per eum confectis, in quibus (ut prætenditur) Carolus Riccius Officialis prædicti Banci teftatus fuit debitum in fidibus Crediti: quando re vera hoc non egerat; quamobrem Francifcus Guerrerius retinendo penes fe enunciatas quinque fchedulas fine nomine giratas, & abfque ulla debiti nota, nec non alias quatuor apocas ab eodem fcriptas fummam ducatorum trium millium quingentorum octoginta novem continentes, in quibus fimiliter Riccius teftabatur, debitum dediffe in fchedulis, quando non aderant fchedulæ, nec in banco creditum, in redditione computi, Caftaldum collibiftam decepit, atque Gubernium.

Sed tandem Deo *hujufmodi omnino non indulgenti occultari*, ut in *auth. de teftib. collat. 7. §. & licet*. Die 31. Augufti 1681. in novo computo menfæ argentariæ, Gubernatores requifiverunt Banco S. M. P. pro folutione pecuniæ in fidibus, & in apocis contentæ; at cum Bancum replicaffet, pecuniam fuiffe expenfam, & enunciatas quatuor apocas effe infubfiftentes de mandato D. Delegati D. Petri Cortes integerrimi Confiliarii, fuit carceratus, & infimul a guberno M. P. Riccius fuit detentus.

In hac caufa ab Excell. Domino Prorege Marchione Velcofium juftitiæ zelantiffimo fuis formata Juncta, quæ mortuo Francifco Guerrerio in carceribus M. C. proceffit contra Carolum Riccium, contra quem infrafcriptæ probationes fuerunt adductæ.

Primo, refpectu quinque apocarum, quibus pecunia fuit expenfa, tres teftes Officiales Banci Salvatoris depofuerunt, notatas debiti in dictis apocis fcriptas effe manu dicti Caroli, quam ut officiales notam habebant.

2 Secundo fuit producta comparatio, nam dictæ notatæ fuerunt cum aliis notatis certis, & indubitatis comparatæ, juxta *tex. in l. comparationes, C. de fide inftrum.* Gaitum *de credito cap. 2. tit. 8. num.* 2808. Farinac. *in frag. par. 1. num.* 436. juxta S. R. C. coram D. Pisto *caufa Bononienf. de Malvetiis* 19. Maii 1567. cor-

1587. cor. D. Durano *decis.* 363. coram Dom. Coccino 599. *part.* 5. *recent.* & Actorum Magistri M.C. quibus comparatio fuit commissa, testati fuerunt, illas videri similes, & una, eademque manu scriptas.

Tertio, tres alii testes scilicet duo Officiales B. M. P. ac ejusdem Banci Porterius deposuerunt de confessione extrajudiciali, sive extrajudiciali recognitione dictarum apocarum facta a Carolo Riccio, nam eadem die 30. Augusti post carcerationem Guerrerii, de mandato Gubernatorum Sacri M. P. fuerunt repertæ enunciatæ quinque apocæ, & ab eo visæ, & observatæ, fuerunt recognitæ, & dictum illas notatas fuisse suo caractere scriptas, imo testati fuerunt, quod dictus Carolus Riccius fuit a collibista majori interrogatus, quare in fidibus crediti debitum non dederet, & quod nullum responsum.

Quarto, sex testes testimonium perhibuerunt de amicitia inter Guerrerium, & Riccium, quæ etiam deprompta fuit ex depositione dicti Caroli, nec non deposuerunt de judicio, quod ob illam de facili facinus hoc admiserat.

Respectu aliarum apocarum, duo Officiales Banci M. P. testati fuerunt, notatas de debito non esse scriptas manu dicti Riccii, tres vero Officiales Banci Salvatoris deposuerunt, eas illius manu scriptas, sicuti duo Magistri Actorum, facta comparatione, judicaverunt.

Is enim in sua depositione, amicitiam cum Guerrerio acceptavit, & omnes non apocas esse scriptas illius manu ostendit, & quod suum caracterem poterat imitari, & tandem extrajudicialem confessionem, sive recognitionem apocarum revocavit, tamquam ex errore factam, literarum, syllabarumque dissimilitudinem allegando, characteremque non ita citratum; In defensionibus autem primo probavit, se ex bona progenie ortum, secundo pauperem non esse, tertio plura officia in Banco diù exercuisse cum legalitate, fide, & diligentia, & præsertim dictum officium, & nunquam omisisse in fidibus notare, quarto, quod ut sibi, & familiæ consuleret, plura stabilia vendiderat, quinto, quod ejus caracter de facile falsificari poterat, & in hoc plures testes de judicio deponebant, sexto, qualiter annis elapsis quædam apoca cum notata de debito ejus cognomine facta, quamquam falsa, cum ipsi fuisset ostensa, dixit, quod sua manu erat scripta, & non sine studio, demum agnovit eam falsam, & de hoc testes de visu, alii de auditu deposuerunt.

Compilato processu Fiscus institit contra eum pro acri tortura, partium petitioni inhærendo, adversum quam instantiam duo pro parte Caroli Riccio fuerunt opposita, unum videlicet, quod notatæ, seu attestationes de debito in apocis factæ non erant ipsius manu scriptæ, & quod Fiscales probationes parvi erant momenti. Alterum vero, quod quatenus apparerent ipsius manu scriptæ, non dolo, sed negligentia debitum in schedulis bancariis non dederat.

Et quoad primum, quod testes, qui affirmant habere notam manum, ut probent, rationem reddere debent, ut quia pluries viderint Titium scribentem, 3 vel ipsius literas multoties receperint, aut dicere, quod eis est valde nota, juxta notata per Scacciam *de judic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 1138. & in præsenti dicti testes ita non deponebant.

Secundo, quod si ita deponerent, neque in civilibus ullam probationem facerent, teste Affl. *decis.* 181. Thoro *in comp. verb. Apoca*, & Cajo *de credito cap.* 20. *tit.* 8. *num.* 2747. cum in hoc judicio de facili 4 decipi possunt, character enim sæpe mutatur, ut in *auth. de instrum. caut. & fide coll.* 6. *tit.* 3. ibi: *Videmus tamen naturam ejus crebro egentem rei examinatione, quando literarum dissimilitudinem sæpe quidem tempus facit! non enim, ita quis scribit juvenis, & robustus, ac senex, & forte tremens: sæpe autem languor hoc facit, & quidem hoc dicimus, quando calami, & atramenti immutatio similitudinis per omnia aufert puritatem*, & non ita in hyeme ac æstate quis scribit, ut advertit Glos. *hic. lit. D.* diversimode enim si celeriter, ac si lento gradu, qui scribit.

Tertio, quia deponere debent per sensum corporeum, & non intellectualem, & si non probat in civilibus, tanto minus in criminalibus, ubi agitur de 5 vita, & honoris existimatione, quia ubi majus est periculum, ibi cautius est agendum, *c. ubi periculum* 3. *de electon. in* 6. *lib.* 1. *§. unum, vel magis, ff. de carbon. edicto.*

Quo circa ad secundum nimirum comparationem, primo dicebatur, quod ea erat facta sine juramento 6 peritorum, qui generaliter cum juramento deponere debent in causis, in quibus uti periti adhibentur, ut ex *text. in l. hac edictali, §. hic illud, C. de secund. nupt.* & *in l.* 1. *§.* 1. *ff. de ventre inspiciendo*, & in *cap. fraternitatis de frigidis, & maleficiatis*, ubi: *districte illis enjungendo sub animarum periculo*, & specialiter in comparatione juramentum tenentur præstare, juxta formam traditam in *l. comparationes* 20. *C. de fide instrum.* ibi: *omnes comparationes non aliter fieri concedimus, nisi juramento autem præstito ab his, qui comparationem faciunt, quod neque lucri, neque inimicitia, neque alia gratia acti, hujusmodi faciunt comparationem*, quod quidem juramentum, ut notant Baldus, Bart. & Salic. in *d. l.* Menoch. *de arbitrariis casu* 114. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 164. est de forma; itaut si non sit observata, comparatio ipso jure est nulla, ut dicit Glos. *in l. si quidem*, *Cod. de except.* & ibi Baldus & decidit Rota penes Seraph. *dec.* 1290. *vel* 119. Sperell. *decis.* 178. Ludov. 7. *num.* 8. & in præsenti periti nullum præstiterunt juramentum: item parte non citata, ideoque judicium per comparationem peritorum electorum nullum inferebat præjudicium, Vulpell. *cons. crim.* 535. Vermigl. *cons.* 410. & *cons.* 8. Bajard. ad Clarum, §. *falsum*, *num.* 108. ne a perito suspecto fieri contingat.

Secundo, quod dicta comparatio est valde periculosa, & fallax, quia imitatur character, ut in C. 7 *Theod. tit. si certum petatur de chirogr. l. super chirographis*, ibi: *hoc enim toto jure cautum est, ut scripturam prolator affirmet, quam tamen astrui non solo manus collatione convenies, quid enim falsarius agit, quam at similitudinem veritatis imitetur; sed aliis multiplicibus documentis, ut probet magnæ securitatis fuisse, quod falsum*.

Hinc bene illud Zeuxis, hic schapo uvarum picto decepit aves & melius illud Parrasii hic lineum attulit pictum, ita veritate representata, ut Zeuxim 8 fefellerit, credidit enim Zeuxis, eo remoto, se picturam visurum, ut ex Plinio *l.* 35. *c.* 10. ac Reginæ Sabbæ, hæc flores naturales, & artificiales inter se, ita similes Salamoni præsentavit, ut interrogatus, uti essent naturales? non cognovisset, ut in Sanctuario P. Pauletti *serm. nativit. S. Jo. Baptistæ fol.* 273 & penes Basiliensem *serm.* 47.

Ob quam rem ab Imperatore Justiniano interdicta fuit comparatio, & tantum in aliarum probationum 9 defectum admissa, ut in §. *si vero moriantur, auth. de instrumentorum cautela, & fide*, ibi: *neque enim eam modis omnibus interdicimus*, & in prædicto casu, solum in criminalibus non est sufficiens ad torturam, nisi juncta mala fama inquisiti, ut fatentur Ripa in *d. l. admonendi, ff. de jure jurando num.* 100. Curtio Senior *num.* 11. Albericus de Rosate in *l. divus, ff. ad l. Cornel. de fals.* Thelaur. *tom.* 1. *qu. forens. qu.* 24. *num.* 26. consuluerunt Hondedeus *cons.* 96. *num.* 68. Decius *cons.* 615. Rovitus *cons.* 51. *n.* 3. *tom.* 3. & ita decisum testantur Franciscus Marcus *decis.* 935. *part.* 2. Faber in C. *lib.* 4. *tit. de probat. defin.* 14. cujus sunt verba: *Et si non desunt, qui putent probationem per comparationem literarum concludenter fieri nullam posse, sed requiri testes, qui dicant scribere se vidisse, quod tam multi sunt hodie, qui alienas scripturas sic imitentur, ut non possit non valde periculosa esse hac probatio. Hoc tamen jure utimur, ut hac quoque probationis species admittenda sit, sed per eos demum testes, qui scribentis manum apprime noverint, ideoque in causis civilibus dumtaxat; Sed in criminalibus, in quibus periculum majus versatur capitis, aut existimationis, non item, adeo, ut ne quidem* 10 *judicium ad torturam ex ea litterarum comparatione sumi possit, nisi proponas, talem esse reum, qua* mo-

mala fama suspectum aliquis faciat, quo casu minus tuendum est, ne ex ejusmodi litterarum comparatione lædatur: & tanto minus si comparatio fit scripturæ paucis dictionibus compositæ, cum facilius ea imitari possit, Mascardus *de probat. concl.* 740. *num.* 13. Vermigliolus *cons.* 132. *num.* 15. *&* *cons.* 140. *num.* 6. Cons. Prato *respon.* 17. *n.* 07. *ac alii*.

Et in præsenti contra Carolum Riccium non aderat mala fama: Necnon fuit dictum, quod comparatio non poterat juvari probatione testium deponentium habere notam manum: quoniam tum ii, quam periti de credulitate, & non de veritate deponunt, & de eodem genera sunt; ideoque indicium, quod ea dicta probatione oritur, non est diversum ab illo, quod comparatio patit, sicuti enim periti circa com- 11 parationam non deponunt de re, sensu coporeo perceptibili, sed de judicio juxta peritiam, quam in scribendo, & de scripturæ characteribus habent: ita qui deponunt notam habere manum, juxta peritiam particularem, quam habent circa characterem particularis scribentis testantur, sicuti in causa criminali centum testes de judicio non faciunt, nisi unum, & leve indicium, ac eorum depositiones sociorum contra locum de jure communi loquendo, cum omnes sint ejusdem generis juxta doctrinam Bart. *in l. nullus*, §. 1. *ff. de qu.* Blanci *tract. de judiciis num.* 385. *&* 386. Farinac. *qu.* 43. ac aliorum, ita hujusmodi testes in causa civili hac ratione, de qua supra, non faciunt, nisi semiplenam probationem, ut notat Farinac. in *pragm. part.* 2. *verbo comparatio num.* 911. Gaitus *de credit. cap.* 1. *tit.* 6. *num.* 2866. Scaccia *de judic. lib.* 2. *cap.* 11. *num* 1032. in causa vero criminali cum magni momenti sit, hanc certe probationem non constituunt.

Neque de confessione extrajudiciali erat habenda ratio: hæc enim in præfata specie erat potius signum innocentiæ: etenim si Carolus Riccius furti fuisset conscius, dum habuerat notitiam de Guerrieri carceratione, cum de malo præcavere poterat, notatas de debito in apocis factas utique non recognovisset, cum enim contrarium fecerit, dicendum necessario est, quod aut innocens, aut non compos mentis erat: 12 malum præcognitum quippe remedium continet, ipsamet naturæ illud suggerente; merito hinc Cicero pro Milone, *magna est vis conscientiæ, Judices, & magna in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiserint, & pœnam semper ante oculos putent, qui peccaverint*.

Et cum periti in comparatione decipiantur propter similitudinem characteris, qui ita imitatur, ut vix verus cognoscatur, & cum testes in recognitione decipiantur, quia sæpe variatur character, etiam juxta *text. in l. merito, ff. pro socio* dicendum est, quod Riccius recognoscendo notatas de debito in quinque illis apocis, se decepit, sicuti annis elapsis in hunc incidit errorem, acceptando apocam in sua manu scriptam, ut probatum satis erat, hinc Dominus de Juncta rogavit, ut notatas veras, & falsas, quas ipse putabat, recognoscerent, etenim queunt Judices dictam comparationem facere, ut testantur Baldus *in l. comparationes, C. de fide instrum. num.* 30. ibi: *Venio ad sextam quæstionem scilicet qualiter, & per quos fiat comparatio? Respondeo, si quæris de personis l fit per Judicem, qui caute, & discrete faciet, si saltem assumat secum duos peritos inspectores, cum* 13 *quibus videat, & inspiciat corpora scripturarum, hoc tamen est in arbitrio suo, ideo ipse solus potest facere comparationem, sicut facit alia pertinentia ad examinationem causæ, secundum Nicolaum de Matarel. l. unde* Menoch. *de arbitr. casu* 114. *num.* 26. notat, quod Judex potest, si vult, ex suo arbitrio recognoscere: quinimo tenentur Judices, juxta doctrinam Vice Cancellarii Crespini de Valdaura *observ.* 23. *num.* 18. ubi inquit: *Scripturas non esse integræ fidei, ex quo periti suo judicio tales esse affirmant, tum quia in his, quæ Judex intelligit, potius tenetur sibi credere, quam testibus*, ex Cancerio *lib.* 1. *c.* 13. *n.* 27. 14 Borrell. *in addit.* Petri Bellug. *rubr.* 10. *num* 21. *lit.* *L. cum unusquisque eorum, quæ cognoscit, bonus sit Judex*, ut inquit Aristoteles 2. *ethicor. Tum quia probatio, quæ ex inspectione oculorum resultat, magis per Judicem ipsum, quam per testes deprehendi debet, tanquam per evidentiam rei, de qua* Ulpianus *in l. si irruptione* 8. §. *ad officium, ff. finium regundorum*.

15 Tandem circa amicitiam fuit dictum, quod aut illa sumitur pro causa, aut pro criminis indicio: Si pro causa, & illa non est potens, quia non proportionata delicto, non enim est verisimile, quod Riccius, ut complaceret Guerrerio, tam gravi periculo se exponere vellet: si pro indicio, & est illud valde leve, quia testes non deponunt de gradu, & amicitiæ qualitate, sed in genere, Farinac. *qu.* 43. *n.* 175.

Secundo, quod quatenus notatas de debito in apocis fecisset, & non in schedulis, conscius tamen furti non fuit, nec in re hac dolo malo versatus, sed tantum negligentiæ, & omissionis inculpari posset, & præterea nihil, quia testes de dolo, & furti participatione nihil dicunt, & ad pejus ex hac negligentia in omittendo, quod fur mutuatarius, videlicet notata debitum in fidibus crediti, tantum dolus præsumptus, & non verus oriebatur, Farinac. Surdus *decis.* 126. *&* 128. cujus hæc sunt verba: *Dolum vero non resultare ex eo solo, quod sciat aliquis se teneri ad aliquid faciendum, dandum, aut præstandum, &* 16 *negligat, vel omittat id facere, quia esse potest non fraudandi, aut decipiendi animo fecisse, sed ex alia causa, ut ex text. in l. novissime, §. non semper, ff. quod fals. tutor. l. si procurator, §. dolo, ff. mandati*.

Verba Ulpiani in allegata *l. novissime*, hæc sunt; *Non semper tutor convenitur, nec sufficit, si sciens auctor fuerit, verum ita demum, si dolo malo auctor fuit*; At hæc culpa licet lata, & hic dolus ex dicta culpa præsumptus pœnam corporalem non importat, 17 quia origine attenta, suas ultra non prætendit vires, & ita fatentur Doctores, quorum Antesignanus est Bartol. *in l. quod servo, ff. deposit. num.* 20. ibi: *Et ideo, ut passus iste tibi breviter loquar, distingue aut loquimur in actionibus descendentibus ex contractu, vel quasi, & lata culpa æquiparatur dolo, ut hic cum similibus determinationibus, quod notatur in d. l. in actionibus, aut loquimur in actionibus, seu accusationibus descendentibus ex delicto, & tunc aut quæris quoad pœnam corporalem, & lata culpa non æquiparatur dolo, l.* 3. §. 1. *infr. ad l. Cornel. de sicariis, & notatur in d. l. in actionibus, aut quoad pœnam pecuniariam, &c*.

Idem Bartol. rursus *in l.* 53. *ff. de verbor. signif.* qui *text.* est Pauli J. C. *lib.* 59. *ad edict.* & talis est: *Et* 18 *sane post Veterum auctoritatem, eo perventum est, ut nemo ope aliquid videatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit*, ait, non potest dici dari opem furto, nisi sit in consilio, idest in fraude, & dolo.

Post Bart. Glos. *Accursii in l. in action. ff. de in litem jurand. lit.* 1. ibi: *Comparatur ergo lata culpa dolo, quantum ad pecuniarum damnum persequendum, non quantum ad corporalem pœnam*, ut infra *ad l. Corn. de sicariis l.* 3.

Deinde Dionysii Gothofr. *in not. ad l.* 7. *ff. ad l. Corn. de sicar.* quæ incipit in *l. Cornel.* dolus pro facto accipitur, nec in hac lege culpa lata pro dolo accipi- 19 tur, ibi, post *text.* Pauli J. C. *lit. R.* ita fatetur, *culpam latam interdum comparari dolo, veram id tantum obtinere, quoties pœna corporalis, vel mortis non est imponenda*.

20 Petrus Caballus *resol. crim. cas.* 21. *num.* 12. ibi: *Culpa offendentis consideratur videtur, quæ etiam data in pœnis corporalibus non æquiparatur dolo, &c*.

Julius Clarus §. *fin. qu.* 60. *num.* 28. inquiens, *ubi appareat delictum fuisse sine dolo commissum, eo casu* 21 *reus non potest corporaliter puniri*, ibique addit Rosellius *lit. R.* pro eadem sententia citans Farinac. *qu.* 83. *a num.* 1. *usque ad* 13.

Idem Julius Clarus *qu.* 84. *nu.* 2. habet: *& in primis quidem scias, quod regulariter in pœnis criminalibus nunquam potest quis corporaliter puniri, nisi dolus interveniat*, idem dicit Bartolus, *&c. neque sufficit lata culpa, nam in criminalibus cum agitur de imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, lata culpa non æquiparatur dolo*, & hanc opinionem dicit esse communem Jason. *in l. actionib.*, & amplius in *cit. qu. &* num. ita loquit, *sed certe hoc*

locum

locum habet, *non modo si agatur de imponenda mortis pœna*, *vel membri mutilationis*, *verum etiam si agatur de imponenda quacumque alia corporali pœna*, & quamquam in *text. in leg. ad Commentariensem*, *Cod. de custodia reorum*, & *in l. milites*, *ff. eodem*, habeatur Commentariensem prò lata culpa capitaliter puniri, Glos. tamen *in d. l. lit. C.* advertit, hoc esse speciale contra Commentariensem ex narratis Constitutionibus.

Sed pro Fisco, quæ sequuntur, ponderata fuere: & primò, quod falsi crimen est valdè Reipublicæ perniciosum, & sui natura probationis difficillimum, itaùt
22 miraculo adscribatur, si fortè detegitur: ut ex *l. si ex falsis*, *C. de transact.* ibi, *falsa revelata*, quamobrem nè uti occultorum, remaneat impunitum, levia indicia reputantur gravia, juxtà notata *decretorum praxi cap. 7. num. 13. & 14.* conferunt jura in *l. indicia*, *C. de rei vindicat. l. 3. de re militari*, *l. 2. Cod. quorum appellationes*, & supradicta ratione attenta admittitur comparatio, ut in *§. novimus auth. de instrument. cautela*, & *fide*, quod fundamentali ratione comprobatur.

Etenim quamvis *Ars sit simia natura*, ut inquit
23 Aristoteles *physicorum lib. 2.* semper tamen unius effectus ab alterius effectu distinguitur, hinc Quinctilianus *orat. instit. lib. 10. cap. 2. de imit.* inquit, *quicquid alteri simile est*, *necesse est*, *ut minus sit eo*, *quod imitatur*, *ut umbra corpore*, & *imago faciei*, *ac actus histrionum veris effectibus*, hinc in picturis experimur peritorum diligentiam, copiam ab originali distingui, sicuti mulier in pulchritudine, quæ suaptè natura est decora facie, non difficilè distinguitur à muliere artificio colorata, hinc similitèr scripturæ character, quem à sua pueritia quis didicit, & longa Consuetudine acquirit, acquirentis proprius, & naturalis dicitur, ità ut vix etiam studio in scribendo, illum variare possit. Hinc si aliquis imitari procurat, & si imitetur, propriam tamen illius formam non capit, & semper unius character ab alterius charactere distinguitur, idcircò comparatio admittitur, quæ ex literis, atque notis fieri potest; ex comparatione enim non tantùm literarum, sed etiam notarum falsitas arguitur, notæ autem non sunt literæ *l. 6. in fin. ff. de bonor. possess.* sed literarum compendia, ut inquit Gothofr. *in §. oportet c. 6. auth. de instrum. cautela*.

Supradicta enim comparatio in civilibus juxtà multorum placita, si omninò similis est, plenè pro-
24 bat, colligitur ex *tex. in §. si quis igitur auth. de fide instrum.* à contrario sensu, ibi: *Magnum res habuit tumultum*, & *coactus est alia scribere*, *quæ visa sunt*, *veluti similia*, *non tamen per omnia similia*, Glos. in *leg. 3. ff. de testibus in verbo specie:* ibi: *Vel probatur per comparationem*, & in literis, sivè epistolis, notat Thesaur. *qu. 24. num. 20.* decisum tradit Ursill. ad Afflict. *decis. 181. in fin.* ibi: *In literis*, *sivè epistolis sola sufficit*, & *ego in praxi obtinui in*
25 *causa magnifici Francisci Amoris Messana cum Illust. Duce Montis Leonis*, *tam in M. C. quàm in S. C. literis dicti Ducis*, *quæ continebant ejus subscriptionem tantam cum aliis literis*.

Quamquam in apocha difficultatem patiatur, ea tamen caret, si alia adminicula habet, teste Afflict. *de-*
26 *cis.* 181. Thesaur. *ibidem num. 14. circa finem* de Franch. *decis. 105. nu. 10.* Costa *de remed. subsid. remed. 7. num. 14. vers. aliquando autem*, & in specie in apocha decisum refert Sanfelic. *decis. 155.* ubi fuit judicatum, esse probatam apocam per comparatio-
27 nem, atque per testes deponentes, notam habere manum.

In criminalibus verò, junctis adminiculis, indicium
28 facit ad torturam, notat Purpuratus *l. admonendi ff. de jure jurand. num. 187.* ibi: *Et regulariter ad capturam*, & *detentionem faciliùs ex comparatione devenitur*, *poterit indè fieri maxima indagatio leg. ubi*, *C. de fals.* & tale judicium operari, ut Judex inferat torturam, attenta qualitate ejus, contra quem producitur, quod totum ipsius religioni relinquitur, Costa *de remed. subsid. remed. 7. num. 11.* ibi: *Nisi alia concurrant indicia*, Caball. *cas. 251. num. 13. in verbo*, & *similitèr quando* Farinac. *in fragm. par. 1. lit. C. num 505.* Mattheù *de re criminu. contr. 28. num. 67.* & *68.* ubi habetur, quod comparatio est sufficiens etiam ad pœnam corporalem extraordinariam, si alia cum ea concurrant, proùt decisum refert.

Secundò, qualitèr testes habere notam manum deponentes, ut quia sæpè viderunt eum scribentem, quamvis Baldus in *auth. sed novo jure*, *Cod. si certum petatur*, Angelus *in auth. si quis vult*, *C. qui potiores*
29 *in pign.* Ripa *in l. admonendi num. 104. & 106.* Caccialupus *ibidem num. 55.* & Curtius Junior *num. 109.* & *113.* profiteantur nullam fidem facere, quia de judicio deponunt, & sic non de veritate. Contrarium tamen verius est, quod ii semplenè, vel saltem minus, quàm semiplenè probant, Gaitus *de cred. cap. 2. tit. 7. num. 275. vers. facere tantum semiplenam probationem*, Menoch. *cas. 110. num. 20.* Ruin. *cons. 46. num. 6. & 10.* Quinimo in litteris missivis mercatorum plenam faciunt fidem, ut inter eos bona fides conservetur, quæ debet superare, præsertim Burat. *decis. 582.* notat Thesaur. *d. qu. num. 22.*, sicuti plenè probant junctis adminiculis idem Gaitus *de credita num. 2728. vers. tamen*, Marescott. *cap. 69. num. 6.* decidit Rota coram Domino Pirovano 201. *par. 4. recent. tom. 2.* & *169.*, & *124. par. 2. divers. 241. par. 5. recentiorum*, coram Domino Cavalerio *dec. 452.* coram D. Buratto *decis. 475.* & D Carillo in ea successionis 11. Martii 1643. & *dec. Janua 16. ubi de consuetud.* quia dicti testes de veritate deponere nequeunt, & sufficit, quod deponant de credulitate, cum non deponant de re sensu corporeo perceptibili, sed judicio intellectur: indè est, quod cum recognitio scripturæ judicio intellectus percipiatur, eorum depositio recipienda est, Farinac.
30 *in tract. de testib. q. 63. n. 100.* Rota coram D. Seraphino *dec. 522.* coram D. Cavalerio 553. *n. 6.* & amplius probant, si per verbum (*videtur*) deponerent, Rota coram eodem D. Seraph. 522. Gratianus *discept. 895. n. 33.* ex Bart. & Alberico *in l. 1. ff. de ventre inspiciendo*.

In criminalibus enim junctis adminiculis quoque valent ad torturam, Farinac. *in pragm. par. 1. lit. C. num. 505.* quinimo Caball. *loc. cit. num. 13.* indistinctè
31 ità tenet, ibi: *Vidi autem practicari*, *quod ex dispositione testium dicentium*, *apocham esse manu alicujus scriptam*, *ea ratione*, *quia illius manum notam habent*, & *pluries illum scribere viderunt*, *ille talis ponatur ad torturam pro eruenda veritate*.

Hinc contra eumdem Riccium non solum aderat comparatio omnimodò similis, juncta testium probatione, notam habere manum deponentium, & amicitiæ adminiculo, sed quoque enunciata confessio, seù dictarum quinque apocharum recognitio; & quamvis ab eodem fuerat revocata, non tamen constat de errore videlicet literarum dissimilitudine, uti periti testantur; quinimò dicta confessio comprobatur memoriali S. E. porrecto, quo debetur intelligi, quod non dolo, sed negligentia debitum in schedulis bancariis datum non erat.

Ad objectum de juramento non præstito fuit responsum, quod juramentum de stylo M. C. non requiritur, qui stilus facit legem, & in ratione fundatur, quia comparatio semper committitur Actorum Magistris,
32 qui a principio eorum officii juramentum præstant, omnia rectè agere, & quia comparatio est de eorum peritia, ac testantur de credulitate, & non de veritate juxtà Glos. *in l. 1. §. 1. ff. de ventre inspiciendo*. Et ad objectum de comparatione non citata parte fuit dictum, quod in criminalibus non auditur reus in captura informationis: & quicquid sit de jure communi, ità observat praxis optima ratione, nàm reus si absens citaretur, statim aufugeret, si præsens, facilius posset testes examinandos subornare, ac alia in Fisci detrimentum agere, teste Clam *q. 11. n. 2.* & ità praxis quoque observat in comparatione.

Et ad exempla fuit dictum, quod Zeuxis Aves decepit, & non homines. Quod Salomon noluit de floribus judicare ob honorem Reginæ Sabæ, & quod magnum erat Parasii exemplum; sed hoc, & alia procedere in actibus inconsideratis, & primæ operationis intellectus, & videtur prima facie. At character an sit similis, vel dissimilis, benè periti diligentia percipi potest secunda intellectur operatione.

Quod consideratio innocentiæ ei non opitulabatur, quo-

quoniam sæpiùs homines mala conscientia deterriti,
delicta clam patrata, palam, & coram Judice, Deo
permittente, fatentur, & si Riccius in recognitione
aliquando se decepit, fuit dictum, quod tunc casus
fuit de repente, & unius tantum apocæ. In casu
verò præsenti recognitio fuit præmeditata, & quinque
apocarum, & si in illa recognitione statim se
advertit, & dixit, quod attestatio erat falsa, consideratio
adducta est contra eum.

Et tandem, quod licèt Judex, si velit, intervenire
potest in facienda comparatione, ut notant Bald.
in l. compar. num. 30. Menoch. *casu* 114. *n.* 26. de consuetudine
tamen periti, absente Judice, eam faciunt,
33 ut quoque notant Alberic. de Rosate *in d. l. num.* 2. et
Curtius *in l. admonendi, ff. de jure jurando n.* 114. &
quod in M. C. Judices semper illam Actorum Magistris
committunt, & aliquando ipsi quoque, si eis
lubet, interveniunt.

Insuper & tertio, quod Carolus Riccius, quia in
schedulis Bancariis debitum non dederat, prout ratione
sui officii priùs tenebatur, præsumebatur in dolo,
juxtà *text. in l. tutor, ff. de admin. tutor.* etiam si de
dolo nulla præcedant indicia, juxtà Glos. *in fin. dub.*
6. ibi: *Adverte, quod quandocumque aliquis mittit,
quod scit se facere debere, præsumitur esse in dolo;* hinc
non facere est facere, & delictum in omittendo in officiali,
est delictum in committendo, ut scripto tradit
Andreas *in c. 1. num.* 20. *de cap. Conradi, & in c. 1.*
34 *num.* 18. *in fin.* de pace juramento firm. Præs. Merl.
contr. 28. *lib.* 2. *num.* 7. & quod dato præsumpto dolo
rectè torqueri poterat, cum magis efficiat probatio juris,
quàm probatio hominis, ut à jure approbata: Etenim
dolus præsumptus distinguitur a vero in effectibus,
ut docet Bartol. *in l. quod nemo, ff. depositi*, ut
non sit sufficiens ad condemnandum, quia in criminalibus
claræ probationes requiruntur *l. qui sententiam,
C. de probat. & præsumptiones non sufficiunt, l. absentem
ff. de pœnis*, quæ doctrina communiter a Criminalistis
recepta est quoad pœnam ordinariam.

Quartò, quod dolus præsumptus, & dolus verus
regulatur a probationibus: etenim de hominis malitia
si levissimæ eruuntur conjecturæ, erit dolus præsumptus,
si autem perspicuæ, & erit dolus verus; quæ
35 distinctio desumitur ex *text. in l. dolum*, C. ibi: *dolum
ex indiciis perspicuis probari convenit*, & a Bartolo *in
d. l. quod Nerva, ff. depositi num* 14. & Surd. *decis.* 216.
num. 7. Quod contra Carolum Riccium indicia perspicua
aderant, cum fecerit actum de genere prohibitorum,
attestando cum mendacio dedisse debitum in
schedulis in præjudicium Banci, quo casu in vero
videbatur dolo, juxtà notata a Felino *in cap. si autem
de rescriptis*, Petro de Gregorio *syntag. juris lib.*
21. *cap.* 12. & a Petro Caball. *in tract. de omni genere
homicidii n.* 87. & 280.

Item quia perspicua erat conjectura contra eum reiteratio,
seu geminatio, cum non semel, bis, aut ter,
sed quinquies hoc admiserit, non dando debitum in
schedulis Bancariis; geminatio enim sicuti constantem
voluntatem indicat, juxtà *text. in l. Balista, ff.
ad Trebellianum*, ità in præsenti actum inconsideratum
excludit, & dolum indicat, eoque magis, quia
probavit in termino, quod in omni officio usus fuit
36 omni diligentia, & præsertim in hoc officio, cum
probaverit prius dedisse debitum in schedulis, & postea
notasse in apochis, undè cum se Tyronem non
fuisse demonstraverit, non poterat se excusare negligentia,
sed malitia defecisse: Si semel enim is
in hoc deficeret, verisimile esset, quod negligentia
debitum non dedisset.

Et tandem dicebatur, quod quatenùs non de dolo,
sed de nimia negligentia inculparetur, sicuti fatetur,
etiam in hoc casu corporali pœna esset puniendus, &
consequenter torquendus, juxtà *text. in l. ad Commentariensem,
C. de custod. reor.* & in *l. milit. ff. eod.*
ubi probata culpa Commentariensis capitaliter punitur,
& quamvis aliqui dicant, quod speciale sit contra
Commentariensem, ut Glos. refert *l. ad Commentariensem*,
37 attamen advertendum est, quod Commentariensis
ideò corporaliter punitus, quia ratione sui officii
tenetur omnem adhibere diligentiam, quæ ratio militat
contra quemlibet officialem, qui tenetur diligenter,
& legaliter suum exercere officium ex Gothofred.
38 *in tit. 1. lit. I.* qui generaliter loquendo, inquit, *culpa
nimia interdum punitur capitaliter*, & conferunt
alia jura, veluti *text. in l.* 3. §. 1. *ad l. Corn. de sicariis*;
ibi: *Relegari jussa est ea, quæ non quidem malo animo,
sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem
dedit, ex quo ea, quæ acceperat decessit*; & in
l. si quis aliquid 38. §. *abortionis, ff. de pœnis*, ibi:
*Qui abortiones, aut amatorium poculum dant, etsi
dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est,
humiliores in metallum damnantur, honestiores verò
in Insulam*, testantur Doctores, veluti Bart. *in l. respiciendum,
num.* 4. *ff. de pœnis*, Maraota *in speculo
par.* 4. *in principio num.* 59. Tiberius Decianus, *lib.* 1.
cap. 6. *num.* 16. cujus verba sunt. *Verum quia adeò
crassa, & supina est ea negligentia, ut quæsita, &
affectata videatur, & ideò conjuncta malitiæ; cum raro
id eveniat, ut quis sit adeò stupidæ mentis, ut non
intelligat, quod omnes intelligunt, & ideò, vix crediderunt
leges dissolutam hanc, & intolerabilem negligentiam
fraude, ac dolo carere, quare ne detur
fraudibus, ac malitiis hominum occasio, cautum est,
ut hæc culpa æque, ac dolus vindicetur*, Clarus *in §.
homicidium*, ut testatur Mediolani Senatum quemdam
homicidam pro lata culpa ad triremes temporaliter
condemnasse; & quod judicis arbitrio lata culpa corporaliter
sit punienda, tenet Marsilius in *l. Corn. post n.* 7.
vers. glossa 2. *ff. ad l. Cornel. de Sicariis*, Tiraquell. *de
pœnis temperandis causa* 14. Menoch. *de arbitrariis
lib.* 2. *cas.* 324. ibidem dictum, quod pessimum esset
exemplum in re tam gravi contra Carolum Riccium
non experiri tormentum, quod de genere probatorio
39 est, teste Cujacio *in l.* 2. *ff. de probationibus lit. D.* ibi:
*Nam in probationibus non sunt tantùm testes, sed
etiam leges, item quæstiones, idest tormenta.*

In hac causa, quæ diù fuit agitata in Regia Juncta,
ubi intervenerunt, tempore interjecto, doctissimi viri,
& omni laude dignissimi, veluti Dom. D. Antonius
de Gaeta Regens, & Locumtenens Regiæ Cameræ,
ac dictæ Regiæ Junctæ Præses, DD. Consiliarii D. Fulvius
Caracciolus, D. Alvarus de Quadra, Januarius
de Andrea nunc R. & C. Præses, D. Hieronymus
Aquaviva, Illustriss. Dux Insulæ, Julius Cæsar Bonitus,
Præses R. C. Marcus Antonius de Risia nunc ob
ejus merita apud Catholicam Majestatem Regens, &
Dom. Præses Reg. Cam. Franciscus Antonius Andreassus
inter quatuor eorum intervenientes fuit facta paritas,
duo enim fuerunt voti, quod Carolus Riccio consignetur,
alii duo, quod torqueatur, quæ a tribus adjunctis
datis pro ea dirimenda fuit, me patrocinante
pro Regio Fisco, dirempta contra dictum Carolum
Riccio non obstante *tex. in l. inter pares* 28. *ff. de re
judic.* cujus sunt verba: *Inter pares numero Judi-*
40 *ces, si dissonæ sententiæ proferantur in liberalibus
quidem causis, secundum quod à Divo Pio constitutum
est, pro libertate constitutum obtinet: in aliis autem
causis prò reo, quod in publicis judiciis obtinere oportet*,
juncto *text. in l. Adrianus, ff. de action. & obligat.*
nàm fuit per Dominos Judicantes dictam præfatam legem
procedere in Regno in Tribunalibus Regiæ Cameræ,
& Regii Collateralis Consilii; item quando
dissonæ sunt sententiæ, una in condemnando, altera
verò in absolvendo, non autem in torquendo, quia
tortura medium est. & in re dubia legale remedium,
quod solet ad sententiam deveniri condemnando confessum
tanquàm reum, vel absolvendo non confessum
tanquàm innocuum. Item quod præcitatus *textus* fundatur
in æquitate, & misericordia, quæ in re tam mali
exempli non erat exercenda: quamobrem fuit dictus
Riccius tormento stanchettarum tortus ob valetudinis
impedimentum, & cum sustinuerit, credendum est
eum potius insontem, quàm nocentem fuisse.

Interfuerunt quoque in hac causa integerrimi Advocati
pro Carolo Riccio, nempè D. Carolus Susanna,
& D. Vicentius Vidman, nunc Judex M. C. quem
propter animi ingenuitatem, doctrinam, ac integritatem
nostri inclyti Regis munificentia dignum esse
existimo.

LEO.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XIII.

Comparatio literarum qualem in civilibus, & qualem in criminalibus probationem facit.

SUMMARIUM.

1 *De causa falsitatis apocarum Banci remissive ad Auctorem.*

MUlta sunt quæ aut natura ipsa, aut alicujus diserti hominis arte sunt ita facilia, & clara, aut
a solo ipso perceptibilia, quæ si explicentur amplius, potius obvolvuntur, quam elucescunt, ut ex *Arnald. lib. 1. artis cogitandi*. qua de re cum ita clare per Auctorem exposita sit, & in utramque partem disserta causa falsitatis apocarum banci, non est cur aliud addatur, præsertim, quia non commentaria sunt ista & occasione arrepta ex unoquoque verbo extensi tractatus, sed Observationes, & Annotationes aliquæ, sive Additiones.

RESOLUTIONIS DECIMÆQUARTÆ.

ARGUMENTUM.

Eximens Carceratum pro debito civili a manu Curiæ an corporali pœna, vel pecuniaria puniendus veniat.

SUMMARIUM.

1 *Delictum in genere in exemptionis delicto.*
2 *Eximens captum, si est convictus, vel confessus, eadem, qua exemptus, tenetur pœna.*
3 *Eximens captum pro debito civili, juxta veram sententiam tenetur in pecuniaria pœna, & in subsidium & 4. 5.*
6 *Exemptio duo continet creditoris damnum, & Judicis contemptum.*
8 *Pœna* l. Jul. de vi privata *est relegatio.*
Eximens captum pro debito civili, si est rusticus, licet sine vi publica, pœna triremis secundum aliam sententiam puniri, ibidem.
Relegatio in Regno contra rusticum in triremium pœnæ commutata est, ibidem.
9 *Delictum in hac Civitate commissum gravius est alio delicto extra civitatem patrato.*

FUit dubitatum in M. C. qua pœna esset plectendus Vincentius Sparano, qui ab Algozzeriorum manibus exemerat Horatium Barone detentum pro debito civili ducatorum 60. vigore literarum Cambii cum exequtorio Domini Regentis Delegati, vim inferendo denudato ense, cum quo in eos plures ictus injecerat, licet sine offensione, uti plene constabat jam de cor-
1 pore delicti, veluti de legitima captura cum enunciato exequutorio, quam de narrata exemptione per Birrorariorum depositiones, & alios testes de visu.

Pro Vincentio fuit consideratum, quod eximens captum pro causa criminali, si is est convictus, vel confessus eadem, qua exemptus, pœna teneretur, juxta tex. *in l. 1. de custod. reorum*, & in *l. 4. ff. ad*
2 *l. Jul. majest.* cæterum arbitraria pœna teneretur, teste Caball. *cas. 8. D. Reg. Sanfel. decis. 44.*

Pro debito vero civili tenetur tantum ad solvendum debitum, primo per *tex. in l. quoties, C. de exact. trib.* ubi eximens, si pœnitentia ductus, debitorem exemptum præsentet, non liberatur, sed tenetur tan-
3 tum facere depositum debiti, quod solvere debet in subsidium, & quod ita judicatum per S. C. testis est Thor. *par. 3. compend. verb. eximens.*

Secundo, per *text. in l. 6. ff. ne quis eum, qui in jus vocat, vi eximat*, *Ulpianus* inquit. *Is qui debitorem vi exemit, si solverit, reum non liberat, quia*
4 *pœnam suam solvit*; igitur pœna hujusmodi exemptionis est pecuniaria.

Tertio, quod si alia pœna veniret plectendus, non triremis pœna, sed mitiori videlicet exilii pœna, ut
5 judicavit Curia Delfinatus, teste Guidone Papa *decis. 5* & Regia Audientia Capitanatæ teste Vivio *decis. 92.*

Pro Fisco vero, quod hæc exemptio duo continebat, creditoris videlicet damnum, ac Judicis contemptum, & in pœnis imponendis, non simpliciter de interesse, sed quoque contemptu Curiæ erat tra-
6 ctandum, *l. prætor, §. ait prætor, ff. de novi operis nunciatione*, quod in præsenti Vincentius Sparano contempserat authoritatem majoris Magistratus, & proinde non minori pœna, quam triremium erat plectendus.

Secundo, quia hæc exemptio fuerat ense evaginato, & consequenter vi publica peracta, juxta *text. in*
7 *l. 1. ff. ad l. Jul. de vi publica*, pœna enim *l. Jul. de vi pub.* erat deportatio, ut in *l. quoniam multa facinora, C. ad l. Jul. de vi pub.* ubi Glos. *lit. K. & L.* quæ deportatio in triremium pœna commutata est, teste Capibl. *de Baron. prag. 19.*

Tertio, fuit adducta decisio penes Dom. Præs. 442. qua habetur, quod S. C. condemnavit eximentem pro debito civili, etiam sine vi publica, ad trire-
8 mium pœnam per biennium, habita consideratione, quod pœna *l. Jul. de vi privat.* licet sit relegatio, citata *l. quoniam*, nihilominus hæc relegatio contra rusticum non practicatur in Regno, sed commutata est in dictam pœnam triremium, ideoque hanc pœnam subire deberet.

Primo, quod jure in contrarium adducta non contradicebant Fisco, quoniam Juris Consultus in illis, uti non interrogatus de pœna, illam consulto non definivit.

Secundo, quod in *decis.* Thori S. C. providit quo ad interesse creditoris, & non tractavit de pœna.

Tertio, quod decisio Vivii ad alia adducta non erat trahenda ad exemplum, quoniam hoc crimine
9 immediate offenditur justitia & contemnitur Principis authoritas, qua ratione illud, quis commissum in hac Civitate, ubi residet Prorex, & tot sunt Tribunalia, gravius semper reputatur alio crimine extra Civitatem patrato, de quo fuit decisio allegata, propterea per M. C. delegatam, fuit per quinquennium ad Regias triremes condemnatus.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XIV.

Eximens carceratum pro debito civili, qua pœna puniendus est?

SUMMARIUM.

1 *Eximens carceratum pro causa civili pœna pecuniaria, an pœna corporali puniendus*, & num. 4. 5. 7. & 12.
2 *Ubi residet Princeps gravius delicta reputari.*
3 *Explicatur* text. in *l. 6. ff.* ne quis eum. & 8.
4 *Solutio pecuniarum, quam facit eximens carcera-*

tum, est pro pæna sua non autem pro exoneratione debiti ipsius carcerati, & &.

5 *Quanta sit pæna eximentis carceratum, & cui debeatur.*

6 *Pæna eximentis vocatum in jus est quanti res æstimatur ab Auctore.*

7 *Actio contra eximentem ad id, quod extimatur ab Auctore, est pænalis, & non transit ad heredem.*

9 *An Reus exemptus possit gaudere exceptione doli contra creditorem, qui recepit, id quod interest ab Eximente.*

10 *Exceptio doli ponderatur.*

11 *An exemptus teneatur reficere Eximenti, & in quantum.*

13 *An valeat in hoc arbitrium Judicis.*

14 *An possit eximi ille, qui injuste carceratus.*

15 *An si plures sint eximentes insolidum teneantur, & uno solvente liberentur cæteri.*

1 EXemptio Carcerati pro debito civili an sit delictum, quod puniri debeat pœna corporali, vel
tantum pecuniaria in id, quod ab exempto debebatur,
disputatur hinc inde, & præcipue ex *sexta in d. l. 6.*
ff. ne quis eum, ubi videtur restringi ad pænam pecuniariam ibi: *Is qui debitorem vi eximit, si solverit,*
reum non liberat, quia pænam suam solvit, attamen
ex facto dicit Auctor noster fuisse eximentem Carce-
2 ratum pro debito ducatorum 60. condemnatum ad regias Triremes per quinquennium, propterea quod
erat hoc delictum in Civitate Neapolis, in quo resi-
det Excellentiss. Prores, & tot Tribunalia, unde
gravius delicta reputantur.
3 Sed advertas, quæso, velim, pace tanti viri Au-
ctoris nostri, qui citato textui *l. 6. ne quis eum*, respon-
dit ibi *Ulpianum*, ubi non interrogatum de pœna, il-
lam consulto non definisse, certe non posse sine ca-
lumnia tergiversari textum illum, & primo textus est
ex *lib. 35. ad edictum*, ubi non de re facti responde-
bat, sed commentarios edebat ad edictum Prætoris,
& quum *lib. 5.* ad edictum egisset de eximente eum,
qui in jus vocatus erat, ut patet ex *l. 1. 3. & 5. eod.*
tit. ff. hic agit de eximente debitorem.
4 Verba illa: *si solverit reum non liberat, quia pæ-*
nam suam solvit, clare ostendunt eximentem solvisse
in pecunia, & non fuisse in corpus, & illam solutio-
nem esse pro pœna sua, non pro liberatione Princi-
5 palis Rei; pœna igitur pecuniaria est. At dices, quo-
ta sit hæc pœna, & cui debeatur? videtur responden-
dum hoc debere intelligi eo modo, quo intelligitur
deberi pænam ab eo, qui eximit vocatum in jus: hoc
enim suadet Tribonianus, qui hanc legem adnexuit
aliis legibus de eximente vocatum in jus, & sub *eod.*
tit. pandectarum, ne quis eum, quod & glossa ibi
videtur annuere. Certe autem pæna eximentis in jus
vocatum definitur in *l. 5. §. in eum eod. tit.* ibi: *in*
6 *eum autem, qui in eximit in factum judicium datur,*
quo non id continetur, quod in veritate est, sed quan-
ti ea res ab Actore æstimatur, de qua controversia est:
hoc enim additum est, ut appareat etiam si calumnia-
tor aliquis, tamen hanc pænam eum persequi? Un-
de patet, pœnam esse in id, quod interest vero actori,
etiam supra id, quod in veritate sit, seu supra rem,
sive debitum verum, vel debitum fictum, si calumnia-
7 tor erat Auctor. Pæna igitur pecuniaria est, & hæc
actio pænalis, quod etiam patet, quia contra hære-
dem non transit, nec post annum dabitur, ut fusius
8 in *l. 5. §. docere, ff. eod. tit. si quis eum*, quibus cogni-
tis nunc clarius elucescit, quid in citata *l. 6.* quærat
Ulpianus, hoc scilicet, an postquam Actor receperit
ab Eximente pænam, scilicet omne id, quod sua in-
terest, & rem suam æstimaverit, ea hoc absolvatur
reus, & respondet Jurisconsultos absolutum non vi-
deri, quia illa solutio non est pro debito rei exempti,
sed pro solutione pœnæ eximentis, quod concordat
cum *l. 5. §. docere, ff. eod. tit.* Verum putarem Reum ip-
9 sum, quamquam non liberetum ipso jure, posse tamen
gaudere contra Auctorem exceptione doli mali: dolo
enim facere videtur qui, quod semel habuit, iterum
quærat, neque novum in jure, ut quis non liberatus
directe, utatur exceptione aliqua, præsertim exce-
10 ptione doli, quæ conceditur, ubi nonnulla alia ex-
ceptio adist in prompta, *ad l. sumptus 48. ff. de rei*
vindicat. & ad l. si duo, ff. si quis cautionibus, & in
l. 2. §. pen. eodem tit. Magna enim est vis hujus exce-
ptionis doli, nam & naturalem æquitatem tuetur,
& mitigat asperitatem juris civilis, *l. 1. de doli exce-*
ptione, l. ult. eodem pro emptore, & in subsidium est
juri civili deficienti, aut repugnanti, & non summo
jure, sed ex æquo, & bono accomodari, & vide *Cu-*
jac. lib. 3. Pauli ad edictum l. si unus 27. de pactis.
11 Hoc supposito videretur dubitandum, an saltem te-
neatur debitor reficere Eximenti? & sicuti videtur
succurri debere contra Creditorem aliqua exceptione,
ne creditor sit bis in lucro; ita videtur succurri debe-
re eximenti aliqua actione in factum, vel saltem offi-
cio Judicis contra Reum, ne damno Eximentis sit om-
nino debitor in lucro. Item in quantum teneatur Exi-
menti, an in totum id, quod solvit, an pro concur-
renti quantitate debiti? & videtur, in quantum erat
debitum, id enim omne, quod ultra solvit Eximens,
pro suo delicto solvit, nec in hoc utilem aliquem ac-
cipit debitor; nec item in hoc, quod est plus, currit
eadem æquitas, ut Eximenti succurratur contra debi-
torem, ne debitor ipse sit in lucro cum aliena jactu-
ra, tu autem cogita hæc.
12 Sed ut ad rem redeam, videtur omnino pæna esse
pecuniaria, neque ad duas pœnas puniri Eximens ad
pecuniariam, & corporis afflictivam, neque dices
illam tendere ad utilitatem Partis, & istam ad vindi-
ctam pro spretu magistratus, quia satis videtur mul-
ctatus, qui, quod ipse non debet, ratione exem-
ptionis solvat, & etiam omnem extimationem acto-
ris, etiam si debitum nullum esset, & actor esset ca-
lumniator.
13 In hoc autem multum valere putat arbitrium Judi-
cis, *de Angelis part. 1. cap. 41 num 9.* ita ut si se-
queretur exemptio cum armis congregatis hominibus,
vel cum notabili capientium offensione posse extendi
ad ultimum supplicium, verum ibi videtur loqui de
eximente carceratum pro causa criminali.
14 Quid si constet injuste, & indebite fuisse carcera-
tum? scripserunt DD. impune posse eximi, *Amend.*
ad Franch. decis. 442. num. 10. & multi alii citati per
dictum *de Angelis ibidem num. 10.* ubi varia advertit,
& disputat, an si indistincte hoc verum, *& nu. 14.*
de eximente carceratum pro debito civili, ait indi-
stincte, qui eximit, tenetur ad debitum ultra pæ-
nam Fisci, Foller. *loc. cit. num. 14. & infra*, etiam
si exemptus non esset debitor, cum probare sufficiat,
quod rite fuit captus, imo quod nuncii referant ha-
buisse commissionem capiendi, Foller. *ibid. num. 15.* nisi
vere, ac notorie constaret debitorem non esse.
15 Si plures sunt Eximentes ad debitum tenentur om-
nes insolidum, aut uno solvente cæteri liberantur
Cab. *cas. 8. num. 22.* Sanfel. *decis. 53.* ad quam solu-
tionem debiti tenentur illi quoque, qui receptant,
vel occultant debitorem, Catalan. *de indult. cap. 40.*
num. 119. usque ad finem, & refert Scialoya *de forjud.*
cap. 20. num. 4.

Tandem si exemptio fuit facta sine vi tantum cachinnis, & aliis actibus, mora, rumore, aut alia industria cooperetum, ut Carceratus evaderet. Et quod si se ipsum carcereius eximit, vel arte, & sine vi, vel aliqua vi, & an per hoc videatur confiteri debitum, vide omnia apud dictum de Angelis *dicto loco.*

RE-

RESOLUTIONIS DECIMÆQUINTÆ

ARGUMENTUM

An qui resistere valeat Exequutori, si dubitatur de ipsius commissione, & an sit justa, vel injusta exequutio.

SUMMARIUM.

1 *Injuste exequutum juste exemptum erit.*
2 *Ubi est violentia, ibi est delictum, & ubi delictum, ibi locum pæna obtinet.*
3 *Ubi injusta est exequutio, justa est resistentia.*
Ubi dubitatur an sit justa, vel injusta exequutio, prohibetur resistentia, ibidem.
Singulis non est credendum, quod fieri debet per Magistratum, ibid.
4 *Jus sibi dicere propria authoritate non licet.*
5 *Justitiæ exequutores sunt Birruarii, & qui in Imperio Hæbreorum.*
6 *Pæna arbitraria, quæ magis timeatur, imponenda est.*
Justitiam qui offendit, pietatem offendit, atque virtutem, gladius non est crudelis, qui dat salutem, ibidem.

EOdem tempore quidam Nobilis cum sua familia ensibus armata, vi exemit duos vindemiatores captos a Commissario bajulationis in ipsius rure ob prætensam pænam carolenorum quindecim, turpiter etiam injuriando Birruarios M. C. Commissarium associantes, sed quia literæ commissionales non erant expeditæ a Consiliario delegato, sed a Locumtenente, & constabat, quod dicti vindemiatores obtulerant dicto Commissario districtus licentiam non impetrare, fuit dubitatum, an exemptionis pæna esset plectendus, vel potius liberandus.

Et pro dicto Nobili fuit ponderatum, quod dicti vindemiatores erant capti non a Commissario, sed a privata persona, a qua etiam injuste detinebantur, nam cum pæna esset pecuniaria, non poterant capi de persona, & constabat ex dicta commissione, quæ erat expedita circa pœnarum exactionem, & proinde si a dicto asserto Commissario injuste fuerant capti; ju-
1 ste a dicto nobili fuerant exempti, juxta *tex. in l. contra præcepta nostra, C. de exequut. lib. 12. l. omnes Judices, C. de decurion. lib. 10. l. fin. de jurisd. omn. Jud. l. fin ff. de offic. præfect. urb.* juncta Glos. *in cap. in lit. de offic. deleg.* quæ dat licentiam resistendi etiam tertio contra injustum exequutorem, & consequenter, quod dictus nobilis erat liberandus.

Sed pro Fisco fuit primo adductus *text. in l. si quis in tantam, C. unde vi*, ubi violenter invadens possessionem, si dominus est, cadit a jure suo, cui concordat *text. in l. 2. §. hanc action. 2. ff. de vi bonorum raptorum*, ubi si quis suam rem raptaverit, puta, quæ reperiebatur penes exequutorem, qui in exequendo bona Titii, ex errore exequutus fuerit bona Caii, licet non teneatur vi bonorum raptorum, tamen mulctabitur videlicet criminaliter, ut explicat ibi Glos. *in dicto verbo*.

Unde ex dictis juribus oritur regula, quod in omni casu, licet jure procedatur, vis tamen prohibetur, &
2 quod ubi est violentia, ibi est delictum, & ubi delictum ibi locum pœna obtinet, quæ vis in præsenti contra dictum Nobilem considerabatur in dedecus justitiæ.

Secundo, fuit adducta doctrina Bart. & Jo: de Platea *in l. devotum, Cod. de metatis, & epidemeticis lib. 12.* & in *l. prohibitum de jur. fisci*, Cassanæi *in Consuetud. Burgundiæ rub.* 1. §. 7. *num.* 9. Farinac. *qu.* 32. *nu.* 79. qui sicut cæteri DD. communiter distinguunt, quod aut est certum, & indubitatum de injusta exequutione, & procedunt jura allegata, veluti *l. contra præcepta nostra*, ac aliæ, & impune exequutori valet resisti, aut non est certum, sed dubitatur, an
3 sit justa, vel injusta executio, & in hoc casu non utique, quia assumeretur officium judicantis, contra *tex. in l. non est singulis 207. ff. de reg. jur. Singulis non est concedendum, quod per Magistratum fieri debet, ne detur occasio majoris tumultus.*

Quod in facto non apparebat de indebita carceratione, quia vindemiatores erant penes debitores, & de invaliditate commissionis non erat certum, &
4 cum posset hic Nobilis adire Dom. Delegatum, & ab eo justitiam recipere non debebat propria authoritate jus sibi dicere contra *tex. in l. 2. quorum delegatorum* & cum contemptu justitiæ carceratos eximere.

Rursus, quod injuriæ in Birruarios prolatæ non erant simulandæ, quoniam inanes essent leges, nisi exeque-
5 rentur, *l. 2. § post originem, ff. de origine juris*, & justitiæ exequutores erant birruarii *cap. in off. & cap. non est 23. q. 5.* & hi in Hæbreorum imperio fuerunt filii Regis *lib. 1. Regum c. 3.*

Ideoque non liberandus, neque mitius, sed severius erat plectendus, & si pœna in hoc crimine est Judici arbitraria, illa citra mortem erat imponenda.
6 Illud enim quod justitiam, & justitiæ decus offendit, pietatem offendit, atque virtutem, hinc gladius non est crudelis, qui dat salutem.

Propterea me patrocinante pro Fisco Judices M. C. fuerunt concordes in condemnando eo, discordes tamen circa qualitatem pœnæ, alii enim ad exilii, alii vero ad relegationis pœnam, & proinde fecerunt paritatem, pro qua dirimenda, post aliquod tempus accesserunt tres Regii Consiliarii ad M. C., ut moris est, ac tanquam pii patres, quia Nobilis non adhuc vigesimum annum compleverat, & per plures menses fuerat carceratus in Castro Ovi cum dispendio, & non minori incommodo, tertium protulerunt votum, videlicet quod carcer cederet ei in pœnam.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XV.

An quis resistere valeat executioni, si dubitatur de ipsius commissione.

SUMMARIUM.

1 *Injuste carceratus an possit eximi, sive impedire ne carceretur.*
2 *An eximens injuste carceratum delinquit.*
3 *In dubio si justa sit vel injusta sit carceratio, an possit eximi.*
4 *Quæ debeant probari in delicto in genere eximentis.*
5 *An debeat haberi respectus ad birruarios.*
6 *Verus respectus est justitia.*

HÆc resolutio concordat cum antecedenti, scilicet de Eximente carceratos, adde pro Nobili Exi-
1 mente, quia non poterat Commissarius sine auctoritate carcerare, ideo potuisse Nobilem eximere, sive (quod verius fuit) incontinenti impedire, ne injuste carcerarentur, & detinerentur vindemiatores, prout facti species proponitur ab Auctore, nec facere videntur rationes, quæ adducuntur pro fisco, scilicet *l. si quis in tantam C. unde vi*, quia illa loquitur de invadente aliena, & perturbante dominia rerum, sive possessiones, hic autem agitur de eximente carceratum ab injusto carcerante, & tantum abest quod eximens deliquit, quod potius aliena delicta emendavit: audi tex. etiam ab Auctore ponderatos in *l. 1. & 2. ne quis eum*
2 *qui in jus* verba *l. prima in fine* sunt ibi: *& sane si deliquit, qui vocat, non deliquit, qui Patronum vi exemit*, addit *Paulus in l. 2. Nam cum uterque contra edictum facit, & libertus, qui Patronum vocat,*

& is qui Patrimum vi exemit deterioreque tamen loco, liberius est, qui in simili delicto Petitorio partes sustinet. Unde si addat, quæ diximus in Resolutione antecedenti, idem esse de Eximente carceratum, ac de Eximente in jus vocatum, constabit, *deteriora loco* fuisse Commissarium, quam Nobilem eximentem.

3 Nec juvat dicere, quod in dubio, an si justa, vel injusta sit executio, non potest eximi, quia alioquin Eximens sibi assumeret potestatem judicantis, quia si dubium dicatur esse facti, certe non potest subsistere, quia potestas carcerandi non debet esse dubia, quia birruarius, & Commissarius debet ostendere suam potestatem, aut esset dubium juris, & dubia juris non tollunt libertatem. Eo magis quod si hoc dubium esset delictum, ita ut, qui dubitat de potestate carcerantis delinqueret eximendo; deberet hoc dubium probari, delictum enim, sive dolus debet probari, *nam & sine dolo malo potest id fieri veluti cum justa causa est exemptionis*, verba sunt *l. 4. §. item ff. ne quis eum qui in jus*.

4 Unde evenit quod in delicto in genere hujus criminis non solum debet probari factum, sed notitia in Eximente de mandato de capiendo, nam requiritur dolus malus, prout in omnibus delictis qui cessat, quando Eximens non habet mandati scientiam *Reg. Marinis lib. 1. resol. 21. num. 1. & seqq. de Angelis de delict. part. 2. cap. 42.* quod sane difficilis probationis esset probare mentem agentis, etenim semper diceret se numquam dubitasse, sed pro certo habuisse injustitiam carcerationis.

5 Neque facere videtur, quod erant birruarii M. C. nam si deliquerunt, ipsi carcerando deterius fecerunt, cum essent birruarii M. C., certe si Commissarii, & birruarii nullas injustas carcerationes facerent, & extorsiunculas, sane timerentur magis, quando funguntur munere suo.

d Neque pro bono politicæ videtur curari debere, sive juste, sive injuste respectus Curiæ, vera enim politica, & verus respectus est justitia ipsa, quæ semper est una.

Hæc non ideo dixi, ut insolentes homines audaces facerem ad exemptiones, sed si justa, & bona causa eximendi fuerint, non ita ardue judices accipiant, quasi res sacra violata sit, cum vis fiat injusto birruatio, sed æquo animo temperent factum; quod si excusandus erit Eximens, absque scrupulo respectus Curiæ excusent, & potius *deteriore loco* habent executores, Commissarios, & birruarios, quam justos eximentes.

RESOLUTIONIS DECIMÆSEXTÆ

ARGUMENTUM.

Statutum pœnale an extendatur contra eum, qui delicto causam præbet, & ordinaria pœna tenetur, juxta *l. quoniam multa facinora, C. ad l. Jul. de vi publ. & privat.*

SUMMARIUM.

1 *Asportantes arma ignea, & aliis armis delinquentes, ac si armis igneis deliquissent, puniuntur.*

2 *Conjectura pro non delicto, vel saltem pro minori delicto, semper resumenda erit.*

3 *Auctor delicti præter intentionem secuti, quando pœna delicti puniendus sit.*

4 *Violentia, ex qua homicidium est secutum, licet præter intentionem si ad illud erat apta, pœna homicidii punienda est.*

5 *Statutum pœnale contra eum, qui delicto causam præbet, & juxta* l. quoniam multa facinora *ordinaria pœna tenetur, non extenditur.*

6 *Specialia in odiosis non sunt multiplicanda.*

7 Textus in l. quoniam multa facinora *dilucidatur num. 8. & 9.*

10 Textus in l. quoniam multa facinora *non procedit contra eum, qui ob aliquam causam in credulitate est, quod juste, & licite violentiam infert.*

11 *Pœna delicti non est prætermittenda, & qui origo, & causa delicti est, aliqua extraordinaria feriendus est pœna.*

12 *Cinus opinio, quod socii ad violentiam convocati, sicut authores violentiæ puniri debeant, ut erronea refellitur.*

OVes Titii magnum intulerunt damnum territorio Caii, qui ob id graviter ovium Pastores verberavit; Titius vero hoc factum ad suam revocans injuriam, ulciscendi causa, tres ejus fratres convocavit, cum quibus habito colloquio, ad Caii domum eos, & famulos, aliosque misit armatos; Qua tamen deliberatione, aut mandato non constito, armati illam domum introiverunt, atque in atrium, in quo Caii filius morabatur, & dum in cubiculum ingredi volebant, illos Cajus videns, illico in aliud introivit cubiculum, cujus clausit ostium: quo de re armati illud pro viribus frangere conati fuerunt, & quia nequiverunt, de ejus uxore nobili, ibi existenti, atque clamanti, malemeriti sunt, ac unus, ex iis in regressu filium ictu cultri in capite vulneravit, cum ad armarium accessérit, cæteri vero duos famulos quoque verberaverunt, dum resistere eis intendebant, atque abjerunt: post aliquos dies Caii filius vulneratus obiit.

Requisitus in congressu, an Titius, & fratres ejus qui Caii filium vulneravit, ac cæteri omnes ultimo supplicio essent feriendi? & pariter an vigore *Reg. Pragm. 29. tit. de arm.* qua sancitum est, ut ii, qui asportant arma ignea, & aliis armis præmeditate de-

1 linquunt, tractari debeant uti delinquentes armis igneis, & proinde supradicti delinquentes essent citandi cum abbreviatione dierum quindecim, delegatione, & pœna ducatorum mille per quemlibet.

Respondi, Titium, & percussorem tantum dicta pœna teneri, & esse citandos ordinarie, & absque abbreviatione, & pœna: Etenim primo consideravi, quod solus Titius homicidii, & vulnerum fuerat author: Nam Titii Oves damnum intulerunt, ipsius pastores fuerunt verberati, & ipse pro vindicta, uti offensus, fratres, & alios convocaverat; Item secundo, quod dictum homicidium præter Titii, & fratrum intentionem erat sequutum, id quod habebatur, etiam ex conjectura facti, quia armati in atrii ingressu Caii filium minorem repererant, & illum non offenderant, sed quod Cajum patrem omni conatu quæsiverant; & consequenter mandatum de offendendo contra Cajum erat præsumendum; tum etiam ex con-

2 jectura juris, quia prædictum mandatum illis armatis datum esse poterat aut ad occidendum, aut ad vulnerandum, aut ad sfrisandum, nec demum ad verberandum; & quod pro minori crimine sumenda erat conjectura, ut ex *text. in l. favorabiliores, ff. de reg. jur. l. Arian. ff. de act. & obligat. l. merito ff. pro socio, l. interpretatione, ff. de pœnis, l. Præses in fine ff. eodem, l. factum cuique §. fin. ff. de reg. jur. cap. in pœnis 49. de regul. jur. in 6. cum concordantibus.*

Propterea Caii percussorem tantum, & Titium,

3 uti anthorem dicta pœna esse feriendos de rigore existimat, juxta *text. in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Juliam de vi publ. & privat.* ubi si in violentia præter propositum sequatur homicidium, sive ex parte

4 insistentis, sive resistentis qui author fuit violentiæ, puniri debet, si pro committenda violentia homines convocaverit, & illa ad vulnera, & cædes est apta, quia

5 de homicidio debebat præcogitare, cujus verba sunt, *Quoniam multa facinora sub uno violentiæ nomine continentur, cum aliis vim inferre certantibus, aliis cum indignatione resistentibus, verbera, cædesque crebro deteguntur admissa. placuit si forte quis, vel ex possidentis parte, vel ejus, qui possessionem temere tentaverit, interemptus sit, in eum supplicium exerceri, qui vim facere tentaverit, & alterutri parti*

cau-

*causam malorum præbuerit , & non jam relegatione ,
aut deportatione injuta plectatur , sed supplicium ca-
pitale excipiat , nec interposita provocatio sententiam ,
quæ interfuerit dicta , suspendet .*

Et eos ordinarie fine abbreviatione , & pœna esse
citandos , eum quia Regia Pragmatica illos compre-
hendit , qui præmeditate crimen committunt , tum
6 etiam quia in odiosis specialia non sunt multiplican-
da , ut ex Glos. in l. 1. C. *de dotis promissione in fin.*
etiam in crimine læsæ Majestatis , ut notat Gigas *de
crim. læsæ Majest. lib. 2. in rubr. quomodo , & per
quos crimen læsæ Majest. probetur num.* 10. & cum
sit speciale hic , ut violentiam committens , teneatur
ultra propositum pœna ultimi supplicii , alia specia-
lia contra eum non erant cumulanda , & consetuunt
jura *l. omnes* , *C. de pœnis* , *l. Navis onustæ* , *§. quid
ergo* , *ff. ad l. Rhodiam de jactu* , ubi duplici onere ,
quis gravari non debet , ibi : *indubitate utramque
onus non debet* , ex Glos. *in cap. cum percussio caus.
septima qu. 1. lit. B. verbo flagellaris* , ibi : *De crimi-
ne similiter , nec duplici damno debet quis puniri .*

Sed pro ornatu hujus textus , primo quæro an ut
locum habeat , necesse sit , ut ex violentia plura pro-
veniant crimina , & videtur affirmandum , primo ex
7 verbis legis , ibi : *quoniam multa facinora sub uno
violentiæ nomine continentur , & ibi causam malo-
rum* , secundo ex Glos. *in d. verbo continentur* , ibi ;
*Ut damni dati injuriæ , vulnerum illatæ , & homi-
cidia* , & comprobatur tertio , nam voluntas , & pro-
positum distinguunt maleficia , ut ex *textu in l. 1. §.
divus* , *ff. ad l. Cornel. de sicariis* , & *ex text. in l.
frater vester C. eod.* ubi in homicidio animus est inspi-
ciendus , ex *text. in l. vulgaris* , *§. sed si quis* , *ff. de
furtis* , ubi qui duas res subripuit , quarum unam suam
putat. alterius tantum furtum facit , & in *l. qui inju-
riæ* , *ff. de furtis* , ubi effringens causa injuriæ januam ,
de furto non tenetur , *cap. cum voluntate De sen-
tentia excommunicationis cum concordantibus* , cui
accedit , quod pœna suos tenere debet authores , vulga-
ta *l. Sancimus* , *C. de pœnis c. si habet 23. q.* 13. unde
non alia ratione præter propositum hic ultimo suppli-
cio punitur iste delinquens , quam quia est causa mul-
torum facinorum , culpa enim , quæ præcedit multa
facinora gravior est alia , & quia multa facinora ma-
gnum in Civitate faciunt tumultum , ideoque tum ob
culpæ gravitatem , tum ob scandalum plurimorum
facinorum , exasperatur pœna . Hinc aliqui dicunt ,
Contadinum recte fuisse decapitatum , ex eo quia vi
ingressus fuerat Regnum , & ex violentia vulnera se-
quuta fuerunt , & homicidia , ut ex Farinac. *qu.* 126.
num. 167.

Sed contrarium puto verius contra convocantem
homines armatos ad committendam violentiam , & sa-
tis est , ut sequatur homicidium ; Etenim Imperator
consideravit violentiam aptam ad vulnera , & cæ-
des , ac in supradicto casu violentiæ pœnam augere
voluit , ad aliorum exemplum , ut illæ extremo evi-
tarentur supplicio , & hanc rationem verba in præ-
fatione posita respiciunt , & clare illa indicant , ve-
luti , *cædesque crebro detegunt admissa* .

Item , quia hanc committent violentiam , ex qua
8 facile majus delictum est aventurum , a principio vi-
detur in dolo , & in delicti ratihabitione ; & cum hac
lege concordant jura canonica , quæ quamvis loquan-
tur de Sacerdote removendo a dignitate , vel de Cle-
rico non promovendo , vel de irregularitate , tamen
rationes in iis adductæ valde conferunt , & præsertim
cap. studeat 39. distin. 50. ibi : *Quoniam & si volun-
tatem occidendi non habuit , furor tamen , & indigna-
tio , ex quibus motio illa mortifera prodit , in omni-
bus , sed præcipue in D. ministris multipliciter inhi-
betur , atque ubique damnatur* , juncta *Glos. in ver-
bo prodiit lit. G.* ibi : *Et sic propter unum delictum
imputentur omnia , quæ sequuntur , ex illo : text. illo
cap. dilectus* 13. *extra de hom. Ideoque mandamus ,
quatenus si est ita , cum idem cappellanus , nec volun-
tate , nec actu homicidium perpetravit , neque dedit
operam illicitæ rei , non impedias , quominus divina
possit officia celebrare* ; ergo secus si operam dedit rei
illicitæ , & fortius , in *cap. fin. de homicid. in 6.*
cujus sunt verba : *Is , qui mandat aliquem verberari ,
licet expresse inhibeat , ne occidatur nullatenus , vel
membro aliquo mutiletur , irregularis efficitur , si
mandatarius fines mandati excedens mutilet , vel oc-
cidit eum mandando in culpa fuerit , & hoc evenire
posse debuerit cogitare* , conferunt jura *in l. nihil in-
terest* , *ff. ad l. Cornel. de sicariis* , ubi nihil interest
occidat , an qui causam mortis præbeat , ac *tex. in l.
in hoc judicium decima ff. de serv. corrupto* , cujus
sunt verba : *In hoc judicium etiam rerum æstimatio
venit , quas secum servus abstulit , quia omne dam-
num duplatur , neque intererit , an ad eum perla-
tæ fuerint res , an ad alium , sive etiam consumptæ
sint sive non , etenim justius est eum teneri , qui prin-
ceps fuerit delicti , quam eum quæri , ad quem res per-
latæ sunt .*

9 Insuper hac in re videndus *Bart. in l. Divus 13. ff.
ad l. Corn. de sicar.* ubi *num.* 1. infrascriptum facit
quæsitum : Quid si aliquis deliquit , plusquam cogi-
taret , distingue , aut delictum , quod facere propo-
suerat ad hoc tendit , & tunc inspicitur delictum , seu
eventus , & non animus , *l. quoniam* , *C. ad l. Jul. de
vi public.* & ibi violentia punitur secundum eventum ,
quia verisimiliter illud delictum tendit ad verbera ,
& homicidia , unde si aliquis proposuisset mittere in-
cendium in domo sua , & propter hoc essent com-
bustæ plures aliæ , tenetur de omnibus , quia in-
cendium illud tendit ad hoc verisimiliter , ut do-
mus contiguæ comburantur , *l. 1. §. ex incendio* ,
ff. de incend. ruin. & naufrag. si vero delictum non
tendit ad hoc , & tunc aut delinquit circa eandem
rem , & etiam inspicitur eventus , *l. vulgaris* , *§. si quis
ex de furtis* , si vero delinquit inplus circa diversas
res , tunc animus , & non eventus , *d. l. vulgaris* , *§.
sed & si quis* ; omnino Salicetus in *d. l. quoniam mul-
ta facinora* , qui *num.* 7. in hoc quæsito ita distinguit ,
aut dabat operam rei illicitæ , & tunc aut cogitatum
tendit verisimiliter ad finem sequutum ; & tunc pu-
nitur secundum eventum : Plures alios casus magi-
straliter distinguit Matthæus *sing.* 403. Farinac. *qu.*
126. Caballus *cas.* 192. Mastr. *dec.* 197. & est verissi-
ma conclusio , quod textus hic procedit contra eum ,
qui convocat homines armatos , & dat operam rei il-
licitæ , ex qua verisimiliter vulnera , cædesque pos-
sunt avenire , & leges , quæ in contrarium producun-
tur , procedunt in casibus , in quibus prædictæ non
considerantur circumstantiæ , enim vero supradictum
tex non procedere ajo contra eum , qui ob aliquam
10 causam ex incredulitate , quod juste , & licite vio-
lentiam infert , juxta *text. in l. igitur* , *ff. de liberali
causa* , ibi : *justis , vel injustis rationibus adductus* ,
Glos. *in l. 2. §. fin. de abigeis* , Glos. *in l. plagis 2. in
verbo injusta C. ad l. Flaviam de plagiis* , juncta Glos.
in cap. fin. de hom. in 6. in verbo culpa , ibi : *Et per
hanc literam patet , decretum locum non habere in
illo , qui licite verberantes mandabat .*

Hinc etiam non incongrue noto , quod qui occasio-
nem delicti præbet , ut puta , si Titius injuria Cajum
affecit , ob quam rixa inter consanguineos orta , ho-
micidium in Caii , alteriusve personam est sequutum ,
Titius uti occasio , & homicidii origo , extraordina-
ria plectendus est pœna , juxta *text. in l. Cornel.* 4.
11 *§. cum quidam* , *ff. ad l. Corn. de sicariis* , cujus sunt
verba ; *Cum quidam per lasciviam causam mortis
præbuisset , comprobatum est , factum Ignatii Tauriai
Proconsulis Bethyca a Divo Hadriano , quod eum in
quinquennium relegasset* , *text. in l. aut factum* , *ff.
de pœnis* , *§. eventus* , ibi : *Et ideo apud Græcos exi-
lio voluntario fortuito casu luebantur* , juncta Glos. *in
verbo voluntario* ; confert *tex. in cap. Petrus in fin.*
a contrario sensu , ibi : *Et causam , vel occasionem
non dante* , & ibi in puncto Jo: Andreas , unde si ob
injuriam pecuniaria pœna Titius veniret plectendus ,
tamquam homicidii occasio etiam , vel alia Judicis
arbitrio est puniendus , prout practicatum vidi in
M. C. ob bonum regimen , & partis offensæ satisfa-
ctionem .

Tandem adverto , quod Cynus *lit. C. in d. l. quo-
niam multa facinora in 3. quæsito* , tenet , quod socii
convocati ad violentiam quoque tenentur , sicut au-
thor , quasi eadem ratio specialitatis , quæ est contra
12 authorem , sit quoque contra socios : & quod non
te-

teneantur tantum de violentia, pro qua fuerunt condunati, sed etiam de homicidio, quia ea proposito delinquant. sed hæc opinio Cyni tanquam errones ab aliis DD. est confutata, ut penes Fariuac. *d. qu. num.* 73. & nunquam in practica servata, omnia enim jura durius Principem delicti punierunt, præter quam quod dubitative loquitur Cynus. Demum dispositio dicti *text. in l. quoniam* ubique non servatur.

LEONARDI RICCII

O B S E R V A T I O

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

R E S O L U T. XVI.

Statutum pœnale an extendatur contra eum, qui delicto causam præbet.

S U M M A R I U M.

1 *Homicidium tendit ad destructionem speciei.*
2 *Homicidium quandoque gravatur, quandoque minuitur.*
3 *Pæna Homicidii quæ sit.*
4 *Ex homicidio oritur actio contra delinquentem ad expensas etiam, & ad opera.*
5 *An primus qui vulneravit lethaliter, vel secundus, qui occidit in totum, puniatur.*

ADnotabis homicidium esse cædem hominis ab homine patratum, & dicitur a cæde manu facta, *l. qua actione §. 1. l. ita vulneratur in princ. ff. ad l. Aquiliam.*

2 Et homicidium esse delictum, quod tendat ad destructionem propriæ speciei, quando potius homo debet hominem adjuvare, & auxilium opemque ei præbere, *l. ut crim. de just. & jur.* præcipue fæminam fuisse creatam viro in adiutorium simile sibi, testatur Sacra Scriptura. *Gen. cap. 2.*, unde est delictum contra naturam, & a lege Dei prohibitum in secunda tabula Decalogi.

2 Hoc autem delictum, quamvis semper sit contra naturalem legem, tamen quandoque gravari constat, quandoque minui, aliud est enim simplex homicidium, aliud Parricidium, aliud assassinium, aliud proditorium, aliud, quod casu, & fortuito factum est, vel sine dolo, vel necessitate defensionis, vel ad publicam utilitatem, sive vindictam, ut sunt justa bella, & si quæ sunt aliæ species, quorum tractatus in longum iret, & plura de his excrescerent volumina, si minutatim esset de omnibus dicendum.

3 Pæna autem homicidii generaliter est ultimum vitæ supplicium, *Const. Reg. Terminum vitæ*, & valde nota est lex Cornelia, quam Cornelius Sylla dictator tulit, de qua scripsere Juris consulti, ut est videre *in tit. ff. ad leg. Corneliam de sicar.* quæ lex jusserat deportari in insulam, & adimi omnia bona, verum postea solitum fuit capite puniri, nisi honestiori loco positi fuerint, quam, ut pœnam legis sustineat, vel bestiis subjici, ut est videre in *l. 3. §. quens hominem ff. ad l. Cornel. de sic.*

4 Oritur etiam actio contra occidentem ad expensas, & interesse, quæ actio transit ad heredes. *Conf. Prm. sup. rit. M. C. V. 129. num. 3.* etiam ad opera occisi, & sic ad damna, & interesse, quod ille lucrari potuit. *Tid. de Ang. de delict. cap. 64. num. 22. & 23. qui nu.* 32. docet quis debeat morte puniri, an is qui vulnerQ
5 ravit lethaliter, an ille, qui vulneratum lethaliter occidit, & alia multa, quem consulas. Et vide infra *resol. 22. num. 29.* ubi vulneratus lethaliter a Petro Francisco, deinde ab Augustino, Senatus damnavit Petrum Franciscum ad mortem, & Augustinum ad triremes, ne pro uno homicidio in eas duo homines morirentur, sed ibi vide latius, & cogita.

R E S O L U T I O N I S D E C I M Æ S E P T I M Æ

A R G U M E N T U M

Delictum in genere in crimine veneni difficile, ideoque conjecturis probari potest; & de practica M.C.

SUMMARIUM.

1 *Indicia, quæ delicti corpus in veneno constituunt & 11.*
2 *Indicia quamplurima in delicto veneni in specie ex communiter accidentibus recensentur* usque ad 8.
9 *Venenum in humano corpore quoque generatur. Signa veneni ingeniti, & propinati familiaria* ibid.
Testis unus a Fisco receptus contra eum probat, ibidem.
10 *Peritorum judicio, an titius ex ingenito, an ex propinato veneno defecerit, standum est.*
11 *Praxis M. C. in recognitione delicti in genere in veneni crimine.*
13 *Corpus delicti data probationis difficultate conjecturis probatur. Corpus delicti in crimine veneni tunc plene constare debet, quando ordinaria pæna est imponenda*, ibid.
14 *Testium inhabilitas quoad torturam, suppletur ex indiciis. Sepultura cum festinatione procurata veneni crimen indicat*, ibid.
15 *Indicia, quæ singula non valent, conjuncta urgent.*
16 *Indicia levia in crimine veneni ad torturam sufficiunt.*
17 *Plus est hominem extinguere veneno, quam occidere gladio.*

COmpilato processu in M. C. contra Domin., cum Blanco, & Cynthia Cotognola ejus amasia de homicidio veneno patrato in personam juvenis Nicolettæ Savinæ uxoris, Fiscus institit pro acri tortura ex subsequentibus probationibus tum in genere, tum in specie.

In genere hæc habebantur: exhumato cadavere cum licentia Vicarii eodem die funeris M. C. curavit, ut duo periti Medici illud debita observarent diligentia, qua peracta etiam extractio cadavere, testificati fuerunt, quod illius extrema omnia erant livida: capilli
1 ex capite profluebant, lingua cum nigredine, guttur erat tumefactum, stomachus incensus, & erat cum sanguine corrusus, ac proinde juvenem ex propinato veneno periisse.

Item alius Medicus, qui a principio eam curavit, testatus fuit de illius continuo vomitu stomachi, gutturisque ardore, de inquietudine, & animi deliquio & inde ex maligna febri ex materia corrupta, quæ naturam acquisiverat quasi venenosam, defecisse.

In specie vero, fuit probata per quamplures testes de visu mala, & inhonesta consuetudo Dominici cum dicta Cynthia, & quod cum eam deperiret, oderat id-
2 circo Nicolettam, et quod propter levissima eam verberabat.

Quatuor alii testes, licet fæminæ deposuerunt, quod ita eam contemnebat, ut in uno grabato cum Nico-
3 letta cubaret, atque Cynthia; nec non quod illi multoties mortem minatus erat.

Quibus probationibus alii accesserunt testes, et præsertim Theresia Vindicta dictæ ejusdem Cynthiæ
4 commater, testabatur Cynthiam ei propalasse velle eum Dominico venenum propinare dictæ Nicolettæ, quare audita testem ipsam facinus Cynthiæ dissuasisse.

Anna

Anna Contestata itidem erat, quod Magdalena filia Cynthiæ ei manifestaverat, matrem plurıes Do-
5 minicum allocatam fuisse de nece inferenda Nicolettæ, ac de modo, quo crimen non detegeretur, nimisum aqua venenata.

Isabella Grillo deposuerat de refugiatione ad Ecclesiam dictæ Magdalenæ, ac de ipsius dicto, quod
6 mater, & Dominicus aqua venenata Nicolettam necaverant.

7 Alii vero testes deposuerunt, Nicolettam de sero obiisse, & Dominicum valde mane curavisse, ut sepelliretur ea sine fletu, & luctu.

8 Et quamplures alii testes de fama publica, Nicolettam veneno periisse, illico post ipsius mortem sequutam, testabantur.

Facta relatione, Reorum Advocatus allegavit, quod deficiebat delictum in genere, quoniam Medicus, qui a principio Nicolettam curavit a Fisco receptus, testatus fuit, eam obiisse ex febri proveniente ex mate-
9 ria corrupta, quasi venenosa, & sic ex qualitate veneni ingeniti, & non propinati: Sane venenum generari in corpore humano, & signa veneni esse communia propinato, atque ingenito, non revocatur in dubium, teste Paulo Zacchia *q. 5. & 6. lib. 2. tit. 2. & lib. 9. q. 12. num. 6.*

Et licet esset unus testis, uti a Fisco receptus, contra eum, plene tamen probabat, teste Farinac. *q.* 212. Thoro *par. 2. verbo pragm. de ictu scop. vers. & sic credatur unico testi.*

Rursus quantum ad probationes in specie dicebat, quod indicia non urgebant; nam de minis deponebant fœminæ, quæ non sunt integri testes.

Theresia Vindicta erat quoque fœmina singularis, & non deponebat contra Cynthiam de commisso crimine, sed de animo illud committendi, quod bene mutare potuerat, ut credi debet.

Anna, & Isabella deponebant de dicto Magdalenæ, quæ non comparebat in processu, alii testes de fama, quæ est minor probatio indiciorum probatione.

Aliique probabant indicia incerta, & vaga.

Contra vero Advocatus fiscalis (cujus munus ego sustinebam (ad primum respondebat, quod plane constabat de corpore delicti, quia ita duo Medici in simili-
10 bus observationibus peritissimi testati erant, quo judicio peritorum, an Titius ex ingenito, an ea propinato veneno defecerit, credendum est, post Alex. *cons.* 216. *lib.* 3. Honded. *cons.* 78. *lib.* 2. Boss. *tit. de delict. n.* 7. Jul. Clar. *quæst* 4. *num.* 2. Sebast. Guazz. *defens.* 6. *num.* 13. Muta *dec.* 1. fatetur Protomedicus Paulus Zachia *lib. 2. qu. medica legal. qu. 1. num. 1.*

Quod depositio Medici, qui eam a principio curavit, non erat contra Fiscum, nam cum ille non intervenisset in recognitione cum aliis Medicis certum judicium ab incerto, & ei non cognito facere nequiverat; quinimo erat fisco proficua, cum testatus fuerit
11 de ardore stomachi, & gutturis infirmæ, de continuo vomitu, inquietitudine, ac animi deliquio, quæ symptomata certe venenum indicant. Idem Paulus Zacch. *lib. 2. qu. 7. num.* 23.

Et quia in humano corpore generari potest venenum, & signa veneni geniti signis propinati sunt similia; & pro majori rei claritate praxis inolevit in M. C.
12 cadavera aperiri ut ex signis tum externis, tum internis de morte infirmi certe judicare valeant.

Cæterum data difficultate probationis delicti in genere; & in hoc veneni crimine; ac in alio quod potest accidere ex delicto, scilicet alterius hominis scelere, & ex non delicto, veluti natura, aut ex accidente natura, nempe in crimine propostera veneris in nupta muliere, in qua dilatio podicis accidere potest per fœtus partum, aut nefandum coitum: accidenti uti in re-
13 perto in flumine: conjecturis recte probatur Jul. Clar. *qu.* 4. Farinac. *qu.* 1. *nu.* 29. D. Reg. Sanfel. *decis.* 28. & in hoc veneni delicto restatur Muscatell. *tit. de cognit. & probat. delict. num.* 24. & 43. ubi decisum refert per nostram M. C. & Bened. Carpzovius *par.* 1. *quæst.* 21. *num.* 5. ubi corpus hujus criminis tunc plene constare debet, quando ordinaria pœna est imponenda, ibi: *etsi liquido constet, pœna ordinaria tuto dari nequit.*

Ad secundum, quod enarata indicia non erant levia, nam minæ concludentes erant probatæ, quia inhabilitas testium, quoad torturam bene suppletur ex numero, Farinac. *q.* 62. Sicuti non lugere de morte uxoris, & sepultura cum festinatione procurata, erant
14 optima indicia, Foller. *in tit. deutur capitula, quod suffocavit uxorem nu.* 4. & 39. Menoch. *de præs. lib.* 5. *præs.* 15.

Item fama, & alia ponderata, licet sigillatim sumta, parum operabantur, conjunctim tamen multum urgebant, juxta Glos. *in l. 3. §. ideoque ff. de testibus, in l. 2. de excusat. tutor. verbo legitime in cap. causam,*
15 *de probat.* maxime in hoc crimine, in quo speciale est, ut levia ad torturam sufficiant Cons. de Afflict. *in constit. Regn. malis nova.* Cons. Grammaticus *vot.* 3. & *cons.* 36. Foller. *d. rubr. num.* 24. Alex. *cons.* 77. *lib.* 1. non solum propter probationis difficultatem, sed criminis atrocitatem, *plus est enim hominem ex-*
16 *tinguere veneno, quam occidere gladio*, inquit J. C. *in l. 1. de maleficis*, quia proditionis speciem continet, & istud, respectu Dominici de Blanco, atrocissimum, quia tamquam parricidium est uxoricidium.

Tandem contra ponderavit, quod constito, prout plene constabat, de corpore delicti, illud non fuisse commissum, nisi a Cynthia, & Dominico, qui odio Nicolettam habebant, etenim in delicto præsertim veneni, & in homicidio hæc ut plurimum spectantur veluti odium, metus, spes, atque cupiditas, notat eruditus Casonus *de indic. & tort. par. 2. cap. 2. nu.* 1. Propterea obtinuit in M. C. verum decretum, quod non fuit exequutum, quia inquisiti in Regio Collat. Consilio obtinuerunt reclamationem, quam Supremus ille Senatus libenter concedere solet, quando causa est indiciaria, sed quia in gradu reclamationis Fiscus sua industria alium testem integrum habuit, qui testatus fuit de eorum confessione extrajudiciali, Dominicus territus sua mala conscientia se concordavit ad inserviendum in Regiis triremibus per quinquennium, & similiter Cynthia fuit concordata ad luendam pœnam in domo pœnitentiæ.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XVII.

Delictum in genere, an conjecturis probari possit in veneno.

SUMMARIUM.

1 *Indicium Veneni a marito propinati est, si amaverit scortum.*
2 *Ex injusto amore verus amor vertitur in odium.*
3 *Delictum reddit matrimonium nullum.*
4 *Venenum continet venena bona, & venena mala.*

1 IN ista resolutione Agit Dominus Auctor de viro, qui reus dictus fuit ob crimen veneni dati Uxori, quod maximum indicium erat, amavisse Cynthiam, quam Uxori præferebat, & habebat in Thoro. Oh quam maximum crimen hoc: quam maxima injuria uxori! quæ mentis captio ista uxorem posthabere scorto propudiosissimo! ex quo crimine in pravum deturbato animo, & in collapsum verso sæpe nascitur veneni crimen contra uxorem innocentem, & tanta injuria affectam, ut scorto posthabeatur. Et non multis ab hinc annis audivimus patratum hoc veneni crimen in infirmum degentem in hospitali S. Domus Divæ Mariæ Populi, quia uxor infirmi amabat juvenem, unde mortuo infirmo, tum uxor, quam juvenis fuerunt morti traditi, quia conscii dicti criminis, & capita affixa parieti dicti hospitalis.

2 Hoc autem evenit injusto amore causam dante, ut verus amor vertatur in odium, & quadam spe contrahendi matrimonium inter ipsos, justa conjuge sublata;
3 verum matrimonium hoc casu esset invalidum, cri-

mea

men namque est impedimentum dirimens matrimonium, *cap. 1. de conversione infidelium*; & a quodam desiderio evitandæ suspicionis, & occultandi delicti, ut de Davide habetur in scriptura, quod curavit, ut miset Uria Vir Berthsabeæ moreretur in bello contra filios Ammon. *2. reg. cap. 11.* postquam commiserat adulterium cum ea.

4 Addas venenum esse nomen generale pertinens tam ad medicamenta, quæ dicuntur venena bona, quam ad venena mala, de quibus hic, quam ad alia, quæ neque ad occidendum, neque ad sanandum præparantur, ut ad conceptus & similia, quæ si mortem causabunt, etiam puniendus erit, qui dedit, quamquam alia pœna, & omnia habet *l. 3. §. adjectio, ff. ad l. Corn. de sicariis*.

RESOLUTIONIS DECIMÆOCTAVÆ.

ARGUMENTUM

Fiscus, an, & quando in gradu reclamationis sive appellationis novos valeat producere Testes.

SUMMARIUM.

1 *Fiscus in criminalibus non restituitur circa probationem, ideoque in gradu reclamationis novos testes producere nequit.*
Sed de veritate, ibidem.
2 *Reclamatio tollit sententiam de medio; & reducit causam ad primum terminum.*
3 *Actor, & reus non debent ad imparia judicari.*
Æqualitas in Judiciis servanda, ibid.
4 *Doctorum authoritates non sunt numeranda, sed rationes ponderanda.*
5 *Fiscus in gradu reclamationis valet producere testes, nimirum integros, & sine ullo partis ministerio, & ita judicatum.*
6 *Vulnus in facie illatum, est crimen valde grave.*
Facies est figura Divinæ Vultus, ibid.
7 *Alapa atrox reputatur injuria.*
8 Lex 20. partitatum tit. 13. refertur.
9 *Pœna triremium præscribitur pro vulnere, ex quo cicatrix apparet, vel membrum debilitatum remanet.*
10 *Mandatarius gravissime peccat, si mediante pecunia delinquit.*
11 *Judex pro injuria reali, & atroci pœnam arbitrariam usque ad mortem extendere potest.*
12 *Cum declaratione.*

IN anno 1681. die 21. Novembris in hac Civitate Neapolis, & proprie in platea Sacri Montis Pietatis fuit gravi vulnere incisa facies cuidam Curiali, nam post longam curam magnam reliquit cicatricem; ob hoc delictum fuit inquisitus, & carceratus Januarius Mirra, qui compilato processu juxta instantiam Regii Fisci fuit a M. C. condemnatus ad pœnam triremium per decennium, præcedente quoque fustigatione, ex probationibus, quæ sequuntur.

Antonius Schifanus socius criminis, & testis sub spe indultus deposuit, quod de mandato N. N. & mediante pecunia, dictus Januarius cum ejus assistentia faciem dicti Curialis inciderat, ex causa quod modo dictum N. N. in palatio S. C. gravi injuria affecerat, & ideo ipse fuit tortus, & juravit in faciem dicti Januarii.

Duo testes factum incisionis deposuerunt de visu, & quamvis eum per nomen, & cognomen non liquidaverant, unus tamen in confrontatione recognovit, & manu Januarium tetigit.

Alii duo refugiationem ad Ecclesiam insimul cum dicto Antonio, aliique duo de confessione extrajudiciali deponebant, sed non erant contestes de loco, & tempore; quibus probationibus fuit convictus reputatus pro imponenda dicta pœna, sed facta relatione in Regio Collaterali Consilio vigore rescripti S. E. Supremus ille Senatus non ita existimavit.

Idcirco reclamationis gratiam largitus fuit; Inde Fiscus in gradu reclamationis alios testes integros re-
1 cepit, videlicet Paulum Barbatum, qui deposuit, quod stans illo die in dicta platea audivit tumultum, & in eo vidit Januarium Mirra in manibus novaculam habentem, & eodem tempore Curialem jam incisa facie.

Et Josephum Rotanum, iste audivit tumultum, & vidit Januarium Mirra cum socio celere ambulantem, & quosdam homines insequentes, & vocantes eum assassinum, aliosque duos, qui deposuerunt, quod testis, qui designaverat Januarium, sive alter in confrontatione non recognoverat territus a mandante, deponebant de confessione extrajudiciali ipsius testis.

Compilato processu in gradu reclamationis, iterum relata causa in eodem Reg. Collat. Consil., & coram D. Proreg. Advocatus in rei favorem allegavit, quod non poterat Fiscus in gradu appellationis novos producere testes, cum non restituatur in criminalibus, ut testatur Paris *de syndicatu in verbo Inquisitio cap. 2.* Afflict. *in constit. Obscuritatem num. 8.* Follerius *in rubr. conceditur repulsa*, Caravita *Rit. 258. nu. 4. Concevit meus pleno calamo Rit. 71.* turpe enim esset, defatigari in perditionem hominis, qui membrum est Reipublicæ, in qua conservari debet, quod in M. C. sive in alio Tribunali hoc nunquam practicatum reperiebatur, sed quod Fiscus usque ad sententiam solum admittitur ad novas probationes, & in secunda instantia ad repetendum tantum testes, juxta *decis.* D. Sanfel. 22. *n. 24. & decis. 23.* etenim defensio magis favorabilis est, quam offensio *l. non puta, ff. de jure Fisci cap. ex literis de prob.* ideoque probationes pro reo ampliandæ sunt, quo actore vero restringendæ, ut post moltos Sebast. Guazz. *def. 23. cap. 3.*

Ex adverso Advocatus Fiscalis (cujus munus sustinebam) deduxit, quod reclamatio erat a reo petita,
2 & obtenta, & quod sicut appellatio, ita reclamatio tollit sententiam de medio, & reducit causam ad primum terminum, qui terminus reo, & Fisco est communis; unde sicuti in gradu reclamationis reus valet novos producere testes ad suam demonstrandam innocentiam, ita Fiscus ad detegendum delictum, cum utrumque veritatem, & justitiam respiciat, & impar
3 ratio non consideretur; cum ad imparia, sicut actor, ita & reus judicari non debeant *l. fin. C. de fructibus, & expens.* quodque in judiciis correlativa erat servanda æqualitas *l. cum dies, §. sed si in aliquem, ff. de receptis arbitris*, ibi: *Absurdum enim esse jussum in alterius personam ratum esse, in alterius non, & in l. in sacris scriniis 12. §. & quoniam C. de proximis sacrorum scriniorum lib. 12.* ibi: *Et quoniam in controversiis, quas in judiciis moveri contigerit, æqualitatem litigantibus volumus servari*, & conferunt *tex. in l. qui accusare, C. de edendo in cap. cum inter de excep. & in cap. 1. de re jud. in 6.* & turpe quoque foret, ut probare Fiscus nequiret, quia maleficus hoc modo remaneret impunitus, quod expedit Reipublicæ, ut puniatur *l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.*
4 Quod non Doctorum authoritates sunt numerandæ, sed rationes ponderandæ, juxta *tex. in l. 2. §. sed neque C. de veteri, l. enucleando*, & nihilominus, quod Affl. *in const. terminum vita*, & Caravit. *ritu 69. in fin.* affirmant, in quacumque parte judicii posse Judicem
5 ex officio examinare testes, tam ad defensam, ne innocens condemnetur, quam ad offensam ne absolvatur, quod judicium relamationis est idem judicium, cum eandem causam prosequatur; item quod defensio est privilegiata, ut probatio pro reo in æqualibus longe præferatur, & ut testes non adeo integri probent, de quo dicto vide eundem Guazz. & Farinac. *qu. 61. num. 90.* verum non est privilegiata, ut Fisco in secundo judicio clausa sit janua inquirendi veritatem, qua insons absolvitur, nocens plectitur; etenim præcitata jure procedunt, ut Judices promptiores esse debeant in absolvendo, quam in condemnando, juxta *tex. in l. Arrianus de action. & obligat.* propterea Reg. Coll. Consilium, ex quo testes erant recepti, absque

ullo

ullo accusatoris ministerio, & erant integri, articulum in favore Fisci definivit, & decretum confirmavit, quod per M. C. fuit exequutum, & Jure meritò, quoniam circa probationem Januarius verè apparebat criminis reus, tot indiciis convictus, & testibus superatus, juxtà *text. in l. 1. C. quando appellation. non recipiuntur, & in l. qui sententiam in fin. C. de pœnis*.

Circa verò pœnam, quoniam crimen fuit grave tùm respectu vulneris, quia illud fuit in facie illatum, quæ
6 est figurà Vultus Divini, Deus enim creavit hominem ad imaginem, & suam similitudinem, ut etiam consideravit Juris Consultus *in l. in metallum, C. de pœnis*, & si alapa reputatur injuria atrox, juxtà *text.*
7 *in l. prætor edixit, ff. de injuriis*, atrocior erat hæc, quæ dictum Corialem fecit deformem, & in perenni
8 dedecore constituit, juxtà notata in *l. 20. lib. partitar. tit. 13.* „ Los antiguos posieron la herida de la
„ fama por mas estrana, que la herida de la muerte,
„ porque esta non es mas, que una vez, e esta esde
„ cada dia „ & pro appensato vulnere, ex quo, vel
9 cicatrix apparens, vel membrum remanet debilitatum, triremis pœna practicatur, ut testatur Mastrill. *decis. 168. n. a.* prò ut ego non semel practicatum vidi in nostra M. C. & est apostilla in *pragm. 1. §. 1. de compos. in novis*.

Cæterum pro vulneribus mortalibus cum armis, hominibus coadunatis, pœna Judici arbitraria est, attenta vulnerum, personarumque qualitate, Clarus, *q. 73.* Carav. *rit. 68.*

Tum ratione causæ, quoniam nulla impellente causa Januarius deliquit, sed de mandato alterius, &
10 mediante pecunia, quo casu severius puniri debet, juxtà Bartoli doctrinam, & aliorum in *l. Cicero, ff. de pœnis*, meritò per decennium, & præcedente fustigatione fuit punitus: cùm ratione personæ, quia vulneratus Curialis erat, & non rusticus, tùm ratione temporis, quia multi reperiebantur inquisiti in M. C. de istis incisionibus.

Hac occasione dictum fuit in M. C. posse Judicem pœnam arbitrariam prò reali injuria, & atroci impo-
11 nenda, usque ad mortem extendere, juxtà Glos. *in §. in summa injuriis*, & Glos. Angeli Aretini *in §. juncta de rerum divisione*, quæ Glossa infectata est ab Harprecto, Hunnio, & Bachovio *in d. §. in summa*, Caballo *cas. 15. & 92. num. 7. & 8.* ubi dicit, quod verissima est opinio Glossæ, nàm quando pœna non reperitur in jure determinata, est arbitraria Judicis, qui valet usque ad mortem eam extendere; si casus hoc requireret exemplum, & Farinac. *quæst. 17. num. 34.* ubi affirmat, quod quando injuria est atrox, & crimen qualificatum, ab hac opinione non est recedendum, & confirmatur ratione fundata in communi Docto-
12 rum opinione, videlicèt Judicem posse etiam pœnam à lege impositam, ex circumstantiis diminuere, vel augere, sicuti in hoc Regno opinio dictæ Glossæ fuit practicata, ut penès D. Reg. de Ponte *de potest. proreg. tit. 13. §. 2.* ubi refert fuisse furca suspensum eum, qui puerum vulneravit in Atrio novæ Ecclesiæ SS. Nominis Jesu, crimen nefandum renuentem committere, & hæc opinio est vera, & caret omni difficultate Principe consulto, teste D. Reg. Sansel. *decis. 34.* quia omnes pœnæ Principi sunt arbitrariæ, juxtà *text. in l. cunctos, C. de summa Trinitate, & fide Catholica*, ibi. *Divina primum vindicta, post etiam motus animi nostri, quam ex cælesti arbitrio sumpserimus ultione plectendos*, quæ pœna contrà d. Januarium practicari non poterat, quia vulneratus, licèt Curialis non erat Doctor, neque nobilis, aut in aliqua dignitate constitutus, & fuit quoque vulneratus, quia verbis turpibus mandantem injuriis affecerat.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XVIII.

Fiscus an producere valeat testes in gradu reclamationis, vel appellationis.

SUMMARIUM.

1 *An in gradu appellationis liceat Fisco novos producere testes.*
2 *Integri testes qui dicuntur.*

1 IN ista resolutione agitur præcipuè in gradu appellationis, sive reclamationis, an liceat Fisco novos producere testes, & cum in facto esset, quod M. C. damnaverat Januarium Mirra, quia inciderat novacula faciem Curialis, ad triremes per decennium, vigore rescripti d. M. C. relationem fecit in Reg. Collat. Consil. a quo fuit concessa reclamatio, & in gradu reclamationis Fiscus produxit novos testes prævalidos: qua de re pro parte inquisiti fuit dictum non licuisse Fisco novos producere testes per allegata per Auctorem, attamen D. Auctor ait Reg. Coll. Cons. definivisse articulum in favorem Fisci, ex quo inquit, *testes erant recepti absque ullo accusatoris ministe-*
2 *rio, & erant integri*, hoc est undique idonei, & omni exceptione majores, *ut in l. 14. C. de cont. & com.* quorum fidei erat deferendum, quique renunciari, & repulsari non poterant, sive quibus præscribi non poterat, ut ait Rufinus 2. *invectiva*, ibi: *proferam testem prævalidum, cui præscribere non poteris*. Unde decretum M. C. qua inquisitum damnaverat ad triremes confirmavit, quum antea ex primis probationibus aliud sentire videbatur, undè beneficium reclamationis concesserat.

Et idem Auctor in resolutione antecedenti mentionem facit, quod in gradu reclamationis, alium testem Fiscus produxerat, unde inquisitus graviorem reformidans sententiam se concordavit ad triremes.

RESOLUTIONIS DECIMÆNONÆ

ARGUMENTUM

An Judex à principio habeat arbitrium, & possit inquisitum de capitali crimine, & præsumptionibus multum urgentibus gravatum torquere, aut ad Triremium pœnam condemnare.

SUMMARIUM.

1 *Occidisse præsumitur, qui occidendi causam habuit, homo enim, quia animal rationale est, non præsumitur sine ratione, & causa delinquere.*
2 *Dictum Judiciale per extra judiciale aliquo modo remanet diminutum.*
3 *Reus si est convictus, ordinariâ pœna plectendus est, si minus extraordinariè puniri nequit, sed torquendus est juxtà aliquorum sententiam.*
4 *Causa in omni crimine attenenda est.*
5 *Causa justa, si non à toto, reum excusat à tanto.*
6 *Interfector justo moderamine dicitur, si rationabiliter timet sibi posse inferri mortem, cum ampliatione num. 7.*
8 *Causa injusta non excusat reum, sed aggravat.*
9 Textus in l. igitur, ff. de liberali causa *interpretatur*.
10 *Reus de crimine tantùm indiciatus, causa non apparente, præsumitur justa, & rationabili causa deliquisse.*
11 *Magna Curia contra tantùm indiciatum, causa in processu non apparente, non procedit ad citationem ad informandum, & ad capitula, sed solum ad capturam, secùs contra convictum.*
12 *Offensor semper præsumitur animum offendendi habere.*

13 Ju-

13 *Judex, existentibus indiciis multum urgentibus, potest ad pœnam extraordinariam devenire & 15.*
14 *Regula, quod melius est reum absolvere, quàm innocentem condemnare, procedit in simpliciter, non in graviter indiciato.*
16 *Sanctum Officium nunquam à principio procedit ad pœnam extraordinariam, omissa tortura.*
17 *Indicia in homicidio referuntur & 18.*
19 *Dictum judiciale cum ratione verisimile, nunquam per extrajudiciale dictum remanet diminutum.*
20 *Magna falsorum testium copia in hoc nostro Regno invenitur, & maximè ad defensam.*

Die 30. Januarii 1682. in territorio Corolismi Provinciæ Lyciensis fuit repertus occisus Lucas Antonius Angulcio Terræ Zollini ictibus cultri, ut constitit in genere, & in specie Actuarius Regiæ Audientiæ, & quamplures contra Petrum, Dominicum, & Josephum de Gabriele, ac Franciscum Antonica recepit testes, qui deposuerunt de fama publica illo orta Zollini reperto dicto Luca Antonio occiso, tum quia erant dicti de Gabriele illius inimici, nam Petrus propter gravem injuriam Lucæ Antonio illatam caulabat à Terra Zollini, tùm etiam quia die 29. Januarii aufugerat à carcere dictæ Terræ Leonardus Gabriele alter frater nominatorum, & accidit eodem die, quo Lucas Antonius discessit Zollino, ivitque Corolianum; ideircò Philippus Gabriele pater in suspicionem venit, eum ivisse Corolianum denunciasum dictam fugam Domino Terræ Zollini, circa quod colloquium habuit cum presbytero Donato Gabriele alio filio, & de hoc concludentèr testes quoque testati fuere.

Item Coroliani recepit in testem Franciscum Vergine ætatis suæ annorum 74. Is enim deposuit, qualitèr prædicto die 23. circa meridiem prope ejus territorium vidit Lucam Antonium euntem Corolianum versus, & circa horam 22. vidit, audivitque eum ità vociferantem *succurrite Christiani, quia me occidunt*, & de visu contra nominatus de Gabriele, & Antonica recepti in testes fuere, nempè Palmus Vergine alius testis, qui affirmavit se quoque vidisse Lucam Antonium euntem Corolianum, & circa dictam horam 22. audivisse vociferantem, *succurrite Christiani, quia me occidunt*, ac conjunctim vidisse quinque homines, quorum quatuor, finito strepitu, transierunt juxta locum, in quo ipsi erant.

Constantinus de Costantino testatus fuit, prædicto die 29. circa meridiem, dùm dicti de Gabriele, & Antonica fodiebant territorium juxtà Corolianum, & Zollinum, illuc ivisse Presbyterum Donatum Gabriele, & in secreto cum iis fuisse locutum, & Petro cultrum dedisse, ac deindè abiisse, necnon, quod circa horam vigesimam secundam diei vidit, quod invaserunt Lucam Antonium Angufcio e Zollino redeuntem, & quod cultro occiderunt eum.

Antonius Dionesi ætatis suæ annorum duodecim famulus Francisci Antonica, qui factum à Costantino narratum confirmavit, & quod audivit hominem, quem non cognoverat, vociferantem, *succurrite Christiani, quia me occidunt*.

Quibus probationibus Reg. Audientia carceravit omnes præter Josephum, verum in progressu judicii, Franciscus Vergine non ratificavit in repetitione depositionem factam coram Actuario, & ait, *aliter fuisse scriptum, quam dictum, quia illo die alio aderat in loco*, sed Fiscus probavit, quod etiam à dicto loco videre poterat, facto accessu per causæ Commissarium.

Constantinus ratificavit suam depositionem post longam carcerationem, & licèt in repetitione addidisset, quod ideò illicò non ratificaverat, quia timebat potentiam dictorum de Gabriele, nihilominus extra carcerem fecit actum publicum, quo declaravit suum dictum non esse verum, quodque illud ratificavit, nè ampliùs in carcere detineretur.

Insuper in defensionibus duo testati fuerunt, Constantinum prædicto die in alio loco longinquo cum ipsis fuisse.

Unde prævia fori electione, Processus fuit transmissus ad hanc M.C. & quia erat compulatus, instante Regio Fisco, ab eadem fuerunt prædicti condemnati ad remigandum per septennium, sed interposita appellatione ad S.C. fuerunt liberati in forma, à quo decreto Fiscus (cujus munus ego gerebam), uti gravatus petiit ad idem S.C. recursum, quem obtinuit cum ad junctis, compilato processu in gradu recursus, Magnificus Advocatus Pauperum in reorum favorem infrascripta allegavit.

Primum, quod is præsumitur occidisse, qui occidendi causam habuit, juxtà notata ab erudito Casone *de indiciis tractatu* 2. *cap.* 3. *num.* 3. Bartol. *inter cons. crim. cons.* 8. *lib.* 1. Follet. *inter eadem cons.* 138.
1 Bertaz. *cons.* 556. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 230. Gram. *cons.* 42. & ratio fundamentalis est, quia homo est animal rationale, ideòque non præsumitur sine ratione, & justa causa delinquere, quod dicti de Gabriele, & Antonica nullam offensam, & injuriam vindicaturi erant, sed potius Lucas Antonius, qui offensus injuriam vindicare debebat, & hoc justo fundamento, ait informationem captam ab Actuario, esse valde suspectam, eò magis quia Franciscus Vergine depositionem non ratificavit, & Costantinus, nisi post longam carcerationem, quàm extra carcerem revocavit; & licet attendatur dictum judiciale, illud tamen semper per
2 extrajudiciale aliquo modo remanet diminutum, ut notat Clarus.

Eò fortiùs in præsenti, quia hoc extrajudiciale dictum erat confirmatum depositione duorum testium affirmantium, Costantinum illo die alibi fuisse.

Quod cæteri duo erant minores, ideòque deterriti ab Actuario, de facili diserant, quæ non viderant, & Lucam Antonium Angufcio ab alio inimico occisum fuisse, credendum erat.

Secundum, quod quatenus indicia, & probationes in eorum robore existerent, quod pœna à M.C. indicta contra prædictos, nullatenùs locum habere poterat, quoniam, aut criminis plenæ probationes, & luce meridiana clariores existunt, & tunc reus pœna à lege imposita, vel consuetudine practicata plectendus est, juxtà *tex. in l. fin. C. de probat.* aut istæ deficiunt, & tunc si indicia urgent, torquendus est, ut condigna, & proportionata pœna affligatur, juxtà *tex. in l. edictum, ff. de quæst.* si verò non urgent, li-
3 berandus est, nàm actore non probante reus absolvitur; cum jure reperiatur cautum, Judicem posse ex defectu probationis ad extraordinariam descendere pœnam; Quinimò contrarium apparebat ex *text. in cap. afferte de præsumpt.* desumpto ex *libro* 3. *Regum cap.* 3. ubi Salamon mulierem, quæ alterius puerum rapuerat, licèt violentissimam habuisset præsumptionem, ad nullam condemnavit pœnam, & meritò, nàm aut Cajus occidit, aut non, & inter hæc medium constitui non potest. Hinc si Judex pœnam extraordinariam infligeret, certè Cajum existimaret reum, eum non absolvat, & insimul innoxium, cum pœna homicidii illum non puniat, & sic occidisse, & non occidisse pronunciaret, & facilius, vel innocentem oneraret, vel nocenti justam delicti pœnam non irrogaret, quod absurdum est, & evitandum. Amplius cum lex statuerit, repeti quæstionem contra urgentioribus indiciis gravatum, ut in *l. repeti, ff. de quæst.* necessariò sequitur, quod noluit hoc arbitrium Judicis concedere, ut rationi dissonum, & ità post plures Doctores affirmant Gregorius Lopez *in part.* 7. *tit.* 1. *lib.* 26. *vers. dudum*. Anton. Gomez *tom.* 3. *cap.* 12. *de probat. delict. num.* 26. D. Episcopus Sarmiento *selectarum interpret. l.* 1. *cap.* 1. Paret Sanchez *in opusculo tom.* 1. *lib.* 3. *c. unic. dubit.* 10. *num* 4. & Pater Diana *part.* 4. *tract.* 6. *de tort. in Sanct. Off. resolut.* 18.

Ex adverso Fisci Advocatus allegavit esse verissi-
4 mum, quod in crimine, & præsertim in homicidio primum causa sit intuenda, ut ex *text. in l. verum in* 2. *ff. de furtis in cap. cum dilecti* 18. *de accus. cap. occidit* 23. *quæst. alt.* juxtà Glos. in *cap. diligentia de verb. signific.* sed hæc vel est justa, vel injusta; justa,
5 & rationabilis, vel excusat à tota pœna, ut in *l.* 3. *ff. de just. & jur.* & in *l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. aquil.* ubi aggressus aggressorem interficiens, ad nihilum tenetur, si justo moderamine inter-
6 ficiat: & justo moderamine occidisse videtur, si ratio-

tionabiliter timet, sibi posse inferri mortem, ut do-
cet Pater Diana *tract. 4. tit. de hom. resol.* 1.
Etiam si fugam evadere posset, dummodo illi fuga
esset dedecoris ratione personæ, *l. marito in l. si adul-
terum, §. Imper. ff. ad l. Jul. de adult.* & in nostra
7 Regni Constitutione *si maritus*, vel excusat *a tanta*,
ut in *l. Graccus, C. ad l. Jul. de adult.* ubi si maritus
occidit adulterum non in casu permisso in præcitatis
juribus, etsi non liberetur, mitius tamen punitur, &
in casu relato a Cons. Gramat. *decis. 5. & 23.* Gizzar.
decis. 18. D. Reg. Sanfel. *decis. 337.* ubi propter gra-
vem injuriam temporis intervallo sequutum est homi-
cidium, homicida extraordinarie punitur, cum ex
text. in l. doli verbum, ff. de servo corrupto, ibi:
vel alia probata, vel justa ratione, tum ea naturali
æquitate, cum eadem justa causa sit assidua impulsio
ad vindictam: Injustam in nihilo excusat, quia tota
8 fundata est in malitia, & hominis iniquitate, & in-
justa quoque dicitur levis causa, quæ in delicto con-
sulto commisso non habetur in consideratione. Hinc
Doctores, qui affirmant, quod quælibet causa etiam
bestialis excusat delinquentem, si non a toto, a tanto,
equidem falluntur, etenim fundantur in *text. in l.
igitur, ff. de liberali causa*, in illis verbis, *justis*,
9 *vel injustis rationibus ductus*, qui *text.* loquitur, pro-
ceditque, quando homo aliqua ductus causa credit
non delinquere, alioquin numquam mortis pœna,
præsertim in homicidio, locum haberet.
Sicuti propositio, quod homo non præsumitur
absque ratione, & justa causa delinquere, vera est,
sed intelligitur in eo casu, quo aliquis est de crimine
tantum indiciatus, & non apparet de causa, inde
est, quod M. C. contra indicium, causa non ap-
10 parente, non procedit ad citationem ad informandum,
& ad capitula: quæ praxis non procedit contra con-
victum testibus de visu, nam cum non dubitetur illo
casu de deliquente, ad evitandum scandalum delicti
11 pœna infligenda est, *l. qui eodem cap. ad l. corn. de si-
cariis*, verum casu apparente, tunc examinanda est,
an fuerit justa, vel injusta, et si justa, an in totum
tollat pænam, vel tantum minuat, ut in *l. aut facta,
§. causam, ff. de pœnis*, quod in præsenti duæ exsiste-
bant causæ, Ratiocinativa, veluti inimicitia contra-
cta, etiam cum Philippo patre dictorum de Gabriele,
ut plene constabat in alio processu: & quia Lucas An-
tonius Anguscio fuit antea offensus a dicto Petro, ideo
causa homicidii erat injusta, ita ut si Petrus fuisset con-
victus, non excusaret eum, sicut cæteros socios a
pœna mortis.
Cæterum offensor semper præsumitur habere ani-
mum offendendi, ut notat Consiliarius Thomas Gram-
maticus *cons. 29. num. & vota 24. num. 3.* nam cau-
sa sive justa, sive injusta, ob quam prius offendit,
12 eadem turbato animo, atque intellectus lumine per-
turbato, semper eum commovet ad offendendum sibi
invisum, & additur alia ratio, veluti justus timor
ultionis: Altera causa erat impulsiva, videlicet, mali
officii suspicio, licet temeraria.
Insuper allegavit, & ad alterum respondit obje-
ctum, quod existentibus indiciis multum urgentibus,
potest Judex ad pœnam extraordinariam devenire:
13 primo, quoniam iis gravatus indiciis magis quidem
reus, quam innocens existimatur, ut ea communiter ac-
cidentibus compertum est, & licet homo sit in posses-
sione suæ indemnitatis, præsumptio tamen, quæ ex
illis oritur, est ita vehemens, quod dictæ possessioni
præponderat, & ponit eum in statu, quo aliquod
malum juste ei inferri potest, ac regula, quod melius
14 est reum absolvere, quam innocentem condemnare,
procedit in simpliciter non graviter indiciato.
Secundo, nam si juste iterum iri torqueri potest, non
minus juste omissis torturis extraordinarie condemnari
potest, tormentum, & periculum majoris supplicii
cum minori insimul compensando.
Tertio, quia si dicta pæna omitteretur, utique
Respublica valde læderetur, nam homines aucta ma-
litia hodie atrocia tormenta contemnunt, ut expe-
rientia docet, & ex centenis vix unus confitetur, hinc
15 a tormentis liberati audaciores effecti in mala agen-
do, eam perturbaret; ideoque hæc sententia, tam-
quam Reipublicæ proficua, comprobatur a Dom. Card.
de Lugo *de just. & jur. disp. 37. sect. 12. num. 143. &
144.* D. Præsid. *decis. 171.* D. Reg. Rovit. *super prag.
3. de militib.* Præsid. Menoch. *lib. 1. qu. 92. num. 3.*
in dies in M. C. practicatur, si inquisitus est homo
robustus, delictum non exceptuatum, & atrocius, ac
a pluribus non commissum, & quod magis fisco ex-
pediat; quod sententia contraria omnino procedit in
Tribunali Sancti Officii, in quo non solum reorum
16 pæna intenditur, sed emendatio, & veritatis ad eo-
rum salutem indagatio, quæ sola tortura haberi po-
test, ut ipse quoque advertit.
Tandem dicebatur, quod contra eos aderant indi-
cia ultra torturam, & valida ad triremis pænam, quo-
niam fama, & causa, seu inimicitia juxta communem
17 Doctorum placitum sufficiunt ad torturam.
Dictum testis Pauli Vergine licet minoris, junctum
cum dicto alterius testis minoris, quia delictum fuit
18 in campanea patratum, juxta tradita a Farinac. *q. 38.*
pariter erat sufficiens.
Dictum Constantini etiam erat integrum, nam li-
cet is post longam carcerationem ratum habuerit, ta-
men congruam rationem in repetitione assignavit, quæ
19 ratio non erat in dicto extrajudiciali; idcirco dictum
judiciale in nihilo remanebat diminutum, & quod te-
stes de coarctata id refragabantur, quia illa est pro-
banda per testes idoneos, & omni exceptione majores,
ut in *l. ex tenore de testibus, & in §. item verborum,*
20 *Instit. de inutilib. stipul. Glos.* ubi *lit. P.* etiam atten-
ta copia falsorum testium, qui reperiuntur in hoc Re-
gno, & maxime ad defensam; Prout in similibus
compertum est in M. C. & dicti testes ex tenore ea-
rum depositionum apparebant non solum amici, sed
instructi, ex mercede accepta a parte testimonium
perhibuerant.
Propterea Sacrum Consilium decretum M. C. me
patrocinante, confirmavit, & fuerunt transmissi.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XIX.

An Judex habeat arbitrium torquendi
præsumptionibus multum
urgentibus.

SUMMARIUM.

1 *Is præsumitur occidisse, qui habuit causam occi-
dendi.*
2 *Injusta causa non excusat, quia fundatur in mali-
tia hominis.*
3 *Ex propositione, non præsumitur sine causa, fecisse
non colligitur, ergo non facit.*

1 IS præsumitur occidisse, qui occidendi causam ha-
buit *Cas. de indiciis tract. 2. cap. 3. num. 3.* ex hoc
colligit pauperum Advocatus, quod homo non præ-
sumitur sine ratione delinquere usque adhuc fuit cla-
ra argumentatio. Verum tacite alia pars argumenta-
tionis colligebatur, ergo N. N. non deliquit, Auctor
noster erudite respondet *nu. 4. & 5.* dum ait *aliam esse
causam justam, aliam injustam*, justa veluti si quit ag-
gressus justo moderamine aggressorem interficiat, cui
addas quasi justam, quæ scilicet a lege excusatur, vel
2 mitiut ea ea punitur delictum, injusta ætatem in ni-
hilum excusat, quia tota fundata est in hominis ma-
litia, & iniquitate.
3 Verum hoc etiam advertendum est, quod ex hac
propositione non præsumitur quis sine ratione delin-
quere, non colligitur, ergo N. N. non deliquit, præ-
sumptio enim quædam ficta legis probatio est: unde
non per hoc quod deficiat legis ficta probatio per hoc
non deliquit. Et sicuti diversæ sunt istæ tres præposi-
tiones, probatur fecisse, non probatur fecisse, & pro-

batur non fecisse, quorum una non venit necessario in consequens ex alia, ita diversæ inter se sunt istæ propositiones: non præsumitur causa fecisse, & præsumitur non fecisse, unde non per hoc, quod una vera sit, alia venit in consequens.

Hoc displicet, quod aperte Auctor num. 20. dicat reperiri in Regno copiam falsorum testium, maxime ad defensam.

RESOLUTIONIS VIGESIMÆ.

ARGUMENTUM.

Clericus conjugatus, an & quando fori privilegium amittat, & quando forjudicatio contra eum non impediatur.

SUMMARIUM.

1 *Indicia contra mandantem in homicidio enumerantur.*
2 *Relatio Nuntii est necessaria, ut Judex ad ulteriora procedat num. 7. Relatio Nuncii an fieri possit die feriata*, ibidem.
3 *Relatio Nuncii an fieri debeat propria Nuncii manu num. 8.*
4 Pragm. 3. de ictu scopictæ, & 28. de armis, *in personam, & non in rem loquuntur. And. pragm. comprehendant mandantem, affertur decisio* ibidem, *affirmative vero nu. 9.*
5 *Practica, qua supersedetur in forjudicatione contra* Clericum, *refertur nu. 13.*
6 *Procurator admittitur ad proponendas exceptiones, quæ reddunt retro judicium nullum.*
9 *Mandans, & mandatarius sunt correlativa, mandans vero gravius peccat, quam mandatarius.*
10 *Mandans existens in loco delicti præsumitur consciens modi, quo mandatum exequitur, & illius instructor.*
11 *Associatio post delictum cum delinquente, & refugium ad Ecclesiam urgentia pariunt indicia.*
12 Clericus *citatus uti laicus vigore* Ritus *personaliter comparere tenetur.*
14 Clericus *conjugatus, ut foro gaudeat Ecclesiastico, quinque habere debet requisita.*
15 Clericus *cælebs conjugato est dignior, Davidis factum in comedendo panem sanctum, & num. 16.*
17 Clericus *conjugatus facilius forum amittit Ecclesiasticum.*
18 *Fisci Patronus* M. C. *ab antiquo habet prærogativam committendi informationem.*
19 *Judex ad suam instructionem pro veritate potest recipere testes contra prætensum clericatum.*

Rhegii die 22. Augusti 1683. a sex hominibus scloporum ictibus fuit occisus Reverendus Sacerdos D. Nicolaus Spano de mandato Francisci Pellicano, ex causa, quod quidam consanguineus Sacerdotis D. Nicolai alium Francisci consanguineum prius occiderat, & sic ex indirecta, & transversali vindicta, ut constitit ex informatione.

Etenim testes in numero deposuerunt, occisores nullam habuisse causam inimicitiæ cum dicto Reve-
1 rendo Viro morigerato, atque etiam esse famulos, & clientes prædicti Francisci Pellicano.

Tres alii testes de visu, Franciscum Pellicano in præfato die necis cum occisoribus allocutum fuisse, nec non cum iis post facinus ad Ecclesiam confugisse.

Et omnes insimul testes de fama, & de certo judicio testati fuerunt, eo mandante enunciata causa homicidium prædictum fuisse secutum.

Magna Curia citavit ad informandum, & ad capitula cum delegatione, & abbreviatione dierum quindecim, ac pœna ducatorum mille, tam occisores mandatarios vigore *pragm. 3. de ictu scoppictæ* de anno 1614. qua terminus forjudicationis fuit ad quindecim dies abbreviatus, & *pragm. 24. de armis*, qua fuit ordinatum, quod contra delinquentes armis igneis M. C. & Regiæ Audientiæ procederent uti delegatæ, & *pragm. 28. eodem titulo* promulgatæ in anno 1638. *die 1. Septembris*, qua ultra mortis pœnam, fuit imposita pœna ducatorum mille Fisco applicando contracta ultima contumacia, quam contra prædictum Franciscum Pellicano mandantem.

Cum vero fuisset ad ulteriora processum, & capedita, ac intimata citatio ad forjudicandum, tempore ultimæ contumaciæ, pro parte dicti Francisci fuerunt præsentatæ Bullæ Clericatus cum fide Parochi Sancti Antonii Abbatis Casalis Ferreti affirmantis, eum dictæ Ecclesiæ inservisse; adversus quod præcedentibus literis Advocati Fiscalis M. C. Consiliarius Joseph Canalis Provinciæ Præses, & in dicta Civitate degens, examinavit quinque testes omni exceptione majores qui cum juramento coram eo veritatis testimonium perhibuerunt, qualiter Franciscus Pellicano annis retro elapsis Clericali tonsura fuerat insignitus, sed post matrimonium cum Christiana Dianoto contractum per spatium quatuor annorum, & ultra habitum Clericalem dimiserat, & in habitu laicali officium Gabellarii dictæ Civitatis Rhegii administraverat, quam informationem cum copia authentica tabellæ positæ in Ecclesia Cathedrali, in qua erant descripti Clerici Civitatis, & inter eos non reperiebatur prædictus Pellicano, ad Magnam Curiam transmisit.

Deinde posita cartella in Sala M. C. ut moris est pro forjudicatione, comparuit excusator dicti Francisci, & petiit acta ordinaria, & infrascriptas proposuit nullitates, quarum prima fuit, quod relatio Nuncii in citationibus ad informandum, & ad capitula fuit facta die festivo, quo celebrabatur festum Divi Michaelis Arcangeli, quando debebat fieri die juridico, cum
2 sit de substantia judicii, & in ea fundatur totus processus, ita ut ea deficiente, Judex ad aliquem actum procedere nequit, juxta *tex. in l. 2. C. de sportulis, & pragm. 2. de ordine judiciorum*, fatentur de Nigris in *cap. Regni, Sive quis*, Maranta *de ordine judiciorum membra 1. nu. 55.* Vivius *decis. 274. nu. 18.* Guazz. *defens. 10. cap. 30. nu. 9.* D. Reg. Rovit. *in prag. 2. de citatione nu. 14.* qui Doctores expresse docent relationem nulliter fieri die feriato.

3 Secunda, nam dicta relatio non fuit scripta manu propria Nuncii, ut ex dispositione juris, & ex stylo M. C. quem ceteræ Curiæ sequi debent.

Tertia, ex quo fuit citatus cum abbreviatione dierum quindecim, delegatione, & pœna, juxta Reg. Pragm. quæ cum loquatur in persona ut clare *d. prag.*
4 *3. de ictu Scoppictæ* ibi: *Che qualsivoglia persona di qualunque stato, che appensatamente delinquerà, & pragm. 28. num. 1.* ibi: *Questi, che commeteranno delitti con dette armi*, non comprehendunt mandantem, Farinac. *quæst. 129.* Dom. Sanfelic. *decis. 39.* & uti rigorose non extenduntur, sicuti in proposito tenet Angelus Scial. *de forjudicat. cap. 10. nu. 8.* & decisum refert D. Reg. Merlin. *contr. 48.*

Insuper tertio opposuit, dictum Franciscum esse Clericum, & consequenter, quod M. C. eum forjudicare non poterat, quia si carceratum haberet, contra
5 eum procedere nequiret, ad hoc ut ne Clericus occisor uti laicus, id quod magnum esset absurdum, M. C. supersedet in forjudicatione, bullis clericatus præsentatis ab amico, & excusatore, teste D. Præs. *decis. 329. nu. 13. circa fin.* Dom. Reg. Rovit *in rub. de forjudic. nu. 11.* Dom. Capyc. Latro *decis. 24.* Dom. Merlin. *contr. 48.* Cons. Campan. *resol. 4.*

Plane cum hæc clericatus exceptio non tangat crimen, ab amico proposita est admittenda; sicuti de jure communi admittitur procurator ad proponendas
6 omnes exceptiones, quæ sunt seorsum a crimine, ut dicit Bartol. *l. penult. §. ad crimen, ff. de publicis judiciis.*

Sicut in hoc judicio admittitur excusatio ad proponendas exceptiones, quæ reddunt retro judicium nullum, ut dicit D. Sanfel. *dec. 366. nu. 66. in fin.* ut est hæc Clericatus exceptio.

Tan-

Tandem, quod de informatione capta per Spectabilem Præsidem Reg. Consiliarium Josephum Caoale nulla erat habenda ratio, tamquam a privato capta absque Judicis commissione, & Parte non citata.

Sed pro parte Regii Fisci fuit dictum, primam non obstare, quia relatio non est actus Judicialis, sed di-
7 ctus actus attestatio, quæ est necessaria, ut Judex ad ulteriore procedat, constito de dicta citatione, idcirco eam posse fieri die feriato, eo magis, quia dicta relatio expletur sine juramento, quod die feriato præstari non potest, ut dicit *Glossa in clementina* 1. *de offic. delegat.* & conferunt *ritus* 82. & 90. ponderati ad propositum a Consil. Campana *resol.* 18. in his enim habetur, quod Nuncius citationem præsentare valet die feriato, ac circumducatur.

Secundam neque obstare, nam licet in M. C. Nuncius propria manu relationem scribat, tamen in alia
8 Curtis Regni relatio potest fieri Actuario, etiam vigore *d. Rituum pragm.* 2. *de citat.* & 28. *num* 3. *de offic. Sac. Consil.*

Tertiam minime obstare, nam cum mandans & mandatarius sint correlativi, & his pœna sit conformis, ut notant Decianus *lib.* 6 *cap.* 39. *nu.* 13. Menoch. *de arbitr. cas.* 353. Farinac. *qu.* 135. *nu.* 188. atque alii penes ipsos consonum videtur, ut pœna modus sit quoque conformis, sane dissonum esset, si pari modo contra mandantem non esset procedendum, cum is gravius delinquat, mandatarium inducendo ad peccatum, & si dictæ Regiæ Pragmaticæ procedum contra assistentes, quia minus juxta omnium communem sensum delinquunt, quam principalis, multo magis contra dictos principales, qui magis peccant, cum duorum bono præjudicent, scilicet mandatarii, & illius, quem mandatarius occidit.

Item fuerunt adducta jura in *l.* 1. §. 4. *ff. de vi armata*, ubi is etiam dejecisse videtur, qui mandavit, ut
9 aliquid dejiceretur in *l.* 15. *ff. ad l. Cornel. de sicariis*, ubi Ulpianus loquit: *Nihil interest ut occidat quis, an causam mortis præbeat in l.* 1. *ff. de eo, per quem factum erit*; ubi idem Ulpianus inquit: *Fecisse autem dolo malo non tantum is putatur, qui suis manibus, vel per suos detinuit, verum qui alios quoque rogavit, ut eum detinerent, vel adducerent*, in *l. non ideo minus* J. C. *de accusationibus*, ibi: *Præter principalem verum mandatorem* in *l. non solum* 11. §. *si mandato meo, ff. de injuriis*, cum aliis concordantibus, ut per Glossas.

Amplius, quod in præsenti casu omnino ita erat procedendum, cum mandatarii, & mandans eodem
10 commorentur loco, quia isto casu præsumitur mandans conscius modi, quo mandatum exequitur, imo illius instructor, & tandem quod ita contra mandantem fueret decisum per Collaterale Consilium, ut refert Thorus *in compend. decisionum par.* 3. *in verb. mandans.*

Rursus pro justitiæ claritate dicebatur prædictum Franciscum esse nimis probatione gravatum, etenim mandatum est difficilis probationis, & hac difficultate
11 attenta, indicia contra eum multum urgebant, & præsertim associatio immediate post delictum cum occisoribus juxta notata a Marco Antonio Blanco *in l. fin. num.* 10. & refugiatio ad Ecclesiam, juxta notata a Ulpiano *in l. Fulcinius* 7. §. *quod si autem, ff. quibus ex causis in possessionem eatur*, ibi: *Latitare est, ut Cicero definit, turpis occultatio sui*, juncto §. *quid ergo*, ubi non apparente alia causa, præsumitur causa fraudis, ut contra dictum Franciscum causa delicti, & facit tritum axioma notatum a Crusio *de indiciis delictorum par.* 1. *cap.* 47. *nu.* 6. nempe quod clam, & secreto vivens male operari præsumitur.

Quod vero ad Clericatus exceptionem, primo fuit dictum, quod doctrina Bartoli, & aliorum erat correcta per Ritum M. C. 169. quo tres solum exceptiones admittuntur, nempe infirmitatis, absentiæ, & captivitatis, ut quoque fuit dispositum per *pragm.* 6. *de offic. magistr. Justit.* & consequenter remanet exclusa fori declinatoria, ut etiam notavit Caravita *in dicto ritu.*

Secundo, quod per *ritum* 135. in Regno Clericus citatus uti laicus tenetur personaliter comparere, & in citatione ad forjudicandum de æquitate, bullæ clericatus, quæ præsentantur ab excusatore, recipiuntur,
12 & ponuntur extra processum, ne clericus occidatur, uti laicus, supersedetur in forjudicatione, etiam habita ratione, quod si is compareret, & ostenderet se esse verum Clericum, redderetur retro judicium nullum, & hoc modo consulitur Fisco, & non præjudicatur Ritui, quia bullæ non recipiuntur in judicio, & processu formato, nec Judex pronunciat super dicta declinatoria, & Reo, quia non rejiciuntur, sed ad Judicis instructionem ponuntur extra processum, & supersedetur in forjudicando eo.

Verum hæc praxis tunc procedit, quando documenta clericatus sunt clara, & fiscus non habet contra dictum exceptionem probationem relevantem sicut in *d. dec.* D. Præs. 329.

Cæterum cum Fiscus habet probationes in contrarium, ex quibus constat reum non habere requisita Sac. Conc. Trid, aut alia causa fori privilegio non gaudere, non procedit, puta, quando bullæ non apparent validæ, vel adversus eas præsentantur scriptu-
13 ræ, aut examinantur testes, ut fuit decisum contra Carolum Siniscalco, qui fuit forjudicatus, eo quia constabat ex probationibus fisci, quod officium actuariatus suæ patriæ exercuerat, & habitum, atque tonsuram dimiserat teste Dom. Sansel. *decis.* 14. & contra Franciscum Jerace inquisitum pro osculo violento, non obstante, quod a consanguineo fuissent productæ Bullæ Clericatus, quia ex adverso erat producta fides authentica, ex qua constabat esse medicum stipendiatum, & non reperiri descriptum in tabella Ecclesiæ, in qua cæteri Clerici erant descripti, idcirco M. C. forjudicandum esse decrevit, prout per Collaterale Consilium fuit confirmatum, teste Consil. Campana *resol.* 4.

Tertio, quod quinque requiruntur de forma Sac. Concil. Triden. ut in *sess.* 23. *cap.* 6. *de reform.* ut Clericus conjugatus foro gaudeat Ecclesiastico, v3.
14 ordo clericalis, habitus, & tonsura, servitium in Divinis, & quod Ecclesiæ ab Episcopo deputatæ inserviat, & quod officia sæcularia non exerceat, ut censuit Sacr. Congregatio sub pœna privationis Privilegii die 2. Maii 1640. In Anagnina, ut testatur Thomas del Bene *in additionib. in verbo Clerici conjugati*, & Pignatell. *consil.* 42. *num.* 32. & licet quartum requisitum nempe, ut inserviat Ecclesiæ ab Episcopo deputatæ, de consuetudine non observetur pro Clerico cælibi; ea tamen non obstante omnino requiritur in Clerico conjugato, vel probatur ex *d. cap.* 6. *de reform.* ibi: *nisi inservient*, quæ dictio conditionem importat, sine qua actus est invalidus, & testantur Graff. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 170. & 180. Petr. Barb. *in l. Titia, solut. matrim. num.* 33. Episc. Augost. Barb. *super collect. S. C. d. sess. cap.* 6. *num.* 41. *de potest. Episcop. part.* 2. *allegat.* 12. *num* 45. Pign. *dict. consult.* Gonzalez *in cap. ex parte de Clericis conjugatis*, ubi inquit: *Quod per S. C. fuit hoc additum, ut Clerici debeant inservire Ecclesiæ deputatæ*, & de comm. Dom. Sansel. *decis.* 13. *num.* 5. & *decis.* 247. *num.* 3.

Quarto, quod Clericus cælebs conjugato est dignior, quia Christi charitate fervet, & magis ido-
15 neus est ad cælestia meditanda conjugatus vero cælebi est inferior; carnalis enim copula animum ad inferiora deprimit, & Deo, & uxori non potest recte servire *cap.* 1. & 12. *q.* 1. *cap. omnes* 32. *qu.* 7. Idcirco in veteri testamento Sacerdotes tempore, quo ministrabant in Templo, a propriis uxoribus recedebant, ut in *Exodi cap.* 19. & *in lib.* 1. *Regum cap.* 21. habetur, quod immundo a mulieribus panem Sanctum
16 comedere non licebat, ibi: *Mundi sunt pueri maxime a mulieribus, manducent, & respondit David Sacerdoti, & dixit ei: & quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri, & nudius tertiam, &c.* quod documentum esse debet, ut Christiani cum cordis contritione, carnis continentia, & digna devotione accipiant Sacramentum SS. Eucharistiæ Panem Angelorum.

Et cum Clericus conjugatus a perfecto statu deflectat, quasi a via aberrando facilius decidit, & facilius quoque Forum amittit Ecclesiasticum; Hinc si cum veste, sed absque tonsura incedat, vel cum ton-

sura

sura, & sine habitu, eo non gaudet, teste Joanne
17 Monaco *in cap. 1. de Clericis conjugatis in 6.* Farinac. *q. 8. num. 49.* Dom. Sanfel. *dec. 13.* vel etiam si cum habitu laicali deliquerit, vel fuerit carceratus, teste eodem Dom. Reg. *dec. 13. & 14.*

Hinc contra Franciscum Pellicano conjugatum clericum dicebatur, quod fides Parochi Casalis Ferreti erat cartula sine authentica de servitio enunciato, & nulla erat de ea habenda ratio, quia sine mandato Episcopi. Aderat pro Fisco authentica copia tabellæ positæ in Ecclesia Cathedrali, in qua legebantur omnes Clerici præter præfatum Pellicano, necnon ex supradicta informatione constabat, eum post matrimonium, habitum, & tonsuram dimisisse. Nec refragabatur Fisco, quod testes fuerant examinati a Præside sine commissione M. C. quia Fisci Patronus ab
18 antiquo hanc habet prærogativam committendi informationem; præterquam quod sunt diligentiæ Fiscales, quæ a Fiscalibus committuntur, & satis est, quod testes examinentur a potestatem habente.

Non refragabatur etiam, quod testes erant recepti non citata parte, quia hoc procederet in judicio cum reo præsente. non vero cum reo absente, & quia de æquitate bullæ recipiuntur ad Judicis instructionem, bene potest Judex ad suam instructionem pro veritate
19 recipere testes contra Clericum, in qua receptione non requiritur citatio, ut in puncto docet Bald. *in l. si quis per calumniam, C. de Episc. & Cler.*

Propterea tam per M. C. quam per Collaterale Consilium fuit pronunciatam nullitates, & exceptionem non obstare, & proinde esse forjudicandum, me patrocinante, & Dom. Judice D. Julio Galeota referente, cui ob singularem virtutem, & majorum merita, majorem dignitatem exopto.

Ex particulari vero rescripto S. E. ob scripturas noviter productas, sententia forjudicationis usque adhuc non est lecta, et pendet revisio in eodem Reg. Collaterali Consilio.

LEONARDI RICCII

O B S E R V A T I O

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

R E S O L U T. XX.

Clericus conjugatus quando amittit privilegium, & forjudicatio contra eum non impeditur.

S U M M A R I U M.

1 *Quando Clericus conjugatus gaudeat privilegio fori & mandans an puniatur eadem pœna, qua mandatarius.*
2 *Clericus unde dicitur.*
3 *Quid differat Clericus celebs a conjugato.*
4 *Judex ad suam instructionem potest recipere testes, non citata Parte.*
5 *Fisci Patronus in M. C. committit informationes, & diligentias.*

Unus titulus est huic resolutioni appositus, scilicet de Clerico conjugato, an & quando gaudeat pri-
1 vilegio fori, & forjudicatio contra eum non impediatur, verum plures tractantur res, scilicet an mandans eadem pœna puniatur, ac mandatarius, & citatus eodem modo. An possint recipi Bullæ Clericatus per excusatorem, &c.

Clericus dicitur a verbo græco Κλῆρος, idest *sors*,
2 sunt enim Clerici in sortem Domini vocati, sive, ut ait Hieronymus: *Quia de sorte sunt Domini, vel quia Dominus sors, idest pars Clericorum est*, Can. 51. *caus. 12. qu. 5.* & Clerici intelliguntur, qui *divino cultui ministeria religionis impendunt*, ut ex Divino Augustino refert *Cujac. ad tit. decretal. de vit. & honest. Cleric.* unde bene Auctor tradit noster *num. 15.* requiritur per Sac. Concil. Trid. ordinem, habitum, & tonsuram, servitium in divinis, & quod inserviat Ecclesiæ deputatæ ab Episcopo, & quod officia sæcularia non exerceat, uti censuit Sacr. Congr. ab Auct. citata.

3 Multa rationabilibus requiri in Clerico conjugato docet Auctor, ut non amittat privilegium fori, quam in Clerico celebi, quia ille amore carnali distractus, non potest ita bene servire Deo, & certe *in can. 9. ead. caus. & quæst.* Clericis, qui se non possunt continere, jubetur uxorem accipere, dummodo sint in minoribus ordinibus constituti, & portiones extra accipere, unde videntur esse isti Clerici conjugati multum de Mundo retinentes.

4 Nota, quod potest Judex ad suam instructionem non citata parte absente recipere testes, ut in *num. 39.*

5 Fisci Patronus in M. C. habet auctoritatem committendi informationem, & diligentiæ fiscales a fiscalibus committuntur, & satis est quod testes examinentur a potestatem habente in *num. 18.*

R E S O L U T I O N I S   V I G E S I M Æ P R I M Æ.

A R G U M E N T U M.

I. An capta informatione, reo tamen adhuc non citato, possit amicus ad impediendam citationem præsentare scripturas, ex quibus inquisiti innocentia liquet? II. An hoc facere possit, reo jam citato, ad impediendam contumaciam, & pœnam. III. An Judex debeat examinare testes ab amico tanquam instructore ei subministratos, ex quibus inquisiti innocentia detegitur? IV. Quando Judex juramento, & monito reum possit interrogare? V. An, & quando reus juridice interrogatus crimen in conscientia fateri teneatur? VI. Judex teneatur depositionis copiam reo Petenti antè defensionis terminum tradere?

S U M M A R I U M.

1 *Citatus in criminalibus tenetur personaliter comparere.*
2 *Quilibet in judicio criminali admittitur tamquam instructor judicis officium implorans, ut Judex veritatem, & rei innocentiam assequatur.*
3 *Veritas in omnibus amplectenda est.*
4 *Veritas quid sit.*
5 *Noxium puniri, & æque innoxium sublevari ad Rempubl. pertinet.*
6 *Exemplum M. C. in non citando ob scripturarum præsentationem.*
7 *Praxis M. C. in recipiendo scripturas reo citato.*
8 *Judex ex officio tenetur perquirere delictum, & rei innocentiam.*
9 *Reo citato, & absente, testes ad sui defensionem non admittuntur, juxta praxim, & Clari opinionem, qua limitatur ab Authore.*
10 *Judex non potest reum interrogare de crimine, nisi secundum juris ordinem.*
11 *Probatio jurisdictionem interrogandi reum Judicio tribuit.*
12 *Reus ut juramento & monito interrogetur, an gravia requirantur indicia, an levia sufficiant, rationes pro utraque parte ponderantur,* usque ad num. 15.
16 *Gravia requiruntur indicia, ut reus de crimine, juramento, & monito interrogetur, & levia satis sunt in duobus casibus ab Authore adductis.*
17 Text. in l. volnit 4. de interrogatoriis actionibus [illegible]

18 *Pra-*

18 *Praxis M. C. interrogandi reum absque monito.*
19 *Reus an juridice interrogatus crimen in conscientia, fateri teneatur; Doctorum sententiæ pro utraque parte cum rationibus referuntur, & alia Doctorum sententia cum restrictione recensentur, numer. 20.*
21 *Bellum ex utraque parte aliquando consideratur justum.*
22 *Judex licet juste præcipiat damnato, ne a carcere aufugiat, is vero obedire non tenetur.*
23 *Juramentum a Judice reo delatum non est obligatorium, demonstratur.*
24 *Praxis interrogandi reum absque monito, in quo fundetur.*
25 *Judex an debeat depositionis copiam reo petenti ante defensionis terminum tradere.*

HÆc supradicta Dubia in facti contingentia in M.
C. proposita fuere, & prima duo affirmative re-
soluta, etenim in judicio criminali licet verissi-
mum sit, quod capta informatione, reus, qui ex-
1 tra carceres, & absens reperitur, & citatur ad de-
ponendum, vel ad informandum, ut contumax re-
putatus contumaciæ pœna Fisco applicetur, aut
ad informandum, & capitula, ut forjudicetur,
teneatur personaliter comparere, & non admitta-
tur per Procuratorem ad faciendas defensiones, ut
late dictum est in decretor. M. C. prax. admitti-
tur tamen quilibet ad innocentiam rei demonstran-
dam tanquam instructor, veluti ad Judicem in-
struendum, ejusque officium implorandum, ut veri-
2 tatem circa delictum, vel rei innocentiam assequatur,
quæ praxis jure fundatur, cum veritas amanda sit,
& in omnibus amplectenda, sicut in *l. cum ita legatum ff. de condit. & demonst. l. penult. ff. de proba-*
3 *tion. l. 1. C. plus valere, quod agitur cap. 2. qu. 7.
cap. nolite 11. qu. 3. Hæc quidem omni tempore est in-
vestiganda, cum sit per quam ea, quæ sunt, aut
fuerunt, aut futura sunt, immutata dicuntur*; ut
inquit Cicero *de inventione*. Dei verbum dicitur,
4 & justitiæ fundamentum. Hæc a Judice pro utraque
parte exquirenda est, nam nocuum puniri, & æque
innocuum sublevari convenit, utrumque siquidem
5 ad Rempublicam pertinet, juxta *text. in l. servum
quoque §. publice, ff. de procuratoribus*, sicut in non
jam citato judicatum tradidit Cons. Campan. *resol.*
11. in qua habetur, quod formata inquisitione de
pluribus criminibus contra Illustr. Marchionem Mor-
coni, cum fuerint præsentatæ quamplurimæ authen-
6 ticæ scripturæ, quæ prætensa evacuabant crimina,
M. C. non citavit eum, nisi ad deponendum pro le-
vi crimine per scripturas non deleto, quemadmo-
dum in jam citato adhuc contumace non effecto, non
semel practicatum vidi, dictæ vero scripturæ authen-
ticæ ponuntur extra processum, & recipiuntur præ-
7 cedente Superiori mandato, ac etiam eo non inter-
cedente, cum veritas, quæ ex authentica scriptura
apparet, ullo indigeat patrocinio.

Circa tertium Dubium, affirmant quoque quam-
plures DD. veluti Aretinus *cons.* 146. Marsil. *cons.*
39. 73. 81. & 90. *ac in practica in §. sequitur num.*
46. Additionator ad Angelum *de maleficiis in verbo
qui Dominus Judex num.* 13. Pratus *cons.* 18. Blan-
cus *in pract. crimin. fol.* 22. *num.* 54. ac alii a Ju-
lio Claro relati *in §. fin. qu.* 33. *vers. quod plus est*,
qui fundatur in enunciatis rationibus, & quia Judex
8 omnibus modis veritatem indagare, & ita ex officio
tenetur perquirere delictum, ac Rei innocentiam, ut
communiter docent DD. multoque magis instructore
existente. Quibus rationibus additur alia nimirum
quia dici non potest testes ad Fisci instantiam exami-
natos certe esse veros, & testes examinandos ab in-
structore subministratos certe esse falsos.

Sed contrarium tenet Julius Clarus citato loco,
9 ubi ita inquit, *hæc opinio mihi numquam placuit;
hoc enim modo proculdubio destrueretur tota practica
criminalis, & quilibet per hujusmodi excusatorem,
sive instructorem faceret testes ad sui defensionem exa-
minari absque ullo sui capitis periculo, reus numquam examinaretur, neque torqueretur*. Hæc Cla-
ri opinio utique amplecti debet, alioquin informa-
tiones Fiscales subverterentur, cum de facili testes
subornentur, & ita resolutum, & semper vidi pra-
cticatum: in uno tamen casu opinionem limitarem,
nempe quando prætensus inquisitus pro vera, & ju-
sta causa abesset, & fama vehemens de innocentia or-
ta esset.

Circa Dubium quartum fuit dictum, quod Ju-
10 dex non potest reum interrogare, nisi secundum ju-
ris ordinem, idest nisi præcedente probatione, ut ex
cap. qualiter, & quando 17. *cap. cum oporteat* 19.
cap. inquisitionis 21. *de accusationibus*, & ex Div.
Thoma 2. 2. *qu.* 69. *art.* 2. Probatio enim Judici ju-
11 risdictionem interrogandi tribuit, & reus usquequo
non est probatum de crimine, habet possessionem suæ
bonæ famæ, & Judici non dicitur subjectus; Dubium
tamen versatur circa probationem, an videlicet Ju-
dex ad interrogandum reum debeat gravia indicia ha-
bere, ea scilicet, quæ semiplenam constituunt pro-
bationem, & quæ ad torturam requiruntur, an vero sa-
tis sit, quod habeat indicia levia, & præsumptiones
non urgentes, quæ videlicet minus quam semiple-
nam faciunt probationem.

Et quod ad reum interrogandum juramento, &
particula monitus requirantur gravia indicia ponde-
ratur. Primo, quia juramentum est spiritualis quæ-
dam tortura, cum non minus mentem urgeat ad ve-
ritatem dicendam, quam tortura, ut ea Covarr. do-
12 cet Pater Lessius *de just. & jur. lib.* 2. *de reo, & ad-
vocato dubit.* 3. *cap.* 31. *num.* 15. & sicut ad inferen-
dum tormentum indicia gravia, quæ semiplenam pro-
bationem constituunt, requiruntur, ut probat Julius
Clarus *qu.* 42. Farinac. *qu.* 36. *num* 114. & *n.* 131.
D. Card. de Lugo *de just. & jur. disp.* 37. *sect.* 13. &
alii, qui præsertim fundantur in *Glos. in l. Maritus,
ff. de quæst. in verbo illicite, & in verbo quæstion.*
ita quando juramentum reo refertur.

Secundo, quia cum monito Judex certiorem facit
reum, qualiter probatum est crimen, quamobrem
13 si minus, quam semiplenam probationem haberet,
reum utique deciperet.

Tertio, quia hanc sententiam tenet Divus Tho-
mas 2. 2. *qu.* 69. *art.* 4. & ibi Pater Salon. *contr.* 1.
Glos. 2. Pater Lessius *d. cap.* 31. *n.* 10. & 15. Gre-
gorius de Valentia *tom.* 3. *disput.* 6. *qu.* 13. *pur.* 4.
14 Rever. Diana *par.* 2. *tom.* 15. & *primo Miscellan. re-
sol.* 27. & *par.* 9. *tract.* 9. *Miscell. resol.* 43.

Quod levia vero sufficiant indicia, & ea quæ mi-
nus, quam semiplenam constituunt probationem,
15 ponderatur, quia majoris præjudicii est reum tor-
quere, quam interrogare, vel citare, quod patet ad
sensum, & hanc sententiam tenent Caravita *rem* 4.
Caballus *casu* 259. alii a Farinacio relati *qu.* 36. *nu.*
214. Pater Lessius *de just. & jur. lib.* 29. *dub.* 17.
num. 156. aliique a P. Fragosio cumulati *par.* 1. *de
reg. Reip. Christ. lib.* 5. *disput.* 12. *num.* 197. & præser-
tim fundatur in *Glos. in l. comprobatio in verbo procedunt,
ff. de probation.*

Fuit resolutum, primam opinionem esse veriorem,
& amplectendam: secundam vero procedere in se-
quenti casu, videlicet, quando prætensus inquisitus
interrogatur non uti reus, ut cum eo nimirum contestata lite procedatur ad ulteriora, sed interrogatur,
ut ex proprio ore exhauriantur indicia, & ut Judex in-
terrogando animadvertat, qua constantia, quo vul-
16 tu, qua trepidatione respondeat, & ita post Scac. *de
judic. lib.* 1. *cap.* 84. fatetur idem P. Fragosius *cit.
loc. num.* 197. *in verbo si vero inquisitio*, quo loco
etiam affirmat procedere in crimine læsæ Majestatis
Divinæ, & humanæ, sicuti ego affirmo procedere in
omnibus criminibus difficillimæ probationis, in qui-
bus levia indicia reputantur gravia, ut late probavi
in *decretorum praxi*, & hic addo, non solum ratio-
ne loci, temporis, sed etiam ratione personæ, ut
quia tractatur contra potentem.

Capta igitur informatione, & existente legitima
probatione, ut dictum est, si reus in carcere reperi-
tur, ut cum eo ad ulteriora procedatur, interroga-
tur, atque examinatur cum juramento, & monito,
ut veritatem fateatur, aut neget, quæ practica fun-
datur in *l. voluit* 4. *ff. de interrogat. actionibus* cu-
jus sunt verba: *Voluit prætor eum, qui convenitur*
ad-

17 *adstringere ex sua in judicio responsione, ut confitendo, vel mentiendo sese aperiret*, hinc ponderando verbum illud, *adstringere*, dico cum juramento, & monito.

Verum aliquando in M. C. inquisitum cum juramento interrogatum vidi, absque tamen monito, ut quando indicia gravia ad torturam non existerent, aut cum factum esset dubium; quemadmodum supersedetur etiam in monito, si prætensus inquisitus, dum examinatur, præsentat scripturas authenticas, ex quibus ejus apparet innocentia, quinimo etiam si facta enunciat altiorem indaginem non requirentia, ex quibus de facili veritas liquere potest, hinc Notarius Jo. Baptista Caruccio de Neapoli de falso inquisitus,
18 & super eodem interrogatus, cum factum enunciaret in processu S. C. penes Magnif. Jordanum, ex quo sua innocentia liquere poterat, M. C. supersedit in monito, me uti Fisci Patrono acquiescente, & tandem fuit tanquam innocens excarceratus.

Ad quintum Dubium, fuit responsum Doctorum sententias non esse conformes, ut videre est penes Revet. Patrem Diana *par. 1. tract. 5. & 1. Miscell. resol. 27. par. 2. tract. 5. Miscell. resol. 9. & par. 10. tract. 13. 3. Miscell. resol.* 13. etenim eorum alii indistincte affirmant, reum juridice interrogatum in omni casu teneri veritatem fateri, & fundantur primo, quia quisque tenetur obedire superiori legitime præcipienti secundum juris ordinem; Secundo, hoc
19 casu habet jus eliciendi veritatem ob bonum publicum, ergo si reus eam occultat, facit contra jus; Tertio, quia dici non potest, Judicem juste interrogare, & reum juste veritatem occultare, quia daretur bellum ex utraque parte justum, quod est absurdum; Quarto, quia veritatem retinendo, incideret in perjurium; Quinto, quia hæc opinio Reipublicæ est favorabilis, cum crimina detegantur, atque puniantur.

Verumtamen alii cum restrictione negant, videlicet in causa capitali, & quando agitur de triremis pœna, vel mutilationis membri, aut de aliqua alia graviori dedecore, quamdiu spes est evadendi, & fundantur, Primo, quia a natura hominibus est inditum, ut se defendant, & a mortis faucibus vitam incolumem
20 reddant, idcirco præceptum illud fatendi criminis videtur nimis difficile, neque humanæ imbecillitati satis accomodatum: hinc leges, ut obligent conditioni humanæ esse debent consentaneæ, ut late Bovadill. *part. 1. de la politica lib. 2. cap. 3. 4. & cap. 3. num.* 31. inquit: *Que las leyes rigurosas no son mas que para espantar, y las piadosas para executar*. Secundo; nam sicuti nemo cogi potest ad testificandum contra sanguine junctos, ut *l. 4. ff. de testibus*, ita nemo cogi potest contra ipsummet veritatem fateri, cum nemo magis sit sanguine junctus, quam ipsemet: & quemadmodum non tenetur, quando inde sibi grave damnum provenit, ita nec crimen proprium fateri, cum non maius damnum, quam propriæ vitæ consideretur. & DD qui hanc sectantur sententiam, quo-
21 que affirmant, hoc casu bellum esse ex utraque parte Justum, Judicem, nimirum habere jus inquirendi veritatem, causa boni publici, & reum habere jus celandi, gratia suæ vitæ tuendæ; Hinc Judex reo præcipere valet, & suo fungitur officio, reus tamen non tenetur respondere, idest fateri. Judex enim juste quidem præcipit damnato, ne a carcere aufugiat, is vero obedire non tenetur, sicuti Dominus juste servo mandat, ne aufugiat, is vero eum fugiendo a servi-
22 tute liberari possit, obtemperare non debet, servitus enim contra jus naturale est; Item fatentur juramentum hac in re non esse obligatorium cum judicis præ-
23 ceptum non sit ad obligandum, sed tantum ad terrendum Reum, ut veritatem fateatur.

Præterquam quod valet reus veritatem reticendo ad mentem Judicis non respondere, æquivocationi, & mentali restrictione. Hanc sententiam amplectuntur Recen-
24 tiores, & in praxi esse tutam fatetur Rev. Diana, & affirmat P. Gibalinus *tom. 2. de universa rerum humanarum negotiat. lib. 6. c. 3. §. 1. num.* 15. quem ego libentes sequor, & in hac doctrina fundatur practica, qua Moderni utuntur interrogare reum cum juramento, absque tamen monito, cum juramentum non sit obligatorium in casu, ut dictum est supra.

Circa sextum Dubium, fuit pro Fisco ponderatum Rei depositionem esse jam de actis, & consequenter non esse Reo tradendam, nisi in defensionis termino,
25 ne hac anticipatione Reus aliquo modo per interrogatoria instructos testes falsos procuret, & Fisco præjudicium afferat. Sed contrarium fuit resolutum, cum petitio respiceret Rei defensionem, quæ est semper privilegiata: & ita practicatum vidi, præsertim in causis delegatis, in quibus brevis conceditur terminus: hinc in uno gravatus debet in alio relevari: & definitum per Collaterale Consilium testatur Thor. *in supplement. compend. verb. Reus*.

LEONARDI RICCII

O B S E R V A T I O

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

R E S O L U T. XXI.

An capta informatione possit amicus scripturas præsentare, non ostendendo incompetentiam Reo non citato, & aliis.

S U M M A R I U M.

1 *An amicus, & causæ instructor poterit producere documenta absente Reo, ut impediatur citatio.*
2 *Judex an possit interrogare Reum ante probationes.*
3 *An Reus teneatur respondere interrogatis.*

AGitur in ista resolutione, an absente Reo possint per Amicum, sive veritatis instructorem produci do-
1 cumenta, vel ut impediatur citatio, vel postquam fuerit citatus Reus, ut impediatur contumacia, & dividitur ab Auctore hæc positio, v4. vel documenta sunt per scripturas, vel per testes. Si per scripturas potest fieri tam ante citationem, quam post citationem ad impediendam contumaciam, & ita definitum a *num.* 1. ad 7. si autem per testes relatis opinionibus hinc inde, ipse facile complectitur negativam, & ita resolutum dicit, quod tamen ipse limitat in absentia justa concurrente fama de innocentia Rei, fama licet, ut ipse dicit vehementi.

2 An vero Judex debeat interrogare Reum post probationes, & an possit etiam id facere ante probationes, unde refert definitum, quod debet interrogare post probationes. Hic autem quæres, an probationes illæ, ut possit interrogari Reus, requirantur, ut sint ex gravibus indiciis, ita ut faciant semiplenam probationem, vel sufficiant, quod sint indicia levia, de qua re plura docet, ut habes in eo, tandem definit requiri gravia, quando interrogatur Reus, nimirum, ut cum eo contestata lite procedatur, & sufficere levia, quando interrogatur, ut ex proprio ore retrahantur indicia, & ut vultu ipso Rei Judex quodammodo fiduciam, vel metum, innocentiæ constantiam, vel peccati trepidationem deprehendat; quod tamen mihi videtur incertum, multi enim non virtute, sed audacia intrepidi, alii non metu, & formidine, sed pusillanimitate deterrentur.

De iis, quæ disputat Auctor de Reo, an teneatur respondere interrogatis per Judicem, advertas juramentum esse, adhibere Deum in testem, quem non facile spernet homo, & ad juramentum requiri justitiam, judicium, & veritatem, quæ non sunt facile cavillanda: item responsiones Rei ad interrogata pertinere ad gloriam, & honorem Divini Numinis, & ut Josue interrogabat Achan. *Fili mi*, inquit *da gloriam Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas Jos. 7. 19.*

RE-

RESOLUTIONIS VIGESIMÆSECUNDÆ

ARGUMENTUM

An homicidium in rixa occisoris animo patratum morte puniatur.

SUMMARIUM.

1 *Homicidii ethymon, atque definitio.*
2 *Homicidium tripliciter, aut dolo, aut culpa, aut casu committitur.*
3 *Homicidium dolo commissum, aut ex proposito, aut ex improviso dicitur, quod exemplis declaratur.*
4 *Homicidium, quod culpa committitur, definitur, atque exemplis explicatur.*
5 *Homicidium casu secutum definitur, & exemplis declaratur.*
6 *Homicidium pro homicidio casu secuto non punitur, culpa vero commissa pro modo culpæ castigatur, dolo, & ex proposito patrata, morte punitur.*
7 *Homicida an pro homicidio in rixa, & animo occidendi commisso morte puniatur, ingens est quæstio.*
8 Text. Geneseos *cap.* 9. Levit. *cap.* 24. Exodi *cap.* 21. Numeri *cap.* 25. *ponderantur circa homicidii pœnam & 17.*
9 Text. *in l.* 1. §. Divus ad legem Corneliam, & Text. *in l.* 1. C. *eodem in homicidii materia considerantur & 18.*
10 *Homicidium omnium malorum est maximum nocumentum.*
11 *Homicida immediate Deum offendit, & Naturam. Mors, & vita in manu Dei*, ibidem.
12 *Pœna delicto commensuranda.*
13 Text. in leg. 3. §. patiatur, Cod. de Episcopali audientia *in homicidii materia ponderatur.*
14 *Voluntas, & propositum distinguunt maleficium*
15 *Homicida pro homicidio animo occidendi commisso, licet in rixa incurrit irregularitatem, juxta placitum Molina, & Suarez.*
16 *Passiones non sunt sufficiens causa incontinentiæ.*
19 *Injuria repentinæ leviores.*
20 *Rixa dicitur filia iræ. Ira usum & rationis judicium impedit*, ibidem.
21 *Ira comparatur ad odium, sicut festuca ad trabem.*
22 *Dolus major, & minor consideratur.*
23 *Argumentum Authoris circa hanc materiam.*
24 *Passiones licet non sint causa sufficiens incontinentiæ ex corporis complexione, sunt tamen incontinentiæ occasio.*
25 *Incontinentia iræ est minor incontinentia concupiscentiæ.*
26 *Homicida pro homicidio in rixa licet occidendi animo patrato non contrahit irregularitatis crimen juxta placitum Dianæ & immunitate gaudet & 27.*
28 *Authoris sententia & 32.*
29 Farinacii *doctrina aliorumque Doctorum circa homicidium in rixa patratum refertur & 30.*
31 *Casus decisus in M. C. recensetur.*

1 HOmicidium, quod a verbis *cædo, & Hominem*
dicitur, proprie est hominis cæsio, hoc est occi-
sio; aut dolo, aut culpa, aut casu committitur, dolo ni-
mirum si occidendi animo committitur, quod dupli-
2 citer fieri contingit, aut ex proposito, vel ex improvi-
so: ex proposito, veluti cum odio Cajus haberet Titium,
& occidere intenderet, opportunitatem occidendi eum
quæsivit; ex improviso, ut si conveniret cum Titio,
& propter accidens verborum inter Cajum, & Titium
orta est rixa, in qua animo occidendi vulneravit Ti-
tium, qui vulnere periit; Primum ergo homicidium
voluntarium, ac deliberatum dicitur, ex proposito,
quia temporis intervallo præcedente fuit in Caii in-
tentione; Secundum voluntarium quoque dicitur,
cum animum occidendi habuerit, sed ex improviso,
3 quia ante rixam non fuit in Caii intentione: Culpa
homicidium patratur, ut si præter occisoris inten-
tionem sequatur, vel ut Theologi aiunt, est illud,
quod non fuit in intentione, sed tantum in causa, ve-
luti in actione, & occisoris operatione: de quo quam-
plurima ponuntur exempla: ut si Titius non admo-
nitis prius transeuntibus projecerit lapidem e fenestra
in viam publicam frequentatam, quo transeuntem
interfecit, vel si per lasciviam injecit lapidem in ho-
minum multitudinem, quo ictu præter intentionem
unum occidit. Item est exemplum in eo, qui cum
possit ferro percutere, baculo verberavit, aut haben-
do sclopum ad necem aptum, & cultra non mortifere
vulneravit, & nihilominus verberatus, vulneratusve
periit sui, aut Medici incuria, vel propter antece-
dentem percussi convalescentiam; Hoc quidem homi-
4 cidium culpa dicitur commissum; cum clarum sit non
fuisse in occisoris intentione, & de eo loquitur tex.
in *l. qui.* 70. §. *finali ff. ad l. Aquil. & in cap. signifi-
casti de homicidio*; item culpa dicitur homicidium pa-
tratum in rixa, in qua homicida directe occidere non
intendit, sed impetu ad ferrum venit, & non libera
voluntate occidendi, vulnerat; delinquunt enim ho-
mines ex proposito, impetu, aut casu: impetu scilicet per
ebrietatem, ut e. g. declarat J. C. in *l.* 11. §. *pen. D.
de pœnis*, aut in rixa, ut magister Bart. & alii com-
muniter *citato* §. docent.
Itidem in eo, qui adhibita cautela accedit ad alie-
nam conjugem, ac maritum aggressorem cum mode-
ramine inculpatæ cautelæ occidit; hoc quoque homi-
cidium culpa etiam dicitur commissum, & homicida
hic irregularitatem non incurrit, nam licet a princi-
pio operam dedit rei illicitæ, hæc tamen non fuit per
ordinem ad homicidium, ut ratiocinatur R. P. Fa-
gundez *in* 5. *præcepta decalogi* t. 13. *num.* 13. nec te-
netur ad restitutionem, ut opinatur R. P. Diana *p.* 5.
tract. 4. *de homic. restit. resol.* 47. *quia adulterium non
est via ad occisionem mortis, sed potius adulteri, &
occasio dumtaxat homicidii*, ut inquit: Homicidium
vero casu sequutum erit, veluti quando secutum non
fuit in se, neque in causa volitum; non in se, idest
5 in occisoris intentione, neque in causa idest in actio-
ne, & occisoris operatione, cui operam dabat; quia
illa ad homicidium non erat ordinata; quinimo in ea
debitam adhibuit diligentiam, sicuti magis declaratur
exemplis, ut puta exercebas te ad signum in loco ad
id consueto, & licet diligentia usus fueris, ne alicui
noceret, aliquem nihilominus occidisti, qui præter
omnium existimationem in aliquo latebat loco; vel
quando cæmentarius adhibita diligentia, ne alicui no-
ceret, projecit lapidem, & occidit transeuntem, qui
audacter per locum transire voluit, aut quia cæmen-
tarii monitum non audivit. Item in auriga, qui cur-
rum retrotrahendo ne aliquem offenderet, clamavit,
& nihilominus, puerum qui retro latitabat, occidit,
vel alium qui temere transire voluit. Eidem in vena-
tore, qui cum telum in feram mitteret, hominem inter-
fecit, de quo loquitur Marcellus *in l. respiciendum*,
§. *delinquunt, ff. de pœnis*, & accidere solet contra
socium venatorem locum suum eodem tempore dese-
rentem.
Cæterum Doctores, & præsertim Canonistæ passim
homicidium commissum ex improviso casuale appel-
lant, & pro hoc postremo in propria significatione
sumpto homicidium omnino esse excusandum affir-
mant: pro homicidio vero culpa commisso pro modo
6 culpæ (citra mortem) esse castigandum: sicuti pro ho-
micidio, dolo ex proposito patrato, morte esse ferien-
dum non dubitant; sed an pro homicidio, dolo, ex
7 improviso secuto, homicida ordinaria pœna, vel ex-
traordinaria teneatur, ambigunt: & quidem non mo-
dica est dubitatio; etenim quod ordinaria affligatur
pœna, ponderantur primo textus in sacris literis, ni-
mirum *Genes. cap.* 9. ubi legitur, *quicumque effuderit
humanum sanguinem, effundetur sanguis illius, Levit.
cap.* 24. *qui percusserit, & occiderit hominem morte
moriatur*, qui generaliter loquuntur *Exod. c.* 21. ibi?
*qui percusserit hominem volens occidere, morte mo-
riatur*, & ponderatur verbum *volens Numer. c.* 35.

ubi *Urbes datæ fuerunt in præsidia eorum, qui nolentes sanguinem fuderint*, ergo sive ex proposito, sive ex improviso homicidium sequatur, voluntas seu occidendi animus est inspiciendus. Secundo reat. ju-
9 ris positivi, nempe textus in *l. 1. §. Divus, ff. ad l. Cornel. de Sicar.* ubi legitur, *qui hominem occiderit, si non occidendi animo hoc admiserit absolvi posse*, ponderando verba, *si non occidendi animo*, a contrario sensu, ac alia quæ repetuntur scilicet, *sed si clavi, aut cucuma in rixa, quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo*, ac textus in *l. 1. C. eod.* ibi: *Qui si probaverit non occidendi animo hominem a se percussum esse, remissa homicidii pœna secundum disciplinam militarem, præses sententiam profert: crimen enim contrahitur, etsi voluntas nocendi intercedat*. Igitur homicida ab ordinaria pœna non est excusandus, sive ex proposito, sive ex improviso occidit, si voluntas occidendi intercedat: Tertio, probatur nam omnium malorum, quæ homini inferri pos-
10 sunt, homicidium est maximum nocumentum, quia irreparabile; Gravius utique est furto, atque adulterio; magis enim homines simpliciter loquendo aistimant vitam, quam famam; quia vita est homini bonum intrinsecum, fama autem est bonum extrinsecum, præterquam quod honor reparari potest recte factis, bonis operibus & moribus in melius compositis, ut ratiocinatur Rev. P. Fagundez *in 5. praecepto Decalogi cap. 1. n. 5. in fin.*

Quinimo homicidium est inter delicta gravissimum,
11 homicida enim immediate Deum offendit, & Naturam: Deum, quia occidendo Dei potestatem sibi arrogat: *Ego occidam, & ego vivere faciam, non sit alius Deus præter me*, ut ipse ait *Deuteronomii c. 32. & Genesis c. 9. quicumque fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo*. Hinc illud, *Mors, & vita in manu Domini:* Naturam quæ inter homines cognationem constituit, ut *in l. vim ff. de de justit. & jure, l. notandum, ff. de appellat.* unde cum pœna sit commensu-
12 randa delicto, attenta ipsius atrocitate, mortis pœna non est difformis: & fundatur in illo principio de jure naturæ scilicet, *quod tibi non vis, alteri ne feceris*, ex quo aliud sequitur, *quod alteri malum facis, tibi juste inflictum putes, cap. cum omnes, de constitution. §. cum igitur*, ibi, *patere legem, quam tu ipse tulisti*, & proposito confert illud.

Se sinsen patirà quel, che egli ha fatta,
Alla santa Giustizia ha sodisfatta.

Occidendi igitur, qui occidit, & nil refert an ex proposito, an ex improviso interficiat, si voluntate occidat; cum homicidium occisoris voluntate secutum sit adeo atrox, ut illo justa ultimum commensuretur supplicium.

Comprobatur ex *text. in l. 3. §. patiatur Cod. de*
13 *Episcopali audientia*, ibi: *Homicida, parricidaque, quod fecit semper expectet*, ponderando verbum *semper*.

Præterea ita primo argumentatur, hoc homicidium
14 est occisoris voluntate secutum, ergo morte est dignum: voluntas enim, & propositum distinguunt maleficia, scilicet dictum, culpa, vel dolo patratum, *l. injuriarum, ff. de furtis, l. 1. C. ad l. Cornel. de Sicar.* Hinc P. Molina *de justitia, & jure lib. 4. disput. 16. num. 2.* & Suarez *in 3. part. tom. 5. de censuris disput. 44. sect. num. 3.* tenent hunc homicidam incur-
15 rere irregularitatem, & rigorem S. C. T. *sess. 14. de reformatione cap. 7.* quia licet rixa inopinate orta sit, potest tamen quis libera voluntate directa intendere mortem.

Secundo aut ira, quæ consideratur in rixa, in totum aufert usum rationis, & omnino homicida excusatur, aut non aufert, & secundum delicti gravitatem puniri debet: consequens probatur, nam in tali passione salvatur rationis judicium quod continens servat, & incontinens deserit; passiones enim quantumcumque vehementer non sunt sufficiens causa incon-
16 tinentiæ, sed occasio sola, eo quod durante usu rationis, semper homo potest passionibus resistere, ut docet D. Th. 2. 2. *q. 156. art. 1.*

Quod autem extraordinaria plectatur pœna, ponderatur primo, idem *text. Numer. cap. 35.* ubi homici-
17 dii reus declaratur ille, qui dolo ex proposito hominem interfecit, ut ex Sacris literis textus, ibi: *Si per odium quis hominem impulerit, vel jecerit quippiam in eum per insidias, aut cum esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit, percussor homicidii reus erit.*

Odium enim potius in insidiis, quam in ira ponitur, quæ ut docet D. Thom. 2. 2. *q. 158. art. 7. ad 2.* insidiæ præmeditationem continent, & sicuti *malas mala cogitant*, ita inimicus de inimico suo, & clarius ex sequentibus habetur, ibi: *Quod si fortuito, & absque odio, & inimicitiis quidquam eorum fecerit, reducetur per sententiam in Urbem, ad quam confugerat*. Nolentibus enim occidere, Urbes datæ fuerunt in præsidia, & nolens hic dicitur non ille, qui occidendi animo caret, sed qui fortuito, sine odio, & absque inimicitiis, ut puta in rixa occidit, & hoc textu sane alii enunciati textus interpretantur.

Secundo inducitur idem *text. in l. 1. C. ad l. Corn. de sicariis*, in illis verbis: *Cæterum ea, quæ ex im-*
18 *proviso casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxæ imputantur*, juncta Glos. in verbo *plerumque*, ubi ait, *& nota, quod non dicit hic casu fortuito, sed improviso.*

Unde cum homicidium in rixa secutum dici non possit prævisum, imputari debet non culpæ, aut noxæ, sed potius fato: & consequenter non ordinaria pœna, sed alia mitiori adeoque levius est castigandum: etenim ut inquit Cicero *lib. 1. officior. injuriæ*
19 *vel consulta sunt, vel repentina, leviores sunt repentina.*

Tertio probatur: nam rixa dicitur filia iræ, ut do-
20 cet D. Thom. 2. 2. *q. 158. art. 7.* ira enim inter cæteras passiones magis impedit usum, & rationis judicium, ut in *qu. 156. art. 4. & 158. art. 4.* difficilius est enim ad horam resistere iræ propter ejus imperium, quod residet in cholera, cujus motus præveniunt consilium. Hinc licet in rixa consideretur occidendi animus, tamen propter iram consideratur quoque diminutum rationis judicium, idcirco homicidium in rixa est minus grave, quam homicidium non in rixa commissum, sed odio patratum, cum ira, quæ est mater rixæ comparetur ad odium, sicut festuca ad tra-
21 bem, ut post D. Aug. *reg. 3. tit. 3.* notat D. Thom. *d. qu. 158.* in corpore, & consequenter mitiori pœna est castigandum: ira enim appetit malum sub ratione boni, scilicet justæ vindictæ, odium vero appetit malum, sub ratione mali, ut in *d. quæst. & art.* hinc Papinianus *in l. 1. §. quari posse D. ad Senat. Consult. Turpil.* recte inquit, *Temeritatem facilitatis veniam continere, & in consultum calorem calumniæ vitio carere.*

Quarto, quod sicut in calore, & frigore considerantur gradus, ita in malitia, & bonitate; quod grave est homicidium in subitanea rixa animo occiden-
22 di commissum; gravius si sedata rixa; durante tamen iræ calore, scilicet antequam Sol occidat juxta Pauli sententiam ad *Ephesios 4. ut fiat, nec sol occidat super iracundiam vestram*; gravissimum si ex proposito, scilicet spatio temporis interjecto sit patratum, hinc dissonum valde foret, si peccatum in primo gradu malitiæ puniretur ultimo gradu pœnæ.

Præterea ita argumentatur: passiones ab homine rationis usum omnino auferre valent, amentiam inducere, atque furorem; Ergo multo magis usum rationis impedire, & judicium obumbrare possunt.

Hinc sicuti in primo casu homicida excusatur, ita in
23 secundo æquum est, ut mitiori supplicio puniatur, cum in hoc secundo casu judicium non dicatur firmum, & voluntas perfecte deliberata.

Animæ enim uti corporis forma corporeis utitur organis, hinc corporeæ operationes ad opera animæ conferunt, scilicet ad actum intellectus, quia a sensu recepit, & ad actum voluntatis, quæ impellitur a passionibus sensitivi appetitus: passiones enim fomentum recipiunt ex corporis complexione; unde motus, & iræ impetus velociores sunt in cholericis, & in melancholicis, quam & in phlegmaticis; at licet passiones
24 non sint causa sufficiens incontinentiæ, tamen sunt incontinentiæ occasio, ut docet D. Thom. 2. 2. *qu. 156. ad primum, & ad secundum*, & quod ex natu-

rali

rali corporis dispositione provenit, reputatur magis venia dignum, ut idem *in d. quæst. art.* 4. & hac de
25 causa minus turpis est incontinentia iræ, quam concupiscentiæ per velocitatem motus choleræ, ut etiam *in quæst.* 158. *art.* 4. unde Seneca: *Homo cum irascitur, extra corpus suum est*, etiam S. Gregorius in moralibus, *ira accensus ore clamorem format, sed sensus quid loquitur, ignorat.*

Hinc Rev. Diana *par.* 2. *tract.* 15. *Miscell. res.* 19. tenet, homicidam hanc non incurrere irregularitatem
26 homicidii voluntarii, super quam non potest Episcopus dispensare, nam homicidium, quod contracta rixa perpatratur, casuale putat, & non voluntarium; & quod Concilium, ut ibi inquit in fine, non loquitur de hoc homicidio, quod contingit casu, idest non ex proposito, idemque affirmat R. P. Hyppolitus Grasset-
27 ti *de proditorio* §. 23. *num.* 3. & similiter gaudere immunitate Ecclesiastica, decisum tradit D. Reg. Merlin. *controv.* 55. *centur.* 2. *n.* 31. *&* 32
28 Hæc quæstio non semel conturbavit spiritum meum ob rationes hinc inde existentes, sed in præsenti postremæ sententiæ uti æquæ, & magis tutæ adhæreo propter minorem dolum, quo homicidium rixosum patratur.

Eandem tractavit Farinac. *in praxi tit. de homicid. quæst.* 125. ubi *num.* 47. Doctores pro affirmativa recenset, *nu.* 48. pro negativa, nempe, quod extraordinaria sit coercendum, quibus pro affirmativa addo Calvinum *de æquit. lib.* 2. *c.* 130. *num.* 21. ubi ita refert: cum interfectus fuit in rixa Cæsar de Cani-
29 bus a Petro Francisco de Bagnis, a quo primo gravi lethali vulnere fuerat affectus, & ab Augustino de Salionis, etiam alio lethali vulnere, Senatus æquitatem sequendo consuit, Petrum Franciscum capite plectendum, Augustinum autem remo decennali addicendum; cum rigorosum videretur, ut pro unico homicidio in rixa commisso, duo homines morerentur: Pro negativa vero addo Pegueram *decis.* 64. *nu.* 40. Antonium de Ballis *lib.* 3. *de homicid. appostato quæst.* 2. *casu.* 1. *num.* 14. ubi allegat Cæphalum *cons.* 206. *l.* 2. qui in facti contingentia in homicidio ponderat qualitatem, an illud sit secutum animo deliberato, an vero ex improviso; & quod facienda sit interpretatio, quod magis fuerit animo inopinato, quam deliberato, ut minor pœna imponatur, ut *nu.* 1. *&* 6.

Idemque Farinac. *num.* 49. ita inquit: *In hac contrarietate, quæ judicum mentes non raro torquere*
30 *solet, crederem posse dici primam sententiam esse veriorem, & in practica sequendam, quando constat, quod occisor fuit rixæ author, & provocator, & habuit vere animum occidendi; His inquam duobus concurrentibus, existimarem, omnino pro homicidio commisso in rixa imponi debere a Judice pœnam mortis, secus si non constat, quod homicida fuerit provocator, & quod habuerit occidendi animum, qui in dubio propter rixæ calorem non præsumitur.*

Hic etiam recenset tempore Sixti V. capite obtruncatum fuisse Virgilium de Mantica nobilem Romanum, qui in rixa subitanea alium nobilem occideret, eo quia in processu constitit, quod provocator fuit, & quod animo occidendi vulneravit.

Hanc sententiam amplectitur Faber *in C. tit. ad l. Cornel. de sicariis definit.* 6. ibi: *Nam qui occidendi animum habuit, venia dignus esse potest, non solum si salutis suæ tuendæ gratia id fecerit, dummodo cum moderamine inculpatæ tutelæ, sed etiam, si in primo ipso motu iracundiæ, qui scilicet non est in hominis potestate, dum nec rixæ occasionem ille ipse præbuerit.* Benedictus Carpz. *p.* 1. *q.* 6. *num.* 7. Hond. *cons.* 99. dummodo ira, ex qua rixa ex levi, & injusta proveniat causa, Thesaur. *dec.* 178. *num.* 5. *&* 6 Julius Clarus *qu.* 60. *num* 8. ut ibi: *Tu vero dic, quod ira, aut provenit ex justa causa, & tunc non excusatur in totum, aut vero non provenit ex justa causa, & tunc in nihilo excusatur, & hæc est communis opinio*, ut testatur Menchada *controv. illustrium cap.* 18. post multos Farinac. *q.* 91. *n.* 13.

Idem Carpzovius *d. quæst. num.* 16. hinc Bertazzol. *cons.* 44. *num.* 4. & Caballus *casu* 206. *num.* 37. post Decium in *l. quicquid calore iracundiæ, ff. de regul. jur.* ajunt: *Quod si calor iracundiæ excusaret, raro propter homicidium quis esset puniendus, quia plerumque cum iracundia committitur.*

Hinc eruditus Jo: Harprectus *in* §. *item l. Cornel. de sicariis, Instit. de publicis judiciis tom.* 4. *num.* 298. in proposito notat: *Non enim ita male agitur cum ratione humana, ut quibusvis effectibus succumbere necesse habeat: & licet primi motus in potestate nostra esse negentur; in potestate tamen nostra est, ut iis obsistamus, proindeque quæ ex ira fiunt, voluntaria magis habenda sunt*, Secundum Senecam *lib.* 2. *de ira cap.* 1. *&* 2.

Et hanc sententiam, in sequenti tamen casu, secuta fuit nostra M. C. in mense Maii 1684. Quidam cæcus cum socio paupere, qui modo huc, modo illuc, citharæ sono, & cantu acquirendi gratia sibi victum, se Arzanum contulere, atque ingressi in atrium, ubi
31 habitabant Severus, & Blasius Sorgente, Laurentius de Honuphrio, ac Joseph Garriglia cum aliis; dum ibidem canerent, nempe cæcus, atque ejus socius a prædicto Severo Sorgente requisiti; Domo egressus est Laurentius de Honuphrio cum baculo, & insimul cum eo prænominatus Garriglia: quo baculo Laurentius fortiter percussit eundem pauperem cæcum; quamobrem inter se altercantibus, Joseph Garriglia ictu cultri Severum in capite vulneravit, necnon Laurentius de Honophrio domum ingressus, & statim reversus cum sclopo, non contentus videre Severum ita vulneratum, sclopi ictu contorsit in eum, quo paucos post dies enunciatus Severus periit; Fiscus (cujus vicem gerebam) considerando nempe Laurentium fuisse rixæ authorem, injuste, & sine legitima causa de paupere cæco fuisse malemeritum, & re vera animum habuisse occidendi Severum: quippe qui non contentus vidisse eum vulneratum, contorsit in eum sclopi ictum, quo probabiliter, & fere semper sequitur mors, necnon considerando quod prædictus Laurentius cum suo socio stabat armatus, & Severus, ac Blasius sine armis, itaut non possent timere, atque aliquam recipere a prædictis offensam: atque eo magis, quod prænominatus Laurentius erat homo malæ indolis, inquisitus quoque de altero ictu scoppictæ, & cum vulnere etiam pro levi causa illato, institit Fiscus contra eum pro morte, ad quam jure merito M. C. condemnavit eum, ut penes Ferrarium.

Cæterum homicidium in prima rixa, & primo tempore, atque calore iræ patratum, quamquam occi-
32 dendi animus in eo intercesserit, aliqualiter esse excusandum arbitror, ut morte non puniatur; cum iræ ad horam resistere difficilius sit propter imperium choleræ, ut docet D. Thom. 2. 2. *q. art.* 1. nec rixæ causa justa, vel injusta est attendenda, nam illa subitanea rixa judicium perturbat, & corrumpit, & causa illegitima apprehenditur pro legitima, atque iræ inordinatio, ut idem docet 2. 2. *q.* 58. *art.* 4. circa duo vertitur, nempe circa indebitum appetibile quia ira tus appetit malum, quod est indebitum sub ratione boni v3. justæ vindictæ, supponens se offensum, ut vult ulcisci, id quod aliquando humana ratio dictat, sed non perfecte: & circa vindictæ indebitum modum, circa quem non habet metam, quia residet in cholera, cujus motus in uno sunt vehementiores, quam in alio per complexionem, ut advertit idem D. Thom. & notat quoque Thesaurus in *d. decis. num.* 6. *vers. tems, considerabit prudens Judex habitum, & naturam*, neque de authore rixæ habenda est ratio in eo casu, quo verbis, factisque quis incidit in iram, in qua deinde animus occidendi supervenit: sed tunc quando consulto factum non permissum tentat, ex quo probabiliter homicidium sequitur, de quo diximus *in resol.* incipiente *Oves Titii*, & hanc sententiam veram puto, maxime quando in offensione consideratur quoque defensio, ut quia uterque adest armatus, quæ sane ponderatio notabilis est, & ita tuo meliori me semper submittendo judicio censeo. Occidendi vero animus, quando præsumatur, & quando occisor rixæ author dicatur, quia latissime tractat Farinac. *q.* 125. ideo sicco calamo pertranseo: Occidendi igitur animus ex armis arguitur, inquit enim J. C. *in l.* 1. §. *Divus ff. ad l. Cornel. de Sicariis; Si gladium strinxerit, indubitate occidendi animum habuit*, quod dictum, meo judicio, interpretationem habere po-

test, videlicet si gladium quis habeat, & bacolum, & gladium strinxerit: cæterum si orta est inter milites rixa, & equites, si ensibus evaginatis digladiantur, ex armis animus occidendi minime est præsumendus, cum equites continuo ensibus sint armati, atque milites: præsumitur quidem ex reiteratione vulnerum, ex qualitate personæ, utputa si rixosus, atque alias inquisitus, necnon ex loco corporis offensi, videlicet si vulnus in capite, aut in gutture fuerit latum.

Item author rixæ judicator ille, qui prius verba imperiosa, atque injuriosa, sive æquivoca protulerit, vel qui primo arma accepit, vel evaginavit, vel baculum movit.

Cæterum alii putant, quod verba non sunt attendenda, facta, quod non admitto, cum factis, atque verbis incitetur ira.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT XXII.

An homicidium in rixa patratum morte puniatur.

SUMMARIUM.

1 *Homicidium culpa, casu, & ex improviso, ubi de rixa.*
2 *Homicidium quod sit.*
3 *Homicidium quod committitur in personam parentum, remissive.*

1 HOmicidium distinguit Dominus Auctor, quod aut ex proposito fiat, aut culpa, aut casu; addit homicidium ex improviso, de quo plura disputat, an adnumerandum sit homicidio ex proposito, an casuali, & more suo plura distinguit, præsertim de rixa, quæ dedit causam homicidio, & an rixa fuit cæpta ab occisore, an ab occiso, & *num.* 32. recte distinguit inter rixam, in quam verbis factisque incidit aliquo motivo homo, & rixam, quam consulto, quia eligit facere, de quo dictum est *resol.* 16. super incipiente oves Titii.

2 Homicidium esse occisionem hominis, addas ab homine patratam, Bestiæ namque non committunt homicidium, nisi dicas homicidium id, quod bestia committit instigante homine, vide supra *resol.* 6.

3 Si autem homicidium patretur in persona Patris, matris, filiorum, & collateralium, dicitur Parricidium, sicuti etiam uxoris, & mariti, *de Angelis de delict. par.* 1. *cap.* 66. *num.* 1. *&* 19. ubi ampliat in Patre Spirituali, scilicet Baptizante.

RESOLUTIONIS VIGESIMÆ TERTIÆ.

ARGUMENTUM.

An remissio per publicum instrumentum, & cum juramento celebrata sit valida, itaut non comprehendatur sub dispositione *R. Pragmaticarum, sextæ nempe*, §. 2. *de compositionibus, & Vigesimæseptimæ* §. 32. *de officio Magistri Justitiarii.*

SUMMARIUM.

1 Pragm. 6. de compositionibus *enunciatur.*
Judicis præsentia metum excludit, ac omnem fraudis suspicionem, ibidem.
2 *Remissiones a Vassallis offensis pro Baronis offensoribus, ubi sint celebranda, ut sint valida.*
Affectio non est addenda affectio, ibidem.
3 Pragm. 25. de exulibus *indistincte non observata.*
4 Pragm. 27. de officio Magistri Justitiarii §. 31. *dilucidatur.*
5 *Pactiones, & transactiones de jure communi in criminibus, & præsertim cum pecunia, fuerunt prohibita*, & num. 6.
7 *Transactiones juxta textum in* l. transigere, C. de translactionibus *in criminalibus pœnam sanguinis ingerentibus sunt permissa, & de ratione.*
8 Text. in l. transigere *in Regno reperitur correctus.*
9 *Forma a lege inducta si non servetur, actus dicitur nullus.*
10 *Remissio cum pecunia obtenta corruptionis speciem continet.*
11 *Judici attestanti pacem coram ipso fuisse factam, est credendum.*
12 *Contractus in dubio non præsumitur vi, & metu factus.*
13 *Violentia uti delictum semper est probanda.*
14 *Remissio cum juramento celebrata, & per publicum instrumentum est valida, & non comprehenditur sub dispositione Regiarum Pragmaticarum*, & num. 15.
16 *Remissiones de jure communi, quolibet modo voluntate facta, erant valida.*
17 *Remissiones vigore* Ritus M. C. *dupliciter fiebant.*
18 *Lex quando aliquid prohibet cum pœna, actus est validus, pœna tamen exigitur præsertim si verbis affirmativis loquatur*, & num. 19.
20 *Clausula iterum quid importet*, & n. 22.
21 *Geminatio actus deceptionis suspicionem tollit.*
23 *Obligationes in favorem Baronis stipulata per Assnarium, judicis interventu, sunt valida.*

DOminus Jacobus Melazzi Petræ Gallæ Baro valde dives, inquisitus in M. C. de complicitate in homicidio patrato in persona Reverendi D. Berardini de Blasio, obtenta partium remissione facta mediante publico instrumento rogato in eadem Terra per Notarium Antonium de Cillis Terræ Cancellarium, pro eo conficiendo a dicto Barone vocatum, & coram Gubernatore Petræ Gallæ, ut ille testabatur, cum in instrumento hoc non appareret, gratiam a Dom. Prorege quoque impetravit, solutis tamen tribus millibus ducatorum in beneficium Regiæ Curiæ, & cum clausula, quod si gratia gaudere minime posset ob remissionem fortassis illegitimam, gauderet dilatione sex mensium pro illa valide obtinenda. Præsentato hoc rescripto in M. C. Fiscus, cujus munus substinebam, opposuit, hanc remissionem esse invalidam, etiam inhærendo instantiis Partium offensarum, quæ allegabant illam esse metu extortam, & ita sequentibus rationibus obtinuit.

1 Prima, quia remissio non erat facta coram Gubernatore, qui si in ea intervenisset, utique ex instrumento remissionis constitisset, attestatio enim Gubernatoris erat post temporis spatium, & ut Baroni complaceret, ideoque contra Regiam *Pragmaticam sextam de compositionibus*, §. *secundo*, cujus sunt verba, Una de las causas, por que muchos se atreven „ a cometer delittos, es por la esperanza, que tienen de otener remission de las Partes, y despues de „ nos, y assi para conseguir lo primero, entendemos, que usan de tantos medios, que quando mas

no

„ no puedan, las constrengen a ello por amenazas,
„ y contra su voluntad, y porque por muchos respe-
„ tos conviene en parte quitar esta violencia, por la
„ presente declaramos, que de aqui adelante, no
„ valga ninguna remission de Parte, que se hiziere,
„ si no fuere en el Tribunal de Capuana, Vicaria,
„ y Governadores, o Auditores de Provincias, o
„ dalante de los Iuezes ordinarios de los lugares,
„ donde tuviererunt domicilios las Partes.

Præsentia igitur Judicis metum excludit, violen-
tiam, ac omnem fraudis suspicionem, & in præsenti
2 requiruntur remissiones fieri coram officialibus loco-
rum, quia ab iis noscuntur Partes offensæ, & non
suspicatur personarum suppositio, atque innotescunt
causæ remissionum faciendarum, nec non in Regiis
Audientiis, quia tamquam coram majoribus Magi-
stratibus factæ carent fraudis suspicione, sicuti, il-
læ, quæ conficiontur in Palatio Magnæ Curiæ.

Secunda, etiam si a dicto Gubernatore recepta fuis-
set, tanquam ab officiali suspecto invalida reputare-
tur, eoque magis Barone in eo loco existente: in si-
milibus enim casibus ab eadem M. C. semper fuerunt
expeditæ provisiones officialibus aliorum locorum,
qui remissiones caperent nomine M. C. & ad majorem
cautelam etiam provisiones Collat. Consilii, ut patet
exemplis, Remissiones enim esse debent spontaneæ,
& sine ulla suspicionis umbra, cum ab offenso remis-
sionem extorquere conatur, addit afflictio afflictio-
nem,

Hinc merito contra extorquentem fuit imposita pœ-
na ultimi supplicii, ut ex *pragm.* 25 *de exulibus*,
3 imo contra attentantem, licet contra hunc aliquan-
do recesserit a dispositione *d. prag.* M. C.

Tertia, nam in ea non apparebat fuisse servatam
4 formam requisitam a *Regia pragm.* 27. *de officio Ma-
gistri Justitiarii* §. 32. cujus sunt verba. *Item statim
facto actu remissionis, sive concordiæ partis, debeat
Actuarius interrogare partem remittentem, seu concor-
dantem, quo de causa faciat remissionem? an vi? ti-
more? preci? pretio? an vero amore? particulariter,
& signanter, an habuerit aliquid ob dictam remissionem?
an denique fuerit aliquid sibi promissum?*

Hinc remissio aliquo munere dato, vel promisso,
parum juvat reo, & non dicitur remissio, sed transa-
ctio *l. transactio*, *C. de transactionibus*.

Transactiones enim, ac pactiones de jure in crimi-
nalibus, maxime cum pecunia, fuerunt prohibitæ
5 ob Reipublicæ favorem, etenim oportet, ut Provin-
ciæ malis hominibus careant, *l. congruit*, *ff. de officio
præsidis*, ideoque eos conquiri, & manifestari, ac
pœnalibus judiciis coerceri expedit, *l. si unus*, §. *pa-
cta*, *ff. de pactis*, *l. licitatio*, §. *quod licite ff. de pu-
blicanis*, quamobrem si transactiones admitterentur,
accusatores ab accusando desisterent, & delicta rema-
nerent impunita, contra tra. in *l. ita vulneratus*,
ff. ad l. Aquiliam, *cap. ut famæ de sententia excom-
municationis*, & maxime si pecunia permitteretur,
de facili ob lucrum contra divites calumniosæ insti-
tuerentur accusationes; & contra populorum tran-
quillitatem daretur materia delinquendi, quæ est evi-
tanda, *l. in operis ff. de pœnis*, *l. conveniret*, *ff. de
pactis dotalibus*.

Propterea Legislatores constituerunt pœnam con-
tra eos, qui corrumpunt accusatores, ut transigant,
nempe ut inquisiti habeantur pro confessis & convi-
6 ctis, *l. fin. ff. de prævaricatoribus cap. finali*, §. *præ-
varicatio quæst.* 3. *l. in Fisci*, *ff. de jure Fisci*, *l. quo-
niam*, *ff. de his qui notantur infamia*, & alias contra
eos, qui corrumpunt delatores, fuit indicta pœna
quingentorum aureorum *l. Imperatores*, & *l. ejus
qui delatorem*, *ff. de jure Fisci*, atque accusatores pu-
niuntur tamquam prævaricatores crimina occultantes
l. 1. §. *prævaricatorem*, *ff. ad Turpil. l. de crimine
ad l. Jul. de adulteriis cap.* 1. *de crimine falsi*.

Et quamvis per textum *in l. transigere*, *C. de tran-
sactionib.* hodierno jure transactiones licitæ sint in cri-
7 minibus pœnam sanguinis ingerentibus, etiam ad
evitandam pœnam, miserationis causa, ut quilibet
valeat sanguinem suum qualitercumque redimere, *l.*
1. *ff. de bonis eorum, qui sibi mortem consciverunt*,
attenta humanitate per quam homines naturaliter ef-
fugiunt mortem, quæ humanitas vincit favorem pu-
blicum, & delictorum odium *l. famosi*, *ff. ad l. Jul.
majestatis*; tamen in Regno hæc lex reperitur cor-
recta per constitutionem, quæ incipit *Post citationem*
8 qua in atrocioribus criminibus non permittitur con-
cordia, nisi gratis: & solum ratio habatur de damno
illato, & ante comparitionem citati; per comparitio-
nem enim videtur jus Fisco acquisitum; item est cor-
recta per Constitutionem, quæ incipit *Prius quam*,
qua nullo modo licet transigere neque pacisci gratis
in quacunque parte judicii, & si Curia concordiam non
acceptat, invalida remanet, ut etiam notat Maranta
in speculo part. 6. *titulo*, & *pervenitur aliquando per
viam inquisitionis numer.* 73.

Et hoc in Regno fuisse statutum credo ob deli-
ctorum frequentiam, unde cum forma in præcitata
9 *prag.* non esset adimpleta, merito remissio fuit decla-
rata nulla per M. C. juxta tradita a D. R. Rov. *super
prag.* 1. *de guidaticis num.* 35. ubi forma non serva-
ta corruit actus, & super *prag.* 1. *de persequendis ma-
lefactoribus num.* 14.

Quarto, quia non erat stipulata ab Actuario Curiæ
juxta *prag.* 25. *de exulibus*, quæ generaliter loquitur,
ibi „ che l'atto di detta remissione si abbia da fare
„ nel palazzo della G. C. della Vicaria, Reg Au-
„ dienza, avanti li Giudici de' luoghi, dove riseda-
„ no le Parti offese, e che si ricevano dalli Mastri d'
„ Atti in capite, acciò sia libera, e di spontanea vo-
„ lontà di dette Parti, e con non mezzi fraudolenti,
„ e forzosi, quia Actuarius, ut dictum est, in stipu-
10 latione remissionis, debet a remittente perquirere ve-
ritatem, eum interrogando, quare facit remissionem,
si enim pecunia corruptionis speciem continet.

Sed obtenta reclamatione a decreto M. C. in Reg.
Coll. Cons. a D. Jo: Hyppolito Porcinari, nobili ge-
nere orto, Patritio Aquilano inter majores suos Ni-
colaum illum Porcinarium M. C. Vicariæ Regentem,
de quo meminit Afflict. *decis.* 290. non sine laude re-
censente, & Neap. Advocato integerrimo in favorem
Baronis infrascripta ponderata fuere.

Primum, quod dicta remissio erat facta coram Gu-
bernatore; nam Judici attestanti pacem coram ipso
factam fuisse, plenissima est adhibenda fides, Petra
11 ad Grammaticum *decis.* 24. *num.* 4. Danza ad eundem
num. 5. Caravita *super rit.* 275. *num.* 18. ex Julio
Claro *lib.* 5. *sententiarum*, §. *final. qu.* 58. & Reg.
Conf. Petra *sup. rit.* 202. *num.* 5.

Secundum, quod dicta remissio, quamquam facta
in Terra Petræ Gallæ, non tamen erat præsumenda
meticulosa, tum ex facto, tum ex jure. Ex facto,
cum fuisset obtenta antequam D. Judex D. Joseph Bar-
tolino se conferret in dicta Terra, idcirco si metu,
& violentia extorta fuisset, solertissimus ille Judex
metum probasset in informatione.

Ex jure, quia quilibet contractus sponte, & non
vi præsumitur factus, *l.* 2. *C. de his, quæ vi metusque
12 causa fiunt*, Alciatus *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 7.
num. 1. Mascardus *de probation. conclus.* 1067. & 1068.
Thesaur. *quæst. forens.* 51. *num.* 2. Larrea *alleg. Fisc.* 35.
num. 12. *tom.* 1.

Violentia enim, uti delictum semper est probanda,
13 ut ex Ploto, & Cancerio firmant D. Rovit. super *prag.*
10. *de Baron. num.* 3.

Unde etiam, quia d. remissio coram Gubernatore
celebrata non fuit, ideo valida erat declaranda tan-
quam spontanea; & sine metu, & violentia facta,
quorum intuitu fuit promulgata *d. prag.* 6. ibi: *En-
tendemos, que usan de tantos medios, que quando mas
non pueden, las costregen a ello por ammenazas y con-
tro su voluntad.*

Item, quod d. remissio erat juramento vallata, ideo-
que valida etiam, quod non esset facta coram officia-
li, juramentum enim actum etiam non legitime factum
validat, ut in *authentica Sacramenta puberum C. si ad-
14 versus venditionem*, *cap. cum contingat*, *cap. licet de
jure jurando*, Glos. *in l.* 1. *ff. ad Velleyanum*, Rota *de
Privilegiis mulierum cap.* 3. *spec.* 4. *n.* 4.

Itidem, quod d. remissio juramento vallata non
comprehendatur sub dispositione *pragm.* 7. *sive alio-
15 rum*; etenim si *d. pragm.* remissiones juramento ro-
boratas annullare voluisset, uti non factas coram Of-
ficia-

ficialibus ob præsumptum metum, utique declaravisset, præsumptione juris, & de jure ratione metus, & violentiæ, ac juramentum non esse obligatorium, sicuti *pragm. 1. ad Senatus Consultum Velleyanum* favore mulierum declaravit, ibi: *Declarantes etiam tales obligationes, & renunciationes meticulosas tali metu, qui cadere posset in constantem virum*, ac infra *declarantes etiam tales obligationes, & renunciationes ex causis prædictis contra bonos mores, civiles, & naturales etiam comprehendi sub regula Juris Canonici, non esse obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum*, sicuti est dispositum favore minorum, ut ex *pragm. 1. ad Macedonianum*.

Insuper, quod enunciatæ *pragm.* erant correctoriæ juris communis, quo remissionibus nulla forma fuit
16 præscripta, sed quolibet modo permissæ, dummodo ex voluntate fiant, ut ex *l. sed usum permissu, §. si autem, ff. de injuriis*, ibi: *Nam, & si nuda voluntate injuriam remiserit, indubie dicendum est extingui injuriarum actionem, non minus, quam si tempore fuerit abolita*; Hinc Caravit. *rit.* 275. *num.* 3. dicit quod injuria remittitur, nedum per remissionem expressam, sed etiam tacitam, puta per dissimulationem, quæ fit ridendo, ludendo, aut comedendo, scribendo, vel loquendo cum injuriante, Lucas de Penna *super C. lib.* 12. *tit. publica lætitia, vel consulum num.* 35. & idem *num.* 3. & 4. affirmat non solum ante institutam actionem, sed etiam post institutam de jure communi remissiones fieri verbis, & factis ex Glos. *in §. fin. instit. de injuriis*, & Jo. Fabro *in d. §. num* 4. Bartolo *in l. non solum, §. injuriarum n.* 3. *decis. Tholos.* 233. & Aufre. *ad decis. Tholos.* 127. *in fin.* Nec non erant correctoriæ *Rit. M. C.* 275., qui
17 dupliter remissiones fieri permittit, nempe aut comparendo coram D. Regente M. C. & coram quocunque alio officiali dicendo, *ego nolo justitiam de talis renunciato per me*, aut videlicet publico instrumento, unde cum dicta remissio sit facta coram Gubernatore loci, prout requirunt enunciatæ *pragm.* remissio valida erat, prædictæ enim *prag.* non aliter erant interpretandæ, scilicet, quod remissiones in favorem Baronum inquisitorum essent faciendæ coram aliis officialibus aliorum locorum, sed ut correctoriæ stricte erant intelligendæ, *l. constitutionibus, ff. ad municipalem, l. quicquid adstringenda, ff. de verborum obligationib. l. interpretatione, & l. sanct. legum, ff. de pœnis*, Bald. & Cynus *in l.* 1. *§. & infra, C. de rebus restituendis*, Petrus Caballus *resolut. crim.* 273. *num.* 7. & *resol.* 295. *num.* 62.

Præterea, quod *pragm.* 27. §. 32. est correlativa ad *pragm.* 19. *de officio Magistri Justitiarii*, quæ non annullat remissiones, quæ contra formam ibi præscriptam perficiuntur, sed tantum imponit pœnam M.
18 Actorum, qui forma non servata eas recipit, quo casu remissiones remanent validæ ex Glos. *in l. non dubium* 7. *§. sed, & si quid, ff. de legib. & constitutionib.* ibi: *Quod loquitur, quando lex aliquid prohibet & ultra non procedit, si autem ultra procedatur, servari, quod statuit, l. sanctio legum* 41. *ff. de pœnis*. Eoque magis, quod d. *pragm.* verbis affirmativis loquitur,
19 videlicet, *quod tali forma fiant*: quo casu nisi adsit clausola irritans, valet actus contra prohibitionem factus, & sic de stylo Collat. Cons. testatur Sanfel. *decis.* 390. ea doctrina Bartolomæi de Capua, Lucæ de Penna, Bart. & aliorum præterquamquod dici potest, quod d. *pragm.* quæ enunciatam formam requirit, loquitur tantum de remissionibus, quæ fiunt in hac Civitate, cum solum in M. C. S. C. & in R. Cam. fiant Magistri Actorum in capite.

Præterea dicebatur, quod d. remissio erat ratificata coram Gobernatore Petræ Callæ, & Actuario Curiæ, ut per comparationem subscriptam a remittenti-
20 bus cum clausula iterum, idest *de nuovo perdonamo, ed escolpamo* post viginti dies, primo actu remissionis factæ, quæ ratificatio duplici respectu inducebat validitatem remissionis.

21 Primo, quia geminatio actus ostendit mentis perseverantiam, & deceptionis suspicionem tollit, Parisius *cons.* 49 *lib.* 1. *nu.* 22. *l. Balista, ff. ad Trebell.* Bartol. *in l. cum servus, C. de negotiis, & consitet lib.* 11. Hieronym. de Philippo *dissert. Fiscal.* 40. *nu.* 105. ac metum excludit *l. penult. ff. de conditionibus ob turpem causam, l.* 2. *Cod. quod metus causa fiunt*; & est communis opinio secundum Socin. *cons.* 77. *nu.* 19 & 62. *vol.* 2. Bonacossa *tom.* 1. *communium opinionum lib.* 2. *tit.* 10. *nu.* 50. Bartolus *in l.* 5. *ff. de his quibus ut indignis*, Mascard. *de probationib. concl.* 1261. *nu.* 26. & 37. Menoch. *cons.* 1003. *nu.* 87. Larrea *alleg. Fiscali* 35. *num.* 13.

Secundo, quia clausula *iterum*, de quo verbo Ci-
22 cero *lib.* 1. *de inventione* inquit, *primo quidem decipi incommodum est, iterum stultum, tertio turpe*; & fit mentio *in l. fideicommissa, ff. de legatis* 3. *ff. de edendo*, & est tantæ efficaciæ, ut in feudorum concessionibus, novam in dubio concessionem operetur, Andreas *in cap.* 1. 4. & 5. *col. de vassallo decrepitæ ætatis*, atque datur jus ei, qui non habet, Alexand. *cons.* 67. *nu.* 1. 3. *colum. vers. prædict. concessionem* 5. *vol.* Jason *in l. major.* 8. *ff. de jurisdict. omnium Judicum*, Capycius *in sua investitura feudali, tit. feudorum claus. verb. confirmamus fol. mihi* 98.

Demum, quod sicuti obligationes in favorem Baronis stipulatæ per Actuarium Curiæ, Judice interveniente, sunt validæ, teste Dom. Præsidente *dec.* 118. ita quoque remissiones.

Causa non fuit vocata in Regio Collaterali Consilio, & cum partes acquieverint, adquievit quoque Fiscus.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXIII.

An remissio facta per publicum instrumentum sit valida, ita ut non comprehendatur in *pragm.* 6. §. 2. *de composit.* & 27. §. 32. *de offic. Magist. Just.*

SUMMARIUM.

1 *An remissio facta Baroni in Curia sua valeat.*
2 *Magna Curia committit officialibus locorum, ut recipiant remissiones.*

1 INdecisum reliquit Dominus Auctor, quæ ipse tamquam Fisci Patronus asseruerat, & disputaverat contra validitatem remissionis factæ ad favorem Baronis coram Gubernatore loci ejusdem Baronis cum juramento, etsi multa videbantur deficere, & quæ contra Advocatus Baronis allegaverat pro confirmatione, & intellecta *reg. pragm.* & de vi juramenti.
2 Nota quod dicit *num.* 2 *quod in similibus casibus a M. C. semper fuerunt expedita provisiones officialibus Baronum, qui remissiones caperent nomine M. C. & ad maiorem cautelam etiam provisiones Collat. Cons. quod patet exemplis*. Videbatur enim prima facie, quod vel Partes deberent facere remissiones in M. C., vel si posset committi, hoc posset fieri a Collat. Cons. tamquam dispensante Reg. Pragm. non a Vicaria, quæ valet, ut recipiat coram suis Actuariis per pragmaticas, non conceditur expresse, ut substituat officiales locorum, sed sive dignitas, auctoritasque Tribunalis, sive usus potestas hoc sibi indicavit, sive Reorum favor, facile acquiesco, & acquiescendum videtur exemplis.

RESO-

RESOLUTIONIS VIGESIMÆQUARTÆ

ARGUMENTUM

In quibus casibus appellationi locus non est.

Convictus, & confessus non appellat per textum *in l. 2. C. quorum appellationes non recipiuntur*, quia intercedente confessione, appellatio est evidens calumnia, quod intellige, quando confessio est conformis depositionibus testium, secus si confessio esset cum qualitate pœnam minuente, & testes hanc qualitatem non deponerent, nam tunc appellat ex regula text. *in l. per hanc Cod. de temp. appell.* quæ indistincte admittit appellationem, quæ defensionem continet: & ratio a priori est, quia si qualitas non fuit in prima instantia probata, bene potest in secunda probari, & si aliter diceretur, defensio auferetur, prout in facti contingentia fuit judicatum, teste Dom. Præside *decis.* 555. ubi quoque fuit dictum, quod appellatio judicaretur calumniosa, si reus in prima instantia confessus, in secunda revocaret confessionem, nam tunc per calumniam negare videretur: & cum in hoc anno 1685. fuisset captus (Regis vices gerente D. Comestabulo Columna) Joannes Baptista Ametranus cum cultra prohibita, & condemnatus per M. C. ad pœnam triremis, & obtinuisset a Dom. Præside S. C. regiam decretationem, quod. M. C. relationem faceret ad finem deferendi petitæ appellationi, ex quo erat confessus, & convictus, & confessio erat conformis testibus: nam testes deponebant de captura, & describebant cultram juxta formam, de qua in processu, & ipse confitebatur asportationem cultræ eidem monstratæ, quæ erat juxta formam in processu positam, quæ forma fuerat judicata a Peritis prohibita, ideoque condemnatus, & per S. C. me interveniente, fuit rejecta appellatio, declarando non esse locum appellationi.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXIV.

In quibus casibus appellationi locus est.

SUMMARIUM.

1 *An convictus, & confessus possit appellare a pœna.*
2 *Etiam extraneus potest appellare a pœna.*

1 Qui convictus est, & confessus non potest appellare, etenim potius legis iniquitate conquereretur, quam de Judice, cujus partes fuere nullæ, nisi in condemnando secundum *leges glos. in l. si qua pœna 244. verbo de pœna, ff. de verb. sign.* quod intellige, ut Auctor ait, si confessio fuit conformis probationibus; item intellige, quod confessio non facta sit tormentorum formidine, *l. 2. C. quor. appell.* Hoc autem intellige de pœna, non autem de mulcta, quæ non a lege sed a Judice indicitur Reo, & a qua potest appellari, *l. si qua pœna 244. ff. de verb. significat.* Quid autem si in promptu habeat documenta clara contra suam confessionem, & contra probationes? exequetur ne sententia contra veritatem, cogita? Quid autem dicemus in Reo convicto, & confesso de crimine, in cujus pœna imponenda multæ sunt partes judicis? & multum valet arbitrium suum? veluti si Reus homicidii non puri (contra quem est clara pœna legis) sed ex rixa, e. g. quo casu sunt variæ opiniones DD. de quibus Auctor noster supra *res.* 22. an possit Reus provocare quasi ab arbitrio Judicis, non autem a lege? & non autem a lege? & exemplo mulctæ videtur, quod sic, sicuti si diceris Reum homicidii puri esse minorem, & similia.

Sed quod innuimus dubitanter, & in casibus specialibus, nunc autem generaliter dicemus hodie de omni pœna appellari etiam convictum, & confessum; etenim hodie judicia omnia sunt extraordinaria, & omnia agantur extra ordinem, unde generaliter omnes pœnæ legitimæ in usu desierunt, & ex imponuntur extra ordinem, & arbitrio Judicis (arbitrio tamen regulato a lege) & ideo quid ni possit appellari? & habetur ex *l. 2. ff. de prævaricat. l. lex. §. ult. ff. ad l. Jul. rep. l. ult. ff. ad l. fabiam de plagiariis, l. hodie ff. de pœnis, l. in Senatus cons. §. an ad eos ff. ad Turpilianum*, unde hodie non differt mulcta a pœna in hoc quod possit appellari, & ideo puto cavendum omnino a dictis *l. pœna*.

2 Cæterum etiam a pœna potest indistincte appellari, etiam ab extraneo quolibet homine, non consanguineo, neque conjuncto, homines namque sumus, & humanitate conjuncti semper credimur, etiam si ipse Reus acquiescat sententiæ, etiam si renuat, ut extraneus provocet, quæ omnia clare in *l. non tantum 6. ff. de appellation.*

RESOLUTIONIS VIGESIMÆQUINTÆ

ARGUMENTUM

An pro incessu per Campaneam indistincte pœna mortis sit practicanda, & an eadem indistincte servanda pro fuga e servitio militari, ad interpretationem *Reg. Pragm. 2. de militibus*.

SUMMARIUM.

1 *Doctrina Joannis Grandis* de bello exulum speciali 93. *limitatur*.
2 *Actus spontaneus, & involuntarius qui.*
3 *Doctrina Bovadilla expenditur.*
Text. in cap. omnis 45. distinctione, *ibidem*.
4 *Incessus sine crimine, morte non punitur.*
5 *Tempus decem dierum est brevis terminus.*
6 Pragm. 1. de milit. *interpretatur.*
7 *Dictum Marcelli in judicando in consideratione est habendum.*
8 Pragm. a 1. de exulib. & Pragm. 21. *eodem titulo expenduntur.*
9 *Argumentum a communiter accidentibus est valde validum.*
10 *Argumentum a communiter accidentibus pro ultimo tamen inferendo supplicio est valde leve.*
11 *Practica cum exulibus, ut puniantur juxta* Regiam Pragmaticam *debet intelligi de ea, quæ est in Fisci præjudicium. Consilium in dubio est præsumendum in bonum*, ibidem.
12 *Lex pœnalis non est servanda, si in utroque casu eandem imponit pœnam, & idem pondus in utroque non consideretur, utputa unum leve sit, alterum grave.*

Gubernante Excellentissimo Dom. Marchione Carpii D. Gaspare de Haro felicis recordationis, ab Illustre Marchione Crispani D. Didaco de Soria, nobilitate, atque virtute claro, Regiam Cancellariam Re-

Regente, ac Superintendente Generali contra delinquentes, me inter veniente, uti Fisci patrono a M. C. ad mortem damnati fuerunt multi exules ob suas confessiones ratificatas, unam scilicet in alterius Capue, & solum præsentatis literis Præsidum Provinciarum, ac literis a Ducibus Militum Campaneæ confectis, qui antea prædictum Illust. Superintendentem certiorem fecerant de pugnis, furtis, & aliis perpetratis excessibus, enunciatis in illorum confessionibus, reputando illas pro delictis in genere, & his, eorum confessiones verisimiles, ita interpretando, &
1 limitando doctrinam Joannis Grande *de bello in bellum in speciali 93.* ubi notas, quod contra dictos exules delicta confitentes, ut morti locus non est oput delicto in genere, dummodo constiterit, quod confessi grassatores fuerint, necnon furcæ damnati fuerunt alii multi, qui æquo animo ad serviendum pacti erant, sed a servitio aufugerant, atque a ministerio defecerant.

Sub Judice tamen lis fuit, atque sub dubio, an prædicta pœna esset practicanda respectu Josephi de Tuccio Sancti Georgii de Noja, atque etiam respectu Marci Musto Terræ Altavillæ de Provincia Basilicatæ, qui fuerunt socii, & comites famosi latronum Ducis Matthæi Zicardi, & aliorum.

Primus etenim erat confessus, quod cum esset Sutor, & sibi victum manibus, & arte quæreret, in Terra Policoris ab exulum Duce, comitantibus sociis, per vim captus fuerat, & una ductus sarciendi causa, atque suendi calceamenta; quapropter multorum dierum spatio retentus, ac postea suasus ad simul armandum, hoc medio, scilicet ne reversus in carcerem desideretur, qua suasione inductus, remansit, atque armatus cum cæteris grassatus fuerat, ita perseverando per duorum mensium spatium, nonnulla commiserat furta, sed quod postea in se reversus societatem reliquerat, atque in suam redierat Patriam ubi quiete, & pacifice vivendo, fuerat a birruariis captus, & re vera ita constabat.

Secundus confitebatur, quod sponte arma cum Matthæo Zicardo detulerat per quindecim dies: sed de his septem tantum incessisset armatus absque ullo crimine, ut constabat: pactus vero ad inserviendum in Thusciæ Præsidio aufugerat propter incommoda, & inediam, & quod reversus erat, ut quiete viveret.

Hinc, quamvis ex parte Regii Fisci allegatur, quod uterque merebatur mortem, primus quidem, quoniam actus armandi, & grassandi, non fuerat coactus, & armando delicta perpetraverat, & consequenter virtute *Regiarum Pragmaticarum* 9. 10. 21. *&* 22. *de exulibus*, prædictam merebatur pœnam, sicuti frequenter judicatum est: similiter & secundus, quoniam obligatus erat, & se obligaverat ad pœnam mortis, si a servitio aufugeret, cui addictus erat, quam quidem pœnam etiam ei minitabatur *prag.* 2. *de militibus*, & decisum tradit Thorus *tom.* 3. *verbo pœna*.

Nihilominus considerabatur in favorem primi, quod ipse invitus in esserat cum exulibus, & quod mora facta cum eis, qua faciliter poterat incarcerari, fuerat medium efficax ad armandum, quamobrem dici
2 poterat potius involuntarius, quam spontaneus actus, juxta textum in *l.* 1. *§. persuadere ff. de servo corrupto, & in. l. 3. §. si quis volentem, ff. de libero homine exhibendo*. Item, quod ejus fuga ab exulibus, & pœnitentia, ac ad domum reversio, neque mali animi verum, neque mentis protervæ eum indicabant, quæ quidem considerationes erant valde urgentes,
3 eumque reddebant a morte liberum, juxta Bovadillæ notata *Politicorum titulo de la Justicia, y Piedad junctus num.* 11. in fine, *y considere el Juez la costumbre de reo, y otras obras de virtud, y la emienda*: quod
4 etiam habetur in *capitula Omnis* 45. *distinctione*, ibi. *Ut justo libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam vero per miserationem indulgeat*.

Respectu vero Marci Musto ponderabatur, quod incessus cum armis erat sine delicto, atque ideo mortis pœna neque dignus, neque punibilis, siquidem *Pragmaticas* fortassis in contrarium ita semper Doctores interpretati sunt; ad hæc ponderabatur incessus tantum septem dierum, atque adeo parvi temporis, quando decem quoque dierum spatium est in pauci temporis termino, juxta textum in *l.* 21. *ff. de*
5 *constituta pecunia*, ibi: *Modicum tempus non minus decem dierum*: Itidem, quod propter fugam *prag.* 2. *de militibus*, §. 9. generaliter regulabatur a lege communi ex textu in *l. non omnes* 5. *ff. de re*
6 *milit.* qua multi distinguunt casus, præcipue vero animadvertitur, quod Judex debeat habere rationem bonæ, aut malæ præteritæ vitæ, ibi: *Anteactæ vitæ*, atque hac consideratione morte fuerunt damnati Baro Phalanelli, & Carolus Prete, qui gravibus criminibus erant notati, & a militari aufugerent servitio, ut penes citatum Thorum *d. tom.* 3. *l. c.* quæ quidem consideratio non militabat contra Marcum Musto, qui pauco tempore incesserat armatus, & incessus fuerat absque crimine, neque alterius maleficii reus, neque sua ad pœnam mortis obligatio nullum sibi afferebat præjudicium, cum nemo sit dominus membrorum suorum. Hinc visum fuit prædicto Ill. Marchioni, neutrum morte damnare, neque a supplicio liberare, sed temporalem triremium inferre
7 pœnam ex illo Marcelli præcepto *lib.* 2. *de publicis judiciis*: *nec enim aut severitatis, aut clementiæ gloria affectanda est*.

Et cum agatur de exulum materia, nolui silentio præterire, quod *prag.* 21. *de exulib.* §. 5. *& prag.* 22. §. 6. quibus disponitur, quod vi armati cum banditis ad numerum quatuor pœna mortis puniantur, non
8 practicantur, nisi etiam constet de delicto tempore incessus: etenim quamvis prædictæ *pragm.* fundantur in argumento, quod desumitur a communiter accidentibus, quod probatur a lege, atque illius fit mentio in tex. *l. fideicommissi ff. de usuris*, *l. si pactus vers. plerumque de probationib. l. certi conditio*, *§ si nummos, ff. si certum petatur*, Glos. *in l. neque natales*, *C. de probationib vers. & nota hic*. atque in aliis juribus cumulatis per Hyppolitum de
9 Marsiliis *in singulari* 5. ubi hoc argumentum a communiter accidentibus deducit contra Potestates Terrarum, qui scribunt confessiones reorum uti spontaneas; nam si confessi ajunt, fuisse extortas, ita esse credendum, quia communiter, & frequenter homines de nocte torquent in camera, & postea ad bancum faciunt scribere, quod sponte confessi sunt, & inter plures allegat Bald. qui in *l.* 1. *C. ne ex delict. defunct.* dixit, quod potestates videntur homicidæ, quod quidem singulare omnino videndum est; tamen
10 cum tractetur de imponenda mortis pœna, argumentum hoc est valde leve: satis enim est, ut ea non inferatur, quod crimen aliquando abesse contingat, ut excludatur, argum. text. in *l. non hoc*, *C. unde legitimi*, præterquam quod præcic. *prag.* pro dicta pœna imponenda, ut ponderavi, non solum fundantur in incessu, sed in delicto commisso, ut ibi: *Alle volte poi si uniscono de commitiva con detti banditi, armando per la campagna con essi facendo delitti*, quemadmodum non practicatur mortis pœna statuta contra protectores, ac receptatores banditorum a *pragm.* 19. *§. ed elasso il termine*, sed servatur *pragm.* 22. §. *Ordinamo prima*, & cum esses in vinculis N. N. vir nobilis, & Baro tunc cum inserviebam uti Auditor in Provincia Principatus Ultra, quoniam fuerat convictus, quod eum se conferret in quoddam suum oppidum, relatum ei fuisset parum abesse, quendam famulum bannitorum Ducem, prius ei cognitum, illum per suum accersivit Cursorem, & cum eo fuisse allocutum, quo cognito dubitatum fuit, an propter prædictam allocutionem incurrerit in pœnas enunciatæ *prag.* nempe sex millium aureorum, & quinque carceris annorum, attentis dict. *prag.* verbis v3. „ Ordinamo prima, che nessuna persona dè
„ qualsivoglia stato, grado, e conditione si sia, ar-
„ disca recettare, e fare da altri recettare Banditi,
„ Forgiudicati, o Scorritori di Campagna, ne tam-
„ poco somministrarli vitto, provedimento da' ve-
„ stiti, armi, e monitione, ne in qualsivoglia mo-
„ do praticare, proteggere, e fomentare, sotto le
„ dette pene, &c., Unde quamquam a Regio Fisco dictæ Regiæ Audientiæ fuisset prætensa prædicta pœna tanquam in dicta *pragm.* comprehensa per illa generalia, *& in qualsivoglia modo practicare*, tamen con-

contrarium meo voto decisum fuit, concurrente du-
11 plici ratione: Primæ, quia dicta practica intelligi debet de ea, quæ est in Fisci præjudicium, & crimen continet, quod cum non præsumatur, *l. merito, ff. pro socio*, erat probandum, & cum idem Nobilis posset, bonum, & malum dare consilium, esset præsumendum in dubio bonum, & non malum, & ne falsum prædictus banditorum Dux perniciem suis inferret vassallis, atque ita omnino credendum attenta bona nobis qualitate, ut in puncto notat Farinac. *q.* 133. *nu.* 55. Bertaz. *conf.* 98. etiam si statutum utatur verbo *quomodolibet*, vel in *quolibet modo*, ac in similibus, idem *conf.* 10. 120. 125. nisi loquatur in Fisci præjudicium, Tusch. *concl.* 47. *lit.* R. Clarus *qu.* 82. Farinac. *d. q. num.* 52. quo casu plena requiritur doli probatio, quinimo etiam si semel cibum, & potum dedisset banditis, Bertaz. *dict. conf.* 98. D. Rovit. *prag.* 4. *de receptorib.* quod intellige si nocumen-
12 tum sibi banditi inferre potuissent: Secunda, nam si pro simplici practica, & allocutione procederet eadem dispositio, dicta *prag.* contineret inæqualitatem, cum eandem imponeret pœnam pro victu præstito, receptatione, atque auxilio, ac pro allocutione, quæ etiam practica dicitur: cum hæc non sint ejusdem considerationis, & ponderis, & ita non semel me in dicta Regia Audientia judicasse memini, etiam recepto oraculo ab Ill. D. D. Francisco Molci Pareti Duce, commissario tunc temporis contra exules in Provincia Terræ Laboris, qui ob sua, suorumque inclyta merita per omnes Magistratus, ut ita dicam, gradus ascendit, fuit enim Præses Regiæ Cameræ, Visitator generalis in Statu Mediolani, postea Regens in Supremo Hyspaniarum Consilio, atque iterum Mediolani Magnus Cancellarius, nunc meritiss. Regens Regiæ Cancellariæ Regni hujus, cui quidem dignissimo Viro, atque adeo in ævum commendabili ego tamquam innumeris devinctus beneficiis perpetuam auguror felicitatem.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXV.

An pro incesso per Campaneam pœna mortis sit practicanda, & etiam pro fuga in servitio militari.

SUMMARIUM.

1 *Parvitas materiæ est consideranda.*
2 *Qui exercet officium prohibitum, & non delinquit in eo, est excusandus.*
3 *Delicta militaria non sunt æqualia.*

HÆc resolutio est de latronibus, quos exules vocamus, & quorum longis per tot annos vexationibus Regnum hoc erat infectum, plurimi enim, aut
1 satapræ Regni, aut facinorosi præditi, divitesque homines succurrebant in nemoribus, & fovebant, & mutuo iis utebantur ad sua arbitria implenda, sed hodie libere sumus, advertas tantum parvitatem temporis
2 haberi in considerationem, ut Auctor noster *num.* 4. & qui aliquod officium prohibitum exercet, nec tamen in eo peccat, est aliquo modo excusandus.

Item militaria delicta non esse æqualia, in quo si consulas *tit. pandectarum de re militari*, multas elegantissimas, & prudentissimas leges, Auctore Jureconsulto *Arrio*, *Menandro*, & *Marco*.

RESOLUTIONIS VIGESIMÆSEPTIMÆ.

ARGUMENTUM

Judex an, & quando suum arbitrium possit ad ultimum supplicium extendere.

SUMMARIUM.

1 *Multa crimina temere videntur gravia, quæ considerate reputantur levia. Hinc homo secundum faciem non est judicandus.*
2 *Bulla Clericatus ad impediendam forjudicationem in citatione ad forjudicandum, sive ad Capitula præsentata, recipiuntur extra processum, & pro parte Clericorum beneficiatorum, qui sine habitu clericali incedere solent, præsentantur cum perceptione fructuum beneficii.*
3 *Locus aliquando atrocem facit injuriam, & aggravat delictum.*
4 *Pœna est arbitraria pro atroci injuria, quæ extendi potest usque ad mortem.*
5 *Præsentia Principis atrocem reddit injuriam, & pœnam aggravat.*
6 *Magistratus Principem repræsentat, ideoque honorandus.*
7 *Exemptus a Jurisdictione non est exemptus a præstando reverentiam.*
8 *Pœna est Sacrilegio similis propter Judicis contemptum.*
9 *Pœna Sacrilegii est arbitraria, & extendi potest usque ad mortem.*
10 *Præsentia Principis quemlibet reddit tutum.*
11 *Delictum dicitur atrox, etiam quod non sequatur homicidium.*
12 *Exempla referuntur, in quibus pro injuria facta coram Principe pœna mortis fuit practicata.*
13 *Atrox crimen, si condigne non castigatur, impunitum remanere videtur.*
14 *Jure quod non fit, injuriam continet.*
15 *Opinio glossæ in §.* in summa de injuriis, *& in §.* sancte de rerum divisione *communiter a DD. non est recepta.*
Et indistincte non est practicanda num. eodem, *&* num. 22. *&* 23.
16 *Crimina quæ consulto committuntur, iis quæ ex improviso, graviora sunt.*
17 *Iræ resistere, difficile est.*
18 *Homicida pro homicidio in rixa commisso non incurrit in irregularitatem.*
19 *Homicida pro homicidio appensate patrato intus Ecclesiam, privatur immunitate, secus in rixa.*
20 *Homines irascibiles sunt, & pœnæ magnitudo, ut taceat non sint, efficere negat.*
21 *Pœna mortis de jure Communi contra blasphemantes fuit commutata per Imperatorem Fredericum, & ea etiam moderata a Regni Proregibus, & de observantia dictæ pœnæ.*
24 *Pœnæ omnes in Principe arbitrariæ sunt.*
25 *Locus, & Principis præsentia non aggravat pœnam, ut Judex illam extendere possit usque ad mortem, si injuria, aut crimen in rixa fuit admissum.*
26 *Opinio, qua honor Principis salvatur, amplectenda est.*
27 *Præsentia Principis dupliciter considerari potest respectu contemptus, unus altero gravior.*
28 *Plures si in rixa homicidium committant, data incertitudine quis eorum vulnus mortale injecerit, pœna homicidii non tenentur.*
29 *Et casus Demosthenis refertur.*
30 *Sanctius est nocentem absolvere, quam innocentem condemnare.*
31 *Pœna ultimi supplicii, quando pro homicidio in rixa patrato practicari potest.*
32 *Arbitrium est Judicis ex conjecturis judicare an unus, vel alter in rixa vulnus mortale intulerit.*
33 *A primo gradu pœnæ extendere arbitrium ad altimum pœnæ gradum, nempe amarissimum supplicium valde asperum est, & contra æquitatem.*
34 *Duplici pœna ad publicam vindictam quis puniri nequit.*

34 *Exempla relata a Fisci Patrono pœnam ultimi supplicii continentia propter Principis præsentiam ponderantur per Authorem.*

1 MAgnæ Curiæ Vicariæ Tribunal, in qua electissima, & prudentia, & sententia ornatissimi consedere Judices solent, in ferendis sententiis æquum, & Jus semper observant, ita Justitiæ rigorem cum benignitatis temperamento miscet, ut nihil punitum mitius, quam mereatur, nihil atrocius quam res poscat, animadversum in Reos, quis conqueri possit, quapropter operæ pretium duxi, ut ejusdem constantia, & dignitas per Orbem pateat, maximi momenti decreta quæ ab eadem, me cum optimis Collegis illic uti Consiliario præsidente prolata sunt, eo, quo res ublatæ sunt ordine, in lucem dare, & qua ratione, quo Jurium fulcro fint nisa, quibus Jurisprudentum authoritatibus firmata digerere, ut ad exemplum sint Posteritati, si probabuntur, & ejusdem M. C. gloriam augeant. Hinc crimen quod gravissimum reputabatur, non satis fuisse castigatum judicetur in præsenti sine studio Partium, sed pro veritate primum annotare mihi placuit; etenim in anno 1694. nocte vigesima prima Febeuarii hora circiter quarta cum recitaretur Comedia in Theatro Divi Bartholomæi hujus Fidelissr. Civitatis Neapolis existente Excellentissimo Domino Prorege, & spectatore a suo suggesto Magnificus Pompejus de Anna homo valde dives fuit in rixa ensibus vulneratur a D. Josepho Capycio de Sedili Capuano, & a D. Bartholomæo Cæva Grimaldi Duce Thelesiæ Nobili Jannense tribus vulneribus, uno in capite, alio manu, quæ erant levia, tertio in pectore, quod fuit mortale, cujus causa die vigesima tertia prædicti mensis periit Contentio ea successerat causa, nam cum D. Bartholomæus Cæva Grimaldi Dux Thelesiæ, & D. Josephus. Capycius una insimul sederent in sedibus primi ordinis contra Theatrum, & in Scena duæ insignes Comicæ recitarent, Pompejus de Anna, Januarius, & D. Marcellus de Stephano, qui etiam insimul sedebant in sedibus posterioris ordinis, surgentes accesserunt prope locum, ubi tubicines existunt, ibique stantes aspectum impediebant. Tunc D. Bartholomæus Cæva Grimaldi erga Pompeum hæc protulit verba: hic Comediam videre nequimus, & tamen verum est quod nostram pecuniam solvimus, ac dixit D. Josepho egrediamur, dum Comediam videre minime possumus, & ambo iter cœperunt, ut abirent, sed paulo post D. Josephus eum locutus fuit dicendo, porro nimia satisfactio est pro istis hominibus nequam, regrediamur, & regressi ad sedes, D. Bartholomæus sedit, & D. Joseph vero non, sed prope sedem stetit, & quia adhuc stantes Comediæ aspectum impediebant, D. Bartholomæus Pompejo iterum dixit, ut e loco recederes, quia Comediam videre non poterant, qui ei respondit, ego etiam pecuniam meam solvo, & sicuti hic quamplures decori homines stant, ita ego stare possum, ad hæc D. Josephus manibus apprehendit Pompejum, dicendo hæc verba (*va fuori bricconcello, che non hai creanza*) & ultra ad vicem pugnando capulo sui ensis illud percutit in fronte, & deinde Pompejus exudando suum ensem a prædictis modo, quo supra vulneratus fuit, ut ex informatione, ex qua non constitit quis eorum vulnus mortale in personam Pompeii intulerit, an D. Bartholomæus, an vero D. Josephus, procedente M. C. uti Delegata Suæ Excellentiæ speciali rescripto fuerunt primo citati ad informandum, & ad Capitula, & effecti contumaces fuerunt citati ad forjudicandum, & cum vocarentur contumaciæ, comparuit excusator D. Joseph Capece asserendo illum esse Clericum, & Laicali Jurisdictione exemptum, ac Clericatus Bullas & Beneficii insi-

2 mul cum fructuum perceptione præsentavit, quæ scripturæ juxta praxim fuerunt receptæ, & extra processum positæ, propterea Fiscus non curavit contra illum forjudicationis judicium prosequi, sed acerrime institit pro forjudicatione contra Ducem Thelesiæ, contra quem a principio in pœnam duplex Hispanorum Militum cohors destinata fuit cum uno Judice Magnæ Curiæ, & Birruariorum assistentia; Proposita causa in Reg. Collaterali Consilio, & coram eo-

3 dem Excellentissimo Prorege, pro Fisco considerabatur primo, quod hoc facinus, uti homicidium erat atrox, & attentis circumstantiis tamquam patratum in Theatro, & in Principis præsentia reputabatur atrocissimum, & indigebat exemplo punitionis.

Quoniam circumstantia loci valde aggravabat crimen juxta *Tex. in l. aut facta §. locus ff. de pœnis*, & in puncto aderat *Text. in l. sed, & quæstionis §. primo ff. de injuriis ibi: sed si in Theatro, vel in foro cædis, & vulnerat, quanquam non atrocitate atrocem injuriam facit*, & ibi *Gothofred. non vulnus, sed locus interdum atrocem injuriam facit*, & quod pro

4 atroci injuria pœna erat arbitraria, quam Judex bene poterat extendere usque ad mortem naturalem, juxta *Glos. opinionem in §. in summa de injuriis*, & *in §. fructo de rer. divis.*, quæ opinio erat in Regno recepta, teste *Domino Reg. de Ponte de potestate Proregis titulo de Provisionib. fieri solitis §. 1 & Domin. Reg. Sanfelicio decis. 34. & 44.* ac me citato *resolut.* 18. quod Principis præsentia similiter atrocem rende-

5 bat injuriam, & aggravabat pœnam, juxta *Text. in §. atrox. institutionum de injuriis*, ibi: *& in conspectu Prætoris, & in l. Prætor edixit §. atrocem de in-*

6 *juriis*; Princeps enim ac Magistratus ut Principem repræsentans semper honorandus, & reverendus est, ut in *l. semper de jurisdict. Immunitatis Capitul. ut debit. de appellationibus l. 2. §. 1. ff. quod metus causa l. ultima C. quando provocare non est necesse, l. observandum in fin. ff. de offic. Præsidis*, adeo ut qui Judices non salutant, castigandi sint *l. singulis, & l. sciant C. de officio diversorum Judicum*, notat *Cassanaus in Catalog. gloriæ mundi consider. 2. & 4. Præses Me-*

7 *noch. cap. 226. lib. 2.* & exempti a jurisdictione non sunt exempti a præstando reverentiam, *Bald. in l. final. de bonis liber.*, *Jacobutius de Franchis de feudis num. 26. Ant. de Butiis quæst. 6.* & merito quia de Jure Divino ita reverentia debetur, *Jason. in l. vero Cod. de in jus vocando*; hinc S. Petrus Epistol. *cap.* 2. inquit: *subditi estote omni creaturæ propter Deum, Regi sive Ducibus quasi ab eo missis*, unde qui coram Judice delinquit, quia videtur contemnere Principis

8 authoritatem, merito contemptus pœna sacrilegio similis erit, *ut in l. 1. de domesticis, & protectoribus lib. 12. Codicis ibi; pœna enim sacrilegio similis erit, si ut honorificentia non deferatur*, & pœna sacrilegii quoque arbitraria erat, prout in *tex.* secundum per-

9 sonam, & facti qualitatem severius, vel clementius, & usque ad mortem naturalem, *ut in text. in l. sacrilegii pœnam 11. ff. ad l. Juliam peculatus*, quæ clara est.

Rursus quod si injuria illata coram Prætore gravis reputetur, gravius reputanda est coram Principe

10 facta, cujus præsentia omnem hominem tantum reddit, ut notat *Baldus in l. 1. Cod. de iis qui per metum. & Cassanæus in Catalog. glor. mund. consid. 25. num.* 125. ac alii, qui communiter, *ubi Princeps ibi securitas est*, asserunt.

Præterea quod pro extendo arbitrio non erat necesse, ut sequeretur homicidium, sed pro eo satis erat,

11 ut injuria reputetur atrox considerando verba *tex. ibi cædis, & vulnerat*, & non aderat dubitatio quod D. Bartholomæus Cæva Grimaldi exudaverat ensem, & ictus emanaverat, & per consequens vulnera ex ictibus secuta erant, & licet incertitudo, quoad vulnus mortale operabatur, ut non teneretur de homicidio, non vero excusabat eum a pœna arbitraria, quæ attentis circumstantiis bene poterat exasperari pro exemplo usque ad mortem, sicuti quamplura aderant exempla in fortioribus casibus; nam ut refert *Dominicus Tassonus super pragm. de antefato versic. 7. observ. 3. num. 71. pro Alapa data in Palatio Papæ fuisse quendam Gallum suspensum, & Jon. Baptista Thoms in compendio decisionum, & votorum part. 1. voto 87. num. 73.* In anno 1629. Neapoli Vincentium Cuoci, qui in rixa interfecit quemdam juvenem cognomine Rendina in Scalis Regiæ Cameræ Summariæ fuisse decapitatum, & de mense Julii 1631. in Burgo Plagæ in festo S. Mariæ ad Nives, Josephum Todisco qui dum viderat ejus patrem cum altero rixantem occurrit, & illum interemit, fuisse ad mortem condemnatum, ex quo delictum erat commissum, dum illuc pertrans-

transfiret Excell. Prorex *Antonius de Ballis lib. 4.*
q. 6. n. 10. illum qui in rixa coram Magna Curia, quæ
tunc audiebat Advocatos ense mortifere vulneravit,
non expectata vulnerati morte fuisse decapitatum a di-
cta Magna Curia recenset, & *D. Hieronymus Basili-*
co lib. decis. crim. Magnæ Reg. Curiæ Siciliæ dec. 14.
quod Panormi Franciscus N. qui cultro percutit Aloy-
sium Scarcia, & occidit, licet in rixa ex ludo orta, & A-
loysius primo manum erexerat, ut percuteret, quia in
Regio Palatio fuit furcis suspensus, & in eadem Ci-
vitate in anno 1608. dum solemni processione Dom.
Prorex sequeretur per Urbem Deiparæ Imaginem, &
Sanctarum Virginum Christinæ, & Nimphæ reliquias,
ita debitum præstando obsequium, quidam famulus,
qui pugionem extraxit coram Præfato Domino Prore-
ge, ut offenderet Milites Germanicos ipsius custodiæ,
qui ab eis fuit tantum primo repulsus, licet custodes
non vulneraverat, fuit ad mortem condemnatus, &
quod D. Marius Toemi, qui ensem extraxit, & Pro-
curatorem vulneravit coram Judicibus Magnæ Regiæ
13 Curiæ fuit capite punitus, & tandem quod si tanta
temeritas rigida pœna non castigaretur, potius indul-
ta, quam punita remaneret.

Pro D. Bartholomæo Duca Thelesiæ, quæ sequun-
tur ponderata fuere, & primo quod Pompejus fuit
culpæ, & rixæ causa, cum non jure D. Bartholomæo
comediæ aspectum impediret, quia sedes ipsius in po-
steriori ordine posita erat; propter quod D. Bartho-
14 lomæus jure conquerebatur, & verba ab eo prolata,
tam in prima quam secunda vice nullam continerent
contumeliam.

Secundo, quod *Glossæ* opinio *in §. In summa de in-*
15 *juriis, & 9. Sancte de rerum divisione* communiter
a Doctoribus non est recepta, ut videre est penes
Joan. Laganar. in addit. ad Domin. Reg. Rovit. super
pragm. 1. de Custod. Reorum, & etiam ex nostris Re-
gnicolis contrariæ opinionis fuit *Afflict. dec. 276. n. 6.*
& Grammat. consil. crimin. 36. 39. & 48. & certe
non est indistincte practicanda, sed modo, si contra
delinquentem concurrat appensamenti circumstantia
cum reali injuria, etenim omnes injuriæ, aut con-
16 sultò sunt, aut repentinæ, leviores sunt repentinæ,
ut inquit *Cicero 4. officior.* quæ ex improviso accidunt
plerumque fato, & non noxæ imputantur, ut judi-
cavit *Imperator Antoninus in l. 1. Cod. ad l. Cornel. de*
Sicariis, & inconsultum calorem calumniæ vitio ca-
rere respondit *Papinian. in l. 1. ff. ad Senat. Con-*
sult. Turpilian. & ratio a priori est, ut notat *Divus*
Thomas de Aquino 2. 2. qu. 756. quia difficilius est
17 ad calorem iræ resistere propter ejus imperium, quod
resider in cholera, quæ prævenit consilium; Hinc est
quod pro homicidio in rixa commisso homicida ir-
18 regularitatem non incurrit, notat *Pater Diana tom.*
3. miscellaneorum tractat. 15. resolut. 59. ac alii mo-
rales, sicuti pro homicidio intus Ecclesiam patrato,
19 ubi adest essentia Divinæ Majestatis, si appensate ho-
micida privatur immunitate Ecclesiastica, & præce-
dit tex. *in cap. final. de immunitate Ecclesiastica*, si
vero in rixa, ea gaudet, ut præter moralistas plu-
ries decisum refert *Dom. Reg. & Prof. Merlin. con-*
trovers. 66. in Supremo Collaterali Consilio, & supra-
dicta ratione attenta, quanquam de jure communi con-
tra Blasphemantem Omnipotentem Deum mortis pœ-
na naturalis imposita fuisset, ut *in Authentica omni-*
bus hominibus, titulo ut non luxurientur contra natu-
ram, tamen considerata infirmitate hominum, qui
ob nonnulla tristes, ac irascibiles sunt, & quod nec
20 magnitudo pœnæ efficere potest, ut tales non sint,
in hoc Regno per Imperatorem Fridericum in linguæ
21 mutilatione fuit commutata, in constitutione inci-
piente in *Blasphemantes*, quæ etiam pœna in anno
1556. per *pragmat. quæ est 5. de Blasphemantibus*
fuit in linguæ perforationem permutata, & cum ea
triremis pœna per quadriennium imposita, & hæc ex-
cepto blasphemare consueto practicatur, & non indi-
stincte cum linguæ perforatione, teste eodem *Domino*
Regente Merlino controver. 97. tom. 1. sicuti crimen
22 in quod arbitrium fuit practicatum consulente *Dom.*
Reg. de Ponte citato loco, fuit appensate commissum
in causa unius, qui mediante pecunia ad instantiam
alterius in scalis Ecclesiæ Sanctissimi Nominis Jesus
faciem incidit cujusdam pueri vitio nefando dissen-
tientis, simile erat crimen relatum a Domino *Sanfe-*
lic. dec. 34. fuit ibi practicatum arbitrium contra Gre-
gorium Preita, qui ascendit cum scalis furandi cau-
sa ad Monasterium fratrum, illudque ingressus
monacum vulneravit, & in *decis. 44.* ubi arbitrata
23 pœna ad ultimum supplicium apparet contra Ciccum
Strozza, & Ciccum Conte, qui exemerunt inquisitum
pro capitali crimine captum a Scriba Fiscali M. C. in-
tus hanc Civitatem et vim cum armis prohibitis infe-
rendo,

Item secundo procedit Principe consulto, teste eo-
dem *Domino Regente de Ponte citato loco, & Dom.*
Reg. Sanfel. decis. 34. ea ratione quia in Principe om-
nes pœnæ sunt arbitrariæ, & quomodo melius ei vi-
24 debitur pœnas extendere, & imponere valet juxta
tex. in l. cunctos Cod. de Summa Trinitate, & Fide
Catholica, ibi *Divinam primum vindictam post etiam mo-*
tus animi nostri, quam ex Cælesti arbitrio sumpserimus
ultione plectendos, & quod delictum in rixa com-
misso locus, & Præsentia Principis non aggravat
25 pœnam, ita ut Judex valeat illam extendere usque ad
mortem, confert doctrina *Jacobi Novell. ad defensi-*
torum capit. an indicia pro Reo danda sint num. 140.
ubi inquit locus aggravat delictum, & præcogitatio-
nem ostendit, quod indicium tollitur, *si in Ecclesia,*
Prætorio, Platea, vel alio consimili loco publico ho-
micidium in pura rixa committatur, quia locus non
aggravat delictum modo prædicto commissum, ac
Pisis sententia *in repertorio in verbo crimen vers. de-*
cretum imponens ubi vult, quod pœna statuti contra
enudantem ensem in Principis præsentia, quæ est mor-
tis, non procedit si enudetur in rixa, quod confir-
mat *in l. si quando Cod. unde vi num. 705. ac Anton. de*
Ballis lib. 4. quæst. 6. num. 15. & sequentibus, quorum
opinio amplectenda est, quia ea honor, & Principis
26 Majestas salvatur, & quidem vera est, quia eo casu
non consideratur Principis contemptus eo gradu, ut Ju-
dex possit extendere arbitrium, si consideraretur,
si appensate injuria coram Principe fuisset illata, diffi-
cilius enim motus iræ arcere possumus. Rursus quod
circumstantia ponderata nempe Principis præsentia re-
spectu temporis duplicem habet inspectionem, una vi-
delicet quando injuria facta est coram Prætore jus di-
cente, & Principe Regiam auctoritatem repræsentante;
puta eo in throno sedente, aut in auditorio, vel ali-
quo modo Principis dignitatem repræsentante, altera
27 quando coram Prætore non dicente, & Principe di-
gnitatem non repræsentante; primo enim caso in-
juria gravior est, quæ consideratio clare sumitur ex
text. in l. 1. ff. de postulando ibi: *dum cæcum utroque*
lumine orbatum, videlicet quod insignia Magistratus
videre, & venerari non possit, ponderando verbum
insignia, & ex tex. in l. 4. Cod. de injuriis, ubi Im-
peratores Emiliano, & Basso Consulibus ita rescripse-
runt, *atrocem sine dubio injuriam esse factam mani-*
festum est, si tibi illata est, cum esses in Sacerdotio,
& dignitatis habitu, & ornamenta praeferres, &
ideo vindictam potes eo nomine prosequi. Quod qui-
dem Demosthenes non prætermisit in ea, quam adver-
28 sus Midiam dixit, cum ab eo cæsus esset in mala, quo
tempore ludorum Bacchi Curator erat. *Jam vero*
quod ad illud attinet Demosthene inquit facta injuria
est, æqua, & communis, & ad omnes pertinens, re-
sponsio parata est, neque enim me ille ut Demosthenem
tantum eo die vexavit, sed ut ædilem vestrum, sic
igitur si me mediis aliis quibusdam diebus cum pri-
vatus essem, injuria affecisset, par esset eum privatis
pœnas luere, sin autem omnibus me contumeliis istis
vexatum ab eo constat, eam festo die vester ædilis
eram, par est, ut publica offensione, ne pœna tenea-
tur: simul enim cum Demosthene etiam ædilem in-
juria afficiebat, hoc vero publicum nomen est; Præ-
terea hoc iis diebus admisit, quibus per leges non lice-
bat, ut notat *Franciscus Hotomanus lib. 4. institutionum*
titul. 5. de injuriis fol. mihi 766. lit. F.

Tertio fuit consideratum, quod si plures in rixa ho-
micidium commiserunt, & ignoratur a quo vulnus
29 mortale fuit illatum ratione incertitudinis, omnes a
pœna homicidii liberantur, *lex enim abhorret incer-*
titudinem, quia pœna est commensuranda delicto,

& suum prosequitur Auctorem; Absurdum enim foret quod unus pro alterius culpa puniretur, quod ut
30 evitetur, sanctius est nocentem absolvere, quam innocentem condemnare *l. absentem ff. de pœnis l. Pomponius §. sed rei vindicat.*, scriptum enim reperitur, *anima, quæ peccaverit, moriatur*, merito *Jurisconsultus in l. in rixa ff. ad l. Cornel. de sicar.* docet, ut ictus uniuscujusque in rixa inspiciendus sit, notat *Glos. in dicta l. ac Glos. parva in l. item mala ff. ad l. Aquil. num. 1. qua tex. in capitul. non estimemus 13. quæst. 2. & capitul. Sacris extra de Sepulchro* allegat, & est communis DD. sententia; Verum quia omnes deliquerunt, & ratio suadet ob maleficium solvi pœnam deberi, ut dictat *tex. in l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. & l. si actio ff. de fidejussoribus* omnes tenentur *l. Aquil.* idest pecuniaria pœna, vel ad summum exilii.

Quarto fuit consideratum, quod pro homicidio in
31 rixa commisso juxta communem non aderat pœna ultimi supplicii, & si aliquando practicata reperitur, fuit contra illum qui in rixa animum deliberatum occidendi habuit, & rixæ fuit Author, causa justa ad iracundiam minime impellente, maxime si sit levis vitæ, contra enim rixæ Auctorem lex male præsumit, illum non esse bonæ voluntatis, quod in præsenti casu Dux Thelesiæ juste conquerebatur contra Pompejum, cui non jure aspectum comediæ impediebat, & consequenter erat in culpa, & causa rixæ; item quod verba a Duce prolata in eum nullam continebant contumeliam, quod inceptor rixæ, & provocator fuit D. Josephus Capycius tum verbis injuriosis, tum facto, cum prius manus apponeret, & pugnando ensis manubrio percuteret, quod erat incertus percussor, & conjectura magna aderat contra D. Josephum, quod mortifere ipse vulneraverit, quoniam in regressu non sedit, sed prope sedem stetit, unde magis promptus, & expeditus fuit ad vulnerandum, quam D. Bartholomeus qui sedebat, id quod judicare Judicis arbitrio est, ut notat *Præses Jacob. Menoch. de arbitrar. Judicum lib. 2. quæst. 11. nu. 12.*
32 ubi inquit *cum ambigitur, quis ex duobus vulneravit, arbitrium est Judicis, ex conjecturis judicare an unus, vel alter*, & quod Excellentissimus Dominus Prorex non publice illuc manebat, & injuria in rixa illata erat, propterea dictam instantiam contra ducem minime locum habere pro forjudicatione, quæ in Regno irrogatur, ubi mortis pœna imponitur, & esset quidem contra æquitatem, & valde asperum, si pœna primi gradus, nempe pecuniaria, aut exula-
33 ris extenderetur ad pœnam ultimi gradus, nempe amarissimæ mortis, eoque magis, quia in pœnam solverat Judici, & satellitibus, ac militum Hispanorum cohortibus ultra summam ducatorum octo millium
34 usque ad illud tempus, quando duplici pœna quia ob publicam vindictam puniri nequit, juxta *tex. in l. 1. C. quando criminalis actio, & tex. in l. Prætor edixit, §. si dicatur ff. de injuriis, Bartol. in citatis juribus Thesaur. decis. 18. Bassium de injuriis n. 12. num. 4. & 5. Ricc. collect. 2093. & decis. 42. Dom. Reg. Rovit. titul. de receptatoribus pragm. 2.* & concivem meum *Consil. Anna* allegat. 40. *num.* 7. & quod exempla addocta ad casum non erant, quoniam pri-
35 mum Gallus pro Alapa fuit ad mortem condemnatus motu proprio Papæ Julii Gallus non benevoli, & tamen non fuit morti traditus, nam ad intercessionem Domini Cassanæi ab eodem Papa gratiam obtinuit, ut videre est penes eumdem Cassanæum dicta *considerat. 25. num.* 125. neque secondum, nam Vincentius Cuoci, qui fuit decapitatus auctor rixæ fuetat, neque tertium Joseph Todisco, quia ista bene poterat defendere patrem rixantem, & non occidere, prout a processibus observavi, & erant certi percussores, & denique exemplum Antonii de Ballis non erat simile, quia ibi crimen fuit coram tota M. C. sedente pro Tribunali, & certus erat percussor; præterquam quod condemnatio non fuit bene recepta in Sicilia, & ab eodemmet Antonio de Ballis non approbata, *ut in dicta quæstione num.* 16. ibi : *sed forsan in casu illo N. pœna poterat mitigari, quia in rixa, & non exasperanda ad mortem, cum tractabatur de vulnere, & non de morte.*

Quod condemnatio relati Francisci non erat ad exemplum, stante constitutione mortis pœnam inferente contra procurantem in Regio Palatio, quæ credo, fuit illuc promulgata juxta mores hominum Regionis, de qua etiam meminit *Castillas dec.* 71. Idcirco licet pura sit, tamen servanda, item quia etiam erat certus homicida, & forte Author rixæ, condemnatio famuli, qui coram Dom. Prorege pugionem evaginaverat, ut Custodes offenderet, fuit valde rigida, & complacendi gratia dicto Domino Proregi prodita, cujus jussu terminus duarum horarum fuit eidem impartitus, & quia summum jus continebat, a Populo non fuit bene recepta, & uti injulla, non fuit executa, & commutata in triremium pœnam, ut ex dicta decisione bene colligitur, ibi : *Proregis sententia mortis pœnam ad triremis remigationem commutasse, quod ita executum omnium lætitia, & plausu intercedente, fuit* : Exemplum D. Marii Joemi est idem quod retulit Antonius de Ballis in citata quæstione, quod nec etiam fuit approbatum, teste eodem.

Et ita me uti Consiliario Decano cum cætu aliorum Judicum interveniente quoque dignissimo Præsidente Regiæ Cameræ D. Michale Vargas Machuca in locum Judicis D. Ignatii de Amico, qui fuerat uti affinis de Anna recusatus, coram Prorege votatum, & pronunciatum nullitates obstare, quæ propositæ erant ab excusatore adversus comminatam forjudicationem, duobus tamen dissentientibus : Hæc causa in Regio Collaterali Consilio fuit patrocinata a docto, & erudito viro Vincentio de Miro Causarum Patrono primæ classis eadem nocte, quæ fuit votata licet alia methodo.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXVI.

An, & quando Judex arbitrium suum possit extendere ad ultimum supplicium.

SUMMARIUM.

1 *De arbitrio Judicis extendendi pœnam ad ultimum supplicium.*

2 *An præsentia Principis non publice procedentis gravet delictum, & si rixæ calor minuat, & non faciat cogitare de Principe.*

NOster Dominus Auctor in hac Vigesimasexta Resolutione Criminali initium dedit ab arbitrio Judi-
1 cis, quod extendi usque ad ultimum supplicium possit, de quo duas dedit resolutiones, primam, & secundam ; in prima fuit judicatum, non esse procedendum ad forjudicationem, quæ species mortis est, in secunda fuerunt delinquentes damnati ad mortem, etsi unus minor esset annorum decem, & octo, quatuor mensibus : In prima considerabatur homicidium factum a duobus Equitibus in Theatro, ipso Prorege audiente comediam e suggestu suo inchoata rixa, & quadam falsa opinione puncti, & quamvis constitisset ambos Equites arripuisse ensem, non tamen constitit quis eorum fuisset vulneratus lethali vulnere, imo potius si ad indicia attendimus videbatur fuisse, qui Clericus erat, & contra quem non erat indicium, unde facilis
2 venia videbatur admittenda, neque Proregis præsentia videbatur gravare delictum, quia nec publice, idest in publico munere ibi erat, nec furor rixæ de Principe cogitando videbatur tempus, & animum dedisse, in secunda vero, ambo erant studiose occisores, ex bis meditato crimine, ambo proditores, ambo vulnerantes, & de pecunia ablata occiso participantes ambo, & in illo, qui minor erat, malitia supplebat ætatem, quia homicidii suggestor, & doli, quia primus vulnera-

nerator, & occiſor, & de pecunia præcaptor majoris quantitatis, & quia in hebdomada majori hæc gerant in facto. Multa ſunt notatu digna, quæ dum Auctorem conſulas, large habes.

RESOLUTIONIS VIGESIMÆSEPTIMÆ

ARGUMENTUM.

Arbitrium Judici lege tributum imponendi pœnam ultimi ſupplicii contra Minorem quomodo practicandum.

SUMMARIUM.

1 *Bonus cibus ſicuti corpori fructuoſus eſt, ita bona educatio animæ eſt neceſſaria.*
2 *Confeſſionem indicia præcedere debent, & quæ.*
3 *Ætas perfecta eſt, quæ vigintiquinque annorum curriculis completur, & aſſignatur ratio.*
4 *Minor dolus in minorum criminibus conſideratur, ratione, & jure comprobatur.*
5 *Menſura ſicuti debet menſurato eſſe proportionata, ita lex qualitati, & hominum contentioni adaptata.*
6 *Minores etiam in atrociſſimis mortis naturalis pœna non eſſe feriendos, quamplures exiſtimant vere Doctores.*
7 *Major de jure Regni eſt, qui decimum octavum annum complevit.*
Conſtitutio Regni minorum jura dicitur valde exorbitans, ibidem.
8 *Numerus ſeptenarius eſt perfectiſſimus, & eo conſtituitur prima Hominis ætas, quæ dicitur infantia, ac alio ſeptenario alia conſtituitur ætas, quæ dicitur pubertas.*
9 *Pragmatica* 1. de minor. *ut procedat, tria requiſita copulative concurrere debent juxta* DD. *opinionem.*
10 *Severitatem cum benignitatis temperamento practicare debemus, maxime in arbitrariis, etſi juſtitiæ exemplo aliqua de cauſa videtur ſatisfactum.*
11 *Ordo in atrocioribus minime ſervandus eſt, & de ratione.*
12 *Confeſſiones Reorum in atrocioribus pro ultimo ſupplicio efficaces ſunt, ſi delicto in genere conformes, & veriſimiles ſint, quamquam indicia non præcedant.*
13 *Judex valet interrogare ſuſpectum de crimine, licet legitima non habet indicia, non tamen ſuper crimine, ſed ſuper aliis qualitatibus ad finem habendi indicia.*
14 *Dolus ſi ita conſideratur in facto minoris, prout in facto majoris, uti par, non diſpari pœna caſtigandus eſt, & expenditur* Tex. in l. in criminibus, Cod. ſi adverſus delictum ſuum, *ut doctrina* Cujacii *in dicta* l. ibidem.
15 Text. in l. excipiuntur 14. ff. ad S. C. Syllan. *expenditur ut alia doctrina* Cujacii in l. fere, ff. de diverſis Regul. juris num. 16. ac Text. in l. auxilium, §. ſed ad l. Juliam de adulter. num. 22.
17 *Ætas decem, & octo annorum, quæ uti major ætas fuit conſtituta in hoc Regno, tempore quo Gothi, Lombardi, ac alia Nationes dominabantur, non fuit ætatis majoris reſtrictio, ſed potius extenſio juxta doctrinam D. Cardinal. de Luca.*
18 *Auctor opinioni Dom. de Luca haud inhæret.*
19 *Homo malus ab adoleſcentia ſua.*
20 *Sannazarius expenditur.*
21 *Major ætas vigintiquinque annorum, quare fuit reſtricta ad numerum decem, & octo, ratio adducitur per Auctorem, & probatur, conſtitutionem non eſſe exorbitantem*, ibidem.
23 *Furto, & adulterio gravius eſt homicidium.*
24 *Proditor homicida Eccleſiaſtica Immunitate privatur.*
25 *Nobilis licet furcis condemnari minime poſſit, tamen ipſo homicidio proditorio, altioribus furcis ſuſpenditur.*
26 *Minores in criminis atrociſſimis de Jure communi, juxta ſentent. multorum DD. qui recenſentur, a pœna ordinaria non excuſantur.*
27 *Pragm.* de minoribus *circa tria requiſita per Auctorem dilucidantur, & alia pragm. nempe* 2. de furtis *declaratur.*
28 *Deciſio Dom. Reg. Sanfel. 17. per Auctorem ponderatur, & declaratur.*
29 *Text. Sacra Pagina cap. 21. in homicidio contra minorem per Auctorem expenditur.*
30 *Minores in criminibus, quæ aviditate, & concupiſcentia committuntur, ſunt excuſandi a pœna ordinaria, item in iis, quæ aliorum conſilio, aut auxilio perpetrantur num. 31.*
32 *Deciſio relata a Joſepho Ludovico 18. per Auctorem improbatur, ac alia a Farinac. relata quæſt. 92. num. 107.* ibidem.
33 *Minores in criminibus, quæ ex animo efferato, ſeu animi malignitate committuntur, utique excuſandi non ſunt.*

SIcut bonus cibus corpori utilis, ita bona educatio animæ fructuoſa, atque neceſſaria eſt; unde quid mirum, ſi homines Regnicolæ frequenter atrocia committunt crimina, etenim male educati culpa eorum,
1 qui animarum curam habent, utique Divinarum humanarum rerum ignari, ſtulte quippe procedunt, ſecus fit Neapoli noſtra hac tempeſtate, ſiquidem Eminentiſſimus Cardinalis Jacobus Cantelmus meritiſſimus noſter Antiſtes ad animarum invigilat curam Sacerdotibus miſſis, qui primis fidei rudimentis Gregem ei commiſſum imbuant, Divino enutriant verbo, Sacramentales audiant confeſſiones, ac Sanctiſſimis reficiant Sacramentis: in hoc anno enim 1695. me exiſtente in M. C. tanquam Secundo Decano cum Conſiliario D. Franciſco Gaſcon Equite Hiſpano ſemper laudando Donatus Viglione, & carminus Scatola, primus annorum decem, & ſeptem, ac octo menſium, ſecundus decem, & novem nocte Veneris ſancti primo Aprilis occiderunt Nicolaum Aruta de Caſali Caſavatore, juvenem annorum decem, & ſeptem cauſa furandi cum ictibus cultrorum numero viginti trium, dum miſerrimus ille inſimul dormiebat.

Facti vero ſeries eſt. Nicolaus Aruta occiſus locaverat operas ſuas ſervitio Regiarum Triremium, & a Scriba Rationum acceperat ſummam carolenorum viginti trium, ſicut quoque fecerant prædictus Donatus, & Carminus die Jovis in hac Civitate, & dum conjunctim ad prædictum Caſale Caſavatore ſero redibant in itinere Donatus Viglione allocutus fuit cum Carmino, cui dixit, qualiter intendebat furari dictam ſummam carolenorum viginti trium, quam Nicolaus acceperat, quid ſibi videbatur, qui cum conſenſum præſtiterit, conſilium quoque propoſuit, ut ne detecti a Curia inquietudinem haberent, illum etiam occiderent, quo malo conſilio quoque acquievit Carminus, & cum hoc tractatu introiverunt in quandam Tabernam, ubi ederunt, & Nicolaus occiſus pro rebus acceptis in dicta Taberna de ſumma carolenorum viginti trium ſolvit carolenos tres, & abierunt. Nocte ſuperveniente prædictus Donatus Viglione, & Carminus, ut enunciatum malum opus perficerent, prætextu, quod hora non erat congrua ad Caſale redeundi in quodam Tugurio in Campania cum præfato Nicolao iverunt, & dum ille dormiebat, Donatus habito iterum colloquio cum Carmino cultro, quem aſportabat, tres ictus in gutture Nicolai intulit, deinde alios cum Carmine numero, ut dictum eſt, viginti trium; eoque mortuo Carolenos a Crumena prædicti ceperunt, quorum quinque habuit Carminus. Die Sabbato reperto Nicolai corpore in prædicto Tugurio ita vulnerato ex quo die Jovis viſus fuerat tam in hac Civitate, quam in enunciata Taberna cum prædictis, qui ad Caſalem non redierant, ſicuti quatuor deponebant teſtes, tanquam ſuſpecti de crimine, in hac Civitate reperti, fuerunt a M. C. capti, & interrogati

rogati de eorum consocio Nicolao, sponte confessi fuerunt illum causa supradicta occidisse; unde prævia dispensatione S. E. quia dies majoris Hebdomadæ receptis in eadem M. C. pro Tribunali sedente eorum confessionibus, deinde termino horarum iis impertito, compilato processu, Fiscus contra ambos instetit pro morte, adversus quem infrascripta ponderata fuerunt.

Primum, quod prædictæ confessiones erant inefficaces, quia legitimis non præcedentibus indiciis erant 2 receptæ, ideoque tamquam extortæ habebantur, ad *Text. in l. 1. §. Divus Severus, & §. ultro, ff. de quæstionibus, & juxta notata a Dom. Reg. Sanfel. dec. 244.* porro Reus interrogari minime potest de crimine, nisi ad torturam præcedant indicia, cum Reus non minus torquetur corpore ad cordam erectus, quam anima juramento de crimine interrogatur.

Secundo, quod Carminus ultimi supplicii pœna erat excusandus, quia ex confessionibus a Fisco receptis constabat eum ictus cultri non injecisse contra Nicolaum vivum, cum ille tribus ictibus cultri Donati Viglione fuerit occisus; unde cum vivum non occiderit, is in pœnam Vitam cum morte commutare non debebat.

Tertio, quia ambo minores de jure communi, quo reputantur majores, qui numerum annorum viginti-3 quinque completorum habent *l. 1. ff. de minoribus*, ibi: *Ætas perfecta est, quæ vigintiquinque annorum curriculis completur duplici ratione.* Prima, nam membra humani corporis usque ad dictum numerum habent incrementum, quo & perfectam venit judicium; secunda, nam, ut experientia demonstrat, homines in dicta ætate malos in bonos mutant mores, unde Guarinus actu primo scena prima bene inquit: (*vita conforme a gl' anni, ed all' età somigliante costumi*) id quod *Ulpian. in dict. l. 1.* quoque annotat, ibi: (*apparet minoribus annis vigintiquinque eum aptum polliceri; nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat*, (ponderando hæc postrema verba) & ideo hodie in hanc usque ætatem adolescentes Curatorum auxilio reguntur; constat enim inter omnes fragile esse, & infirmum hujusmodi ætatum consilium, & proinde cum minores plenum judicium non habeant, & perfecto careant consilio in 4 eorum delictis minor dolus consideretur, idcirco non ordinaria criminis pœna, sed minori feriendi sunt, id ratio suadet, & jus quoque comprobat, suadetque ratio, nam cum humana natura ad malum prona sit, Juvenes ita ratione cohiberi nequeunt, & comprobat jus, ut in *l. fere 109. ff. de regul. Juris, ubi Paulus inquit fere in omnibus pœnalibus Judiciis, & ætati & imprudentiæ succurritur, & in l. aut facta 16. ff. de pœnis, §. personæ, ubi Clavius notat,* quod persona dupliciter, ejus qui fecit, & ejus qui passus est, aliter ex eisdem facinoribus servi, quam liberi, aliter qui quid in Dominum, parentemve ausus est, quam qui extraneum, in Magistratum, quam in privatum; in hujus rei consideratione ætatis quoque ratio habetur: dissonum quippe foret, & irrationabile redoleret, si minor decimo quinto annorum, & minor vigesimo quarto, ac major vigesimo octavo anno pro eodem crimine pari pœna plecterentur, sicut enim mensura debet mensurato esse proportionata, 5 ita lex qualitati, & hominum conditioni adaptata, ut docet *D. Thom. in 1. 2. quæst. 96. art. 2.* & in omnium Criminalistarum ore est, quod pœna delicto est commensuranda.

Et hac potissima ratione attenta, minores non solum in atrocioribus, sed in atrocioribus, ac etiam in 6 atrocissimis pœna ordinaria mortis non esse feriendos, quamplures existimavere *DD.* quoniam respecto minoris agentis, ob judicii defectum crimen dici non potest atrocissimum, & quod in homicidio voluntario minor extraordinarie sit puniendus, testatur *Boerius decis. 254. Ursill. decis. 207. Thesaur. decis. 161. Riminald. cons. 77. lib. 3. in vitio nefando, Soccin. jun. cons. 7. lib. 3. Menoch. de arbitrariis casu 286. nu. 29. in raptu Alberic. in l. si quis non dicam rapere, col. 4. vers. aut pubes, Cod. de Episcopis, & Clericis in Sacrilegio, Boer. decis. 254.* ubi duo Juvenes ob furtum Patenæ, & Calicis in die festo Sanctissimi Corporis Christi extraordinarie fuerunt puniti, testatur in falsa moneta *Caccialup. cons. 92.* inter consilia criminalia *tom. 1.* prout generaliter in crimine falsi loquitur *text. in l. Senatus, ff. ad legem Cornel. de Sicariis, & l. impuberem, ff. eod.* & parricidio consuluit quoque *Vulpell. cons. 101.* sicuti quoque refert decisum *Præses Menoch. de arbitrariis judicum casu 329.* quando crimen de quo prædicti imputantur, non est atrocissimum, in quo lex ultra mortem aliam imponit pœnam, vel asperrimum modum in morte exequenda desiderat, ut in crimine læsæ Majestatis humanæ, & Divinæ in quo adest etiam bonorum confiscatio; in vitio nefando, in quo Rei cadaver concrematur, in assessinio in quo Reus raptatur, & in Parricidio, ubi modus executionis exasperatur, ut videre est penes *Farinac. q. 8.* & in puncto in simili homicidio cum proditionis qualitate nostra M.C. minorem tantum ad Triremium pœnam condemnavit; & licet vita durante, fuit tamen a S. C. etiam pœna ad tempus moderata, ut videre est penes *D. Reg. Sanfelicium dec. 57.*

Quarto, quod prædictus Donatus Viglione nec ullo modo morte puniri poterat, sed ad summum pœna Triremium temporanea, quia erat minor, non solum de Jure communi, sed etiam de Jure Regni, cum decimum octavum non complevisset annum, quo tem-7 pore major dicitur, ut in constitutione Regni, quæ incipit *minorum jura*, quæ Constitutio, ut dictum fuit erat Juris Communis correctoria, & valde exorbitans cum decimo octavo anno usque ad vigesimum quintum septenarius deficiat numerus, qui numerus inter omnes numeros est perfectissimus, & eo constituitur prima hominis ætas, quæ dicitur infantia, ut 8 *in l. infantes 18., & in §. si autem septem annos, C. de Jure deliberandi*, ac alio septenario alia constituitur ætas, nempe in masculo, quæ pubertas dicitur, *l. qua ætate 5. ff. qui testam. facere possunt.*

Quinto, nam *Pragm. 2. de minoribus* qua sanci-9 tum fuit Judicantium esse arbitrio, an ordinaria, vel minori pœna minores delinquentes feriendi sint, erat intelligenda, tribus copulative concurrentibus, nempe delicti atrocitate, personæ qualitate, & delictorum reiteratione, sicuti testatur idem *Dom. Reg. Sanfel. d. decis. 57. num. 3. Joannes Baptista Mucci dilucidationum Juris qu. 16. nu. 17.* circa dictam decisionem *Cons. Prato resp. 25. num. 60. Dom. Præses Franch. decis. 230.* & me citato in *Decretor. Praxi M. C. cap. 10. & Gaball. resolut. crim. casu 134.* quæ reiteratio non considerabatur contra dictum Viglione, excepto hoc, nullo de alio crimine inquisitum.

Sexto, quod cum de supradicto crimine duo erant inculpati, quorum unus major de Jure Regni, ut Carminus, alter minor, ut Donatus, si instantia Regii Fisci locum habere potuisset, satis crimen remaneret 10 punitum, morte majoris, & extraordinaria pœna respectu minoris, qua senectutis, & justitiæ, ac exemplo satisfactum quando dicta *Reg. Pragm.* non imponebat Judici necessitatem, minorem ad dictam pœnam condemnandi, & ita omnino juxta monitum *Matthæus in l. respiciendum de pœnis*, ibi. *In gravioribus pœnis severitatem legum cum aliqua temperamento benignitatis subsequi.*

Sed e converso infrascripta, & primo, quia in atrocioribus ordo servandus non est, quomodocun-11 que enim delicta claruerint, condigna pœna plectenda sunt propter exemplum, & ut evitetur scandalum, hinc satis est, quod confessiones delicto in genere sint 12 conformes, & verisimiles, ad hoc ut pro dicta pœna sint efficaces; non est ergo necessaria, ut præcedat diffamatio, sive inquisitio, ut late in *Decretor. M. C. Praxi cap. 2.* testatur *Dom. Sanfelic. loc. cit.*; præterquam quod prædicti non fuerunt super crimine interrogati prout regulariter, sed interrogati super circumstantiis ad finem habendi indicia ex ore proprio, 13 quæ aliis efficaciora sunt, & in hoc casu Judex valet, & debet interrogare de crimine suspectum, & ita est praxis M. C. sed quia mala conscientia sunt mille testes, crimen agnoverant, & nocturnum facinus in lucem dederunt.

Secundo fuit consideratum, quod inter Carminum, & Donatum occidendi pauperrimum juvenem Nicolaum geminatus præcesserit tractatus, nempe in itinere, & paulo ante crimen, ut supra narratum est,

quo

casu omnes tenentur de homicidio, & juxta communem Doctorum conclusionem.

Tertio, quod tota ratio, quare minori pœna est minoranda, est quia in eo minor dolus consideratur, verum si in factu minoris tanta malitia in delicto a mi-
14 nore patrato, quanta a majore, cessat utrique ratio, quam propositionem Jura quoque comitantur, nempe Text. in l. in criminibus, Cod. si adversus delictum suum rest. pup. ubi minores in criminibus ætatis suffragio non juvantur, si ex animo delinquunt, & ibi Cujacius, quæ ex animo veniunt minor non restituitur, in integrum, ut pœna liberetur veluti furto, adulterio, homicidio, quæ dolo malo contra leges admittuntur, & quæ legibus antiquis etiam nominatim impuberibus vindicantur, in his vero, quæ per ignorantiam, aut imperitiam, sive culpam contrahuntur, minoribus subvenitur l. si ex causa 10. §. nunc videndum ff. de minoribus 25. annis, ibi: Et placet in delictis minoribus non subvenire, nec hic itaque subvenietur, nam & si furtum fecit, vel damnum injuria dedit, non subvenitur ei, & explicat Glossa nempe in delictis ex animo provenientibus, & si minor doli capax est in l. auxilium §. in delictis ff. de minoribus, ubi Juris Consultus inquit: in delictis autem minor annis xxv. non meretur in integrum restitutionem, utique in atrocioribus, nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam Judicem perduxerit; quatenus miseratio ætatis si multum a majore ætate distat, & doli non multum capax est, ut bene declaratus alio tex. in l. excipiuntur 14. ff. ad Senat. Syllan. ubi Capis Juris Consultus refert, ibi: excipiuntur eodem Senatu Consulto Syllaniano impuberes servi; Trebatius
15 autem Germanus legatus etiam de impubere sumi jussit supplicium, & tamen non sine ratione, nam puer nec multum a pubertate aberat, & ad pedes domini cubuerat, cum occideretur, nec postea cædem ejus prodiderat, ut enim opem ferre eum non potuisse constabat, ita silentium præstitisse etiam postea certum erat, & iis dumtaxat impuberibus Senatus Consulto parci credebat, qui tantum sub eodem tecto fuissent. Qui vero Ministri, vel participes cædis fuissent, & ejus ætatis (quanquam nondum puberes) ut rei intellectum capere possent, his non magis in cæde domini, quam in ulla alia causa parci oportere, hinc quoque Cujacius tom. 3. operum posth. tit. de diversis Regulis Juris, fol. mihi 2425. in l. fere, inquit: Rursus impuberi parcitur, si doli mali capax non sit, puberi doli, aut culpæ capaci non parcitur: qualis est
16 is, qui proximus est pubertati, ideo furti bonorum raptorum, damni injuria dati tenetur l. impuberem 23. ff. de furtis in pœnalibus: ergo in Judiciis impuberibus parcitur, puberibus non, nec etiam pubertati proximis; minoribus etiam viginti quinque annis in delictis, quæ veniant animi obstinatione non parcitur, articulus vero fere tum ad ætatem refertur, tum ad imprudentiam, nam & ætati, & imprudentiæ interdum succurritur, interdum non.

Tertio, cum Dom. Cardinal. de Luca in supplement.
17 operum tom. 3. observationum observat. 3. quod cum in Italia fuerint Goti, Vandali, Longobardi, aliæque nationes dominatæ, major ætas juxta Regionum mores fuit constituta, & ætas decem, & octo annorum non fuit majoris ætatis restrictio, sed potius exemtio a pubertate, quæ consistit in anno decimo quarto, & pro majori habebatur, cum adolescentia, quæ est tertia ætas, non erat cognita argumento, quod dicta decem, & quatuor annorum durat adhuc respectu Baronum, & non sine Auctoris admiratione; quod privatæ Domus administratione major, & perfectior exquiritur ætas, quam pro regimine Populorum, ac Principatuum desideratur, relinquendo sub Judice quæstionem, an una, vel altera pars reprehensione digna videri mereatur; in quo dicto non insidendo M. C. cum ætas decem, & octo annorum, tam in masculis, quam in fœminis fuit constituta per constitutionem minorum jure ab Imperatore Friderico pro-
18 mulgatam, qui longe post Justinianum, cujus ordine Romanorum leges fuerunt compilatæ, & in toto Imperio receptæ, sed ponderatum, quod major ætas
19 viginti quinque annorum fuit restricta ad numerum decem, & octo annorum propter malitiam, quæ ab
20 initio fuit in homine, inquit enim Deus: Homo malus ab adolescentia sua increvit, & incrementum semper habebit; hinc bene Sannazarius in sua Arcadia:

O pura fede, o dolce usanza vetera,
Hor conosco ben'Io, ch'il Mondo instabile
Tanto peggiora più, quanto più invetera.

Unde prædicta ætas ab Imperatore Friderico prudentum consilio, juxta hominum mores in hoc Regno congrua fuit reputata pro bono regimine, & ne Regni tranquillitas Juvenum temeritate perturbetur, & ita ad lasciviam eorum compescendam; quæ quidem
21 Constitutio, tum dicta ratione, tum etiam jure attento, quo malitia consideretur in anno decimo exeunte, & undecimo incipiente ut in l. celsum 4. §. denique Julianus, ff. de doli mali, & metus exceptione, l. hæredibus 14. § finale, ff. de dolo, a quo anno usque ad decimum octavum numerus septenarius intercedit, quo tempore sane tot annorum curriculo boni, & mali perfecta acquiritur cognitio, exorbitans dijudicanda non est.

Quarto, quod minor in atrocioribus a pœna ordinaria non sit excusandus, fuit ponderatus idem Tex. in l. auxilium, §. sed ubi, legitur, sed ut ad l. Juliæ de adulteriis coercendis præcepta venimus, uti-
22 que nulla deprecatio adulterii pœna est, si se minor annis adulterium fateatur commisisse, sed nec si quid eorum commiserit, quæ pro adulterio deprehensam uxorem non dimiserit, quæstumve pro comperto stupro acceperit, aut domum præbuerit ad id stuprum, adulteriumve in eo committendum, & non sit ætatis excusatio adversus præcepta legum ei, qui dum leges invocat, contra eas committit: & ibi Glossa, scilicet minor annis viginti quinque, major tamen annis 13. ut in l. si major esse, in l. si adulterium 38.
23 §. 1. ff. eodem de adulteriis; si ergo adulterii nulla deprecatio est, minus homicidii, quod furto, & adulterio gravius est, ut multis ex causis probat Tiberius Decianus lib. 9. cap. 17. & quidem narratum homicidium uti atrocissimum reputandum est, quia proditionis qualitate fuit patratum, propter quam homicida immunitate Ecclesiastica privatur, ut communiter Canonistæ in cap. 1. de homicidiis, & nobilis li-
24 cet furca damnari minime possit, ut in l. capitalium §. 1. §. servi, & §. solent, ff. de pœnis, tamen propter homicidium proditorium altioribus furcis suspenditur, ut per Tiraquell. in tract. de nobilitate cap. 20. num. 116. Exemplo Judæ proditoris, qui vo-
25 luntarie se suspendit, & in Gallia proditores dividuntur in frustra quatuor currentibus Equis, ut refert Gigas in titul. de proditorio quæst. 6. & erat commissum in majori Hebdomada, ideoque scandalosum erat, quia causa furti paucorum carolenorum, ideo horribilius, pro crimine atrocissimo nulla cadit dubitatio, quod minor non sit excusandus ab ordinaria pœna, adest Glos. in l. fere, ff. de regulis juris, & l. si quis in tantum, Cod. unde vi, Grammatic. super Constit. Regni tit. de restitutione minorum num. 3. & 4. Oddus de in integrum restitutione quæst. 80. num. 202. & Dom. Præs. Anton. Thesaur. decis. 161. num. 8. ibi dixit, tenendo opinionem Glos. in dict. l. fere, quod ætati non subvenitur, nullum habebit locum in atrocioribus, & Dom. Gaspar Antonius filius in dicta decis. testatur, quod in vitio nefando minores 25. annis si excedunt vigesimum, tam agens, quam patiens solet ad morte condemnari, sicuti in atrocissimis, post decimum quintum, Principe consulto, solent puniri pœna ordinaria, quod inquisitr de gravi assassinio, cum excedunt vigesimum annum, fuerunt furca suspensi, & in fine testatur, quod etiam in homicidio simplici, quod duos minores, unum annorum 24. ac alium decem, & novem, qui in via publica causa furti quemdam occiderunt, Senatus ad mortem condemnavit; delicta enim atrociora, sive atrocissima non a concupiscentia proveniunt, sed ab innata sævitia, & animi feritate; Hinc si minor pro parricidio non fuit pœna ordinaria punitus, ut refert Præses Menoch. adverto, quod ille minor erat annorum sexdecim, & fuit ei minorata pœna, etiam ob nimiam patris sævitiam, ut quoque Menoch. testatur, & etiam quia ad tantum facinus fuit a matre seductus, ut dicit Farinac. quæst. 92. num. 108. unde si major

nul-

nullam mereretur veniam, & quod patticula morti fuit traditus est decisio penes Dom. Præsidentem a30. & licet Betnardus Cincio parricida morti non fuit treditus, ut refert Farinac. *d. num.* hoc fuit clementia Papæ Clementis, qui ordinariam pœnam ad quam fuit condemnatut, commutavit in triremium; Verum Jacobus Cincio frater Mallio fuit confessus, & in frustra scissus, sicuti Beatria filia, & Lucretia Patrona uxor occisi morti fuerunt traditæ.

Quinto, quod enunciata *pragm. de minoribus*, qua Judea habet arbitrium condemnandi minorem ad pœ-
26 nam ordinariam, considerata delicti atrocitare, personæ qualitate, delictorem reiteratione, ac cæteris aliis recte perpensis circa dicta requisita ita erat intelligenda, nempe *delicti atrocitate*, si crimen de jure communi, aut Statutn mortis pœnam continet, non autem quod pro crimine pœna ultimi supplicii reperiatur practicata, aut propter Doctorum opinionem, aut Judicum arbitrium, ac specialia emulentur *persona qualitate:* nimirum si minor multum, aut parum a majori ætate distat, si valda doli capax, aut simplca est, non pront alii autumaot, sicuti Consiliarius Campana *resol.* a. (salva pace tanti viri) si nobilis, aut plebejus sit, quia nobilis mitius punitur,
27 quam Plebejus, quoniam in delicto capitali solum in modo diversificatur pœna; nobilis enim decapitatur, ignobilis vero furca suspenditur; *ac delictorum reitecatione*, si crimen atrua non est, in atrociori verò, aut atrocissimo hue requisitum minime requiritur, alioquin *prag.* potius cœstringeret arbitrium Judicis, cum de jure communi Judea in atrocioribus hoc habet arbitrium sine reiteratione, ut in prædicta *l. auxilium*, §. *in delictis*, ibi: *In atrocioribus vero interdum quatenus miseratio ætatis ad mediocrem pœnam Judicem perduxerit*, & declaratur hoc alia *Reg. prag.* promulgata anno 1695. post dictam *Prag. de minoribus*, nempe secunda de furtis, ex qua colligitor, quod *dicta prima prag.* ubi dicta requisita recensentur, fuit promulgata contra minores fures, ibi loquendo etiam contra minores, „ e per la terza volta, ancorche non abbiano dieciotto anni, si debbano punire, e condennare per detta G. C. della Vicaria, avendosi regione alla minore età; e conforme alla Premmatica sopradetta sopra detti mariuoli gli anni passati publicata, per la quale si concede arbitrio di punirli di pena ordinaria, non ostante la minor età „. In furto enim requiritur reiteratio cum levius sit homicidio, & pro eo *neque de jure Divino*, *neque de jure* Commuuni pœna ultimi supplicii imposita repriatur circumscripto *capit. Regni Ad hoc*, nisi contra consuctum, ut *in l. capitalium*, §. *solent*, & §. *Grassatores*, *ff. de pœnis*, & prout alii tenent pro bono regimine de consuetudine etiam in furto magno; si igitur minor reiteravit in delinquendo, & delicta non sunt de atrocioribus, tunc reiteratione attenta potest pœnam arbitreri usque ad mortem protestative, & non necessitative, ut *dicta pragmatica* loquitur, quæ fuit promulgata anno 1557. & confirmata, & declarata *alia pragmatica*, ut dictum est, promulgata anno 1569.

Sexto, quod exemplum *Dom. Reg. Sanfelic.* in
28 enunciata *decisione* relatum, ubi minorem pro homicidio quoque proditorio non fuisse morte punitum constat, sed ad pœnam triremium condemnatum vita durante, & eam etiam a S.C. fuisse minoratam minime obstabat; nam in dicta decisione legitur, quod S.C. visa persona minoris decrevit illum esse detinendum in carcere per triennium, quo completo condemnavit ad remigandum per quinquennium, quæ formula consueta est in M.C. contra delinquentem minorem, & sic ex lecture decreti apparet, quod ille minor tempore quo homicidium proditorium patraverat, erat ætatis annorum quindecim, & multum distabat a majori ætate; nec in dicta decisione apparet de qualitate proditionis, nec ea causa homicidii.

Propterea M.C. utrumque condemnavit ad mortem Carminum Scatola uti majorem, & Donatum Viglione licet minorem, tanquam majori ætati proaimum arbitrio legis utendo propter enunciatas circumstantias, & quia sua malitia supplebat ætatem, juatà *Tox. in l. 3. Cod. si minor se majorem dixerit capitulo puberet*, *capitulo de illis 9. & capit. final. de sponsalibus impuberum*, & forsan M. C. ad dictam condemnationem non devenisset, cum delictum morte majoria satis punitum videretur, si ia tanti facinoris auctor non fuisset, sane hac causa dissonum foret eum a laqueo liberare, quando etiam legitur in Sacra Pagina Exod. *cap.* 21. (*Si bos cornu percusserit virum, & mulierem, qui mortui sunt, lapidibus obruetur, &*
29 *carnes ejus non comedentur*) si ergo Bruto, cui non est intellectus, Propter homicidium non pareitur, tanto minus ei, qui ætati proaimus doli capax, miseratione dignus non erat, juata dictam *l. excipiuntur*, unde morei merito ambo traditi fuerunt, etiam Principe consulto: cæterum in delictis, quæ concupiscen-
30 tia, & aviditate committuntur minores excusandi sunt, quia hæc potius ætatis, quam pravæ voluntatis dicuntur, sicuti a pœna ordinaria excusandi sunt, si aliorum consilio, aut auxilio delinquunt; nam tunc
31 perspicua minorum malitia minime consideratur, hinc cum proponeretur decisio in Urbe facta, & relata a Josepho Ludov. *dec. Lucens.* 17. nempe fuisse laqueo suspensum puerum annorum 14. qui habenas equi
32 tenuerat cuidam Tabellioni Veneto, dum illum in via publica latrones derobaverent, non tantum rigida, sed minus justa M. C. visa fuit, sicuti alia relata a Farinac. *quæst.* 92. *num.* 106. *in fine*, nempe quod in Arce Sancti Angeli, fuit per pedes suspensus quidam Adolescentulus, uti conscius, & particeps fugæ, quam fecit ab ea Cæsar Gisanus, qui captus
33 fuit capite obtruncatus; cæterum in iis vero delictis quæ minores ex efferato animo committunt, scilicet animi malignitate, quæ crescit ætate, a pœna ordinaria non excusari sub censura censeo.

Supradicta sententia fuit a Populo bene accepta, & communi voto promulgata, me secundo in ordine, referente Domino Judice D. Octavio de Gaeta, cui ob propria, & ingentia Patria merita Neapolis majorem dignitatem exoptat.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXVII.

Arbitrium imponendi pœnam ultimi supplicii contra minorem quomodo practicandum.

SUMMARIUM.

1 *An Reus interrogatur non præcedentibus indiciis an interrogetur ad finem habendi indicia ex ore proprio.*

2 Pragm. 1. de minoribus *explicatur*.

DE ista resolutione diai supra, eam æquiparando superiori resolutioni, hic autem nota *nu.* 11. in atrocioribus ordinem servandum non esse, quomodocumque namque delictum claruerit puniri debere, & 13. interrogatos fuisse Reos legitimis non præceden-
1 tibus indiciis, prout requirebatur *num.* 2. sed interrogati super circumstantiis ad finem habendi indicia ex ore proprio; quo casu Judea valet, & debet interrogare de crimine suspectum, ut testatur esse praxim, quod fuit practicarem resolutione antecedensi-
2 Item *de prag.* 1. *de minor.* qua arbitrio judicantium permittitur, ut mortis pœna, vel mitiori minores puniantur, concurrentibus delicti atrocitate, personæ qualitate, & reiteratione *num.* 17. restringit eam ad fures ex *prag.* 2. *de furtis:* quod facit etiam infra *resolut.* 3. *num.* 18. ne jura communia restringerentur potius, quam ampliarentur, ut inquit, verum de atrocitate loquens *pragm.* quæ ista in furto, quam explicat.

Plura de ista *pragm.* diaimus ad Cap. 10. Praa. Criminalis, ubi commentarium addidimus.

RE-

RESOLUTIONIS VIGESIMÆ OCTAVÆ.

ARGUMENTUM

Major ætas quomodo probanda, & an ex aspectu a Judice arbitretur.

SUMMARIUM.

1 *Consiliarius Dom. Franciscus Gascon laudatur.*
2 *Reus tormento malæ conscientiæ sine tormentis sui sponte confitetur.*
3 *Pœna regulatur a causa, & qualibet quomodo colorata pro evitanda morte est sufficiens.*
4 *Ætas probatur baptismatis fide, testibus, vel numerationis fide.*
5 *Ætatis probatio ex aspectu periculosa est.*
6 *Capilli, & barba probationem de ætate non faciunt.*
7 *Homicidii voluntarii pœna mortis est naturalis cum de jure positivo, tum de jure Divino, tum ex veteri, tum ex novo testamento.*
8 *Probationum nulla fortior, quam confessio.*
9 *Torquatus Tassus expenditur.*
10 *Causa injusta, & quando colorata, quando excusat delinquentem, ut is pœna ordinaria haud puniatur, per Authorem explicatur.*
11 *Textus in* l. doli verbum ff. de servo corupto *Text. in l. 3. §.* generaliter, ff. de liber. hom. exhibendo *ac Text. in l.* igitur, ff. de liberali causa expenduntur.
12 *Ætatis probatio ex aspectu a lege est introducta, & in praxi recepta.*
13 *Litterarum comparatio committitur peritis, verum in ea Judex intervenire debet, & de ratione.*
14 *Fratum Regnatorum quæstio per Judicem, & peritorum consilio terminatur.*
15 *Damnum, & atrox injuria ex aspectu quoque æstimatur.*
16 *Bartoli doctrina recensetur in arbitranda ætate ex aspectu.*
17 *Ætatis probatio ex aspectu in Judicis pendet arbitrio, juxta Authoris opinionem.*
18 *Pragm.* 2. de minor. *per Authorem interpretatur, & declaratur.*
19 *Praxis M. C. in probanda ætate ex aspectu.*

HAbebamus quidem ab antiquis Historicis traditum eo usque progressam aliquando impudici amoris insaniam, ut sæpe in odia, & necem (quod via credibile esset) ipse amor degeneravit. Hinc legimus apud Cornelium Tacitum, Octavium Sagitam Plebis tribunum, cum noctem unam a Pontia Amasia in amoris solatium impetrasset, eadem ipsa nocte illam, quam tantopere concupiverat, occidisse. Adeo mutantur leviter in humano pectore male effrenes, & injusti affectus, quos ratio non moderatur. Haud dissimile factum perpetratum Neapoli nostro quoque ævo experti sumus, de quo in reum nostra M. C. acerrime animadvertit.

In ultimo mense Julii 1693., quo tempore ingens calor cuilibet molestiam affert, in hac Civitate juvenis Xaverius de Luca Franciscam Tropea ipsius amasiam rogavit, ut solatii gratia illa nocte aliquantulum per Civitatem incederent, sicuti post nonnullos amoris actus domo exierunt, iter cœperunt versus locum, ubi dicitur, *Monte Santo*, de quo facto duæ mulieres, quæ insimul cum Francisca habitabant deposuerunt, sed quia domum non redit, & mane primo die Augusti fuit pluribus vulneribus in eodem loco extincta reperta, habita de supradicto facto noti-
1 tia a Consiliario D. Francisco Gascon viro doctissimo primo M. C. Decano, statim sua diligentia fuit dictus Xaverius captus, & interrogatus de dicta Francisca, a sua propria conscientia convictus sponte
2 Curia pro Tribunali sedente in M. C. confessus fuit, eam pluribus cultri ictibus occidisse, ea causa quia Franciscam deamabat, ita quod ab ea se fascinatum credebat: unde ut a fascino liber esset, eam occiderat; Interrogatus vero de sua ætate illam ignorare respondit, sed in confessione fuit notatus *major*, *ut ex aspectu*, & ad majorem cautelam, quatenus opus fuisset juramentum ei fuit præstitum cum Curatoris interventu; in hac causa procedente M. C. uti Delegata vigore rescripti S. E. fuit ei datus terminus horarum viginti quatuor, adversus prælatam confessionem, eoque compilato, præcedente Fisci instantia pro morte, nocte sequenti fuit ad dictam pœnam condemnatus, & laqueo suspensus; quæ ergo pro Reo, ac pro Fisco ponderata fuere, quia non illepide dicta sunt, ut rei dubiæ in futurum resolutio habeatur, in præsenti annotare mihi placuit.

Primo pro Reo quod (ut congrua pœna locum habeat) semper causa intuenda est *l. Clarum de furtis*, & in crimine capitali, ut homo in Republica conser-
3 vetur; qualibet causa etiam injusta, fatua, & quomodo colorata, & irrationabilis sufficiens est pro evitanda morte cum dicta causa, quæ inducit hominem ad delinquendum, excusat a dolo, ut notant *Emanuel Suarez in communibus opinionibus J. D. n.* 113 *Villalob. in communibus J. C. n.* 216. *Bossius titulo de decretis medit. n.* 29. *Menoch. de recuperanda possession. remed.* 3. *num.* 624. *& remed.* 5. *num.* 55. *Tiraquell. de pœnis temperandis causa* 43., *& Farinac. eodem titulo quæst.* 90. *num.* 4. *in fine*, qui more solito Doctores quamplures allegat ex *Text. in l. igitur ff. de liberali causa*, ibi *justis rationibus ductus vel non ductus*, & in hoc etiam ponderatum, quod si dicta causa non excusat a toto dolo, excusat tamen a tanto, & consequenter delinquentem ab ordinaria pœna, specie in homicidio, *ex Gloss. in l. plagii*, *l. 2. Cod. ad l. Flaviam de plagiariis*.

Secundo, quod dictus Xaverius erat minor, quam minorem ætatem ipsum factum comprobat, nam si major ætate esset, in qua perfectum judicium habetur, e imen hoc pro minori crimine evitando utique non commisisset.

Tertio, quia M. C. reputavit eum, & habuit in confessione pro majori ex aspectu, & cum pœna reguletur etiam ex ætate, hæc a Fisco probanda erat,
4 vel per baptismatis fidem juxta *pragm. de Parochis*, aut per testes idoneos de natalibus deponentes, cum scientiæ causa, aut saltem per numerationis fidem cum probatione ex aspectu, quæ deducitur ex *tex. in l. si minor majorem se dixerit*, & ex *tex. in l. minor* 33. *ff. de minoribus viginti quinque annis*, valde pe-
5 riculosa sit, ut ex citatis juribus, & præsertim ex *d. l. minor*, ibi. *Ex aspectu corporis falso probaverit præfatam ætatem*, & notat *Glos. falso ut major appareret permisit barbam crescere & capillos magnos deferebat*: Capilli igitur & barba de ætate probationem
6 non faciunt, & eadem *Glos. in verbo perfectam*, inquit, *quod in hoc casu Judex secundum conscientiam judicat*, ac *Consil. Gram. decis.* 48. de hac probatione loquendo eam admittit, si pateriet, & in dicta decisione habetur quod M. C. inquisitum non reputavit majorem, solum ex aspectu, sed per fidem libri numerationis.

E converso pro Fisco, & primo quod crimen erat homicidium non in rixa, sed cum appensamento
7 patratum, cujus pœna mortis est naturalis, non solum de jure positivo, ut *in l. 3. Cod. de Episcop. Aud.* ibi. *Homicida quod fecit, semper expectare*, *& in constit. Regni incipiente terminum vitæ*, sed etiam de jure Divino, tum ex veteri testamento ut in *Genesi cap. 9. quicumque fuderit humanum Sanguinem, effundetur sanguis ejus*, *Levit. cap.* 24. *Exodi cap.* 5., *& Deut. cap.* 20., tum ex novo testamento. *Matth. cap.* 26., *&* 5. *& Dom. Jesus Christus Petro*, ait *Mitte gladium tuum in vagina, qui gladio eum ferit, gladio perit*. Item hujus criminis reus erat sponte confessus, & contra confessum partes Judicis non sunt, nisi in condemnando, nulla in mundo fortior proba-
8 tio est, quam confessio, ut notat *Gloss. in l. 1. Cod. de confessis*, & communiter Doctores, & quod ponderata causa ad mortis pœnam leniendam sufficiens non

erat, debet enim confessarium adire, nam pœni-
9 tentiæ Sacramento a peccati labe liber quippe foret: -
hunc bene Torquatus.

Sol la grazia del Ciel quanto hai d'immondo,
Può render puro; al Ciel dunque converso
Riverente perdon ricchiedi, e spiega
Le tue tacite colpe, e piangi, e prega.

Rursus nunquam causæ fatua & injusta, aut quomodo
colorate excusas delinquentem e dolo in iis, quæ de
jure Divino, naturali, & Gentium prohibita repe-
riantur, quæ circa illa juris præcepta tendunt, nempe
honeste vivere, alterum non lædere, jus suum unicui-
que tribuere; porro si is qui aliquid agit, & credit,
quod illud non sit delictum, ex aliqua injuste, & ir-
rationabili causa non excusatur e dolo, & a pœna,
si factum intrinsece est malum e jure Divino, Natura-
10 li, & Gentium prohibitum; ridiculum enim foret
illud, quod naturæ, & rationi est contrarium, quod
causa fatua reputetur non delictum, quando com-
muniter pro delicto habetur, sic enim regula
magnum quidem contineret absurdum, cum nunquam
delictum condigna plecteretur pœna, & hominibus ad
delinquendum liberæ concederentur habenæ, sed in
his contrariæ procedit regula, quæ deducitur ex text.
in l. doli verbum, de servo corrupto, ibi: *Vel alia
probata, atque justa ratione*, *& ex Tex. in l. 3. §.
generaliter ff. de libero homine exhibendo*. Cæterum
in iis, quæ a lege particulari ratione, vel a Statuto
prohibitæ sunt, locum habet illa regula, quod quæ-
libet causa injusta, & quomodo colorata e dolo ex-
cusat, & consequenter e pœna; ea enim ideo malæ
sunt, quia a lege solum prohibita sunt, sicuti armo-
rum asportatio, auri, & argenti, aliarumve rerum
11 e Regno extractio, eaque omnia, quæ contra Præto-
rum banna fiunt, in quibus credulitatis ratio opera-
tur, & procedit *Text. in l. igitur ff. de liberali cau-
sa*. Item procedit regula, quoties causa, ea qua in-
ductus est, si verificata esset, factum non contineret
delictum, ut puta, si hominem occiderit, quia cre-
didit eum esse forjudicatum; excusatur enim, si in-
justis rationibus fuerit ductus, vel si furtum commi-
serit in socium rationibus ductus, & si injustis, quod
ille in societate fraudem fecerit. Cæterum causa etiam
injuste excusat a tanto, & ab ordinaria pœna, si hu-
mano modo loquendo, aliqua commiseratio erga de-
linquentem consideratur, id quod ad Judicis arbi-
trium remittitur, & in hac materia hæc est vere do-
ctrina.

Secundo, quod inter probationum species proba-
tio est per aspectum e lege introducta, & in praxi re-
12 cepta, ut in literarum comparatione, *l. comparatio-
nes, Cod. de fide instrum.*, quæ peritis committitur,
& per Judicem suo arbitrio fieri potest: nam si bonus
est peritus, Judex est optimus, & per peritiam, &
probitatem, & si peritis comparatio committitur,
13 men judicio semper Judex tenetur intervenire, quia
hæc probatio oritur ex oculorum inspectione, intelli-
gentia, & judicio, in his enim, quæ Judex intelli-
git, potius tenetur sibi, quam testibus credere, ut
notat *Caner. a lib. 1. cap. 13. num. 29.*, *& additio ad
Petrum Bellug. rubr. 10. nu. 11. lib. 1. item in finium
regundorum. quæst.* quæ ex aspectu per judicem, & pe-
ritorum consilio terminantur, *ut in l. si in rerapetio-
ne 8 §. ad officium finium regundorum*: Item per
14 aspectum damnum æstimatur, ut in *l. eadem, ff. de*
. . . ., ibi: *ne aspectu atrox injuria æstimetur*, ut
puta in incendio, & arborum incisione, ita & ætas
15 per aspectum probatur, ut in *citat. Jurib.*, & dicit
*Bartol. in dicta l. minor, & in l. de ætate, ff. de mi-
noribus vigintiquinque annis*, in qua repetitione *nu.*
9. duo ad majorem declarationem præmittit: Primo,
ait inquit, in eo, quod est cognoscibile per aspectum
secundum communem hominum notitiam, & in eo
sufficiens est redditio rationis in teste per aspectum,
licet istud in judicio intellectus consistat *l. si quando
ff. de auro, & argento, l. cum concordantibus*. Se-
16 cundo ponit, quod non est cognoscibile per aspe-
ctum secundum hominum peritiam, sed ex arte ejus,
& in eo non est sufficiens rationis redditio in teste per
aspectum, sed debet tunc aspici per Judicem, seu Pe-
ritos, & in proposito in probanda ætate ita distin-
guit, quod si inter illud, quod aspectus incidat, &
illud de quo quæritur, est tantus excessus, quod per
aspectum est cognoscibile secundum communem ho-
minum peritiam, & tunc reddit testis sufficientem
rationem aspectus, & facit plenam fidem, & alleget
Text. in l. cum de ætate, Cod. de probation. aut est
modici excessus, & tunc debet fieri per Judicem, vel
per peritos, quibus committeret Judex, & allegatur
Text. in dicta l. minor vigintiquinque annis, & po-
nit regulam tam in cognoscendo ætatem minorem,
scilicet in qua ætate erat criminis reus; exempli gra-
tia, Titius eum de facto quæritur in tali tempore, ac
in cognoscendo majorem ætatem, quæ ut cognoscatur
in qualibet ætate desiderat annorum excessum, ex quo
æstimanda sit ætas, at ad cognoscendum ætatem duo-
decim annorum, desiderat quadriennium, ad ætatem
xxv. annorum quinquennium, & in fine dicit, quod
quanto quis est antiquior, tanto requiritur major ex-
cessus, & quod quanto quis est minor, tanto facilius
ex modico excessu cognoscitur ætas, ut *in l. 1. §. de
inspiciendo, ff. de ventre inspic.*, & concludit, quod
iste autem excessus non potest probari per legem, sed
17 secundum motum animi mei, hinc bene inquit *Con-
sil. Gramm. ut supra* quod Judex, quando judicat
per aspectum, judicet secundum conscientiam, an-
de dico, quod hæc probatio pendet a Judicum peri-
tia, & intelligentia, ac arbitrio regulando a juvenis
corporatura, barba, ejusque loquela, in qua mali-
tia consideratur, atque prudentia, hæc enim proba-
tio merito e jure probata est; nam finge casum, nem-
pe atrox crimen a juvene ultramontano commissum,
qui de ætate interrogatus, malitiose se minorem fe-
cit, si hæc probatio per aspectum deficeret, utique
justitia contempta remaneret; si tamen de facili de
ætate per baptismatis fidem, vel testibus, alioque
modo certitudo haberi potest, hæc sive alia diligen-
tia a Judice omittenda non est, in præsenti casu M.
C. tam ratione corporaturæ, tum pilorum, qui in
toto corpore usque ad crura callebant, reputavit di-
ctum Xaverium non solum majorem decem, & octo
annis, sed majorem viginti duobus, itaut etiam at-
tenta *Bartol.* doctrina de prædicta ætate majori, quæ
in Regno est annorum decem & octo, dubitandum
non esset.

Tertio fuit consideratum, quod crimen a Xaverio
patratum erat gravissimum, quia homicidium consi-
derando ultra ea, quæ de hoc crimine notat *Tyber.
Decian. tit. de homicid.*, *lib.* 2. aliquando non tan-
tum corpus, sed animam occidit, si ingratia Dei
anima non reperitur, & quod erat proditorium,
nam Francisca nullo modo de Xaverio præcavere
poterat propter mutuum amorem, de quo etiam
paulo ante dictum, signa majora dedit, uti mulie-
rum testimonio? unde & si maior non esset, etiam
18 morte puniri poterat, attenta *Reg. Pragm. 1. de mino-
ribus*, qua Judicantium est arbitrio datum, an ordinaria
vel mitiori pœna minores delinquentes puniendi sint,
considerata delicti atrocitate, personæ qualitate, de-
lictorum reiteratione, cæterisve aliis considerandis
recte perpensis: Primum enim requisitum de atroci-
tate delicti in præsenti satis erat consideratum, se-
cundum de personæ qualitate fuit dictum, quod qua-
tenus Xaverius esset minor, majori ætati valde pro-
ximus erat, cum non tantum lanugo in facie, sed
pilus appareret, quo casu etiam ante *Pragm.* in jure
communi fuit practicata pœna ordinaria, ut in *l.
excipiuntur 14. ff. ad Sen. Consult. Syllan.* Tertium
tandem requisitum de reiteratione, licet *Dom. Reg.
Revert. decis.* 525., *& ibi Dom. Reg. Marin.*, *ac quo-
tidianar. resol.* 179. *num.* 8., *& Dom. Reg. Sanfelic.
dec.* 57., *ac Oddus de in integrum restit.* profiteantur,
quod cumulative concurrere debet cum aliis duobus,
tamen fuit consideratum in contrarium, quod dicta
Pragm. de minoribus declarabatur alia *Pragm. scili-
cet 2. de furtis* ubi habetur, quod *Pragm. 1. de mi-
noribus* fuit promulgata proprie in frequentia furto-
rum, quæ committebantur in hac Civitate, & con-
tra minores fures, qui cum considerent, quod propter
ætatem pœna ordinaria feriendi non erant, frequen-
ter furta committebant, furtum enim non reputatur
ita grave, ut homicidium, adulterium, crimen falsi,
alud-

aliudque crimen, pro quo pœna ordinaria Jure committenti indicta est, ideoque fuit positum testium requisitum de reiteratione, præterquam quod præcitati DD. requisitum hoc non desiderant in atrociori, sive atrocissimo crimine; unde ille ponderatis fuit morti traditus, & justitia bene a Populo accepta, & hic non prætermitto, quod ætatis cognitio per aspectum, testibus non committitur, nec interponitur decre-
19 tum, sed Juvenis in Aula observatur, & si Dominis Judicibus videtur major, licet in depositione ipse se minorem fecit jusso eorum positus in ea, *verum ex aspectu major*, nec prætermitto, quod is in termino ætatem probare potest, & si alienigena est, congruam dilationem petere, quæ dilatio ei concedenda est, nisi calumniose petatur, ut quia ex corporatura, & pilo, aliisve, ut supra consideratis, major appareret.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXVIII.

Major ætas quomodo probanda, & an ex aspectu arbitretur.

SUMMARIUM.

1 *Auctor explicat* Pragm. 1. de criminibus.
2 *Cognitio ætatis ex aspectu.*
3 *In ætatis cognitione ex aspectu non apponitur decretum, sed in depositione dicitur*, ex aspectu major.
4 *Reus in termino.*

IN hac resolutione habetur, quod interrogatus ut suspectus Xaverius de Luca de Francesca Tropea re-
1 perta occisa confessum fuisse de occisione, ut liberaret se a fascino, sive dicas malia, qua putavit ab illa se infectum, deperiit enim ea: & fuit morti traditus, ut major annis, ita ex aspectu reputatus, & si esset minor annis, dicit quod etiam esset morti tradendus ex delicti qualitate, nempe homicidio, explicans *Pragm.* 1. *de minoribus*, prout in resolutione præcedenti.

2 Cæterum bellissime disputat de cognitione ætatis ex aspectu, & quomodo facienda, & quomodo facta: ubi habes etiam cautelam M. C. recipiendi dispositionem illius, qui quodammodo dubitabatur esse minor, dando scilicet ei ad majorem cautelam juramentum cum Curatoris interventu.

3 Nota etiam, non interponi decretum de cognitione majoris ætatis per aspectum, sed solum in depositione ejus, qui se dicit minorem, additur, *verum ex aspectu major*.

4 Et nota, quod Reus in termino ætatem probare potest, & datur terminus ad probandum, sive congrua dilatio, si alienigena sit, nisi fraus adsit in dicta dilationis petitione, nempe calumniosa videatur petitio dictæ dilationis.

RESOLUTIONIS VIGESIMÆNONÆ

ARGUMENTUM.

Capitulum Regni *ad hoc de furtis*, quo ultimi supplicii pœna imponitur pro furto unciam excedente ut procedat, an uncia intelligi debeat de effectivo valore aut de legali & excessus unciæ quatenus esse debeat.

SUMMARIUM.

1 *Delictum in genere furti, existentia rerum domi earumque deficientia, ac Domini conquestu rjusque legalitate, bene probatur. Imo accedente Reorum confessione, etiam quod non constat de legalitate Domini rerum satis probatum dicitur n. 3. & 4. & ita practicatur in Regno.*
2 *Testes in termino non producti in criminalibus recipiuntur uti promptuarii, scilicet non interrogantur super articulis, sed in genere, quod deponere habeant in Reorum favorem, & circa factum.*
5 *Inventio rerum furatarum penes aliquem magni ponderis est, & expenditur doctrina Cujacii in* l. Incivilem, C. de furtis.
6 *Judicis officium in confesso non est, nisi in condemnando.*
Confessione nulla major probatio in Mundo, ibid.
7 *Capitulum Regni* Ad hoc *fuit promulgatum a Carolo Primo, propter Regni tranquillitatem.*
8 *Crimen ubi frequentius, ibi durius est puniendum.*
9 *Capitulum* Ad hoc *non practicatur, nisi concurrentibus qualitatibus aggravantibus, quæ numerantur.*
10 *Domus unicuique refugium est tutissimum.*
11 *Consuetudo peccandi operatur, ut pœna augeatur.*
12 *Pœna ordinaria, si propter ætatem minoratur, minor condemnatur ad remigandum, & in carcere detinetur, donec ad ætatem pervenerit validam, & ita practicatur in M. C.*
13 *Rigor legis cum temperamento benignitatis subsequi debet, quando benignitas non est contraria rationi, sed naturalem continet æquitatem, num.* 20.
14 *Capitulum Regni* Ad hoc *fuit conditum in anno millesimo ducentesimo sexagesimo, quo tempore Regnum furibus infestabatur, & quare.*
15 *Uncia auri æstimata ducatorum sex erat summa magni momenti, & de ratione.*
16 *Loca, & tempora operantur, ut rerum pretia diminutionem habeant, & augmentum.*
17 *Unciæ valor in pœnis infligendis intelligi debet de effectivo valore, non autem de legali, sicuti in stipulationibus calculatur; ponderantur verba Capituli, & in proposito expenditur doctrina Pauli de Castro in* l. si duobus Cod. de commun. de legatis.
18 *Excessus unciæ consideratus in cap.* Ad hoc *remittitur Judicis arbitrio.*
19 *Capitulum* Ad hoc, *quia abolitum pœna pro furtis commissis cum qualitatibus Judici remanet arbitraria, & nonnulla ponderantur per Auctorem.*
20 *Severitas legum cum temperamento benignitatis subsequi debet.*
21 *Summa justitia, & summa misericordia vitam continent.*
22 *Tex. in cap.* omnis 45. *distinctione per Auctorem declaratur.*
23 *Circumstantiæ pœnam augent, & minuunt dummodo diminutio, augmentum rationem naturalem non excedat.*
24 *Incorrigibilis non dicitur, qui non est correctus.*
25 *Pœna mortis pro tribus furtis non practicatur, nisi pro unoquoque furto triremis pœna submereatur, & ita in M. C. practicatur.*
26 *Ætas viginti quinque annorum de jure comuni habetur pro perfecta, qua perfectum judicium hominis habere communiter æstimantur.*
27 *Judex semper ante oculos æquitatem habere debet &, condemnationem populo gratam*, ibidem.

FUriorum punitiones non solum diversis Regioni-
bus diverso jure inferuntur, imo es iisdem sæpe
Regionibus temporum mutatione diversas pœnas mo-
do leviores, modo graviores furtorum Rei luerunt.
Apud Lacædemonios enim non solum impunea legi-
mus, sed fere, laudatos fures, qui furari calide sci-
rent, ut deprehendi non possent, & ita probe furta
abscondere, ut ablatæ res non reperirentur. Apud
Romanos duplum, & quadruplum furti pœna non
excessit, & non nisi pecuniaria fuit, ut res pro re tanquis
pro sanguine compensaretur, quam rationis pœnam
veteres dixere. Nostris autem Regni moribus diver-
so Jure sumus usi diversis temporibus: Aliud autem an-
te Caroli Regia constitutionem, aliud ipsa Carolus
Rex sancivit, quod mitigatum est subsequentibus æta-
tibus; & quia multa discussa sunt in M. C. circa præ-
dicta in subsequenti themate, iden apponere hanc re-
solutionem libuit.

A domo Illust. Marchionis Sancti Luciti, de nocte
cum scala contrectata fuere sequentia bona, videlicet
par unum calceorum, par unum ocrearum ex pelli-
bus juvencæ Belgicæ, linteum unum, stragulum unum,
mappulæ sex, quæ non erant novæ, sed fuerant in usu,
& constim in genere de eorum existentia domi, ac po-
stea de deficientia, & de inventione scalæ prope do-
1 mum uti suspectus primo fuit captus Nicolaus Rosa
de Civitate Capuæ ætatis suæ annorum decem, &
novem, quia pro aliis duobus furtis parvæ conside-
rationis exfractatus fuit a Provincia, & dicto Illustri
Marchioni inservierat, penes quem fuerunt reperti
calcei, in ejus domo in abscondito linteum, atque
stragulum quoque inventa, & captus in ea Petrus
ejus frater annorum quindecim, in M. C. pro Tribu-
nali sedente super dicto furto interrogati, sponte il-
lud agnoverunt: Nicolaus enim confessus fuit quali-
ter exulans a Provincia, non habens pecuniam, qua-
liter faceret, & viveret, consilium habuit cum Petro
ejus fratre de committendo furto a prædicta domo, &
quod habita fratris voluntate de nocte a vicino po-
mario cum illius auxilio scalam apprehendit, & ap-
posuit ad Fenestram coquinæ, quæ erat aperta; ac il-
lam ingressus supradicta surripuit bona, prout ita
confessus fuit dictus Petrus, quod ocreas, & map-
pulos vendiderunt paucis carolenis emptorem denun-
ciando, qui eas statim exhibuit in M. C. quæ bona re-
perta, & ab tempore exhibita, fuerunt appretiata
per duos peritos, & æstimata valoris ducatorum octo,
ac carolenorum septem, facta quoque eadem recogni-
tione fuit impartitus terminus bororum vigintiqua-
tuor, tam dicto Nicolao, ac Petro adversus eorum
confessiones, in quo termino ab eorum Advocato,
fuit articulatum ocreas non ascendere ad valorem du-
catorum quatuor, prout apparebat apprecium; &
quia testes fuerunt producti post terminum tamquam
2 promptuarii recepti fuerunt, & secundum praxim
non interrogati super articulos, sed quid sciebant, &
deponere intendebant, in illorum beneficium, & re-
sponderunt, quod tanquam periti fuerunt vocati pro
appretio ocrearum, quæ si erant secundum modernio-
rem usum, vulgo, *a mezza tromba*, eorum valor, &
si novæ ascendebant ad summam ducatorum quinque,
si fuerunt in usu ad summam carolenorum viginti
quinque, vel carolenorum triginta, qui testes periti
erant numero quatuor, & ita recepti, valor dictarum
ocrearum postremæ summæ erat, compilato processu
Fiscus contra Nicolaum instatit pro morte, contra
Petrum vero pro triremibus, & detineri in carcere,
3 donec is ad perfectam ætatem pervenerit, Etenim
primo ponderavit, quod in genere plene constabat
furtum, nempe de existentia prædictarum rerum do-
mi, & de scientia per depositiones familiarium, ju-
xta *text. in l. censu C. de repudiis*, & per conquestum
habitum a Curatore rerum domus, & licet in procas-
su non appareat de Curatoris legalitate, quod hæc pro-
batio accedente reorum confessione, ut in casu præ-
senti non erat necessaria; quinimo quod in furto re-
rum, quæ palam non detinentur, ut pecuniæ, & gem-
mæ & aliæ delictum in genere satis probatum erat
4 querela, aut Domini conquestu etiam si non appa-
ret in processu de bona ejus qualitate accedente rei
confessione, quæ doctrina in hoc Regno usu recepta
est.

Item ponderatum, quod in specie aderant reorum
confessiones præcedentibus indiciis receptæ cum præ-
5 cederet rerum furatarum inventio, quæ magni pon-
deris est, ut *l. in civilem rem. 2. & in l. civile Cod. de
furtis*, cujus sunt verba: *civile est quod a te adver-
sarius tuus exigit, ut rei quam apud te fuisse fate-
tur, exhibeas venditori, nam a transeunte, & igno-
to te emisse dicere non convenit volenti evitare alte-
nam a bono viro suspicionem*, imo *Cujac. in dicta l.
inquit, eum, apud quem furtum eventum est, cade-
re in suspicionem furti etiamsi dicat, vel edoceat, a
quo eam rem acceperit, posse enim a fure accepisse
sciens, & fur est, l. ancillam in fine Cod. de furtis*:
quod in confessione Judicis officium non est, nisi in
condemnando, ut communiores Criminalistæ faten-
6 tur; quia in Mundo nulla major probatio, quam
oris proprii confessio, *glos. in l. 1. Cod. de confessis*, quod
enunciatum furtum unciam excedebat, pro quo in
hoc Regno ultimi est supplicii pœna; attento Capi-
tulo, incipiente *Ad hoc, de furtis*, condito a Caro-
lo Primo ob bonum publicum, ut in principio Ca-
7 pituli habetur ibi: *ad hoc ut bona nostrorum fidelium,
sub securitate nostra tuta permaneant*; quia in hoc
Regno frequentia sunt furta, expediens erat, illud
promulgare Capitulum. Hinc *Adrianus Proconsul
Bætica* ita rescripsit: *Abigei cum durissime puniun-
tur, ad gladium damnari solent. puniuntur autem
8 durissime, non ubicumque, sed ubi frequentius est
id genus maleficii, ut in l. 1. de abigeis*, & licet ri-
gidum æstimetur, concurrente tamen aliqua circum-
stantia aggravante, ut puta commissum cum clavibus
adulterinis, cum fractura januæ, vel fenestræ, sive
9 cum scala, sicuti in præsenti casu propter majorem
furis malitiam hodie practicatur, teste *Consilier. Gri-
zarell. decis. 13. Com. Reg. Sanfelic. decis. 35. 46., & 142.
Dom. Reg. Tapp. in dicto cap., Dom. Reg. Merlin. con-
trov. 16. num. 14.*, omissis aliis, quæ scalæ circum-
stantia non parvi momenti est, cum per eam fures
ingrediantur domum, quæ unicuique tutissimum re-
fugium est, juxta *tex. in l. plerique de in jus vocando*,
10 & præcitatis; ut hoc committeret furtum, opus
fuit habere scalam graduum triginta, & demum, quod
dictus Nicolaus erat pro duobus furtis ex tractatus, &
consequenter morte dignus: contra enim consuetum
11 pœna semper est exasperanda, juxta *tex. in l. capi-
talium, §. solent ff. de pœnis*, cum concordantibus,
& juxta *decis. Sanfel.* 39. ubi contra quemdam pro
12 tertio furto ducatorum quadraginta, & confessum
sine qualitate aggravante commisso, pœna ultimi sup-
plicii fuit practicata, & Petrus vero triremis pœna
erat castigandus, & donec ad ætatem perfectam per-
13 veniret in carceribus detinendus, juxta praxim M. C.
quando propter ætatem minoratur pœna ordinaria
hæc pro Fisco.

Sed e converso pro Reis prædictam instantiam lo-
cum minime habere tum respectu justitiæ, tum be-
nignitatis, quando hæc in lege fundatur. Si non est
contra rationem, sed naturalem continet æquitatem
respectu justitiæ, quod capitulum *Ad hoc* fuit con-
14 ditum a Serenissimo Carolo I. in anno millesimo du-
centesimo sexagesimo; quo tempore Regnum furibus
infestabatur, quia propter bella homines ad malum,
15 & ad furandum erant assueti, eoque tempore uncia
nummorum aureorum, æstimata ducatorum sex erat
summa magni momenti, cum omnia bona in Regno
16 vilius habebantur, sed quæ tunc vilius, nunc carius
habentur, sed quid mirum si quatuor sæcula, & qua-
draginta anni transierant; sane *Paul. in l. pretia re-
rum, §. nonnulla ff. ad l. Falcid.* inquit. *Nonnulla ta-
men pretia varietatem loci, temporisque afferunt*;
quod in præsenti unciæ valor est aureorum decem
17 & octo, & de valore in pœnis infligendis, hæc in-
telligentia sumenda erat, nempe de effectivo valore,
non autem de legali, sicuti in stipulationibus calcu-
latur, & ex dicto capitulo bene desumitur, etenim
pro furto in rebus augustalem valentibus fur fustiga-
tur, mercatur in fronte, & a tota Provincia bandi-
tur; hinc *Paul. de Castro in l. si duobus Cod. commu-
nia de legatis* dicit, quod si lex, vel statutum pro
aliquo delicto imponit pœnam centum aureorum, de-
bet intelligi de illis aureis, qui currunt tempore de-
li-

licti commissi, ea ratione, quia lex semper loquitur, & sic habetur, ac tunc lex lata, vel statutum factum fuisset.

Insuper, quod summa ultra unciam cum non esset a Rege in dicto capitulo terminata, remanebat in Ju-
18 dicis arbitrio, quod utique valde iniquum foret mortis pœnam arbitrari pro pauca summa carolenorum excedere, & amplius quod cum prædictum capitulum uti rigorosum per non usum sit abolitum pœna contra fures etiam pro furtis commissis cum qualitatibus Judici arbitraria remanebat, attenta qualitate personæ, si incorrigibilis, vel spes emendationis aderat, ac attento tempore si frequentium sint delicta,
19 quia multis grassantibus opus est exemplo, ut inquit *Jurisconsultus in l. aut facta §. eventu ff. de pœnis*; item habita consideratione, si Dominus rei furatæ est in aliqua culpa, vel non; inquit enim *P. Granata*: *Arca abierta el hombre pecca*, aliisve a prudenti Judice considerandis, ita ut nec severitatis, nec clementiæ gloria affectetur, sed pro publico bono, & Dei Gloria.

Secundo, benignitatis respectu, quæ non est contra naturalem rationem, & in lege fundatur: etenim
20 *Jurisconsultus in l. respiciendum, ff. de pœnis*, inquit, *plane de levioribus causis proniores ad benignitatem Judices esse debent, in gravioribus pœnis severitatem legum, cum aliquo temperamento benignita-*
21 *tis subsequi*; porro summa justitia, & summa misericordia vitia continent, hinc Judex non debet esse nimis justus, ne in sua justitia pereat, ut in *l. eam nunc, & §. si ita, ff. de verborum obligationibus*, hinc *Summus Pontifex in c. anime 45. distinctione* ita advertit; *omnes qui juste jus dicat in utroque puncto*
22 *justitiam, & misericordiam teneat*: sed propter justitiam reddit peccati sententiam, in promulgando legem rigorosam: *per misericordiam peccati temperant pœnam* in exequendo temperando rigorem, & in puncto *Arnoldus in Theol. 38. in repetition. cap. ad hoc*, dicit quod Judex valet ab ea recedere, & ponere pœnam, quam æquam æstimat, prout *Romanus cons.* 429. in simili statuto tenet dicendo, sed hodie in ejus arbitrio; qui de crimine cognoscit, est pœnam quam vult imponere; ita tamen ut in utroque modo ratio-
23 nem non excedat, & sic circumstantiæ pœnam augere faciunt, & minuere; In præsenti si pro Fisco considerabatur scala pro circumstantia aggravante; pro practicanda mortis pœna contra Nicolaum considerabatur quoque negligentia Curatoris Domus in relinquendo fenestram apertam; Item si pro ea practicanda considerabantur furta ab eodem primo commissa, considerabatur quoque, quod illa erant parvi valoris, absque qualitate commissa, & tempore, quo minor decimo septimo anno erat, nec pro iis ullam
24 passus fuit pœnam, ita quod incorrigibilis non erat reputandus, juxta Callistrati monitum *in l. capitalium §. solent ff. de pœnis*, ibi: *quod si ita correcti in iisdem deprehendantur*; vexatio enim dat intellectum, quod pro illis furtis erat capellendus, quando pro tribus furtis mortis pœna tunc irrogatur, si pro unoquoque fur triremium pœnam meretur, quæ doctri-
25 na in Regno recepta est, & ita in M. C. practicatur, & furtum in Marchionis domo commissum, licet in tempore, quo major esset de jure Regni, minor tamen est de jure communi, cum sit annorum decem, & novem, & mensium duorum usque ad ætatem viginti quinque, quo tempore major est Jure communi, deficiunt anni quinque, & menses decem, qua æta-
26 te homines perfectum judicium habere communiter existimantur, ut plene in *resolut.* 2. Rursus quod si pro pauca furti summa juvenis hic ad mortem condemnaretur, valde asperum esset, sicuti Populo Neapolitano videbatur; propterea M. C. communi voto condemnavit eum ad Regias triremes vita durante, præcedente fustigatione, qua pœna satis remanebat hoc furtum punitum, attenta circumstantia scalæ, & hæc condemnatio fuit bene recepta, nam cum benignitate, & non contra rationem promulgata, ideo-
27 que æqua; porro Judex æquitatem semper ante oculos habere debet, ut admonet *Jurisconsultus in l. ephesi, §. interdum ff. de eo quod certo loco*.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXIX.

Cap. Regni Ad hoc de furtis imponens pœnam ultimi supplicii in furto ultra unciam, an uncia intelligatur de effectivo valore, vel de legali.

SUMMARIUM.

1 *Opinio populi an comprobet æquitatem judicati.*
2 *Quomodo probetur delictum in genere furti.*
3 *Quanti sit æstimandus valor unciæ.*

1 Dominus Auctor noster in ista resolutione, & in 27. & etiam in 28. resolutione hujus tertii libri diligentissime testatur decisiones in ea contentas fuisse a populo bene habitas, quod assumit quasi in comprobationem judicati, sicuti e contrario in resol. 25. dissensum populi habet fere pro improbatione judicati, optime namque noverat sapientissimus, quantum opinio populi valeat in dignoscenda æquitate; quodam enim lumine, quod sensus communis nuncupatur, populus veluti distinguit, & separat ab eo, quod provenit ex præceptis rigidis artium (ut est præcipue hæc nostra *ars boni, & æqui*) id quod veluti humanitate ipsa in nobis est, & lumine ipso dignoscitur. Verum non adeo semper opinionibus vulgaribus est deferendum, facile enim falsa decepti circumstantia falluntur, & fallunt, quamquam concordia Populi est attendenda semper, & studio omni fovenda, præcipue a magistratibus iis, qui publico regimini præsunt: unde noster Alciatus *emblemate 38. Hinc volucres has sceptra gerunt, quod scilicet omnes consensu Populi stantque, caduntque Duces*.

2 Nota hic delictum in genere furti quomodo habeatur, præsertim si res subreptæ sint gemmæ, nummi, & similia, quæ non habentur domi in propatulo, sed, absconditæ in arca, vel alibi, prout dicit n. 3. & citatur hic D. Auctor a *de Angelis de delictis part. 1. cap. 59.* ubi multa docet circa probationem hujus delicti, adverte autem, quod probatio famæ, & vitæ bonæ ejus, qui furtum passus est, dixit Dominus Auctor suppleri per confessionem Rei, quam doctrinam testatur in Regno acceptam esse.

3 Mente tenenda est decisio hujus resolutionis, in qua disputatum de valore unciæ an deberet intelligi pro ducatis sex, prout tempore *Capit. Regni Ad hoc de furt.* an prout hodie, quo uncia auri penditur pro duc. 18. & pro furto ducator. octo, non fuit fur damnatus ad mortem, & vide Dominum Auctorem.

RESOLUTIONIS TRIGESIMÆ

ARGUMENTUM

Expendens monetam falsam qua plectendus sit pœna, interpretatur Regia *Pragmatica* 44. *De monetis*.

SUMMARIUM.

1 *Pœna ultimi supplicii contra Expensores falsarum monetarum est imposita per pragm.* 44. de monet. *& per eam reperitur correcta pragm.* 2. de monet. *ac teno-*

renovata dispositio constitution. Regni Adulterinam, *ac capitulo*, ut quæ ibi escelicoria.

2 *Capientes aliquando sunt idonei testes.*
3 *Expensionis crimen in scientia falsæ monetæ consistit* & 11.
4 *Ementem res parvi pretii, & solventem pecuniam magni valoris contra dant signum scientiæ falsæ monetæ.*
5 *Inventio penes aliquem moneta, quæ tota est falsa, indicat scientiam.*
6 *Inventio monetæ in abscondito maximum est indicium scientiæ.*
7 *Scientia, sicut dolus conjecturis probatur.*
8 *Decis. Dom. Præsid.* 401. & 431. *affertur, & ponderatur* & 23.
9 *M. C. & R. A. ex indiciis indubitatis vigore pragm.* ix. de offic. judic. *deveniunt ad pænam ultimi supplicii, quia pragm. loquitur potestative, & non necessitative, & præcedit relationem R. Coll. Cons.*
10 *Formula, qua per R. Coll. Consilium, decretum M. C. sive R. A. confirmatur.*
11 *Scientia duplex est, præsumpta, & vera.*
13 *Scientia vera, quomodo probari potest.*
14 *Scientia præsumpta pro imponenda mortis pæna sufficiens non est, sed vera requiritur.*
15 *Pragm.* 44. *tit.* de monet. *circa probationem scientiæ per Auctorem ponderatur.*
16 *Pœna ultimi supplicii imposita contra scienter expendentem falsam monetam, ut procedat necesse est, ut scienter a principali fabro monetam falsam recipiat, & ponderantur verba constitut. Regni* Adulterinam, *nec non verba ejusdem pragmat.*, eodem num.
17 *Confessus expendisse scienter monetam falsam, quam primo inadvertenter receperat, non a falsatore, mortis pæna non est plectendus.*
18 *Expendens monetas falsas, ut torqueatur, requiritur inventio monetarum falsarum in numero contenta in Reg. pragm. Item expensoris mala fama, & incertitudo personæ, a qua monetæ falsæ pervenerint, aliaque adminicula Judicis arbitrio, ut in pragm.*
19 *Testes inhabiles, si plures patiantur defectus, non admittuntur, ut plenam faciant probationem, quoad ultimum supplicium, quæ doctrina communiter est recepta.*
20 *Delictum in genere, & si in omnibus criminibus desideratur in crimine falsæ monetæ concludenter opera pretium est haberi, ut evitetur inconveniens, nempe impostura, quæ facilius fieri potest, & expenditur Reg. pragmat.* ix. de monet.
21 *Delictum in genere adeo est necessarium, ut si Reus proprio ore confiteatur crimen, ex sua confessione condemnari nequit.*
22 *Decisio Dom. Præsidentis* 401. *uti rigida communiter est reprobata.*
23 *Pragmat.* 44. de monet. *respectu expensoris probationem non facit privilegiatam.*
24 *Pæna ultimi supplicii pro expensione, ut practicari possit, expensio esse debet quantitatis considerabilis, & non modicæ, & de ratione* & 26.
25 *Quantitas parva in expensione, quæ sit* & 27.
28 *Expendens falsam monetam, si est bonæ famæ, & qualitatis excusatur, si certum Authorem non ostendit, a quo monetas accepit, si ejus dictum verisimile est, ut quia mercator deponendo, quod in nundinis monetas recepit maxime si probatum est in nundinis mercatorum fuisse* & 29.
30 *Pæna ultimi supplicii contra expensores falsarum monetarum non procedit, nisi cum effectu expensa sit secuta.*
31 *Pragm.* 44. de monet. *in imponenda mortis pæna contra expensores non loquitur in expensione nummi aurei.*
32 *Statutum stricte intelligi debet, & extendi nequit ad casum omissum etiam in eadem vel majori ratione* & 33.
33 *Statutum contra tondentem monetam auream non extenditur contra tondentem monetam argenteam.*
34 *Statuta pænalia non quia aspiciunt favorem Reipublicæ ad casus omissos extendi debent, ratio affertur per Authorem ibidem.*

PEcunia, quæ auro, argento, aliisque metallis conflatur, primo quidem nullo humano usui intrinsece videtur apta, hinc fabulatus est Ovidius Midam Regem, qui improvidus a Bacco Dei petierat ad donum, ut quæcumque tetigisset aurea fierent, statim voti compotem pœnituisse cum edulia, vestesque cæteraque, quæ contrectaret, aurea evaderent, & rigerent, nec amplius usum vestimentorum, & cibi præstare posse viderentur, unde sibi fame pereundum inter divitias accideret. Enim vero ea ipsa pecunia, quæ tam inutilis ex se videtur omni per opinionem, & commercium homini sufficit vestes, edulia, servos, cæteraque, quæ humana requirit angustia, hinc pecunia aliis veluti Deus habita est, & saltem ab aliis secundus vitæ sanguis pecunia dicta fuit; & ejus condendæ authoritatem, veluti Sacrosanctam principes soli usurpavere, quasi eorum sublimitatis, & fastigii insigne, porro ne alius usurpata majestate caderet, adulterinam, quæ faceret ad conturbandam hominum pacem, & commercium omni jure sancitum legimus, quin etiam assiduæ pœnæ, eæque atrociores in eos, qui Sacrosanctam hanc fabricandæ pecuniæ potestatem invaserint, vel adulterinam per Rempublicam immiserint indictæ sunt, & exactæ. Cæterum quia in re tam delicata multa specialia circa hoc crimen, sive probandum, sive plectendum animadverti solent: multa ex his in M. C. disputata in subsequenti casu notavimus.

Die ultimo Decemb. 1693. in hac Civitate Francus de Amato emit ab Honuphrio Portanova Aromatario degente in platea, vulgo *de Maddaloni* tria sacchari sextertia, pretio carlenorum decem, pro quo solvit aureum duplex, & petiit complementum, at quia Honuphrius tantam non habebat summam, nummum & saccharum consignavit Francisco Majorino famulo, ut in platea illud permutaret, & retento pretio carlenorum decem consignaret; pro causa prædicta Francus, & famulus ab officina abierunt, & prædictus Majorinus requisivit pro permutatione prædicta Nicolaum Salernitanum pomorum citronorum venditorem, ad quem Francus non accessit, Salernitanus enim observato nummo existimans illum falsum noluit permutare: qua de re Franciscus Majorinus famulus, Franco nummum restituit & Honuphrio Saccharum, cui factum retulit; Die vero octavo Januarii 1694. idem Francus ivit ad Aromatarium Cosmum Cerasoli situm in platea Sancti Georgii Januensium, & a Donato Cæsario famulo emit etiam tria sacchari sextertia, aliasque res aromatarias pretio carlenorum tredecim, pro quo aurum duplex solvit, & petiit quoque complementum sicuti a dicto famulo ponderato nummo, illoque reperto justi ponderis, ei complementum in pecunia argentea reddidit, & quia in enunciata officina causa aderat Honuphrius Portanova, ille famulum animadvertit de qualitate aurei duplicis certiorando eum de antecedenti facto; & cum observaverint nummum existimaverunt falsum; Die vero decimo quarto ejusdem mensis Januarii idem Francus suo malo fato impellente rediit ad Aromatarium enunciati Honuphrii, a quo emit mediam unciam piperis, pro quo solvit pecuniam argenteam assium viginti sex, & petiit complementum, quod jam recepit, sed quia illam existimavit falsam, & Francum falsarum monetarum expensorem stratagemmate utendo curiosis locutionibus in officina sustinuit, & interim secreto per Franciscum Majorinum familiam armatam vocavit, quæ non tarde venit, & illum carceravit; illico facta diligentia, in ejus persona fuerunt inventa in crumena suorum femoralium videlicet, aureum duplex hispanum, tarenus unus, & alios nummus assium viginti sex, de qua inventione deposuerunt duo testes de visu extra guardiam, supradicta facta constabant depositione Honuphrii Portanovæ, Francisci Cerasoli Aromatariorum, Francisci Famuli, ac depositione Nicolai Salernitani requisiti de antedicta permutatione; captus, ut dictum est, a familia Francus vespere prædicti diei decimi quarti fuit ductus coram Domino Regente in ejus domum, ubi aderant & Fisci Patronus, aliique Judices Magnæ Curiæ, & in eorum præsentia facta meliori diligentia in personam præfati Franchi in uno calceamentorum fuerunt reperti

perti alii quatuor nummi, nempe tarenus unus, & tres asium viginti sex; ideirco interrogatus quare in abscondito enunciatos tenebat nummos? respondit ne furtum pareret, sicuti duo testes integræ fidei de visu deposuerunt; Et habita notitia, quod Bernardus Muti a die capturæ prædicti de Amato propriam domum reliquerat, & latitabat, a M. C. fuerunt carcerati Johannes Cornelius utriusque consocius, & Gratia Gubitosa, quæ sæpius enunciato Bernardo inserviebat, & ambo uti testes deposuerunt, nempe Cornelius quod causa solvendi pecuniam ab eo eodem Bernardo mutuo acceptam, die 13. ejusdem mensis 1693. ivit domum Bernardi, & licet janua domus clausa appareret, in effectu tamen non erat; nam apposita, in eam manu statim introivit in cubiculum, ubi reperiit illum in sede lignea sedentem, ac Francum in altera, & de visu quod ante eos tenebant Tabellam in qua aderant monetæ falsæ argenteæ, & aliquæ earum apparebant signo crucis signatæ, aliquæ aliæ insignibus nostris Regiis. Item Urceolus, quo argentum funditur, æneus Typus, creata circumducens, nonnulla ferrea instrumenta, ac parva bilanx, qua aurea moneta ponderatur, duo aurei duplices hispani, nec non quod Bernardus una manu tenebat limam ferream, ac altera manu monetam; Item quod prope tabellam aderat æneus vas igne plenus, quod sui ingressu contristati fuerunt, qua de re post brevem locutionem ipse abiit, existimando eos Regiarum monetarum falsatores, deposuit de familiaritate Franchi cum Bernardo ac de latitatione Bernardi a die capturæ prædicti Franchi: Gratia Gubitosa hæc uti familiaris deponit amicitiam inter Bernardum, & Francum, & cum accederet mense Decembris duabus vicibus domum Bernardi, januam reperiit clausam, & pulsando, Bernardus contra solitum non aperuit, ita quod cum patientia multum expectavit, quæ ingressa invenit dictum Francum, & quod mense Januarii similiter cum accederet domum pulsando januam, statim introivit, quia non erat illa ferro clausa, ibique invenit Francum sedentem in sedis, & Bernardum in altera, & ante eos aderat Tabella; de visu quod Bernardus tenebat limam in una manu, & ea limabat monetam argenteam, quam habebat in altera, & in prædicta Tabella aderant nonnullæ argenteæ monetæ signo crucis impressæ, modoque duplices aurei sunt signati, ac nonnulla alia instrumenta ferrea, & quod in aliis duabus vicibus in dicto mense, licet reperisset januam clausam, tamen pulsando eam Bernardus non tarde aperuit, quod semper ibi invenit Francum, ac de visu, quod in dicta Tabella aderant dictæ monetæ, necnon aderat cuneus aurei duplicis hispani, quod prædictus Francus posuit in sua Crumena, cujus carceratione secuta Bernardus confisus fuit ei, qualiter intendebat se refugiare in Ecclesia Sancti Angeli, prout per multum temporis spatium ibi stetit, & quod tunc rediit domum, quando a Scriba causæ certioratus fuit qualiter contra eum in processu nil constabat; Quod idem Bernardus tempore, quo domum abiit parvam incudinem ei consignavit, ut absconderet, quam postea ipsa dedit Josepho Tavaritti, & ille vendidit Antonio Caffarano pretio carolenorum duorum, qui est contestis cum Josepho Tavaritti in hoc facto, nec non fuerunt recepti quam plures alii testes, quorum duo deposuerunt de tractatu cum Scriba causæ gratia sciendi, an Bernardus Muti in processu erat inquisitus, ac ex ore dicti Bernardi, quod pro hoc Scribæ causa summam ducatorum decem dederat, alii vero uti vicini deposuerunt de absentatione dicti Bernardi, de commercio, quod inter utrunque erat, & de fama, quod prædicti falsatores Regiarum monetarum erant, post tamen eorum carcerationem orta, & prædicti omnes testes fuerant in faciem utriusque jurati.

Examinati super expensione, & fabricatione monetarum, & interrogatus nempe prædictus Francus primo super facto continente emptionem trium facchari sextertiorum in officina Honuphrii Portanova respondit, quod non fuit in conventione pro pretio dicti facchari, & negavit, quod dicto Honuphrio dederat aureum duplex Hispanum, & interrogatus super aliis factis agnovit illa, & super qualitate monetarum respondit, quod aureos duplices receperat in Nundinis Sancti Antonii Calabriæ, quos prout alios nummos inventos, in ejus persona existimaverat probos, & in calceamentis illos absconderat timore birrusciorum, ne perderet; alioquin si falsos existimavisset, bene potuisset illos ejicere tempore, quo a familia fuit detentus, & domi custoditus; quod amicitiam habebat cum dicto Bernardo uti concive, cætera negavit. Bernardus vero commercium cum eodem acceptavit, uti suo concive, quod per dies decem Neapoli fuit absens, venationis causa in Terra Santi Arcangeli, quod domi aliqua instrumenta ferrea tenebat ratione officii, quia arcularum argentearum sculptor erat, cæteraque negavit: lite contestata impertita quoque utrique termino ad se defendendum horarum viginti quatuor, in quo pro parte Franchi de Amato quamplures fuerunt producti testes integræ fidei, ex quorum depositionibus constabat eum esse hominem bonæ vitæ, & famæ, non egenum, & uti mercatorem nonnulla gessisse negotia cum omni fidelitate: & pro parte Bernardi Muti alii testes ad repulsam, testis Joannes Cornelii, nempe prædictum usque ad mensem Decembris, quo ab hac vita migravit Diana Bruno, per nonnullos annos habuisse cum prædicta practicam carnalem, & sic publicum Concubinarium, & hominem egenum, & non benevolum dicti Bernardi, ex causa quod etiam reum ille habuerat cum prædicta Diana, de quo facto deponebant de conquestu duo testes prædicti Cornelii, item ad repulsam Gratiæ Gubitosa, alii deponebant esse publicam meretricem, aliique mulierem non honestam.

Compilato processu, Fiscus institit pro morte contra Francum de Amato, eundemque torqueri tanquam Cadaver ad sciendum complices, fautores, aliaque patrata delicta, & reversavit instantiam contra Bernardum Muti visa carta causæ prædicti Franchi.

Magna Curia condemnavit eum ad ultimum supplicium, & ad tormentum tamquam Cadaver, juxta instantiam Regii Fisci, facta tamen prius relatione de causa Excellentissimo Domino in Supremo Collaterali Consilio.

Et primo, quoad pœnam, juxta *pragm. 44. tit. de monet. in cap.* incipiente, *Con la medesima pena di*
1 *morte naturale*, ubi dicta pœna reperitur imposita contra Immittentes monetam falsam in hoc Regno, recipientes, aut scienter expendentes, sicut erat antea per *Constit.* incip. *adulterinam*, *& per cap. Regni*, quod incipit, *ut quæ ab Excellentia*, quo capite enunciatæ *pragm.* fuit correctum *cap. 1. pragm. 1. tit. de monetis*, quo contra enunciatos expensores triremis pœna erat.

Secundo, quod probatione circa enunciatas expensiones reputavit eum convictum, non obstante, quod captura fuit procurata ab Honophrio Portanova, & ejus famulo, considerando, quod prædicti nullam præcedentem aliam causam dicto Franco habebant; & proinde receperat prædictos uti testes? & in hoc casu procedebat *text. in l. 1. §. tam quis, ff. de quæstionibus*, cujus verba sunt: *Cum quis latrones tradiderit quibusdam rescriptis continetur, non deberi*
2 *fidem haberi iis in eos, qui eos tradiderunt. Quibusdam vero, quæ sunt plenoria hoc cavetur, ut neque districtius hoc habeatur, ut in cæterorum persona fores, sed causa cognita æstimetur, habenda fides sit, nec ne.*

Tertio circa scientiam, quæ crimen in expensione constituit, nonnulla ponderavit; primo, quod enun-
3 ciatus Francus ab Aromatariis emerat res parvi pretii, & solverat pecuniam earum valorem valde excedentem petendo complementum in pecunia, id quod signum erat scientiæ, ut in permutatione probam lu-
4 cri faceret pecuniam, atque rem in tertii præjudicium; Secundo quod in prima expensione, qua duplex aureum permutare intendebat ad Nicolaum Salernitanum non accesserat, ne nummo falso detectoris quoque detegeretur, quod factum scientiæ indicium; Tertio quod hoc suo comprobabat mendacio prædictum negando factum*, quando de eo erat convictus.

Quarto, quia tota moneta penes ipsum reperta a
5 Peritis Regiæ Siclæ falsa æstimata fuit. Quinto, quod maximum erat indicium, scilicet monetarum inventio in calceamento absconditarum, nam quæ palam,

bonam

6 bonam continent fidem, quæ celando malitiam, &
quod scientia sicuti dolus conjecturis probatur, ex
tex. in l. dolum Cod. de dolo, ibi: *Dolum ex indiciis*
7 *perspicuis probari convenit*, quod huic probationi ac-
cedebat depositio enunciati Joannis Cornelii, & Gra-
tiæ Gubitosæ, testes de visu deponentes, prædictum
Francum cum Bernardo falsam monetam fabricasse,
quorum depositio indubitatam reddebat probationem,
quod similibus probationibus Sacrum Consilium Cæ-
sarem Staraeem, qui licet prius fuisset per M. C. tor-
tus supervenientibus duorum sociorum criminibus, in
gradu appellationis condemnavit ad mortem, teste
8 *Dom. Præsid. decis.* 401., & 451. ideoque in decreto
fuit dictum, quod fiat relatio Excellentiss. Domino
in Regio Collaterali Consilio, juxta *pragm.* 12. *de of-
ficio Judicum*, qua M. C., & Regiæ Audientiæ va-
lent devenire ad pœnam ultimi supplicii, & indiciis
indubitatis, potestative, & non necessitativa Judici-
bus hanc facultatem tribuendo, & servata forma alias
Reg. Pragmaticæ nempe 13. *eod. tit.* & facta relatione
9 in dicto Regio Collat. Cons. fuit decretum M. C. con-
firmatum, & obtento rescripto, quod M. C. justitiam
faceret, quæ est solita forma, quando decretum con-
10 firmatur, fuit morti traditus. In hanc sententiam
ego non deveni, neque in Collaterali Consilio duo
Spectabiles Regentes illam approbaverunt, sed sui vo-
11 ti, quod acriter torqueratur ex infrascriptis rationi-
bus: Prima, quia hoc expensionis crimen scientiam
improbæ monetæ constituit. Scientia vero duplex est
præsumpta, & vera; præsumpta est, quæ conjecturis
12 habetur, vera aut per convictionem, quæ probatio
difficilis non est, quoniam haberi potest per deposi-
tiones sociorum criminis, sicuti legitur in casu deci-
sionis a *Dom. Præsid.* 401., quæ depositio duorum so-
ciorum in hoc crimine falsæ monetæ convictionem
inducit, quia crimen exceptuatum non solum est per
DD. opinionem, verum etiam per *Tex. in l. 1. Cod.*
13. *de falsa moneta*, ac etiam haberi potest da facili de-
positione deducentium, præsumptio pro imponenda
mortis pœna in hoc crimine sufficiens non est, sed ve-
14 ra requiritur *Bossius tract. de capenis num.* 29., &
num. 31. *Grazias discept.* 26. *num.* 56 *Farinac. consil.
criminalium tom.* 2. *consil.* 125. *num.* 8. & *cons.* 123.
num. 52 & *cons.* 70. *num.* 1. ibi: *Quia, quando agitur
de præjudicio, præsertim in criminalibus non præsumpti-
ve, sed plene probandum est*, *Rota de dolo*, & *contu-
macia dec.* 21. *in antiquis*, *Pareas decis.* 77. *num.* 7.
lib. 1. *Mobedan. decis.* 4. *alias dec.* 460. sicuti per M. C.
repetitur decisum, referente *Dom. Reg. Moles seniore*,
tunc M. C. Judice, & decisionem confirmatam per Su-
premum Collaterale Consilium, teste *Thoro in decis.
compend. in verb. expendens*, nec per *novellam Regiam
pragmaticam* promulgatam de anno 1689. *tit. de mo-
netis* in expensione probatio hæc reperitur privilegia-
ta, ut præsumpta sit sufficiens, nisi in duobus casibus,
nempe in extractione monetæ ab hoc Regno, & quoad
imponendam pœnam triremium vita durante. cæte-
rum quoad imponendam pœnam ordinariam, animad-
15 vertit *pragmat.* ut dicta scientia plena probari de-
beat, ut in capitulo incipiente: *Et essendosi da noi con-
siderato*, in tertia pagina, & secundo in receptione,
& intromissione monetarum falsarum, quæ fabricantur
extra Regnum, & in hoc Regno immittuntur; quo
casu pœna mortis imposita reperitur, sed prius non
practicanda, nisi facta relatione in Regio Collater.
Consilio in hoc enim casu fuit privilegiata hæc pro-
batio, quia non facilis; quam difficultatem conside-
rat *dicta pragm. ut in cap.* incipiente: *Et avendo ri-
guardo*, unde *pragm.* ubi voluit, dixit, & clare dispo-
nit: cæterum ad casum non expressum extendenda
non est, eoque magis, quia correctoria est *pragmati-
ca edita in anno* 1609. *cap.* 1. qua fuit contra expensores
scienter falsæ monetæ solum imposita pœna pecunia-
ria, & in defectum triremis.

Secunda, nam ut supradicta ultimi supplicii pœna
procedat, necesse est, ut expendens scienter a prin-
16 cipali Fabro monetam falsam recipiat, tum vigore
constitutionis Regni, quæ incipit *Adulterinam*, & *ca-
pitali*, et *qua ab Excellentia*, tum etiam *enunciatæ
Pragmaticæ* promulgatæ in anno 1689. *cap.* incipien-
te: *che la medesima pena*: Constitutio ad literam cla-
re hoc demonstrat: verba sunt: *Adulterinam mone-
tam cudentibus, vel scienter accipientibus pœnam ca-
pitis irrogamus, & eorum substantiam publicamus,
consentientes etiam hac pœna ferimus*, hic ponderan-
do verbum *accipientibus*, non potest referri, nisi ad
principalem Fabrum, ac ponderando verbum *consen-
tientes*, refertur etiam ad eos, qui ab initio in tractatu
intervenerunt, quæ constitutio fuit confirmata a præ-
dicto *Regni Capitulo* incipiente, *ut qua ab Excellen-
tia*, & ad præsens ab enunciata *Pragm.* ut in relato
Capitulo, quo dicta dispositio confirmatur, & decla-
ratur, quod pœna procedat etiam contra expenso-
res, licet non præcessisset tractatus, aut deliberatio,
ibi: *Ancorche non fosse proceduto trattato, o delibe-
razione*, quæ quidem verba referuntur ad falsitatem,
& clarius ut infra, *bastando, che scientemente l'aves-
sero ricevute dopo fabricata, o diminuita*: recipere
enim ab altero demonstrat rem habere indubitatum
est, sicuti Romæ in consimili statuto testatur *Prosper
Farinacius qu.* 15. *num.* 117., & *seqq.*, ubi quod
ita contra expensores statutum practicatum est, id
quod in terminis nostræ *Constitutionis Adulterinam*
confirmatæ *per dictam Reg. prag.* est certissimum,
quod mortis pœna tunc locum habeat, quando a
principio expensor falsarum monetarum habebat tra-
ctatum cum fabro falsatore recipiendi dictas monetas
falsas, ac eas expendendi post nonnullos *Glossatores* te-
statur *Dom. Reg. Merlin. controv.* 26. *com.* 2., & cum
ratione, nam cum pœna commensuranda sit delicto,
opus erat a principio tractatus, & deliberatio, consi-
derando DD. dictum tractatum a principio, tanquam
continens auxilium cooperativum delicto, id quod
hodie attenta *Pragm.* non requiritur, sed bene necesse
est, ut a falsatore recipiat, etiam attenta *dicta Reg.
Pragm.*, sicuti ponderatum est, quæ *Pragm* pœnam
increvit, propter auxilium etiam post delictum, nem-
pe expendendi monetas falsas, receptas a fabro falsatore,
postquam eas construxerit usque ad mortem.

Hinc si Francus in hac Magna Curia confessus fuis-
set, qualiter in suppose, cum quantitate probæ mo-
netæ pervenerit etiam pecunia falsa, quam inadver-
tenter recepit, & postea cognovit, & scivit esse fal-
17 sam, & scienter uti falsam expendere procuravisset,
& ita confessus esset, porro mortis pœna reus non fuis-
set, sed alia pœna, nempe illa imposita a *Reg. Prag. de
anno* 1609. *promulgata* 2. *de monetis*, cum in hoc casu
non consideretur auxilium cooperativum a principio,
sed post delictum, & quatenus illa expensione monetæ
proximum damnum infertur.

Tertia narratis attentis, ponderationes desuper fa-
ctæ, scilicet reticentia de non accedendo cum famulo
Honuphrii Portanova ad Nicolaum Salernitanum,
dum is mandabat permutare aureum duplex, ereom
mendacium, quod nummi in personam Franchi reper-
ti omnes fuerunt a Peritis falsi æstimati, ac inventio
aliarum monetarum, quæ in calceamento fuerunt ab-
sconditæ, ac denique quod Francus certum non de-
derat Auctorem, a quo nummos receperat; vim non
inferunt pro pœna ordinaria imponenda, sed quando
mala fama concurreret, tantum ad torturam sufficie-
bant, etiam attenta dicta nova *Prag. ut in c.* 2. ibi:
*Ordinando di più, che quando si trovasse in potere d'
alcune persone moneta falsa, tagliata, o scarsa, e que-
sta fosse in più de cinque pezzi, essendo la persona in
potere di chi si ritrova, sospetta, e di mala condizio-
ne, a fama di qualsisia genere di delitto, sia bastante
indizio ad inquirendum, o quando non dimostrasse,
donde gli sia pervenuta, e non dasse il certo Autore,
concorrendoci altri ammenicoli uniti coll' invenzione
18 della moneta scarsa, o falsa con la mala condizione,
e fama, ut supra, sia bastante indizio di tortura, co-
me sospetto dispenditore di moneta tagliata, o falsa*;
Et hic consideravi, quod pro tortura inferenda ultra
inventionem monetarum in numero, malam famam,
& incertitudinem Auctoris, a quo perveniret pecu-
nia, Pragmatica requirit adminicula, quæ in præsenti
consideravi, & mendacium, ac malitiam in abscon-
dendo monetas in calceamento.

Quarta, quod Francus receperat a Bernardo Mu-
ti instructore monetarum falsarum monetas, quas
expendit, aut quod ipsemet prius condidisset, &
deci-

deinde expendis, probatio consistit in depositione Joannis Cornelii, & Gratiæ Gubitosæ, de qua quidem probatione, ut prædicta pœna infligatur, ratio habenda non est, etenim non sunt contestes, sed singulares sunt testes, & unus est mulier malæ famæ, alter quoque concubinarius, & non integræ fidei, quia malevolus, ut in repulsa; inverisimilia deponentes, cum deponant de visu, de constructione aureorum duplicium in domo, janua ferro non clausa, & non est verisimile, quod Bernardus Muti, & Francus hoc grave facinus committerent sine necessaria præcautione in domo, quæ multa habet appartamenta, in quibus nonnulli habitent Cives, & consideravi, quod testes inhabiles in crimine excepto non admittuntur
19 ad hanc pœnam infligendam, quando plures patiuntur defectus. Item quod prædicti uti consocii relevare tenebantur, & cum hoc non fecerint, quia carcerati, prædicta deposuerunt, non erant absoluti a pœna imposita contra non relevantes, quæ pœna etiam reperitur confirmata per *novellam Pragm.*, licet respectu depositionis habeatur pro integro teste, ut in *cap.* incipiente, *Ora noi considerando*, ibi: *E restando in piede la pena, che si dà a chi non revela, come si dispone per detto* §. 18. *determinamo, che questo si abbia per testimonio degno di fede*. Hinc cum prædicti a fisco fuissent excarcerati, uti simplices testes considerabantur, quod prædictam depositionem fecissent cum aliqua promissione impunitatis, cum ex eorum contestura, quando crimen fuisset verum, complices quoque erant: quo casu cum tortura deponere habebant. Rursus quod est magni ponderis, deponunt de constructione monetarum, de qua corpus delicti deficit, quod est in quolibet crimine inquisitionis fundamentum, & in hoc, in quo facilius impostura locum habere potest, ut evitetur in captura delicti in genere tam *Reg. Prag.* 12. *de monetis*, §. *tertio*, *quam dicta novella Pragm. cap. con avverten-*
20 *za*, requirunt in hac Civitate præsentiam Judicis M. C., sive ejusdem Fisci Patroni, vel Procuratoris fiscalis, & in Provinciis disponunt, ut interveniant Regii Auditores, vel locorum Gubernatores; quando in domo prædicta nec aurum, nec argentum, nec pecunia, nec urceolus, nec cuneus, neque lima, sive alia enunciata instrumenta reperta fuere; unde ponderavi, quod si hac probatione prædictorum testium M. C. condemnare nequiverat Bernardum, quomodo morti tradere potest Franchum? quod si prædicta justitia in hoc tempore novæ monetæ continebat exemplum, in futurum continebat quoque absurdum, nempe quod deveniebatur ad condemnationem, deficiente delicti corpore, contra communem DD. senten-
21 tiam, non solum si testes integræ fidei de visu deponerent, sed etiam si Reus proprio ore crimen fateretur condemnari minime posset, *Cephal. cons.* 130. *num.* 15. *vol.* 1. *Brunus a Sole in unico consil. crim. num.* 176., *& seqq.* ubi advertit, judicem cautum esse debere, ne corpus, & suam damnet animam *Marsil. in l.* 1. *num.* 3., *& in l. final. ff. de quæstion. Clarus in* §. *finali qu.* 45. *vers. post etiam*, *Menoch. de arbitrar. casu* 160. *Honded. cons.* 92. *num.* 11. *vol.* 2. *Farinac. quæst.* 2. *num.* 21. *Guazz. ad defens. defensa* 4. *cap.* 9. *Contiol. resol. crim. par.* ... *num.* 3. *Rover. de Luca ad Dom. Præsid. decis.* 405. *num.* 5. *ac*
22 *aliis*. Decisio vero S. C. enunciata contra Cæsarem Starace uti valde rigida communiter est reprobata, quoniam per torturam probationes erant jam debilitatæ, & non poterat ad mortem condemnari ob supervenientiam depositionum sociorum criminis, sed is iterum erat torquendus, vel ad pœnam extraordinariam condemnandus secundum veram theoriam Criminalistarum, præter quam quod probationes in illa decisione erant longe majores. Primo, quia inventio monetarum in persona Cæsaris Starace fuit in maxima quantitate. Secundo, quia expensio probata erat concludenter per tres testes non suspectos. Tertio mendacium de dicta inventione, & expensione, quando convictus erat. Quarto erat homo malæ vitæ, famæ, & qualitatis, alias condemnatus ad exfractandum pro furto extra Regnum perpetuo. Quinto, quia depositiones sociorum criminis fuerunt in tortura ratificatæ. Sexto, quia fuit captus in con-

inventione dicti exfractus, ideoque sui voti, quod acriter torqueretur, & quia præter hæc a magnif. U. J. D. Dominico Castelli Advocato in Criminalibus primæ Classis in defensa alia allegata fuerunt, quæ lepide his quoque anotare volui.

Quod quatenus vera esset prima expensio non fuit perfecta, quia Franchus non recepit neque saccharum, neque aurei duplicis complementum, unde non fuit in lucro, neque dictus Honuphrius fuit in damno, quod secundæ expensionis etiam aurei duplicis fiscus non habebat probationem concludentem, quia Donatus Cæsareus, quando aureus duplex fuisset falsus, non erat testis, sed principalis cum propter complementum redditum Franco fuerit in damno, tota summa aurei duplicis, & consequenter unus pro Fisco remanebat testis, scilicet Honuphrius Portanova, qui non erat integræ fidei, sed suspectus, quan-
23 do Regia Pragmatica crimen expensionis in probationibus non facit privilegiatum: præterquam quod dicebatur, quod ille aureus duplex a Franco solutus erat justi ponderis probæ materiæ, & non falsus, & ille exhibitus a Donato Cæsareo Cosimi Cerasuolo, erat deminutus granorum decem, & septem, unde non erat idem, neque magis, quod si fides testibus Regii Fisci erat adhibenda, quod expresse negabatur, aurei duplicis constructi in domo a Bernardo Muti fuerunt in argento, auro decolorati, & aureus exhibitus, & a Peritis Regiæ Siclæ recognitus, ita non erat: circa tertiam expensionem nummi assium viginti sex primo dicebatur, quod Fiscus concludenti probatione carebat, cum Honuphrius Portanova fuerit non solum denunciator, sed opera ejus Franchus fuit captus, sicuti dicebatur de Francisco Majorino famulo, alio teste, & quod quatenus dicta legitima probatio adesset, nullo modo prædicta pœna Franco irrogari po-
24 terat attenta modicitate monetæ ratione parvi præjudicii, seu damni, quod tertio infertur, sed juxta veram doctrinam DD. expensionem in numero opportet ut expensio contineat quantitatem considerabilem, & consuluit *Marsil. cons.* 71. *vol.* 1. *num.* 1. *&* 2. *Pratus cons.* 161. *lib.* 3. *Decianus in tract. criminali lib.* 7. *cap.* 25. *num.* 13., *& in cap.* 26. *Farinac. qu.* 115. *de crimine læsæ Majest. inspect.* 3., *& cons. crim. tom.* 2. *cons.* 175. *n.* 13., & quod magna quantitas non dicitur, nisi ascendat ad summam ducatorum decem, consuluit idem *Marsil. cons.* 47. *num.* 5. *vers. quoniam dicta summa*, & quod propria summa tonsæ monetæ, & falsæ ascendens ad aureos quinque,
25 vel sex dicatur modica, consulit *Alex. cons.* 141. *lib.* 7. *Bertazzol. cons.* 152. *num* 11., & ex nostratibus tenet *Novar. part.* 5. *quæst. forensium quæst.* 37., ubi late, quod erat excusandus expensor monetarum falsarum a pœna, *cit. constit. Adulterinam*, *& in cap. qua ab Excellent. inflicta*, & summam ducatorum quinque, aut sex parvam existimat, *Scarlat. in* 1.
26 *tom. consiliorum criminalium cons.* 155. *num.* 51., & expensorem falsæ monetæ parvæ quantitatis esse excusandum a pœna, a dicta Constitutione, & Capitulo refert decisum idem *Novar. in M. C. V.* referente tunc *Consiliario D. Flaminio de Costanzo* viro doctissimo, & ob merita postmodum Recolendæ memoriæ, cum dubitatum fuerit contra expensores carolenorum quinque falsorum die 16. Martii 1623. censuit M. C. esse pœna extraordinaria puniendum, & non procedere pœnam in dicta Constitutione declaratam, & hac ratione parvæ quantitatis expensorem quadrantium falsorum, late probat *Alex. cons.* 121. *num.* 4. *vol.* 7. & similiter constructorem monetarum parvi valoris, idem *Alex. cons.* 103. *lib.* 1. *Capolla cons. crim.* 77. *Peguer. decis.* 86. *Bossius in tit. de falsa moneta num.* 4., & pro tonsore parvæ quantitatis consulit *Marsil. cons.* 72. ubi parvam quantitatem
27 existimat, quæ non excedit summam ducatorum trium, ubi quoque in magna Civitate ubi Bononiæ parva summa dicitur ducatorum decem, & quod respectu parvæ quantitatis sit excusandus expensor tonsor, & falsator monetarum, tenet *Dom. Ricc. collect. decisionum dec.* 2858.

Insuper attenta bona fama dicti Franchi, & qualitate, seu conditione, quia negotiator, non tenebatur
28 certum Auctorem ostendere, nam Regia Prag-

matica est interpretanda a Jure communi, & per communem Doctorum opinionem, in mercatore concurrente ejus qualitate non tenetur ostendere certum Auctorem, deponendo tamen, quod verisimiliter, & sæpius contingere solet, ut puta, si mercator deponat recepisse nummos in nundinis, & in genere ab alio, & DD. cumulat *Hondedeus conf.* 92. *lib.* 2. ubi refert, *Expensores falsarum monetarum, qui deposuerunt eas recepisse in Nundinis Rimini attenta eorum bona fama, quia dictum verisimillimum erat, fuerunt a pæna liberati*, ut in *num.* 20. *&* 21. ubi pro causa excusationis deducitur, dum ipsi examinati deposuerunt nummos illos recepisse Nundinis Rimini, quoniam expendens falsam monetam, si docet habuisse ab alio, excusatur ab omni pœna, *Cyn.*, *&* *Jacob. de arena in l. majorem Cod. de falsis*, *Abb. in cap. quanto de Jure jurando*. *Berb. d. conf.* 51. *col.* 3. *vers. penterea facit*, *Bursat.* alios adducens *conf.* 166. *num.* 9. *lib.* 2. *Franch. decis. Neap. par.* 2. *decis.* 401. *num.* 4. *Tyber. Decian. in dicto cap.* 26. *nu.* 12. *& seqq.* Et quod hæc conclusio locum obtinet, quamvis expendens non probet illam recepisse a certa persona, & aliquem particulariter non nominaverit, cum satis sit in genere probare ab alio recepisse, quando persona est honestæ famæ, probat *Angel. in d. l. majorem*, *Bertaz. in repert. par.* 9. *in verbo moneta versic.* 35. *Barbat. & Decian. in dictis locis; satis ad probatum creditur ex assertione dictorum inquisitorum, præsertim quod probatum etiam fuit eos esse bona famæ, & conditionis, ut mercatores legales consuevisse accedere ad nundinas etiam Rimini cum
29 mercibus, ibique quandamtam quantitatem recipere, ac etiam mercatores quadrantes recipere absque illorum numeratione, ex quibus valde verisimilis redditur ipsorum assertio, quod quodcunque ab aliis in Nundinis Rimini receperint, & propterea illis cum juramento, ita testificantibus, in hoc fides adhibenda est ex prædictis* & firmat etiam *Bursat. conf.* 196. *num.* 16. *lib.* 2. *& num.* 32. ubi valde verisimilis redditur ipsorum assertio, quod nummos illos pluribus vicibus, replicatis temporibus, uti mercatores cum aliis nummis receperint, & ultra citatos affirmat *Carrer. resol. criminal. resol.* 4. *num.* 5., *& Lucas ad Dom. Præsid. decis.* 401. *num.* 3., cum ergo Francus deposuerit, nummos duplices aureos in nundinis Divi Antonii Calabriæ recepisse, attenta ejus conditione a prædicta pœna omnino excusandus erat.

Amplius quod dicta pœna ultimi supplicii tunc procedit, quando expensio cum effectu secuta est, sci-
30 licet quando expendens in contractu fuit in lucro, & recipiens falsum nummum in damno; primo nam *Pragm.* non loquitur effectu non secuto, & in dubio est regulanda a Jure Communi, sive consuetudine, quæ in tota Italia viget, quod effectu non secuto, effectus in actu deductus ordinaria pœna non punitur, hinc *Prag.* 1. *de ictu scoppictæ*, qua imposita erat dicta pœna, vulnere non secuto, non fuit practicata, & alia *Prag.* reperitur derogata, quod in præsenti in expensione nummi aſsium viginti sex Honuphrius Portanova in ullo fuit damno, nam complementum nummi Franco non reddidit, sed procuravit ejus carcerationem.

In expensione vero nummi aurei dicta pœna non reperiatur a *Prag.* imposita, sed tantum contra ex-
31 pensorem monetæ argenteæ, quod colligitur tum ex Proœmio pragmaticæ, ubi loquitur de moneta fabricata in Regia Sicla in dicto anno 1689. quæ est moneta argentea tunc ex *cap. incipiente*, *& essendo pervenute notizie*, ibi. *E che fabbricandosi questa nuova moneta*, idest moneta argentea, *fabbricata fuori di questo Regno ne risultasse di nuovo il maligno effetto delle calamità, ci è parso ordinare, come con la presente ordinamo, e comandamo degli infrascritti capi le seguenti determinazioni da osservarsi colle pene contenute:* In capitibus enim solum in capite incipiente, *& essendosi da noi considerato*, loquitur de moneta aurea non in expensione, sed in extractione extra Regnum; & cum sit pœnalis, & correctoria stricta in casu expresso intelligi, & practicari debet, & non extendenda ad casum non expressum *c. odia*, *& in c. pœnis de regul. jur.* etiam eadem, vel majori ra-
32 tione attenta, *Afflict. decis.* 21. *& decis. altera Cartarii decis.* 119. & in puncto in statuto loquente contra tondentem monetæ aureæ, proposita difficultate
33 an ex identitate rationis illud extendatur contra tondentem monetam argenteam, negativa consuluit *Marsil. conf.* 71. *vol.* 1. *num.* 24., *&* 25. ibi: *Item dico, quod illa lex non est attendenda ad tondentem monetas argenteas, quoniam dicta lex est pœnalis, & odiosa, ideo debet restringi, & stricte intelligi, & non ampliari ad alium casum*, C. *odia*, *de regul. juris*, *cum similibus*. Item quia in pœnalibus, & odiosis non fit regulariter extensio, sed stricta interpretatio facienda est, prout verba sonant, *l. si Pensis*, *& l. si de interpret. ff. de pœnis*, & ea eadem ratione attenta, *Tex. in l. quicunque*, *ff. ad l. Cornel. de falsis*, qui loquitur de moneta aurea, non comprehendit mo-
34 netam argenteam, DD. communiter affirmant uti *Azon. in summa Cod. de falsa moneta*, *vers. quicunque*, si non essent aureæ juncto versiculo prædicto, *Vivius comm. opinionibus opin.* 521. *num.* 2. *Decian. tract. crim. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 25. *num.* 11. *ac alii.* Rursus, quod ratio ob quam *Pragm.* comprehendere habeat, ex identitate, sive rationis majoritate supradictam casum est, quia tendit in favorem privatæ
35 personæ, sed in favorem Reipublicæ, cujus valde interest, ne delicta remaneant impunita (vim non facit) nam si dicta ratio esset attendenda, sequeretur, quod omnia statuta pœnalia essent favorabilia, uti publicam utilitatem concernentia, ideoque semper extendenda, quod dicendum non est, & contrarium est verius, ut probat *Dom. Episcop. Sarmiento selectar. interpretat. lib.* 1. *cap.* 12. *per totum Farinac. conf.* 27. & post alios *Dom. Reg. Rovit. super Pragm.* 1. *de assassinio num* 56. & ratio fundamentalis est, quia delicto aut est a lege imposita, & declarata, aut non reperitur determinata pœna, primo casu lex servatur, secundo casu pœna in Judicis arbitrio est, ideoque crimen nunquam impunitum remanet, Statutum vero, quia ut plurimum pœnam a lege impositam auget, rigorosum dicitur, merito extra casum extendendum non est.

Et demum quod scientia, quæ in falsæ monetæ expensione crimen constituit indiciis indubitatis, non erat probata, & consequenti decretum M. C. sustineri non poterat: etenim erat facile, & verisimile, quod Francus nummos falsos in Nundinis Divi Antonii, sive alibi cum alia pecuniaram quantitate recipere poterat, quia negotiator erat, & nummos in calceamento pedis inventos abscondisse causa ne illos birruarii furarentur, non verisimile, cum bene poterat in domum custodiæ elicere, tempore quo fuit ibi secrete a familia detentus, & non fecit & attenta ejus bona fama, non indubitatum, quod a Bernardo Muti scienter nummos accepisset falsos, ut expenderet, quod ille fuisset fabricator monetarum, in quo crimine torquari non poterat, deficiente delicti corpore, & testibus fidei integritate, imo in pluribus defectibus notatis, nec erat verisimile, quod si Bernardus Muti fabricator monetarum fuisset, sua conscientia consultus, dum tempore carcerationis Franchi aufugerat, domum non rediisset, nisi prius viso exitu causæ, nec verisimile, quod Francus, qui per paucos dies in hac Civitate moram facere habebat, quia alienigena, & causa negotii arrendamenti pulveris huc venit, ut clare ex provisionibus Regiæ Cameræ apparebat, cum periculo expendere paucos nummos valebat, quando in itinere, & alibi sine periculo poterat, & cessabat quoque alia contra eum suspicio, quia statim captus, fuit ordinata diligentia in partibus, & in ejus domo non falsa moneta, nec alia materia, neque instrumenta ad cudendum, sive incidendum monetam inventa fuere, quæ considerationes probationem indubitatam contra eum non solum non constituebant, sed valde dubiam, & sufficientem pro inferenda mortis naturalis pœna. Hæc J. C. Castellus, & quia hæc non incongrua, & lepide allegavit in Regio Coll. Consilio, is iis non obstantibus in causa cecidit, tamen eloquentiæ honorem acquisivit.

LEONARDI RICCII

O B S E R V A T I O

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXX.

Expendens monetam falsam, qua pœna plectendus sit.

S U M M A R I U M.

1 *De falsa moneta commissive.*

1 Cum multa tractasset Dominus Auctor in secundo libro de falsa moneta, iterum ex facto dedit illam Resolutionem Quintam, ubi fuse agitur de cognitione in genere hujus delicti de præsumptionibus, de Pragmat. Sanctionibus, & de multis aliis ad rem, & quia sapientissimi homines gloriam non invident sapientes, sincere, & bona fide multa rerum, quæ in hac resolutione disputantur tribuit Patrono Rei, tunc temporis primæ classis D. Dominico Castelli, quem honoris causa nomino, quique primo Auditor Exercitus creatus, deinde Regius Consiliarius S. Claræ, nunc omni laude, & civium plausu Præses Regiæ Cameræ, & supremi gradus eum anxie petunt, & optant; & si fors dedisset suam allegationem habere, utique integram hic darem. Cæterum resolutio illa est undique (ut semper) plena, quam integram notabis a te per partes.

RESOLUTIONIS TRIGESIMÆPRIMÆ

A R G U M E N T U M.

Pœna contra Receptatores Delinquentium quænam sit de Jure Communi, & de Jure Regni, & an pœna ducatorum sex mille, & Carceris per quinquennium imposita contra Nobiles Receptatores Exulum, & Triremis per quinquennium contra Ignobiles locum habeat contra Receptatores forjudicatorum per campaneam non incedentium.

S U M M A R I U M.

1 *Constitutio Regni* pœnam eorum *expenditur &* n. 7.

2 *Capitulum Regni* crescit culpa, *imponens pœnam capitis contra Receptatores expenditur, & declaratur, & n.* 8.

3 Text. in l. 1. ff. de recept., & Tex. in l. 1. Cod. de his qui latrones, *ac* tex. in l. 3. § si quis, ff. ad Senat. Consultum Syllan. *contra Receptatores adducuntur, & per Auctorem ponderantur & n.* 10.

4 *Pragm. titulo* de receptatoribus, *quæ incipit* Ferdinandus *expenditur, & n.* 25.

5 *Pragm.* 19. de exulibus, *ac Pragm.* 21. *eodem titulo afferuntur & n.* 9.

6 *Pragm.* 21. de exulibus *ponderatur, &* n. 14. *&* 16.

11 *Receptatores simplices, ac receptatores, & participes eadem pœna feriendi non sunt.*

12 *Homicidium committere, vel latrocinium, & homicidium, ac latronem receptare par non est.*

13 Tex. in l. 2. Cod. de his qui latrones, ac tex. in l. 3. ff. de abigeis *expenduntur.*

17 *Exules, qui per campaneam incedunt, eorum aliqui forjudicantur, & forjudicati sententia declarantur, aliqui vero non, & quare.*

18 *Pœna ducatorum sexmille, carceris, vel triremis contra receptatores forjudicatorum, delinquentium imposita vigore regiarum Pragm.* de exulibus *procedit tantum contra receptatores eorum forjudicatorum, delinquentium, qui incedunt per Campaneam, & non forjudicatorum, qui pro delicto forjudicati in aliquo loco latitant, & publicum non perturbant commercium pluribus rationibus per Auctorem ponderatis.*

19 *Statuta non sunt Judaice intelligenda, sed secundum sui ipsius rationem, & causam.*

20 *Dictio aut etiam aliquando in Jure pro conjunctiva accipitur.*

21 *Amici, & Consanguinei forjudicatorum non admittuntur ad proponendas forjudicationis nullitates, si sententia lecta, & lata est, nisi forjudicato comparente, vel carcerato num.* 23.

22 *Receptans nulliter forjudicatum, forjudicationis nullitatem ostendere Judici valet, ut receptationis pœnam evitet, & de ratione.*

24 *Judex sicut ex officio valet contra receptatores forjudicatorum procedere, ita ex officio tenetur de forjudicationis nullitate cognoscere.*

25 *Receptans forjudicatum amicum, vel consanguineum mitius est puniendus*

Dom. D. Felix de Lanzina. Ulloa Præses S.C. laudatur ibidem.

26 *Excellentissimus Prorex, Marchio de Carpio, Gloriosæ est memoriæ.*

D. Didacus de Soria, Marchio Crispani laudatur ibidem.

Consiliarius D. Joseph de Ledesma laudatur ibidem.

Verborum usus non solum per temporum intervalla mutatur, imo etiam eodem tempore varie per occasionem haberi solet, ut opus sit Sapientia interpretum, qui sensum, quo lex, aut Jurisconsultus eliquia in eo verbo proferendo habuit ex conjectutata mente, aut aliquo facto, sive antecedente sermone, sive ex subsequenti elucidet. Hinc indicte receptationibus forjudicatorum simpliciter a Sanctionibus Pragmaticis in nostro Regno immuni pœna, sæpius dubitatum est, qui vere dicantur Receptatores a lege pœnæ subjecti: qui Forjudicati, quos tam severe ab omnibus arceri, & derelinqui jura jubeant.

In anno 1688. Franciscus Antonius Carosalo Terræ Theanæ in Provincie Liciensi, cum assistentia Augustini Cerrato, aliorumque ejusdem Curiæ, vigore litterarum executorialium, pro quadam summa Illustri Marchioni debita, carceravit Carolum Castronovo in eodem Territorio, & dum ad carceres asportare intendebat, Joannes Baptista Castronovo filius cum auxilio messorum, qui in dicto loco aderet cum falcibus, procuravis e Gubernatoris manibus illum eximere. Hinc orta magna contentio, præfatus Franciscus Antonius, & Augustinus Joannem Baptistam occiderunt, de quo homicidio capta informatione per Regiam Audientiam Materæ, forjudicati fuerunt; & quia homicidium erat sequutum pro nunciato credito consequendo, D. Dominicus Imperiale Marchio Theanæ in proprio Castro receptavis eos ante, & post forjudicationem, victum, & potum eis subministrando, uti naturaliter se cognoscens iis obligatum.

Pro hac receptatione dictus Ill. Marchio convictus, cum carceratus fuerit, & gravamen proposuerit in S. C. contigit in Aula Ill. Ducis Casamassimæ, ubi ad præsens ego resideo de duobus disputare. Primo qualis pœna reperiebatur imposita contra Receptatorem simplicia forjudicati, ut ea contra Marchionem practicari potuisset.

Secundo, an ad evitandem pœnam possit quis Judici demonstrare forjudicationis nullitatem, & consequenter Illustris Marchio.

Et quoad primum prò Regio Fisco fuit consideratum, quod per Constitutionem, quæ incipit *pœnam*
1 *eorum* editam ab Imperatore Frederico *tit. de forbanditis, & forjudicatis*, eadem pœna forjudicati imposita reperiebatur contra Receptatores, ibi: *Simili pœna banditionis, aut Occultatores, qui tales occultasse dicantur proculdubio immanente, si Reos hujusmodi exhibere non curaverint requisiti*, quod

2 per Capitulum incipiens *crescit culpa tit. de recept.*
malefactorum pœna capitis cum amissione omnium
bonorum fuit imposita, ibi: *Persona cujuscumque*
status, & conditionis existens sub pœna capitis, &
bonorum omnium, qua in eadem Provincia tenet,
& possidet; & quod eadem pœna de Jure Communi
Receptatores delinquentium plectendi erant, ac ipsi de-
linquentes, clare habebatur ex tex. *in l. 1. ff. de Re-*
ceptatoribus, ubi Jurisconsultus inquit: *Pessimum*
genus est Receptatorum, sine quibus latere diu nemo
potest; & præcipitur, ut perinde puniantur, atque
latrones, & ex *tex. in l. 1. Cod. de his qui latrones*, vel
3 aliis criminibus Reos occultaverit, ubi legitur, *eos*
qui secum alieni criminis Reos occultando sum, eam-
ve faciarunt, par ipsos, & Reos pœna expectet. Tex.
in l. 3. §. si quis, ff. ad Senatus Consultum Syllan.
ibi: *si quis quem eorum servum servamus ex ea fa-*
milia, qui ejus facinoris noxius erit, receperit, vel
celaverit sciens dolo malo, in ea causa est, ac si
lege, qua de Sicariis lata est, facinoris noxius fue-
rit, per Regiam Prag. a Rege Ferdinando promulga-
tam, titulo, *de Receptatoribus delinquentium*, inci-
4 pientem *Ferdinandus Dei Gratia Rex*, quæ conside-
rans, quod in hoc Regno frequentia delictorum ade-
rat, quod facinorosi homines tutum receptaculum ha-
bebant, & quia non essent malefactores, & non essent
Receptatores, contra Barones receptatores ultra
iram, & Regis indignationem, pœna mille unciarum
imposita fuit, quæ Prag. a Domino Bernardo Villa-
mari Locumtenente, fuit ampliata contra privatas
personas, & fuit pro Regio Fisco consideratum, quod
non solum contra forjudicatorum Receptatores Prag-
matica loquebatur, sed contra delinquentium, & ma-
lefactorum Receptatores, ibi: *Audeant, aut præsu-*
mant prædictos facinorosos, gladiatores, homicidas,
latrones, aut cæteros malefactores in eorum Terris
receptare. Imo per Pragmat. editam ab Excellentis-
simo Duce Medinæ Prorege de anno 1643. 19. *de*
exulibus fuit dispositum, quod eadem pœna, qua for-
5 judicati eorum Receptatores puniri debeant, ut in
cap. incipiente, *& elasso detto termine*, quæ alia Prag.
ab eodem promulgata die 25. Julii in dicto anno
1643. quæ est 21. *de exulibus* fuit confirmata, *ut in*
cap. 1. & cap. 2., contra Barones fuit imposita pœ-
na ducatorum sexmille cum Jurisdictionis suspensio-
ne, quæ Pragmat. loquitur non solum contra Rece-
ptatores Banditorum, sed contra Receptatores forju-
dicatorum, aut delinquentium, ut *in d. cap. 1.* ibi:
detti banditi, forgiudicati, a delinquenti, & in
cap. 2. ibi: *che permetterà, che detti banditi, a for-*
giudicati, a scorritori di campagna, a delinquenti;
6 & per aliam Pragm. die 19. Maii 1644. promulgatam,
quæ est 22. eodem titulo contra Receptatores prædi-
ctos, si Ignobiles erunt, fuit imposita pœna triremis
per quinquennium, & ducatorum sexmille contra
Nobiles, in locum vero triremis, pœna carceris in
uno Castro Regni: declarando per S. E. & contra Ba-
rones eamdem pœnam, & jurisdictionis suspensionem per
quinquennium, quæ Pragm. quoque loquitur cum
dictione *aut*, ibi: *in cap. 1. recettar banditi, forgiu-*
dicati, a scorritori di Campagna, & in cap. 2. ibi:
E permettere, che detti banditi, a forgiudicati, scor-
ritori di campagna, a delinquenti; & quod beni-
gnius agendo hac carceris pœna, & ducatorum sex-
mille cum jurisdictionis suspensione Marchio Theanæ
puniri debebat.

Et converso pro Ill. Marchione ponderatum fuit:
7 Primum, quod constitutio *pœnam eorum* loquebatur
in particulari casu, nempe quando Receptatores, vel
Occultatores requisitos a Curia exhibere non curave-
rint, vel quando in eadem causa fuerint, nempe
8 quando consocii, & delictorum participes fuerint do-
lo malo commoditatem præstando criminosis, alia
patrandi crimina, quia in eo casu auxilium in delicto
præstare videntur, & in casu intelligi debebat Capi-
tulum *crescit culpa*, ut illius verba quoque indicant
ibi: *captis prædis, & spoliis sibi fautares reveniunt,*
& de iniquitatis mammona præceptoris acquirunt,
9 & ita intelligenda erat *Pragm. 19. confirmata per*
21. de exulibus circa pœnam ultimi supplicii contra
Receptores campaneæ Grassatorum, & in hoc casu
intelligendus est *tex. in l. 1. ff. de receptatoribus, &*
tex. in l. 1. Cod. de his qui latrones in verbo occul-
tando cum eamve sociarunt, ponderando dictum ver-
10 bum *sociarunt*, contra occultantem, & simul asso-
ciantem, & consequenter contra participem, ac *tex.*
in l. 1. §. si quis ad Syllan. ponderando verba, *sciens*
dolo malo ceperit, vel celaverit, idem prima criminis
consetus, hujusque sententiæ fuerunt etiam *Benedictus*
Carpzovius tit. de ludis veteri, & receptatoribus
facinorosis quæst. 134. par. 3. num. 40. Dom. Lauren-
tio, Matthæu de regimine Regni Valentiæ cap. 8. nu.
133. & Ant. de Mattheis tit. 20. de receptatoribus
11 *cap. 1.* Sane simplices Receptatores eadem pœna,
qua delinquentes feriendi minime sunt, cum par non
sit committere homicidium, vel latrocinium, & la-
12 tronem receptare, vel homicidam: par quidem non
est auxilium in delicto præstare, & post delictum,
Dom. Franciscus Romaguera doctus sane Jurisconsul-
tus Gerundensis e Villa de la Hispal. in add. ad sta-
tut. Eugulis Ant. Concioli lib. 4. tit. de eodem. non
recipiendis cub. 55. in add. num. 11. omnino viden-
dus. Hinc lex rationi non esset conformis; cum pœ-
na delicto sit commensuranda, & decidit *tex. in l. 2.*
§. Dom. item Cod. de his qui latrones, & tex. in
13 *l. 3. ff. de abigeis, §. receptatores*, juxta *Glos. in ver-*
bo extra, & si lex aliter disponeret, intelligenda est,
ut potius ad terrorem promulgata sit, & cum beni-
gnitatis temperamento exequenda est.

Rursus Pragmaticæ, quæ pœnam ducatorum sex-
mille, carceris, vel triremis cum suspensione Juris-
14 dictionis imponunt contra receptatores, respectu
Personarum, ut dictum est, procedunt contra eorum
Receptatores, qui per Campaneam incedunt, & gras-
15 santur, sicuti Pragm. Regis Ferdinandi per pragm.
3. eodem titulo fuit declarata, ibi: *per evitare ogni*
sinistro intelletto, dal quale potesse nascere errore, per
lo presente Banno si dichiara, che l' intenzione nostra
non è stata, che si comprendano quelli delinquenti,
che non sono usciti in Campagna, ma sono stati dentro
le Terre, benche nascosti, e celati, ma quelli che so-
no andati, vadano, ed andaranno in commettiva di
forasciti, a poco, a assai per le Campagne, pertur-
16 *bando il quieta delli buoni*. Et contra horum rece-
ptatores intelligendæ sunt aliæ pragmaticæ, nempe
21. & 22. 22. *de exulibus*, & pro majori claritate ad-
vertimus, quod forascitorum, qui per campaneam
incedunt, alii per sententiam forjudicantur, alii non:
17 forjudicantur enim, qui per nomina, & cognomina
cum eorum Patriis liquidari possint, quæ liquidatio
per Curiam omni diligentia procuranda est in Fisco
proficua, & propter persecutionem dictorum forasci-
torum, & propter expeditionem eorum, qui in fortiis
habentur, ideoque Regiæ Pragmaticæ contra rece-
ptatores promulgatæ ita loquuntur, nempe contra
forascitorum, aut forjudicatorum, aut delinquentium,
quod intellige eorum qui grassantur, & in commiti-
va per campaneam incedunt, pacem bonorum, &
publicum perturbant commercium, contra quorum
receptatores nihil refert, quod sint per sententiam,
18 aut non sint forjudicati; alioquin Pragmaticæ inæ-
qualitatem continerent, & iniquitatem; si triremis pœ-
na, vel carceris per quinquennium, & ducatorum
sexmille infligenda esset contra Receptatores delin-
quentium, qui non incedunt per campaneam, sed in
aliquo loco latitant præ timore Curiæ, vel inimico-
rum, & publicum non perturbent commercium, at-
que eorum, qui per campaneam grassantur, & eadem
esset infligenda contra eos, qui receptant simplices
delinquentes; & eadem, qui receptant delinquentes,
& contumaces, & eadem contra eos, qui receptant
forjudicatos; quod cum par non sit, absurdum quip-
pe contineret, quod evitatur supradicta intelligentia.
Scilicet, ut Pragmaticæ procedant contra Receptores
eorum delinquentium, qui per campaneam incedunt,
& grassantur, aut sint, aut non sint forjudicati, cum
omnes supradicti iram, & Regis indignationem me-
reantur, & ultimo supplicio puniantur, & hic intel-
lectus etiam ex earum Proemio desumitur, ut ea Prag.
21. ibi: *Perche è cresciuto molto il numero de' delin-*
quenti, banniti, e scorritori de campagna, che tut-
tavia vanno inquietando il Regno, & ex Proemio
pragm.

pragm. 22. ibi: *Ed avendone tenuto relazione, che il numero di detti delinquenti è molto cresciuta, e vanna inquietando il Regno*; ex Proemio enim dispositio regulatur, ut docet quoque dictæ Pragm. 3. conditor, ibi: *E benche dalle parole del medesimo Banno, si per la prefazione, come per la despesizione d'esso,*
19 sane statuta non secundum corticem verborum, sed secundum sui ipsius rationem, & causam, ob quam promulgata fuere, intelligi debet, & exequi, ut notat *Baldus in l. quicumque Cod. de servis fugitivis num. 20.* ibi: *Leu, & statutum non sunt judaice intelligenda*, ut notat *Glos. in l. damni infecti, §. si iis, verbo aliquas, ff. de damno infecto, & Alex. cons. 83. lib. 2. num. 5.*, *ubi Bald.* verba repetit, & inquit *omnis enim intellectus absurdus fugiendus est in legibus, & statutis*, aliique à *Farinac.* allegati *quæst. 17. num. 13. tit. de delictis, & pœnis, & facit bonus tex. in l. quamvis 11. ff. de in jus vocando*, ibi: *licet edicti verba non patiantur*. Cæte-
20 rum dictio *aut* etiam aliquando in jure pro conjunctiva accipitur, ut in *l. sæpe 53. ff. de verbor. significat.*, *& in l. penultima, Cod. eod. titulo.*

Quoad secundum pro Fisco dicebatur neminem loqui pro contumace rito M. C. eoque magis pro forju-
21 dicato,& quod licet amici, & consanguinei admittantur ad proponendas forjudicationis nullitates, admittuntur tamen, antequam forjudicationis sententia sit
22 pro Tribunali promulgata, & deinde nisi forjudicato comparente, vel carcerato; forjudicationis enim sententia est uti excommunicationis sententia, quæ justa, vel injusta timida est.

Verum pro Marchione fuit consideratum, quod cum ageretur de proprio suo interesse, ei licitum erat Judici ostendere receptatum fuisse nulliter forjudica-
23 tum, non ad finem, ut forjudicatio receptati annulletur, sed ut ab eo pœna vitetur, nam sicuti fisci actio contra eum fundabatur in forjudicatione, ita exceptio in forjudicationis nullitate, & cum exceptio sit defensio, hæc de jure naturali tolli non poterat. Item cum tractaretur de tertii præjudicio Judex quoque ex officio de validitate, seu forjudicationis invaliditate cognoscere tenebatur, ne injuste pœna infligeretur, id quod leges justitiæ cultrices abhorrent, & in sui favorem fuit in proposito adducta *decis. Cons. Gram. 29.* ubi habetur, quod cum fuisset inquisitus D. Gutturus de Navi de receptatione Jacobi Consta forjudicati, & opposuisset Fisco illum fuisse nulliter forjudicatum, tanquam Clericum, prout constare fecit Excellentissimus Dominus Prorex, juxta consiliarii votum mandavit esse supersedendum in exactione pœnæ, ac alia *dec. Dom. Presid. 688.* in qua habetur, quod per S. C. nullitates notorie ex eisdem actis apparentibus adversus forjudicationem non fuerunt rejectæ; licet quum forjudicatus non fuisset carceratus, & ita fuit judicatum etiam in gradu reclamationis, & quamquam de ordine Dom. Proregis ad earum discussionem non fuit deventum, ne stylo M. C. præjudicaretur, sicuti ab eo tempore praxis inconcussa est, non recipere nullitates adversus forjudicationes jam pro Tribunali promulgatas, nisi forjudicatis in fortiis existentibus, vel comparentibus, dicebatur tamen, quod Judex attenta decisionis ratione tenebatur ex officio de nullitate cognoscere in casu prædicto, ne receptator condemnetur injuste ad
24 pœnam, & quod sicuti Judex valet ex officio contra Receptatores procedere ex *Regni Capitulo 148.*, & 224., ita ut servetur in judiciis æqualitas, ex officio tenetur nullitatem per receptatorem oppositam cognoscere, eoque magis cum defensionibus causa privilegiata sit, & quod receptans nulliter banditum non incidat in banni pœnam, testatur *Bald. in l. omnes Populo ff. de justitia, & jure num. 98. Grassus de effectibus clericatus, effectu 1 num. 467. Dom. Riccius collect. 291.* ac alii, sicuti receptans forjudicatum sine dolo, & non ad malum finem, tenet *Farinac. quæst. 133. num. 55.* ac amicum forjudicatum, idem *Farinac. d. quæst. num. 276., & Grassus de effectu amicitiæ, nu. 64.* ubi quod mitius sit puniendus; siquidem receptans forjudicatum consanguineum levius est castigandus, juxta *Tex. in l. 2. ff. de rece-*
25 *ptatoribus pragm. 5. eod. titulo*: in hac causa cum interventu Dom. Præsidis S. C. D. Felicis de Lancina Ulloa morum, & doctrina ornatissimi fuit facta paritas, verum Fiscus agnoscens malam fovere causam, non curavit illam dirimere, & e converso Marchio Carceris tædio affectus summam ducatorum quingentum ei obtulit in transactionem, qua accepta fuit excarceratus.

Cum hic de Exulum, ac Proscriptorum receptione, & patrocinio agatur hoc prætereundum mihi non esse duxi, sentio, ut meo satisfaciam debito, atque muneri, gubernante scilicet Excellentissimo Domino
26 Marchione de Carpio, felicis recordationis, ob ejus vigilantiam, curam, atque bono publico applicationem extirpatos, eliminatos, ut ita dicam hujusmodi infectos extinctos fuisse homines, qui hoc fere totum populabantur, furabantur, ac perturbabant Regnum, publicum penitus impediebant commercium, indignum non solum factu, verum etiam tremendum visu, atque horrendum auditu. At quoniam cum ejus Prædecessores hos evellere minime potuissent, licet omnes suos intendissent nervos, opus hoc ne dum difficile, verum etiam impossibile putabatur. Ipse tamen (nempe del Carpio) favente Deo, fuit voti compos, atque adeo inclytum suum reddidit nomen in ævum. Quare immortales Divinæ Providentiæ gratias agamus, Tranquilla ubique terrarum pace fruentes, ut Numæ Pompilii tempore, ac Christi Domini Natalis; eloquar an fidam etiam hic Illustris Marchionis Crispani Campaniæ totius Supraintendentis operam, qui Zelotes fidelis, ac prudens Minister ad unguem hujus optimique Principis exequutus est mandata, accidit etiam gravis Magnæ Vicariæ justitia, quæ tanquam hujus Excellentissimi Domini Delegata summo Jure contra omnes procedebat Exules qui de ejus mandato a Regiis Audientiis in carcerem vincti huc transmittebantur, nec non procedebat contra proscriptorum receptatores detrusos in hujus Civitatis Castra, me operam dante die, ac nocte cum debito rigore ad earum expeditionem causarum tunc temporis, cum tanquam Fisci Patronus, & postea tanquam Caput Aulæ prædictæ Magnæ Curiæ, una cum Consiliario D. Joseph de Ledesma summa vero doctrina, & magna digno laude, & in præsentiarum Consilii Realis meritissimo, multum elaboravimus.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXXI.

Pœna quæ de jure communi, & quæ de jure Regni contra Receptatores.

SUMMARIUM.

1 *Verba mutantur, & varie accipiuntur.*
2 *Receptatores forjudicatorum qui sint, & qui forjudicati.*
3 *Emendatur locus Terra Theanæ prope Carbonum Oppidum Lucaniæ.*
4 *Expendantur Capitula, & Reg. Prag.* de receptatoribus *remissive.*

1 MOre suo Dominus Auctor aliqua præ fatiunculis suas exornans Resolutiones præfatur in ista verba, quæ rerum notæ esse dicuntur, nonnumquam mutari, & eodem tempore, proutfacta postulant, varie accipi, & intelligi, & Horatius *de arte poetica.*

Nedum sermonum stet honos, & gratia vivax:
Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,
Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi.

unde quandoque in jure nostro Mathematici dicuntur

qui

qui artem præstigiorum, incantatricem exercent, *l. Episcopali*, C. *de Episc. audient.* sicuti etiam si græce accipias hypothecam, pignus latine est, verum pignous accipimus de eo, quod re fit, hypothecam pacto, ita Pentecosten quod idem est, ac quinquagesimus dies, attamen accipimus Quinquagesimam ante Pascha, quo immolatus est Christus Dominus, & Pentecosten quinquagesimum diem post Pascha; simili ratione herba illa quæ Αγνος græce, quod latine castum sonat, agnum castum dicunt herbarii, & similia.

2 Disputatio est de receptatoribus forjudicatorum; multum enim plectuntur per jura Regni receptatores forjudicatorum, verum hic examinatur, an pro forjudicatis accipiendi sunt omnes, qui ob quodvis delictum forjudicatus, vel potius ii, qui exules sunt sive latrones.

3 Legitur in principio, *Terra Thiana in Provincia Lyceasi*, legas Terræ Theanæ Provinciæ Lucaniæ, quod oppidum est prope Carbonum 4. millia passuum ab eo in ortum distans, & a Sinesio octo millia passuum in occasum inter quæ oppida fuit pene medius torreos Saraponimus, & ideo judicavit Regia Audientia Materæ, prout facti species proponitur.

4 In *num.* 2. & sequentibus expenduntur *Capitula & Regia Pragmatica de receptatoribus* latissime, & videas *Follerium in sua praxi criminali prima parte 2. partis verbo banniantur*, ubi multas habes species, & quæstiones.

RESOLUTIONIS TRIGESIMÆ SECUNDÆ

ARGUMENTUM.

An, & quando pro culpa pœna corporis afflictiva nempe triremis infligi possit.

SUMMARIUM.

1 *Voluntas in maleficiis, & non eventus expectatur.*
2 *Homicidium in rixa casu magis, quam voluntate committi videtur, & expendantur Tex. in l.* divus Adr. *& in l.* Adr. 1. ff. ad l. Corn. de sicariis.
3 *Calcis ictu percutiens primo impetu si ex percussione homicidium sequatur, pecuniaria, aut exilio castigandus, & expenduntur Text in l.* lege Cornel. ff. ad l. Cornel. *ac tex. in l.* eum qui 5. Cod. ad l. Cornel. de sicar.
4 *Calcis ictu percutiens, si percussus moriatur pœna corporis afflictiva, nempe triremis, puniri potest, & expenditur Tex.* in l. Cornel. §. 1. ff. eod.
5 *Humilior, & honestior pari pœna puniendi non sunt, honestior enim leviori pœna.*
6 *Homicidium crimen est gravissimum, & omni Jure ultimo supplicio punitur.*
7 *Tex. in l.* Divus Adrian. & Adrianus *in l. 1. ponderantur per Autorem.*
8 *Tex. in l.* eum qui, Cod. ad l. Cornel. de sicariis *Cujacii doctrina declaratur.*
9 *Homicidium casu factum non relinquitur impunitum.*
10 *Princeps, sine Partis remissione homicidium casu patratum remittere nequit.*
11 *Homicida pro homicidio non voluntate commisso jubente Principe liberari potest.*
12 *M. C. pro homicidio culpa admisso pœnam triremium arbitrari solet.*
13 *Lascivia quæ sit, & declaratur per Authorem.*

Sicuti delicta quæ per ebrietatem, & vinum, aut propter amoris vim patrantur, minime ex ea causa excusantur, juxta illud Plauti in Comedia Aulularia.

Post id, si pensi simus, excusemus ebrios.
Nos fecisse amoris causa; nimis uil est vinum, atque amor.
Si ebrio atque amanti impuni facere, quod lubeat, licet:

Ita quæ lasciviam perpetrantur. hinc cum Nicolaus Tizzano puer annorum sex in circa, testa fereos equum oneratum saccis, in quibus res melleæ repositæ erant, quæ in festivitatibus vendi solent, in platea Sedilis Nidi obviam venit Nicolao de Afflicta, qui conducebat equos duos saccis farinæ plenis, & cum equus Nicolai Tizzani cum arcis impleverit enunciatos saccos dictus d' Afflictà considerans, quod cum tali impulsu Tizzanus eos effrangere poterat, & is farinam perdere, irate duobus calcis ictibus Nicolaum Tizzanum percutit, & proprie in stomacho, quam ob rem paulo post miserrimus puer obiit, captus Nicolaus de Afflicta, & convictus compilato processu, Fiscus instetit, ut ad remigandum condemnaretur: dubitatum fuit in M. C. an dicta corporali pœna, aut
1 aliqua alia mitiori puniendus esset? Ratio dubitandi oriebatur, primo quia in maleficiis voluntas expectatur, non vero exitus, ut in *l. Divus Adrianus* 14 *ff. ad l. Cornel. de sicariis*, & idem *Adrian. in l.* 1. loquit: *leniendam pœnam esse ejus, qui* Cucuma, *aut*
2 *clavi percussit, quia in rixa casu magis, quam voluntate homicidium committi videtur*; Unde si ei, qui ferro percutit, lenienda est pœna, eoque magis ei, qui calcis ictu primo impetu percutit, & consequenter non corporali pœna, sed mitiori pecuniaria, vel exilio castigandus; secundo, quia in præsenti casu homicidium non poterat dici dolo commissum, sed culpa, quæ in *l. Cornel.* pro dolo non accipitur, ut
3 in *l. Cornel. ff. ad l. Cornel.* ubi enim adest dolus, corporalis pœna practicari nequit: tertio fuit ponderatus *Tex. in l. cum qui* 5. *Cod. ad l. Cornel. de Sicariis*, cujus sunt verba: *Eum qui asseverat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio præstita videatur, si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit: omni metu, ac suspicione, quam ex commisso rei discrimine substinet, qua adnotatione contra comprehensum esse volumus liberari, & Glos. quæ est Azonis lit. F.* Ita sequitur *adnotatione, iste amiserat bona per adnotationem, quia vocatus ab Imperatore noluit venire postea venit, & probavit se non esse homicidam, quia non voluntate recuperavit bona.* Unde clare colligitur, quod pœna pecuniaria tantum castigandus erat, quæ pœna
4 fuit quoque ei remissa Principis Indulgentia. Sed in contrarium fuit ponderatus *Tex. in l. Cornel. ff. eodem §. 1.* ibi: *eum quidam per lasciviam causam mortis præbuisset, comprobatam est factam Ignatii Taurini Proconsulis Bætica a Divo Adriano, quod eum eam in quinquennium relegasset, & Glos.* ibi: *per lasciviam* notat, idest per culpam, & fuit consideratum, quod ille ideo fuit relegatur, quia honestior persona erat, iste vero, quia humilior triremis pœna erat con-
5 demnandus, juxta *Tex. in l. si quis aliquid* 38. *de pœnis*; ubi conditio personæ expectatur, nam alii ad insulam relegabantur, alii autem in metalla damnabantur. Quæ distinctio comprobatur quoque ex *Text. in l. ejusdem legis* 3. *ff. eodem*, §. *qui hominem*, ibi: *humiliores enim solent, vel bestiis subjici, altiores vero deportantur in Insulam.* Item fuit adducta doctrina *Clari in §. homicidium*, ubi quemdam de homicidio culpa admisso ad remigandum ad tempus Senatum condemnasse refert; insuper quod homicidium, cum crimen sit gravissimum, & contra dolo committen-
6 tem, & de jure Divino, & positivo, & in hoc Regno per constitutionem terminum Vitæ practicatur mortis pœna; contra culpa committentem congrua erit pœna triremis temporanea: ideoque ad remigandum per quinquennium fuit condemnatus, superius consideratis non obstantibus, nam primo adducti Te-
7 xtus non declarant pœnam, sed tantum monent pœnam esse ei leniendam, qui rixa casu magis, quam voluntate homicidium commiserit, *Textus vero in l. eum, qui asseverat*, non obstat, nam ut *Cujac. lib.* 9 *Cod. ad hunc Titulum scilicet ad l. Cornel. de sicariis* 16. *col.* 2. repetendo inquit: *Reum, qui calcis ictu* mor-

8 *mortis præbuit occasionem , si hoc ita esse de liquido probaverit , absolvi debere secundum id , quod annotatione est comprehensum*, adnotatio enim est Indulgentia admissi criminis subscripta manu Principis quam prius juxta exposita obtinuerat : & quia postea probavit , juxta adnotationem , idest *Gratiam* ei factam , Imperator liberavit , & idem in *tit. ad l. Corneliam de sicariis* , eamdem legem explicando dicit , si probaverit is , qui hominem occiderit se ictu calcis, mortis occasionem præbuisse , idest casu , & non voluntate,
9 ut eum absolvat , secundum quod annotatione nostra est comprehensum , idest Indulgentia , quam ei concessimus . Item notat , sine qua , ut *Novella Valentiniani de homicidio* casu facto definivit *Homicidium casu factum non relinquatur impunitum , & hodierna annotatione Principis sine partis remissione remitti po-*
10 *test* ; *Godofred.* vero hanc legem glossando in *verbo liberari lit. G.* notat : *Indulgentia Principis manu subscripta , sine qua homicidium non omnino impunitum remanere debet : homicidium vero dolo malo factum , nec annotatione quidem Principis remitti potest* , dic
11 ergo quod hic Reus , quia non voluntate homicidium admiserit , jubente Principe liberari potest : Ex quorum doctrina clare remanet interpretatus seu dilucidatus *Tex. in d. l. eum* , & colligitur , quod pœna prædicti homicidii Judici est arbitraria , & semper Magna Cu-
12 ria , prout in quampluribus casibus meo accedente voto ad pœnam triremium arbitrata est , ut puta contra homicidam pro homicidio culpa admisso : in qua culpa consideretur malitia , & negligentia homicidæ , scilicet contra eum , qui non voluntate occidendi homicidium committit , sed injuriam inferendo : Exemplum est contra eum , qui verberavit , vel lapidem injecit non ut occidat , sed male agendo , scilicet odio , & mala
13 voluntate , & sic consideratur malitia , & contra eum , qui per lasciviam enim , ut inquit *Budeus per improbiorem ludum* , ut si quis ludendo ense percutit , vel lapidem injecit , & casu in capite percutit , qua percussione homo perit ; vel manentem prope mare , vel * flumine in ea dejecit , licet animum non habeat , ut ille moriatur , lascivus enim homo , meo judicio , indiscretus dicitur , malisque moribus educatus , *in* quo non prudentia , sed ad malum audacia consideretur , & proprie in juvene verificatur , qui nullius professionis nullum ferens jugum tanquam juvencus , & equus indomitus reputatur , hinc ad propositum notat *Gothofred. in d. l. Cornel.* quod fuit ille relegatus ordine Divi Adriani , ut ejusdem ætatis juvenes emendarentur . cæterum si non malitia , sed negligentia homicidium admiserit , nunquam prædicta corporali pœna puniendus est , & exemplum habes in *l. Cornelia 7. ad l. Cornel. de sicariis* , nempe , *si Putator ex Arbore ramum dejecerat non proclamando , prætereuntem occiderit , in quo homicidio causa proprie consideratur fatum*.

Prædictus tamen Nicolaus de Affinità ad Regias triremes non fuit transmissus , quoniam accedente partis remissione gratiam a S. E. , & Reg. Collat. Consilio recepit in majori hebdomada , tempore quo celebratur memoria Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi , & liberantur a carceribus carcerati numero tresdecim . Et si in eo proprie fuit verificatus casus , *Tex. in l. eum qui asseverat* .

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXXII.

An , & quando pœna mortis afflictiva confligi potest.

SUMMARIUM.

1 *Mors illata percussione calcium quomodo sit punienda .*
2 *An sit opus , ut calce percussor impetret indulgentiam Principis , & quæ sit indulgentia .*
3 *Annotatio significet indulgentiam subscriptam .*
4 *An Spectabilis Regens in visitatione possit remittere homicidium , quod vere non sit delictum , sed factum casu , &c.*

IN ista Resolutione agitur de morte illata culpa , & percussione calcium , quod delictum cum ex inscitia , & indiscreto modo potius , quam vero dolo , & ani-
1 mo occidendi dependeat an sit punibile disputatur , & qua pœna . Primo dicit non esse delictum punibile pœna ultimi supplicii . Secundo dicit puniri solere pœna triremium ad tempus hoc homicidium culpa commissum , ut hic *num. 11.* & si enim *Textus in l. eum qui 4. Cod. ad l. Corn. de Sicariis* dicat *casu fortuito* , *& l. 1. eod. tit.* dicat *ex improviso casu* , hic Dominus Auctor dicit *culpa* , ut meo judicio distinguat ab illo casu ex *gl. l. Corneliæ ff. ad l. Corn. de Sic.* ibi: *si putator* , *&c.* ubi fato potius tribuitur , quam culpæ .

Sed videamus quæso pro intellectu citat. *text. in l. eum 5. Cod. ad l. Corn. de sic.* quæ *Cujac.* a Domino Auctore citatus dixerit ; Is enim explicat more suo di-
2 ctam legem , quod Reus , qui calce percussit , ut evitet pœnam , oportet , ut impetret indulgentiam Principis , sive rescriptum , sive gratiam , quæ indulgentia Principis habet subscriptionem suam , quod si illam indulgentiam non impetraverit , erit puniendus a Judice , & ita ex novella Valentiniani explicat legem citatam , quam ad literam transcribit hic Auctor noster , verum librariorum culpa multum depravatam
3 in fine . Sed primo respicias *glos. Azonis* , *sive Accursii* , qui non intellexit quid significaret illa *Annotatio* quod aliud est , nisi indulgentia subscripta , & secundo addas opinionem *Cujacii* dicentis ibidem , quod hodie factum sine dolo malo , sed casu nec adnotatione Principis remitti posse , nec citat legem , & forte se refert ad leges suæ Regionis , idest Galliæ , ut plurica facit , etenim *lex* 5. clara est , & posita a *Triboniano in Codice Justinianeo* , & ideo si in illa admittitur indulgentia Principis , est utique admittenda .
4 Unde videtur , quod gratia Principis , vel forsan etiam Spectabilis Regentis in visitatione , quod erit loco Principis , possit remitti Reo factum , *factum* dico cum *Cujacio* , quasi non delictum est , potius nudum factum est dicendum .

Sed non pigeat verba integra Cujacii referre . *Non coercetur etiam lege Cornelia homicidium , quod quis fecit , ne ipse occideretur , ut l. 2. 3. & 4. hoc tit. quo tamen casu etiam Accusatori opus est venia Principis , qui habeat adnotationem ipsius Principis , idest subscriptionem ipsius Principis , ut cavetur in novel la Valentiniani de homicidio casu facto . Venia igitur indiget , alioqui punitur , & qui casu necavit , & qui necavit vita sua tuendæ causa . Et quod in illa Novella cavetur , ut homicidii pœna non remittatur ei , qui casu hominem necavit , vel sui causa defendendi sine venia Principis , & adnotatione , dico sine adnotatione , quia non sufficit simplex indulgentia , quæ non habet adnotationem Principis ; sed indulgentias oportet Principem manu sua subscribere , alioquin est inefficax indulgentia , hoc idem demonstratur l. 5. hujus tit. etiam olim obtinuisse , dum ait , reum , qui calcis ictu mortis præbuit occasionem , si hoc ita esse de liquido probaverit absolvi debere secundum id quod adnotatione est comprehensum , ubi miror Accursium non intelligere , quid sit adnotatio ; adnotatio est indulgentia admissi criminis subscripta manu Principis* , & infra *Porro Imperatores in hac l. 5. Agathoni Præsidi Provinciæ præcipiunt , si probaverit is , qui hominem occiderit , se ictu calcis mortis occasionem præbuisse , idest casu , non voluntate , ut eum absolvat , secundum quod , inquit , adnotatione est comprehensum , idest indulgentia , quam ei concessimus sine qua , ut & novella illa Valentiniani definit homicidium casu factum non relinqui impunitum , hodie autem factum non dolo malo , sed casu , nec adnotatione Principis remitti potest* .

RE-

RESOLUTIONIS TRIGESIMÆTERTIÆ

ARGUMENTUM

Delictum in genere in crimine veneni quomodo sit probandum, ut rei confessio efficax, & valida sit ad condemnandum. Et circa veneni materiam nonnullæ Medicorum, & Jurisconsultorum referuntur sententiæ.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur, & formata inquisitio narratur, & 2.*
3 *D. Philippus Vineaplana laudatur.*
4 *Cognitio propinati veneni perito Medico difficilis non est.*
5 *Confessione nulla fortior probatio est.*
6 *Confessio, ut efficax sit, oportet, ut sit verisimilis delicto in genere conformis, & in causis, & circumstantiis verificata.*
7 *Confessio dicitur legitima, si præcedente informatione sit recepta.*
8 *Confessio dicitur judicialis, si ab habente judicandi facultatem, & in loco Curiæ* pro Tribunali sedente *sit recepta.*
9 *Quæ memorem salutis æternæ fiunt, falsa non sunt reputanda.*
10 *Animæ innocentia corporis præsidium est.*
11 *Nemo in causa propria judicare valet.*
12 *Facere per alium, quod per se negare absurdum.*
13 *Judex non est dandus, quem pars ipsa petierit.*
14 *Officialis electus a Barone, ubi interesse habet, est suspectus, & acta sunt ipso Jure nulla.*
15 *Auditor provincialis solus causas decidere nequit, imo nec finis actus inferre.*
16 *Probatio confessionis veneni est difficilis, ideoque per conjecturas sufficiens est.*
17 *Argumentum a communiter accidentibus validum est, & unde deducitur.*
18 *Fama probationem coadjuvat.*
19 *Nazarius de Coro Medicus laudatur.*
20 *Febrim malignam provenire ex animi pathema & 29.*
21 *Venenum in humano corpore generatur & 30.*
22 *Veneni assumpti certa signa non dantur, & 31. cum limitatione ibid.*
23 *Vessicantia in malignis adhibentur febribus & 32.*
24 *Febris maligna illico vires corporis dejicit & 33.*
25 *Ægroti malignæ febris aliquando videntur se melius habere & 34.*
26 *Ægroti, qui ex maligna febri moriuntur, simptomata, ac veneni signa habent & 35.*
27 *Vitrum subtiliter pulverisatum nullam in hominibus inducere lesionem & 36.*
28 *Materia non cognita bruto experienda est, an bona, an nociva sit & 37.*
38 *Testes, quibus ratione impetrari potest, idonei non sunt.*
39 *Veneni ingeniti signa, & propinati communia sunt.*
40 *Veneno propinato periisse ægrotum, judicare difficile est.*
41 *Delictum in genere ab Auctore declaratur.*
42 *Confessus dedisse venenum ei, qui mortuus est ultimo supplicio damnari nequit, nisi aliunde appareat exitum vere ex propinato veneno fuisse secutum.*
43 *Judex Reum confessum, tradidisse venenum de qualitate, & veneni quantitate interrogare tenetur, de ratione, cum Auctoris limitatione.*
44 *Verisimilitudo pro lege habetur, & natura cognata dicitur.*
45 *Inverisimilitudo falsitatis est imago.*

Quoniam multa in medicina adhuc incerta sunt, nec plene de hominum morbis eorumque certis signis cognitum est, hinc dubitari sæpe contigit in quorumdam repentino obitu, aut post longam diuturnamque patientiam si quis perierit, an veneno propinato, an humorum malignitate oppressus decesserit: Hæc autem res multis occasionem dedit ulciscendi da inimicis, cum mortuo aliquo ex intimis idem venenum ab inimico propinatum arguant, sive credulitate, vel dolore impulsi, sive parvi animi motu ad imposturæ scelus adducti. Porro quoniam eadem fere sunt indicia in mortuorum corporibus veneni dati, ac illa quæ alii plerique morbi in iisdem exhibere solent, ideo caute in hoc a Judice agendum; & potius si contigerit in bonam partem inclinare mentem debet, quam in malam, & temere de iis, quæ natura nobis occultavit, is certius dijudicet. Hinc quum U. J. D. Nicolaus Vitalis municeps meus, empto Castro Trichinæ, in Provincia Principatus Citra, emit postea ut illi proximum Castrum Turturæ, qua in emptione, quum Terra Ajetæ erat quoque Turturæ confinis, habuit contradictorem D. Carolum Consentinum Illustris Marchionis Ajetæ primogenitum, ideo ob dictam controversiam, & confinium, prædictus Nicolaus ei erat invisus, hinc cum post aliquot dies mense Octobr. anno Domini 1692. D. Carolus in malignam febrim incideret, & secundo die Novembris mortuus esset, tum in prædicta Terra Ajetæ, tum in Turtura confine rumor exivit, prædictum D. Carolum veneno defunctum esse adhibito a Medico Francisco Antonio Ponzuto, Joannis Andreæ filio, Ajetæ Gubernatore,
3 & genero U. J. D. Petri Marzai, Agentis generalis Turturæ, & Trichinæ, opera, ac mandato Doctoris Nicolai Vitalis ob prænarratas causas; unde delegata cognitione Causæ ab Illustri Marchione Ajetæ D. Caroli Patre U. J. D. Josepho de Mari ab eo fuerunt examinati infrascripti testes, nempe Phisicus Joannes Antonius Giugno, atque etiam Doctor Physicus Dominicus Majorana Medici, qui assistebant ad Curam
2 nec non Laurentius Mannelli Medicinæ Aromatarius Terræ Ajetæ, qui deposuerunt se observasse prædictum D. Carolum a die vigesimo nono Octobris feria quarta usque ad diem trigesimum feria quinta quarta vigilia noctis, melius se a sua infirmitate notabiliter habuisse; at postea mane sequentis diei, idest trigesimo primo (multa cum admiratione) eum in malum statum devenisse, ita ut ejus desperaverint incolumitatem, observando in lingua tria parva ulcera, quod die Sabbati primo Novembris etiam speculati fuerunt in vase, quo erat distillatum, quod sæpius æger acceperat, scilicet venenum, quare D. Carolo mortuo die Dominico secundo Novembris, pro certo judicaverunt, eum interiisse adhibito veneno, tum quia de repente de meliori in pejus statum devenerat, tum ob ulcera, atque etiam ob venenum in distillato repertum, & denique quia observaverunt ejus Cadaver cum sanguinea spuma in ore, & naribus, ejusque ebullitionem, Corpus tumens cum multis maculis, coloris violacei, & nigri, dentes nigros, in Regione cordis tumorem, instar ovi Anseris, atque capillorum defluvium, quæ evidentia signa inter se ita connexa, & unita ex infirmitate, quam D. Carolus passus fuerat, orii non poterant, nec a genito veneno, sed propinato; nec non prædicti tres testes insimul cum Joanne Ferdinando Giannati a Maratea, Medicinæ Aromatario testificati sunt, quod venenum in distillato inventum consistebat in una portione vitri pulverisati ulcerantis, & corrosivi, ac in altera portione materiei calcinatæ, quam cognoscere nequiverant, sed perfectum æstimabant venenum.

Præcedente dicta informatione carceravit tanquam suspectum Medicum Franciscum Antonium Panzuto, deinde a Regio Auditore D. Aloysio Capace, cui a Domino Vice Rege fuit commissa, & ordinata informatio prædictorum depositiones fuerunt receptæ, & testes examinati, nempe Carolus de Presbyteris, & Antonius Provitera cum juramento delati in faciem enunciati Panzuto, isti sunt Nobiles Ajetæ, & quia af-

fidue uffiftebant ægroto, deponunt de visu, quod Amphiliolu diftillati maoebat in fenestra uoiccameræ, & enunciatus Franciscus Aotonius Panzuto, etsi non admissus ad Curam D. Caroli, tanquam Petri Mazzei Gener, ideoque non bena visus, per se tameo se intromisit in Atrio, in obsequium uti Vussallus; deponunt de convalescentia infirmi a feria quasta, usque ad feriam quintam, & da recessu ad pejorem statum, qualiter dictu nocte feriæ quiotæ D. Carolus cum oaufea distillatum acceperat, & fuerat inquietus aum viscarnm dolore, & quod vomitus impulsum habebat, qualiter die Venerit cum Medici in pessimum repetetint statum, de inventione veneni in dustillato, de publica fama dia Sabati primo Novambria, contra enunciutum Medicum Franciscum Anmnium Paozuto, qnod factum arat secutum Petri Mazzei operu, de mandato Doctoris Nicolai Vitalis, qui certior factus de infirmitate D. Caroli Neupoli miserat veoenum ad dictum Petrum Mazzei, per Marcum Lippo.

Alii duo testes Jacobus, & Thomas Nicodemo Putet, & filius ejusdem Terræ deponuot de visu, quod vespere diei Jovis Panzutus manebat in antecobiculo D. Caroli, quo remansit, aom introivisseot ad congratulandom prædicto D. Carolo da enonciata convalescentia, unda agressi eum iavenerunt in atrio, & ulloquendo de dicta convalescentiu ita resfoodit: *Medici dicant quod D. Carolus melius se habeat, & ego dico, D. Carolum esse jam mortuum*, ac de fama publica.

Præcedentibus vero sopradictis dispositionibus ub U. J. D. Josaph da Muri primo Delegato, & postea Gubernatore dictæ Terræ alecto ub Illustri Marchione, ioterveniente magnifico Aloysio Capacin Regio Auditore, Curia pro Tribunali sedente, die decimo quinto Januarii 1693. fuit examinatus Medicus Panzuto, qui interrogatus, qua de Causa reperiebatur carceratus, fuit confessut qualitar cum mense Octobris unno 1692. menrret in domo Doctoris Petri Mazzei fui Socati, illuc accessit quidam Famulus *vulgo Lacheo*, Baronis Nicolai Vitalis, vocatus Detiut Passa l'ucqua, qui litteratum fasciculum fuo Socero dedit, quo recepto ivit in qoartum superiorem domus suæ, onde descensus dimisit aum, quod iode paucis post diebus Petrus Mazzei credidit, & ei confisus est, qualiter Baro Vitulis per dictum famulum, tunc miserat sibi venenum in quodam papyro iovolutum aapiens, quod ipse Franciscus Aotonius occasione infirmitutis prædicti D. Caroli, uti Medicus illud potuisset in uliquo liquore uut remedio præbere, & confessus fuit, quod ad instigationem dicti sui Socati, & ad complacentiam enunciati Nicolai, venenum D. Carolo dederit ponendo id vespere Jovis in Amphiliolu distillati, quæ in antecubiculo manebat, tempore quo ulii omnes cobiculum ingressi erant ad congratulandum D. Carolo da convalescentia, & quod upud se remansit papyrus, nbi venenum fuerat involutum, quam confessionem die vigesimo quarto Januarii coram eisdem ratificavit, declarandn qualiter vanenum non aliter Neapoli Detius Passa l'acquu udduxarat, sed Marcus Lippo, qui atiam intervenerat in aonsilio venenandi prædictum Marchiooam, id quod prius ob timorem tacuerat, & tunc ut suam euoncraret conscieotiam, declarabat, quæ declaratio facta fuit etiam præcedente ajusdem epistola circa suæ conscientiæ caoneratiooem.

Alii quatoor testes dictæ Terræ examinati u prædicto mag. Auditore, jurati in faciem dicti Medici Panzuto, deponuot de fama publica immediare post veneni inventionem in dicto distillato contra dictum Medicum, quod dederat venenum Murchinni D. Carolo ad complacentiam Doctoris Nicolai Vitalis, atque instigationem Doctoris Petri Mazzei sui Soceri ob causas, ut supra, & de visu tempore capturæ, quod penes iplum papyrus fuit inventus, quo pulvis ulba apparebat de judicio illud fuisse venenum Neapoli, & de fama publica traductum u Marco Lippo U. J. D. Petri Mazzei, & Nicolai Vitulit consiliorum participe.

Et carcerato enunciato Mazzeo ab eodem Regio Auditore, fuerunt examinati septem testes Castri Turturæ, jurati in faciem dicti Prtri, ac Medici Panzuto, qui deposuerunt homicidium aum veneno propinato in personam D. Caroli, de fama poblica cootra Paozutum, & Mazzeum, ac Marcum Lippo de mandato Baronis Nicolai Vitulis, tam ob controversiam in amendo Turturam, quam confinium, ut supru, ac de visu de eorum bonorum occultatione.

Deinde hic Neapoli carcerato Barone Nicolao Vitale in Castro M. Curiæ, ibique mancipato Docto- 3 re phisico Francisco Antonio Panzuto, ac Doctore Petro Mazzeo, procedente eadem M. Curia, uti Suæ Excellentiæ Delegata, proposita Causa per D. Philippum da Vineaplaua tam in Regiis Audientiis, quam in M. C. meum Collegem carissimum, per quem munus fisci patronus strenue sustinetur, sicuti per decennium jam completum exercitum est, institutum fuit impartiri terminum Medico Panzuto horarum viginti quatuor adversus ejus confessionem, reservando sibi instantiam contra Mazzeum, & Vitalem viso eventu Causæ.

Etenim dicebatur prædictum crimen tum in genere, tum in specia liquido constare; primo in genere, quoniam Medici testabantur D. Carolum alterius scelere veneno periisse cum in die Mercurii, & Jovis usque ad quartam noctis horam evidentia signa salutis observaverint, & mane Veneris da repente non sine admiratione symthomata mortis inquietum, debilem, conoitam in nausram habere, utque magnam febrem, ulcera in lingua, & post ajus obitum desuper connumerata signu veneni erant, & de certo judicio eum decessisse per vanenum sumptum, & non ingenitum, eoqua magis, & cerniut aum in condito materiam corrosivum, ac aliam mistam speculati fuerint, sane Medici valeot certitudinaliter depooare Titium as veneno sumpto periisse, aum Perito Medico cognitio hæc non modo difficilis sit, sed facilis juxta Galeni sententiam *in lib. de successf. bon. & vitio cap.* 1. *operum class.* 2. & Cardaoi *lib.* 2. *de veneno cap.* 2. 4 ubi signa ussumpti veneni non solum probabilia, sed etiam certu affert, eoque magis cum conditum vitio fuerat repertum, & liquidum constabat accedente Rei confessione.

Secundo in specie, quoniam diu uderat confessio, qua nulla fortior in mundo erat probatio, & illa 5 erat verisimilis, quiu delicto in genere conformis, constando in informatione Medicos veneni signa re- 6 censuisse: item verisimilis prænarratis cuusis, quæ arant verissimæ, ac demum verisimilis, quia io circumstuotiis verificata, nempe in facto, quod Amphiliola cum coodito reponebatur in fenestra antecubiculi, quo cum aliis Vassallis prætastu obsequii morari ipse Panzutut solebat, & in die Jovis illic solus remaosit, cum alii congratularentur D. Carolo propter spem recuperandi salutem, quod erat gener Petri Mazzei Procuratoris generalis, ac seditiosi Baronis, & filius Joannis Andreæ, & uti Vassallus aditum habebat in Palatio, & de facili commoditatem per- 7 ficiendi crimen, sicuti confessus fuit, quod confessio erat legitima, quia recepta præcedenre vehementi fama, & judicialis arat, tanquam facta io loco Curiæ, & pro Tribunali sedente, coram U. J. D. Josepho de Mari Gubernatore, & Judice Tarræ Ajetæ, interveniente quoque Mag. D. Aloysio Capycio Reg. Au- 8 ditore per S. E. Delegato ad capiendam Criminis informationem, unde si aliqua suspicio considerari potuisset, in personam Josephi de Mari, hæc removebatur per dicti Regii Auditoris assistentiam, quod coofessio erat ab eo in qualibet pag subscripta, & amplius quod is erat Medicus, & non rusticus, qui ignorare potuisset vitæ periculum, quod ex spontanea confessione subire poterat, uot aliquo modo inductus, sive decaptus, ita fateri, imo quod erat geminatu confessio, cum fuisset ab eodem ratificata, & sua sponte pro exo- 9 neratione conscientiæ declarata, hinc ea, quæ memoria salutis æternæ fiunt, falsa non sunt reputanda, *Fabre Cod. tit. de testib. defin.* 44. ideoque firmiter erat credendum, cum fuisse confessum ex vi veritatis, & a sua mala conscientia coactum.

At quia animi innocentia corporis præsidium est, 10 & Deus, qui fons Justitiæ est, atque pietatis, ne innocens pro nocente habeatur, agit, ut ipsamet terra veritatem quoque fateatur, nempe ut bona, vel mala oriatur fama, (hinc illud vox Populi vox Dei est) M. C. non habendo confessionem uti judicialem

extortam; & totam inquisitionem contra U. J. D. Nicolaum Vitalem de falsitate suspectam, defensio Francisco Antonio confesso impartita fuit.

Etenim leges justitiæ cultrices enim prohibent, ut
11 qui jurisdictioni præest, in causa propria judicare valet *lege qui jurisdictioni* 10. *ff. de jurisd. omnium judicum*, *l. unica Cod. ne quis in sua causa*, *Authent. de Defensorib. Civitatum collat.* 3. *cap.* 5. & maximum quidem esset absurdum per alium facere, quod
12 per se ipsum nequiret, *cap. cum quid* 58. *de regul. jur. in* 6. testantur DD. *Bart. in cit. lege qui jurisdictioni*, ubi *Consiliar. Agnellus de Bottis* ita bis judicatum in S. C. refert, ibique concivis meus *Petrus Mangrella*, *Consil. Capycius decis.* 224. *Ursil. ad Consil. Afflict. dec.* 265. *num.* 33. 34. & 35. *Mastrill. de Magistrat. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 86. *De Angelis de offic. Baron. cap.* 115. *Consil. Carlev. de judiciis disp.* 2. *quæst.* 7. *num.* 785. & 787. *Dom. Reg. Rovit. in pragm.* 15. *de suspect. Official. Dom. Reg. Tappia lib.* 3. *Juris Regni cod. tit. de suspect. official.*, *Caballus casu* 128. absque relatis a *Consiliar. Altimare de Nullitatibus rubr.* 9. *qu.* 20. *num.* 13. ad quæ conferunt jura in *l. observandam* 47. *ff. de judiciis*, &
13 *in cap. insinuante de offi. delegati*, in quibus habetur, quod a Prætore non est Judex dandus, quem pars ipsa petierit, & datus eo ipso suspectus est, *Dom. Reg. Rov. pragm.* 1. *d. tit. num.* 95. *Guazzin. defens.* 1. *cap.* 2. *num.* 33. *Angel. Scial. de foro compet. cap.* 9. *num.* 72. & 73.

Deputatus ab eo haud procedere potest, inde est, quod officialis electus a Barone in causa, ubi interesse
14 habet, dicitur suspectus, & acta coram illo facta sunt ipso jure nulla *Cancer. var. resol. cap.* 21. *num.* 28. *part.* 1. *Olivepis de jurisdictione lib* 3. *cap.* 9. *num.* 22. *Dom. Reg. Rov. & Consiliar. Altimare cit. locis*. Hinc cum confessio Francisci Antonii Panzuto fuerit recepta a Josepho de Mari electo ab Illustre Marchione Ajetæ, & ab eo in præsenti causa etiam Delegato, non solum erat inefficax ad condemnandum, sed tanquam nulla erat habenda, nec Regii Auditoris præsentiam illam validare poterat: nam licet Auditor sit Judex ordinarius in Provincia, solus tamen confessum in sui præsentia condemnare nequiverat, cum hodie tres Regii Auditores existant in Audientia pro causis decidendis, ideoque dicta confessio ad minus eorum duobus cum interventu Regii Fisci in Prætorio recipienda erat, quia dum cum Fisci patrono causas decidere valent; imo solus Auditor nec ictus fu-
15 nis inferre potest, ut notat *Apostilla in Reg. pragm.* 10. *de offic. judicum*, hinc cum facultatem a Domino Prorege recipiendi confessionem non habuerit, & prædicta confessio in Regia Audientia ratificata minime fuerit, nempe in M. C. sed revocata remanebat, prout erat extrajudicialis, merito M. C. ei defensiones impartita fuit: in termino vero fuit articulatum, enunciatam confessionem tormentorum vi, & metu vitæ inconcusso extortam, & quamquam de hac extorsione solum testes deponebant de fama, eorum dictum fuit verisimile reputatum, apparebat enim ex processu Franciscum Antonium confessum fuisse in pessimo carcere mancipatum die 1. Novembris 1692. & postea interrogatum, & confessum die 13. Januarii 1693. & quia ad probandum confessionem coactam, & non spontaneam sit valde difficile, cum tormenta nocturno tempore a Curiæ famulis inferantur, admittitur
16 probatio per conjecturas, *Hipp. de Marsil. in l. fin. Cod. de probationib.* & *in singul.* 1. *in ult. manus signo*; ubi quamplures allegat DD. itemque ponderatum, quod coactio erat præsumenda a communiter accidentibus, solent enim Curiæ præsertim Baronales reorum confessiones extorquere, & postea eas scribere, esse sponte factas, ut in facti contingentia consuluit *Petr. de Ancherano consil.* 23. ubi testatur, quod quidam per tormenta erat confessus, & Curia dicebat, quod erat sponte confessus, & notat *Marsil. in dict. singul.* & nos quoque non semel experti sumus,
17 quod argumentum a communiter accidentibus deducitur ex tex. *in cap. prudentiam vers. ut soles extra de offic. delegati*, *l. certi conditio* §. *si nummos ff. si certum petatur*, ibi: *Cum quotidiana*, *l. si pactum ff. de probationibus*, ibi: *Plerumque tam hæredibus nostris, quam nobismetipsis cavemus*; comprobat *Bald. cons.* 171. *vol.* 6. & 670. *eodem*, & *in l. observare* §. *proficisci q.* 13. *de offic. Proconsulis*, aliaque penes *Marsil.* & in præsenti fama erat, quod D. Joseph Cosentino frater D. Caroli cum Doctore Josepho de Mari Delegato prædictam extorserat confessionem, & erat quidem credibile attenta consanguinitate, ponderando, quod si D. Joseph errore ductus crediderat D. Carolum germanum fratrem veneno periisse de facili dolore affectus cum prædicto delegato Vassallo procedendo, & interrogando Franciscum Antonium Panzuto ante Mag. D. Aloysii Capycii adventum excesserat, sane si hac in re coactio conjecturis probatur in præsenti probata habebatur argumento a
18 communiter accidentibus fama comprobato, juxta *text. in l.* 3. *ff. de testib.* §. *ejusdem*, ibi: *Alias veluti consentiens fama confirmat*; & juncta *glos. in cap. quia verisimile lit. G. de præsumptionibus*, aliisque conjecturis supra ponderatis.

Quinimo geminatio confessionis, ac declaratio illam ostendebat erroneam, quia Doctor Vitalis numquam in famulum habuit Detium Passa l'acqua, & plene in termino constitit per plures testes de visu omni exceptione majores Marium Lippum in mense Octobris a Terra Turturæ suæ Patriæ vocatum a delegato Regiæ jurisdictionis discessisse, & Neapoli ad illam rediisse in fine ejusdem mensis, tempore quo D. Carolus vivebat sanus, & quod quamplures post dies in malignam incidit febrem, quam qualitatem porrò remedia a Medicis ordinata indicabant, uti in receptis ab Aromataria extractis, & in processu præsentatis legebantur, eoque magis cum probatum fuerit quod prædictus Marcus Lippo Turturam reversus ab ea, haud in mense Octobris, neque Novembris aberat.

Insuper fuit præsentata duodecim Medicorum almo
19 Neapolitano Collegio Doctorum juncta attestatio, quorum insignis est Nazarius de Caro, qui veterem disciplinam eorum insequutos, qui a Deo humanæ egestati providente mundo proviti fuerunt, Hippocratis scilicet, atque Galeni magnam Neapoli laudem adeptus est, in qua prædicti nonnulla conclu-
20 dunt, & primo malignam febrem provenire propter animi pathema, etiamque repentinam mortem, & in facto constabat, quod D. Carolus cum Turturam consequi nequiverit mœstus, & cor ejus in mœrore fuisset, maxime quia cum controversia continuum cum novo Barone contigerit.

Secundo in humano corpore propter copiam hu-
21 morum, quando ad insignem putredinem deveniunt, generari solet venenum.

Tertio, non dari certa signa veneni assumpti, cum
22 ea omnia, quæ ex propinatis venenis excitari solent, possint etiam, & quidem efficacius ex humoribus corruptis, vitiatisque ingenerari.

Quarto, quod vesicantia non nisi in malignis febri-
23 bus adhiberi solent.

Quinto, quod malignarum febrium proprium est
24 vires corporis illico dejicere, & cum corpus sit labefactatum, ut sustentetur, distillata cum rebus aromaticis, & confectionibus cordialibus ægroto subministrantur.

Sexto, quod ægroti malignæ febris aliquando videntur
25 se melius habere latitante febris malignitate.

Septimo ægrotos, qui ex maligna febri moriuntur,
26 aliquando os habere ulceratum ob nimiam ariditatem, & adustionem nigrum cum sanguinis apparentia tam ex naribus, quam ex ore, & maculas, ac vulnera in eorum corporibus apparere, etiam antequam moriantur, item cadavera cito computrescere, ut non recte sciri possit post duos, vel tres dies observatio, & judicium cum ratione, & veritate.

Octavo, quod vitrum subtiliter pulverisatum nul-
27 lam in hominibus inducere læsionem, grossiusculo vero contusum, nempe esse venenum corrosivum, sed tantum aculeis suis internam superficiem incidere, & sanguinis fluxum per partes posteriores inducere, ut tandem post aliquod tempus mors sequatur.

Nono, quod in medicina, quando materia non
28 cognoscitur, an illa bona, vel mala sit, bruto experiri debet, ut ex bruti affectione judicium fieri possit, & de veneno, ac tandem judicium afferunt D.

Ca-

Carolum non veneno, sed maligna febri defecisse.

Prima enim conclusio præter dictorum duodecim
29 Medicorum auctoritatem comprobatur Galeni doctrina 2. *de causis symp. tom.* 1. *de differentiis febrium*, *Nicolai Leoniceni interprete l.* 1. *cap.* 6. *de pestilentiæ febris & generatione*, *Gulielmi Valonii l.* 2. *consil.* 86. *de febri maligna*, *Plinii histor. l.* 7. *cap.* 32. *Valerii Maximi l.* 1. *tit.* 12. *secund. conclusio.*, teste eodem *Galeno* 6. *de locis affectis*, *Cardano de venenis l.* 1. *cap.* 3. *Vallesio l.* 3. *epidem. text.* 3. *epidem.* 4. *textu* 16. *Sennerto l.* 1. *instit. medic. part.* 1. *car.* 12. *Harduin. de ven. lib.* 4. *cap.* 4. *Paul. Zacchia consi.* 13. *num.* 6. *& l.* 2. *quæst. Medicolegal. tit.* 1. *qu.* 5. *nu.*
30 3. *&* 6. affirmante ibi humorem fieri posse venenosum, aliisque hominibus esse venenosum, exemplo Canis relato ab *Hippocrate* 6. *de locis affectis cap.* 5. in quo ex solo humorum vitio fit venenum rubidum, solo habitu communicabile, & contagiosum, hinc ego bene dico, Deus liberet me ab oculis invisis, & comprobatur conclusio a Jurisconsultis, præsertim a *Deciano l.* 9. *tract. crim. cap.* 14. *num.* 4. *Reg. Consil.*
31 *Thor. Grammatico voto* 3. *num.* 29. Tertia probatur quoque ex *Galeno comment.* 2. *textu* 17. *Aurel. l.* 3. *auctorum*, *Cesalpino l.* 3. *prax. cap.* 1. *& cap.* 47. *Paulo Zacchia cit. loco*, *& l.* 9. *cap.* 12. *num.* 6. & confirmatur a J.C. nempe *Prospero Farinac. de Inquisitione quæst.* 2. *num.* 34., *& Sebastiano Guazzino de Reorum defensa defens.* 4. *cap.* 1. *num.* 12. verum limitatur supradicta conclusio, ex eodem *Galeno* 6. *de locis affectis*, in eo qui absque ulla ægritudine, & benevalito de repente in periculosa incidit symphomata, ita inquiens: *Cum homo suapte natura probis humoribus abundans, ac sonorum more educatus, repente moritur, deinde corpus, aut livens, aut nigricans, aut varium est, aut defluens, aut putredinem molestam olet, hunc venenum sumpsisse ajunt.* Quarta nem-
32 pe, quod vesicantia applicantur in maligna febre, ut malignitas ad cutem educitur ultra prædictorum attestationem, prædicta ratione probatur *Lazaro Riverio l.* 17. *praxeos Medicæ cap.* 1. ex communi Medicorum Praxi, hinc *Zaccutus Lusitanus*, inquit, *his scilicet vesicantibus utimur, quando moribundas partes ad vitam restituere conamur.*

Quinta conclusio probatur ex eodem *Galeno* 3. *de*
33 *febribus cap.* 4. *Riverio*, *Sennerto*, & præsertim a *Carolo Mariot. de febrib. l.* 4. *cap.* 1. *de febri maligna versi. pro hujus curatione* ea ratione, nam cum peculiare sit malignæ febris calore, & venenata qualitate cor infestare, & impetere, ac proinde corporis vires illico dejicere, remedia eliguntur, quæ & calorem temperare, & venenatæ pravitati obsistere valet, præcipue in potu, unde est quod ægroto ex communi Medicorum Praxi distillata pretiosis aromatis cor adjuvantibus propinantur.

Sexta probatur exemplo ab *Hyppocrate* relato *l.* 4.
34 *de febribus cap.* 10. *&* 3. *epidem. textu* 1. *ægroto* 2. ubi Hermocratem a vigesimo die usque ad 24. immunem febri judicatum fuisse, & tamen in vigesimo sexto interiisse recensetur, sæpius crimen malignis febribus Medicorum judicium fallax est, cum debilitata natura a malignitatis vi infirmus apparet a febre liber, vel ut melius dicam, liber videtur; quia tunc latet, seu dormitet, sed non est egressus a domo malignus hospes, & confirmatur illo vulgatissimo, urina bona, pulsus bonus, æger tamen tendit ad mortem.

Septima conclusio per tertiam probatur, ultra ibi adducta hic dicimus, quod veneni signa sunt scilicet, dolor in stomacho, inquies, vomitus, linguæ, &
35 dentium nigredo, tumor in corpore, livores in eo præsertim in cordis regione, oris inflammatio, & spuma in eo, ulcera in lingua, depilatio, atque capillorum defluvium, aliaque pessima, ut docet *Galenus* 5. 36. *&* 7. *de locis affectis*, *& l. de atrabile cap.* 4. quæ omnia ingeniti veneni familiaria sunt, sicuti de dolore in stomacho, testatur *Hippocrat. l.* 7. *aphorism.* 20. *Riverius l.* 17. *praxeos sect.* 3. *cap.* 1. *versic. sed etiam*, *Mariottus cap.* 6. *& cap.* 11. *de inquiet.* idem *Riverius l.* 3. *institution. Medicorum sect.* 3. *cap.* 9. *de vomitu*, idem *Riverius dicto lib.* 17. *sect.* 3. *cap.* 1. *versic. denique sciendum*, *Mariottus l.* 6. *de febribus cap.* 17. *& l.* 4. *cap.* 6. & comprobant *Civilistæ*, nempe *Hondedeus consil.* 88. *num.* 17. *vol.* 2. *Franch. consil.* 97. *num.* 11. aliique; de linguæ nigredine, ac de sanguine *Daniel Sennertus l.* 4. *de febribus cap.* 10. sicuti de dentium nigredine *Riverius centur.* 2. *observationum observ.* 83. de livoribus in corpore *Hyppocrat. l.* 1. *auctorum textu* 38. *& l.* 4. *epidem. textu* 80. *Zacchias consil.* 19. *num.* 20. & comprobant *Civilistæ*, nempe *Hondedeus in d. cons.* 88. *num.* 17. *&* 18. *Farinac. qu.* 2. *num.* 34. ac alii: de ulceribus in lingua, *Riverius ut supra l.* 6. *cap.* 5. *Mariottus de febrib. l.* 3. *cap.* 6. & de tumore in cordis regione, idem *Riverius l.* 3. *instit. Medicor. sect.* 3. *cap.* 9. *Mariottus ut supra l.* 4. *cap.* 1. & denique de capillorum defluvio supra citati Doctores, & *Paulus Zacchias l.* 1. *quæst.* 7. *num.* 39. Octava
36 conclusio Vitrum subtiliter pulverisatum esse innoxium quia comminutum interiora lædere nequit, imo tanquam remedium dari ad calculum frangendum docet *Galenus de simplicium facultatibus l.* 5. *& cap.* 13. *& l.* 9. *cap. de opobitæ*, & testatur *Avicenna l.* 5. *tract.* 2. *cap* 729. *Anglicus de proprietate rerum l.* 17. *cap.* 100. *Borellus cent.* 2. *obser.* 12. Aliique; nec inducere maculas & postulas cutaneas, *Card. de ven.*
37 *cap.* 3. *vers. licet.* Nona vero patet assensum, nam res, incerta nec bona, nec mala est judicanda, & licet illa materia alba in distillato reperta visu dignosci non potuisset, tamen probabile judicium fieri poterat initio experimento in aliquo bruto.

Sane judicium Medicorum ex præmissis recte videtur; sicuti recte probatum visum fuit Magnæ Curiæ, a qua compilato processu, ex infrascriptis rationibus Franciscus Antonius Panzuto fuit liberatus in forma & J.U.D. Mazzeus, Vitalis, & ut in provisione consignati.

Prima, quia testimonio Medicorum non erat cre-
38 dendum, tum quia erant Vassalli, & testes, quibus aliqua ratione imperari potest, idonei non sunt, *l. idonei ff. de testib. Farinac. de testibus quæst.* 35. *n.* 203. tum etiam quia ultra vitrum, quod innoxium est, deponunt qualiter in distillato repererunt aliam materiam albam, quam cum vitio judicaverunt venenum esse perfectum, quando ignorabant veneni speciem, & incognita specie passiones speciei cognoscere non poterant, nam sicuti ad esse sequitur operatio, ita ad cognitionem esse sequitur operatio virtutis operandi, ideoque judicium prædictorum inane, & suspectum erat habendum.

Secunda, nam prædicti Medici numerando in eorum depositionibus symphomata, ac signa, quæ in corpore apparebant certitudinaliter testati fuere D. Carolum ex propinato veneno defecisse, quando in dubium revocari non poterat eum a febre maligna vexatum fuisse, & ad evellendam a corpore malignitatem ei visicantia, & cordialia pro regimine applicaverunt, & quando symphomata, & signa enumerata veneno ingenito communia sunt, sane judicium de certitudine propinati, & non ingeniti, non solum temerarium, sed valde suspectum erat, & contra doctrinam *Pauli Zacchiæ l.* 2. *qu. Medicolegal. tit.* 2.
39 *quæst.* 8. *num.* 10. ubi inquit, *Concludamus itaque, quod ubi accidentia cum febri putrida eveniunt; vel febrem subsequuntur, omnis suspicio externi veneni tollitur*; sane cum cognitio hæc difficillima reputetur in ægrotum, non sine nota propriæ conscientiæ peri-
40 tos posse judicare ex propinato veneno defecisse censeo; ut quoque advertit *Danza de pugno Doctorum cap.* 19. *de venenis num.* 34. *& Saraus in prax. de*
41 *diversis delictis num.* 27. Quarta, quia non constabat de delicto in genere, quod est correlativum delicto in specie, ita quod unum se habet, uti antecedens, & alterum, uti necessarium consequens, si enim unum non existit, alterum non subsistit, & sic tota inquisitio corruit; esset quidem ridiculum, noxa non reperta, noxium in mundo perquirere, hac in re posita gravi infirmitate D. Caroli, & confessione Panzuti reddebatur in dubium an malignitate febris, an malignitate, seu scelere hominis D. Caroli exitum provenisse id, quod erat resolvendum, & liquere poterat si Fiscus probavisset materiam in distillato repertam, quoad quantitatem, & qualitatem fuisse nocivam, &

fatis non est probatio venenum fuisse propinatum, sed constare oportet illud ad necandum fuisse sufficiens, probant Doctores, scilicet *Farinac. in Praxi quæst.* 2. *num.* 30. *& in consil.* 184. *num.* 16. *&* 48. *Bertazo-lus consil.* 138. *tom.* 2. *Trevisan. decis.* 10. *num.* 4. late *Cyriacus controv.* 485. *n.* 4. 5. 6. 7. *&* 9. Quinimo confessus venenum dedisse ei, qui mortuus est
42 ultimo supplicio damnari nequit, nisi aliunde appareat exitium vere secutum esse ex propinato veneno, ut post *Paulum de Castro*, *Bertazzol. Hondedeum*, *Caballum*, *Trevisanum*, *& Carpzovium* fatetur *Franch. decis. cons.* 97. & late *Præses Regiæ Cameræ Cannavervas conf.* 4. *num.* 32. *post decis.*

Unde diligens Judex Reum confessum interrogare debet de qualitate, & traditi veneni quantitate, ac
43 super confessione peritorum judicium habere; nam si periti existimant propinatum venenum, aut propter qualitatem, aut quantitatem ad necandum non fuisse sufficiens, ea sua confessione Reus damnari nequit, probat *Farinac. d. qu.* 2. *Guazzin. defens.* 4. *cap.* 5. *num.* 18. *Hondedeus conf.* 88. *num.* 14. *vol.* 2. *Bar. observ.* 21. cum Reus fateatur, quod ad suam cognitionem non spectat, verum, quod supradictum est, confessum non esse condemnandum, nisi aliunde constet venenum fuisse propinatum, intelligo si symptomata, & veneni signa deficiant, & illud, quod Judex Reum confessum interrogare habeat de quantitate, & veneni qualitate, locum habet in ægroto.

Tertia, quia sicuti verisimilitudo pro lege habetur & naturæ cognata dicitur, ut fatetur *Aymon.*, *Cravetta conf.* 566. *n.* 19. ac omnium probationum Prin-
44 ceps, ita quod testi minus idoneo fides habetur, & minori numero testium standum, si verisimilia ii, & credibilia deponunt, juxta textum *in l. cum de ætate* 13. *ff. de probationibus*, *l. ob carmen*, *§. finali*, *ff. de testibus*, *l. testium*, *Cod. eodem*, *l. si duo de jurejurando*, *cap. in nostra extra de testibus*, *& cap. licet causam de probationibus*, ita inverisimilitudo fal-
45 sitatis est imago, ut omnes ajunt, & in specie, quod ad probandam falsitatem maxime inverisimilitudo attenditur, *Textus est in cap. quia verisimile* 10. *de præsumptionibus*, ibi: *Quia verisimile non est*, *providens*, *ne super hoc probationem recipias*, *l.* 3. *§. ideoque*, *ff. de testibus*, & post nonnullos testatur *Farinac. quæst.* 153. *num.* 176. in præsentiarum inquisitio magnam continebat inverisimilitudinem. porro Vitalis necandi veneno D. Camilum causam non habebat, nullam ab eo receperat injuriam, & si controversia in emendo Turturam, ac alia confinium odii causam præbere poterat, hæc utique consideranda erat in personam Camili, non vero in personam Nicolai, cum ille suum obtinuerit desiderium emendi Turturam, neque alia erat excogitanda contra Nicolaum, nempe pro non habendo D. Camilum uti vicinum malevolum, & sibi malum vicinum; nam deficiente D. Camilo inimicitia non deficiebat, cum pluresque D. Camili remanerent fratres, quibus perpetua, & capitalis remaneret inimicitia, & non præsumitur eum voluisse sine causa cum vitæ periculo, & maxima bonorum jactura hominem necare, *Menoch. de præsumpt. l.* 1. *præsumpt.* 17. *Farinac. conf.* 19. *num.* 19. *Calvinus de æquitate*, *cap.* 204. *num.* 21. *&* 22. *& cap.* 223. *lib.* 2. *Conciol. resol.* 5. *Novarius decis. Apuliæ* 133. *Cons. Pratus ref.* 23. *num.* 61. Hinc cessante causa delicto proportionata, indicia, si quæ sunt, concurrunt, & tota inquisitio corruit, ut late post *Farinac. Vermiglolam*, *Conciolum*, cæterosque Doctores notat *Consil. Prat. respons.* 24. *num.* 73. unde deficiente hic causa, delictum non præsumitur, sed e contra ex inverisimilitudine falsitas desumitur.

Item quia infacto constabat Nicolaum Vitalem ad terram Turturæ non accessisse, Panzutum, & Mazzeum non cognovisse, unde verisimile non erat hominibus sibi ignotis, quibus familiaritatem non acquisivisset, rem tanti ponderis confisum fuisse, literisque commisisse.

Amplius quia secuta carceratione Francisci Antonii Panzuto in Terræ Ajetæ, ipse cum in tuto se ponere potuisset, & debuisset, si criminis Reus esset, publice Neapoli moratus fuit, bona sua conscientia tutus, quando in re tam gravi periculum effugere poterat, & honesto colore ad patriam redire, ubi non ita de facili carcerari poterat: ex quo maximum oriebatur innocentiæ signum, ut notat idem *Consiliarius Prata resp.* 23.

Tandem considerabatur bona vita, & fama prædictorum inquisitorum, quæ inverisimilitudinem ponderatam valde firmabant, & impollutam indicabant, eoque magis, quia tempore, quo in R. Camera dictæ Terræ alienatio tractabatur, Vassalli partiti sunt, enim eorum aliqui Doctorem Nicolaum Vitalem optabant, aliqui Marchionem, unde de facili isti hanc meditavere machinationem, spe ducti quod Baro Marchioni Terram cederet, gratia evitandi molestiam.

Ego in hac causa votum meum non protuli, quia antequam ad Magnam Curiam tertia vice transitum fecissem supradicta omnia ponderanda attenta bona vita, & qualitate mei concivis, ejusque bona progenie, nonnulla in sui favorem officia egi, sed uti audivi causa communi judicum suffragio, ut supra dictum est, determinata fuit, referente *Dom. Conf. D. Francisco Gascon* doctrina, & virtute ornatissimo.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXXIII.

Delictum in genere in veneno, & circa veneni materiam.

SUMMARIUM.

1 *De signis Veneni propinati, & an ea signa quandoque etiam veniant ex maligna febre.*
2 *De ægris curandis aqua frigida.*
3 *An Judex a Barone datus possit esse Judex in causa Baronis cum vassallo.*
4 *Et an suppleat defectui præsentia Auditoris Provinciæ.*
5 *Sæpe coactiones fiunt Reis in Curiis, ut præsumantur.*

Legat in principio Trichinam oppidum Provinciæ Lucaniæ tria millia passuum a Marathea distans in boream, oppidum in Appennino positum, frugibus terra sterilis, tantum pomis, & nucibus victum sibi, & reliqua ad humanam vitam necessaria oppidanis quæritantibus, unde noster Julius Cæsar Cortesius.

Dicea buono chillo de la Trechiana
Che jeva vendendo nuce,
Non è tutt'oro no chello, che luce.

1 Habes elegantissimam dissertationem Medicolegalem sint ne lividuræ in corpore defuncti, ulcerationes linguæ, & similia semper signa veneni propinati, an ut plurimum etiam malignæ febris? habet enim hoc humanum corpus, ut sæpe a se ipso venena gignat, & quandoque contagiosa venena, ut est rabies; unde caute agere debere Judices in accusationibus veneni, ne potius impolluræ sint, quam veræ delicti accusationes, & etiam caute sunt attendendæ Medicorum attestationes, prout hic Dominus Auctor perspicue discunt testimonia Medicorum, judicantium D. Carolum Consentinum veneno propinato mortuum esse. Et
2 placet quod dicat, qui ea maligna febri moriuntur, aliquando os habere ulceratum ob nimiam ariditatem, & adustionem. Unde natura ipsa dictante cognoscimus tantum ignem non posse extingui, nisi aqua, prout boni Medici hodie Deo dante faciunt, & in aqua sola curantur, qui desperati alias infirmi sunt, & mirum veritatem illam usque ad præsens oculos Medicorum fugisse, itaut delictum erat aquam infirmum vel summa lingua attingere, vel sæpe crystallinum globulum aqua madefactum lambire, nec semper ignota hæc veritas fuit: tempore Pompei Magni fuit Ro-

mæ

mæ Afclepiades, qui, ut ait Plinius *lib. 26. cap. 3. Universum prope humanum genus circumegit in se, non alio modo, quam si Cælo emissus advenisset. Trahebat præterea mentes artificio mirabili, vinum promittendo ægris, dandoque tempestive tam frigidam aquam*, & infra *ipse cognominari se frigida danda præferens*.

3 An Judex datus a Barone possit esse Judex in causa, in qua habet Baro interesse, & an acta sint nulla, Dominus Auctor *num. 13. & 14.*

4 Et an suppleat defectui talia Judicis dati a Barone in recipiendo confessionem a Reo præsentia Auditoris Provinciæ, ibid. Dominus Auctor, ubi dicit, quod Auditor etsi sit ordinarius Judex in Provincia, non tamen potest solus condemnare, & confessione recipere, quæ recipiendæ erunt saltem coram duobus Auditoribus cum interventu Regii Fisci in Auditorio, nec solus Auditor inferre potest actum funis.

5 Hic nota rem miram dictu, quod ita sæpe credantur fieri coactiones a Curiis Baronalibus in extorquendis confessionibus, quod in similibus fiat argumentum ad supponendum extortas fuisse confessiones a communiter accidentibus per *text. in cap. prudentiam, vers. at solet extra de officio delegati*, quando e contra deberet supponi pro validitate & justitia actus & ut potius actus stet, quam ut ruat, igitur credas rem esse singularem, & dignam, ut noterur, & sæpe proderit hoc domini dictum.

Cætera de per te nota, & addas, quod dictum est *lib. 2. ref. crim.*

RESOLUTIONIS TRIGESIMÆ QUARTÆ

ARGUMENTUM

Judex excedens in tormento, qua pœna puniatur, & mandans in verberando si Mandatarius excedat, itaut verberatus perierit, an teneatur de excessu, ac de arbitrio M. C. in verberando criminibus labefactos.

SUMMARIUM.

1 *Citatio regulatur a pœna, si capitalis est, nempe ultimi supplicii, ad informandum, & capitula traditur, ceterum ad informandum tantum.*

2 *Judex excedens in tormento, quo tormentatus periit juxta* Regni Capit. si juste *pœna capitis punitur.*

3 *Judex si modum a lege præscriptum in torquendo non servaverit, non ut Judex, sed tanquam Privatus procedere videtur.*

4 *Lata culpa in Officiali æquiparatur dolo, & interdum capitaliter punitur.*

5 *Multa licet non malo animo, sed quia malo exemplo sequuntur, pœna digna sunt.*

6 *Tormentum practicari nequit, nisi præcedentibus indiciis, & datis defensionibus.*

7 *M. C. aliquando utitur diligentia in verberando culpatos de criminibus, & Authoris consilium refertur.*

8 *Tormentum contra criminosos, atrocioribus criminibus labefactos in Regno infertur ex processu informativo.*

9 *Carceratus manet sub Regia Protectione.*

10 *Textus in §.* item lex Cornel. de publicis Judiciis, & *Tex.* in l. nihil interest, ff. ad l. Cornel. de sicariis *expenduntur & 17.*

11 *Text.* in cap. final. de homicidio in 6. *interpretatur & 16.*

12 *Mandatum ad verberandum zelo justitiæ par non est, ac mandatum ad verberandum odio particulari, sicuti mandatum ad verberandum datum limitatur, item mandatum ad verberandum par non est, ac mandatum ad vulnerandum, etenim unum levius altero gravius est 13. & 14.*

15 *Mandans ad verberandum, si mandatarius excedit & verberatus periit, non tenetur de homicidio, contrarium mandans ad vulnerandum, & de ratione.*

QUæstionum usus (quas nunc tormenta dicimus) priscis temporibus nonnisi in servos, quorum modica putabatur jactura, exercebatur. Sequens ætas, quasi necessarium ad eruendam ex ore reorum veritatem illum induxit etiam in ingenuos. Nec defuere Jurisconsulti, qui in consuetudinem inferendorum tormentorum acriter scripsere, existimantes æque in quæstionibus, seu tormentis veritatem a sustinentibus occultari posse, ac innocentes non vera delicta fateri; ac ut solet in duello, ubi sæpe accidit, ut qui meliorem causam fovet tamen gladio perfossus occumbat, quod autem pro bono Reipublicæ regimine fuit introductum, ne in damnum reverteretur, leges justitiæ cultrices quæstiones non in omnibus criminibus habuere, siquidem eas in exercendo ordinem decreverunt, ac metam prudentes posuere; qualis vero sit eorum usus, in hoc Neapolitano Regno late scripsi in *decretor. Praxi cap. 8.* & in subsequenti causa Baronis Taurasi videbimus.

Baro Terræ Taurasi, habita querela contra quemdam pauperrimum ejusdem Terræ de furto, ordinavit Curiæ, ut illum caperet, & captum, si oporteret pro detegendo furto, aliquantulum verberaret, ita dicendo, *e bisognando datteli quattro mazzate*, accidit quod Gubernator, & Actuarius cum familia armata nocte carceraverunt eum, & ita verberaverunt, quod miserrimus periit, ut per informationem captam per Regiam Audientiam Principatus ultra, tum in genere, cum periisse propter verbera; quia livores in toto corpore aderant, tum in specie, non solum per testes, qui deponebant de captura, & de carceratione intus Palatium Baronis, & de clamoribus, sed etiam per testem de visu, qui deponebat de assistentia Actuarii, & Gubernatoris tempore quo famuli verberaverunt eum, sicuti contra Baronem alii testes concludenter deponebant; & cum tractaretur in M. C. de modo citandi, quia citatio regulatur a pœna, fuit dubitatum, quam Gubernator, & Actuarius, & quam Baro merebantur pœnam, nam si ultimi supplicii pœna erant plectendi, si in fortiis fuissent citari debebant ad in-
1 formandum & ad Capitula; & pro Fisco fuit consideratum, quod si Officialis aliquem non legitime in tormento ponit, qui in eo perit in ultimi supplicii pœnam incurrit, ut in hoc Regno ex Capitulo, incipiente *si juste*, promulgato a Serenissimo Rege Carolo II. *sub tit. de appellat. a tormen.* ibi: *Nam si præsens Judex, & Officiales quocumque nomine censeantur appellationem legitime interpositam ad tormenta non receperit, aut hominem tormentaverit, ubi non debuit, seu in criminibus non inferentibus pœnam ultimi relegationem; aut contra præfatam formam de homine quæstionem habuerit, siquidem tortus ipse ex tormentis, aut propter confessata per tormenta sibi adhibita mortuus fuerit, vel condemnatus ad mortem,*
2 *& sententia in eam executioni mandata, Officiales adhibitores talium tormentorum ad ultimum supplicium propterea condemnentur*; Judex enim debet rite, & recte ad torturam devenire, itaut Reus innocentia, vel supplicio salvus sit, *lege quæstionis modum ff. de*
3 *quæstionibus*; si modum a lege præscriptum non servaverit, non ut Judex, sed tanquam privatus procedere videtur, ideo tenebitur, *l. si constante § si maritus ff. soluto matrimonio l. 2. §. Dominorum ff. de iis qui sunt sui, vel alieni Juris, & l. si quicumque §.*
4 *si magister ff. ad l. Aquiliam*. Quod in officiale lata culpa dolo æquiparatur, ut in *Commentariense l. ad commentariensem Cod. de Custodia Reorum, & in l. Milites ff. eodem*, ac text. *Gothofred. in d. l. lit. I.* ubi inquit: *Culpa nimia interdum punitur capitaliter*.

5 Quod etiam capitaliter puniri debet propter scandalum, argum. *Tex. in l. 3. §. 1. ff. ad l. Cornel. de Sicar.*, ubi relegari justum est eam, quæ non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex

ex quo propterea, quæ acceperat, decessit, & *in l. si quis aliquid §. abortionis ff. de pænis*, ibi: *Qui abortionis aut amatorium poculum dant, & si dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum damnatur, honestiores vero in Insulam.*

In præsenti præcitati Officiales injuste porro miserrimum verberaverunt solum habita querela, & non capta informatione, imo ea capta, licet de furto qualificato fuisset, verberare non poterant, sed præcedentibus indiciis, & datis defensionibus in tormentum eum ponere, juxta *Text. in l. Divus ff. de quæstionibus, & Capit. Regni Tormenta habeb., & si juste;*
6 & licet M. C. aliquando in atrocioribus criminibus notatos verberat, moderate tamen procedis, & juxta judiciorum metam, & contra alias diffamatum, hic non prætermittendo, quod hac Praxi Juvenis usus
7 sum, nec senex admoneo Judicem ipsum abstinere, tum pro conscientia, tum etiam ut Populi evitetur murmuratio, quando jam est a lege provisum in hoc Regno in atrocioribus posse Judicem devenire ad tor-
8 menta ex processu informativo non datis defensionibus, ut per Capitulum *Si cum Sceleratis*; unde cum tam injuste verberaverint, & modum excesserint, quo miserrimus obiit, morte digni erunt reputandi, & consequenter ad informandum, & Capitula citandi etiam propter exemplum; Primo, per *Text. in §. Item lex Cornelia de publicis judiciis*, ubi quis tenetur de homicidio, tum si illud est secutum propter vulnera, tum si propter verbera; mali quidem res exempli erat, ut quis sit in periculo, ubi in tuto esse debet; in carcere enim quilibet securus permanet
9 sub Regia Protectione, & dictum quod si miserrimus iste in manibus inimicorum pervenisset, pejus utique perpeti nequiverat, & ita provisum, quod *Baro teneatur de excessu, eoque modo citandus erat*; Primo
10 per *tex. in l. nihil interest ff. ad l. Cornel. de Sicar.* ubi J. C. inquit, *Nihil interest, occidat, an quis causam mortis præbeat*. Secundo, per *Tex. in cap. final. de*
11 *homicid. in 6.* cujus sunt verba. *Is qui mandat aliquem verberari, licet expresse inhibeat ne occidatur, nullatenus, vel membrum aliquod mutiletur, Irregularis efficitur, si mandatarius fines mandati excedens mutilat, vel occidit, cum mandando in culpa fuerit, & hoc evenire posse debuerit cogitare*; ita tenet *Anton. Gomez variar. resol. tit. de homicidio cap. 3. num. 18.* quamplures allegando Doctores, ita concludendo per sequentia verba. *Sed etiam isto casu ego firmiter teneo, quod mandans, & mandatarius teneantur pæna mortis per superiora mea fundamenta.*

E contra pro Barone, quod is non causa, & odio particulari mandatum Curiæ dederat, ut illum verberaret, sed zelo justitiæ pro detegendo furto, quæ diligentia propter frequentiam delictorum aliquando in
12 hoc Regno practicatur arbitrio boni viri, idest Judicis, & quod hic casus erat distinguendus ab illo nempe quando odio mandatum ad verberandum dedisset, ac ab alio, nempe si ad vulnerandum fuisset, quæ consideratio, nempe hæc distinctio semper habenda est, videlicet inter gravem, graviorem, & gravissimam rem, ut condemnatio auribus hominum sit consona, ac a populo accepta, quod animus, & non eventus in delictis inspiciendus est, ut *in l. 1. §. Divus Adrianus, & in l. Divus Adrian. ff. ad l. Cornel. de Sicar.*

13 Præterea quod Baro mandatum Curiæ non injunxit indefinite, ut illum verberaret, sed limitate: quinimo & si causa particulari mandatum ad verberandum dedisset, nec de morte teneretur, tenet *Bald. in l. cum mandati C. de mandatis in fine, Paul. de Cast. in d. l. §. sed si mandavit, August. ad Ang. de malefic. in verbis Sempronium mandatorem qu. 14. Jason. in l. 1. Cod. de servis fugitivis num. 32. Marant. in cap. fient dignum. §. 1. de homicidiis, Marsil. cons. 67. num. 28. Alex. cons. 140. vol. 2.* quia lignum, seu aliud instrumentum, quod non est ferreum, communiter non est aptum ad occidendum, nisi eo hominis caput percutitur; secus si mandatum esset ad vulnerandum, cum
14 vulnera non dantur ad mensuram, & quia ferrum scindit corpus, eoque effunditur sanguis, quo & anima, & sic facile mandatarius excedere potest mandatum, non ita mandatum de percutiendo, quod facile exequi potest sine excesso, ideoque in hoc casu man-
15 dans non tenetur, sed extraordinarie punitur. *Guerba consil. crim. 46. Clarus qu. 89. num. 5. Farinac. qu. 135. num. 550., & 254. ac quæst. 126. num. 131. & 133.* ubi de mandato ad caput baculo percutiendum.

Addebatur, quod *cap. fin. de homic. in 6.* ac alia concordantia Iura Canonica non erant in proposito alle-
16 ganda, quia illa non continet pœnam corporalem, sed vel suspensionem, vel dimissionem, vel irregularitatem, in qua incurritur tam si dolo, quam si culpa quis deliquit, tam si vulnerat, quam si occidit, ut dicit *Glos. in dicto cap.* ibi. *Nota quod ad pænam irregularitatis paria sunt aliquem interficere, vel membrum mutilare*: ut etiam in hac materia docte, & erudite notat *Emanuel Gonzalez in cap. de cætero*, cum pœnæ de Jure Canonico respiciunt bonum animæ, & ideo Canones quoad pœnas de Jure Civili non sunt extendendi.

Item quod *Text. in §. Item lex Cornel. institutionib. de publicis judiciis*, procedit quando constat de voluntate occidendi, ut quia magno baculo hominis caput percutit, vel ita percutit, quod hominem interemit, necnon *text. in l. interest* procedit, videlicet
17 quando a me Titius petit sclopum, & scio, quod illo Sempronium occidere vult, & hac scientia Titio sclopum accommodavi, propterea M. C. non citavit Baronem ad informandum, & ad Capitula, sed relaxavit citationem ad informandum, ac mandatum decapiendo, & dictum, *quod citetur, & capiatur.*

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXXIV.

Judex excedens in tormento qua pœna puniatur, vel mandatarius excedens si aut verberatus perierit, & de arbitrio M. C. V. in verberando.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum factum a Barone Judici, ut verberet, si opus fuerit, accusatum, an secuta morte ob verbera teneatur Baro.*
2 *De citatione ad informandum, & capit. remissive.*
3 *An licitum sit moderate verberare Reos.*

1 Mandatum factum a Barone judici, ut verberet si opus erat, accusatum, an ob verbera secuta morte Rei, quia res illicita fuit verberare, Baro teneatur ad pœnam ultimi supplicii, unde debet citari ad informandum, & capitula, quæ citatio præambula est ad forjudicationem, vel aliquo alio mitiori modo esset procedendum, est decisum, quod citetur, & capiatur.

2 De citatione ad informandum, & capitula, vide *Follerium prax. crim. 1. par 2. partis verbo, vel eos verbaliter citari faciat n. 3. & seqq.*

3 An autem licitum sit moderate verberare Reos, Dominus Auctor consulit Judicibus, ut non faciant *n. 7.* quamvis dicat M. C. aliquando in atrocioribus criminibus notatos verberare moderate, etenim inquit bene esse provisum per capitulum *si cum sceleratis*, in talibus delictis devenire posse ad tormenta ex processu informativo.

RESO-

RESOLUTIONIS TRIGESIMÆQUINTÆ

ARGUMENTUM

De Tortura testibus inferenda, & præsertim quando testis, sit torquendus ad sciendum, a quo fuit seductus.

SUMMARIUM.

1 *Testis verisimiliter informatus, & renitens, ut veritatem fateatur, in carcere detinetur.*
2 *Testis ad deponendum renitens in causa capitali, & convictus torquetur.*
3 *Testis convictus dicitur etiam dicto unico teste, si omni exceptione major, & dignior sit.*
4 *Testis si in repetitione contrarium deponat, & in re substantiali in quo dicto persistat, torquetur.*
5 *Testes in secunda depositione in re substantiali sibi contrarii, si seductionis suspicio adest, ad sciendum, a quo fuit seductus, torquetur de hujus decreti vi, ac praxi.*
6 *Testis si fateatur non ita dictum, prout reperitur scriptum in judicio Civili sibi non creditur, sed actuario, & de ratione, cum limitationibus n. 7.*
8 *Testis in repetitione negat, quod Actuario fuit scriptum in judicio criminali, quod condemnandum sibi non creditur, neque Actuario, seve Notario, & ampliatur etiam si multi testes ita deponant, & de ratione.*
9 *Factum inter Illustr. Magnum Comitem Altavilla, & D. Ioseph Sanfelic. refertur.*
10 *Testes subscripti, vel coram Judice recepti infra si in repetitione negant, quod reperitur scriptum, de falso puniri possunt.*
11 *Decisio S. C. n. 12.*

1 TEstis verisimiliter informatus est veritatis testimonium si fateri recusat, Judicis arbitrio in carcere detinetur, convictus enim in causa capitali, sci-
2 licet ubi pœna est ultra Relegationem ad eruendam veritatem torquetur, & convictus dicitur etiam unico
3 teste, si ille omni exceptione major sit, & eo dignior, præsertim concurrente aliquo adminiculo; si vero testis unum in prima depositione, & contrarium, in secunda scilicet repetitione in re substantiali deponat,
4 ad videndum in quo dicto persistat, quoque torquetur, verum si subornationis suspicio adest, ex quo cum parte fuerit allocutus, de quo facto constet in processu: & tunc ad sciendum a quo fuit seductus, tor-
5 quetur, cujus decreti vis est, ut depositio in suo robore, in Fisci favorem remaneat, quæ praxis descendit ex *Glossa in authentic. de testib. cap. quia vero lit. M.* ibi: *sed contra ut si cum aliquo partium fuit locutus*, sicut late probavi *in praxi decretorum c. 2.*
6 Si vero non ita dictum, prout est scriptum, fateatur, & tunc in judicio civili Actuario, seu Notario creditur, juxta text. *in cap. ad audientiam de præscriptionibus*, ibi: *Nec credentes ipsum Scriniarium cum juratus sit officium suum fideliter exequi aliud scripsisse, quam testibus diceretur*; qua ratione attenta, & quia duplicem personam repræsentat, ut dicit *Clarus quæst. 53. Papiensis tom. 10. Glos. 7. nu. 15. aliique ibi communiter* dum hanc firmant conclusionem, quam limitant, nisi Notarius sit suspectus, vel
7 testis sit persona multum notabilis, vel multi sunt testes, & omnes conveniant, eamque sublimitant si depositione testium sint subscriptæ. In judicio vero criminali neutri creditur, ut testis vel Actuarius, vel Notarius puniatur etiam si multi sint testes, & omnes conveniant, nam unusquisque deponit in facto proprio, in quo singularis est, secus ut inquiratur, & torqueatur, ut post antiquiores notat *Consil. Capyc. de-*
8 *cis. 61. & 64.* & ibi *Additionatur Petra, Dom. Consil. D. Ioseph. de Sesse decis. Aragon. decis. 107. Dom. Reg. Sanfel. decis. 231. Caball. casu 183.* Hinc pendente controversia in S. C. decidenda inter Ill. Magnum
9 Comitem Altavillæ, & Dom. D. Josephum Sanfelice circa confines territoriorum, quæ existunt in pertinentiis Castri Arnonis, ob quam controversiam ad petitionem D. Josephi assistebat porterius S. C. cum familia armata, accidit casus, quod unus ex custodibus territoriorum de Sanfelice e domo, ubi morabatur porterius causa emendi commestibilia ad fluminis Cybem accessit, & dum porterium illum ad alteram fluminis ripam Cybem trajiciebat a nonnullis hominibus armatis dicti Illustris Comitis fuit requisitus, ut non trajiceret, sed ad Ripam rediret, & quia prima, & secunda vice requisitus responsum non dedit, iterum prædicti porterium requisiverunt minis, quod si custodem non traduceret contra eum scloporum ictus emittere intendebant, prout ictus emiserunt, quibus prædictus custos remansit extinctus, atque iterum porterium requisiverant, ut custodem ad Ripam traducerent, quia aures, & nares illi obtruncate habebant juxta ordinem a dicto Illustre Magno Comite acceptum, quod factum deponebant quatuor testes examinati coram Consiliario D. Petro Cortes tunc Capuæ Gubernatore, & quia causa agebatur in Sac. Cons. tanquam a civili dependens eum a Consiliario D. Carolo Brancatio, viro omni laude digno, & nunquam satis laudato, & Fisci patrono, interveniente denuo examinati fuerint, non solum non ratificaverunt depositione, sed negaverunt eas fecisse coram D. Consiliario, protestando quod factum penitus ignorabant, fuit dubitatum an prædicti testes erant torquendi, & quomodo, an de falso puniendi, & me interveniente resolutam illam quæstionem, cui sit credendum, quando testis
10 negat, ita dictum, prout reperitur scriptum non habere locum, quando testis depositio esset subscripta, vel coram Judice recepta, nam eo casu de falso puniri poterant, ut post antiquiores testatur *Olacus quæst. 53. vers. quintus est casus*, idem *consiliar. D. Joseph de Sesse d. decis. 107. num. 4. Reg. Sanfelic. dict. decis.*
11 *131. num 6.* prædicti vero fuerunt torti ad sciendum a quo fuerunt seducti, considerando S. C. quod si seductionis crimen confessi fuissent, Fiscus probationem contra Magnum Comitem acquisivisset, & condigna pœna testes castigavisset, in casu contrario Fisco nullum præjudicium fuisset illatum, & tortura esset eis in locum pœnæ.

Quinimo fuit consideratum, quod prædictum decretum etiam practicari potuisset, & si testes coram Judice non fuissent recepti concurrente bona fama Actuarii, Magna inquisiti potentia, ac verisimilitu-
12 dine dicti mandatum enim erat credibile, cum in confinium controversiis, aliarumque rerum in hoc Regno pessimus inter Barones mos aures vassallorum, & nares obtruncari inoleverit, prædicti testes torti, & postea ad invicem consignati fuere.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXXV.

De tortura, & quando testis sit torquendus ad sciendum, a quo fuit seductus.

SUMMARIUM.

1 *Testes negantes dictum in prima depositione torquentur, & an stetur scripto.*
2 *Ratificatio depositionis debet fieri.*

1 TEstes in ratificatione depositionis dictum in prima depositione negantes torquentur ad sciendum

dum, a quo fuerunt seducti, & tamen scripto depositionis factæ coram Judice, & subscriptæ statur; vel etiam si depositio fuerat facta coram Actuario bonæ famæ, concurrente scilicet in hac depositione coram Actuario inquisiti potentia, & verisimilitudine dicti illi depositioni est standum, & testes de falso puniri poterunt. Auctor noster hic *num.* 11. *&* 12. *Cæterum* inquit *in judicio criminali nemini creditur* (scilicet neque scripto, vel neque testi) *ut testis, vel Actuarius, vel Notarius puniatur, secus ut inquirantur, & torqueantur, ut num.* 7.

2 Ratificatio depositionis debet fieri etiam si procedatur ad modum belli, *de Angelis de delictis cap.* 18. *num.* 5.

RESOLUTIONIS TRIGESIMÆSEXTÆ

ARGUMENTUM

Familia Curiæ an teneatur, & qua poena, si delinquentem percutiat, cum fugientem injungere nequeat.

SUMMARIUM.

1 *Familia Curiæ non tenetur, si delinquentem percutiat, cum fugientem injungere nequeat, juxta doctrinam multorum DD.*

2 *Decisio Consiliarii Grammatici 41. ab Authore impugnatur.*

3 *Delinquens a manibus Curiæ aufugiens excusandus.*

4 Text: in l. 29. §. pen. ff. ad l. Aquil. & tex. in l. 2. Cod. quando liceat unicuique sine Judice se vindic. interpretantur, *& declarantur alm* text. in l. si servus 3. Cod. de his qui ad Eccles. confug.

5 *Gothofredi doctrina* in l. opprimendom Cod. quando licitum unicuique sine judice vindicare *expenditur*.

6 *Birruariorum audacia reprimenda est.*

NIcolaus Apicella de Civitate Sarni, mandante Gubernatore capto a Barricello recitens se liberavit a manibus illius, & insimul fratre, qui aderat armatus sclopo parvo, cum pervenisset ad gradus divinæ Ecclesiæ, ad quam refugiari intendebat a Milite dicti Barricelli ictu scoppitæ fuit vulneratus, nec non a famulo Gubernatoris fuit duobus ictibus cultri quoque vulneratus, ac amplius a prædicto Barricello alio sclopi icto in gutture, sauciatusque ictu periit, existente dicto Gubernatore, prout plene de enunciato facto constabat per informationem captam a M. Cur. In qua fuit dubitatum, quomodo erant citandi; nam fuit dictum, quod aderat
1 doctrina plurimorum Doctorum affirmantium, quod familia non tenetur, si delinquentem fugientem percutit, ea quo cum injungere non poterit, & præsertim *Bald. in l. final. C. de exhibend. Reis*, doctrin. *Parid. de Sindicat. & Hond. eod. tract. in verb. Item in eo, & Consil. Grammat. decis.* 41. ubi ex tribus birruariis, qui vulneraverunt delinquentem fugien-
2 tem, duo, qui illum percusserunt in fuga, non fuerunt puniti, tertius solum, qui percussit eum, postquam cecidit in terram, & salva manu apprehendere poterat, fuit per M. C. condemnatus ad remigandum in regiis triremibus per quinquennium.

Sed contra fuit dictum, quod dicta opinio non erat vera, nec insequenda: & contra naturalem æquitatem cum natura impellente inquisitus, ut se conser-
3 vet in libertate, & vita aufugiat, & quanto gravior est inquisito, tanto minor est ejus culpa, & libentius est excusandus.

Præterea quod præcitati DD. fundantur primo *in text. in l. 29. §. penult. ff. ad l. Aquil.* cujus sunt ver-
4 ba: *Si quid tamen Magistratus adversus resistentem violentius fecerit non tenebitur aquilia, nam & si cum pignore servum cepisset, & ille se suspenderit, nulla datur actio, & in text. in l. 2. Cod. quando liceat unicuique sine Judice se vindicare*, cujus sunt verba: *Opprimendorum desertorum facultatem provincialibus jure permittimus. Qui si resistere ausi fuerint in his velox ubicunque jubemus esse supplicium, cunctis etenim adversus latrones publicos, desertoresque militiæ jus sibi sciant pro quiete communi exercendæ publicæ ultionis indultum; necnon in l. si servus.* 3. *Cod. de his qui ad Eccles. confugiunt*; cujus sunt verba: *Si servus cujusdam in Ecclesiam, Altariave armatus nullis hoc suspicantibus inopinatus irruerit, exinde indicetur, eique mox abstrahendi copia non negetur; Sed si armorum fiducia resistendi animum insania impellente conceperit, abripiendi, extrahendique cum domino, quibus id potest efficere viribus concedatur. Quod si illud etiam confligi in concertatione pugnaque contigerit, nulla erit ejus noxa, nec consianda criminationis relinquetur mensio; si et qui ex statu servili in hostiles, & homicidæ conditionem transiit, sit occisus.* Quo Textu alia duo interpretantur, ut habeant locum contra resistentem armatum, ut clare indicant verba, ibi: *Quod si illum etiam confligi in concertatione, pugnaque contigerit, nulla erit ejus noxa.* Et merito, quia in actu resistentiæ præ timore armorum birruarius ne offendatur, si resistentem offendat, indultus erit, & *Gothofred.* quoque *in d. l. opprimendorum lit. N.* inquit: *Et si se defenderit, occidi potest*; in casu præsenti prædictus Apicella se exemit a manu Barricelli arma non impugnando, postea aufugit ad Ecclesiam, nempe arma impugnavit, unde non debebat illum vulnerare, & occidere: nam aufugit, ut dictum est, natura impellente, & præcitati Barricellus, & famuli debebant cautelate peragere, & excessus Barricelli fuit magnus cum vulneraverit ictu scoppitæ, quo periit, postquam erat vulneratus, ut ponderatum est, ideo juxta meum votum per M. C fuit citatus ad informandum, & capitula, uti morte dignus, alii vero duo, fuit dictum, quod expiantur, ex eo quia non erant cognomine liquidati, & vocatus Gubernator in M. C. etiam ad aliorum exemplum ad refrenandam audaciam Birruariorum, & ad evitanda scandala; nam
5 non est conveniens, ut habeant liberas habenas; in hac materia *Gothofredus in dict. l. servus lit. D.* notat, Reum impune apparitori resistere posse diploma prehensionis permissæ, aut officii sui insignia publica non
6 ostendenti, ac etiam Judici resisti posse, quoties ad instar privati procedit *l. 170. ff. de regul. Juris.*

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXXVI.

Familia Curiæ, qua pœna teneatur, si fugientem percutiat.

SUMMARIUM.

1 *De excessibus birruariorum.*

ISta Resolutio est fat concinna de excessibus birruariorum, & conjungi potest *resolut.* 9. ubi fuit notatum de excessu in verberibus, quamvis ibi Dominus Auctor de verberantibus nihil dicat, solum de Barone, hic autem & de occidente, & de Gubernatore habetur decisio, differentias a te notabis.

RESOLUTIONIS TRIGESIMÆSEPTIMÆ.

ARGUMENTUM

An occidens inimicum reconciliatum, cui etiam cautionem, sive pro eo alicui potentiori fidem dedit de non offendendo, homicidium proditorium committat, itaut indultu non gaudeat, & immunitate Ecclesiastica sit privandus, ac etiam nulla ratione habita de injuria prius ab occiso recepta ordinaria mortis pœna plectendus sit. In quo remissio, concordia, & pax differant, & an satis sit pacem per testes probare, & demum an occidens inimicum de recenti reconciliatum Proditor dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Proditor, unde dictus.*
2 *Nova authoris ponderatio circa proditorium.*
3 *Proditorium quid vere sit.*
4 *Proditorium homicidium an dicatur illud, quod ab amico reconciliato patratur.*
5 *Diversus casus diversam determinationem habere debet*, & num. 26.
6 *Prologuium illud* inimico tuo non credas in æternum, &c. & n. 26.
7 *Natura ad ultionem impellit*, & num. 27.
8 *Injuria recepta cor premit, & iram concitat.*
9 *Cautio malum propositum non mutat.*
10 *Honor, & fama æqua lance perpenditur.*
11 *Honor vita anteponendus.*
12 *Dinæ Jacob filiæ historia refertur*, & n. 28.
13 *Occidens inimicum reconciliatum, quando non dicitur proditor, Doctores referuntur*, & n. 29.
14 *Fides omnino servanda.*
Promissiones, & pacta sunt servanda, ibid.
15 *Josue historia recensetur.*
16 *Fidem frangere inhumanum est.*
17 *David historia refertur.*
18 *Offensus Dominum nostrum Jesum Christum imitari tenetur, ideoque remittendo toto conatu remittere præsumitur.*
19 *Religione, & fide servanda sunt, quæ ex inimicitiis revocantur in gratiam.*
20 *Pax, & cautio de non offendendo est modus tollendæ inimicitiæ.*
21 *Proditoris ratio consistit in motivo non præcavendi.*
22 *Proditor operatur, ut nulla habeatur ratio de offensa præcedenti.*
23 *Doctores recensentur circa proditorium.*
24 *Decisio M.C. circa necem proditoriam.*
25 *Argumenta, & Doctorum dicta circa necem proditoriam declarantur*, & n. 26. 27. 28. & 29.
30 *Provisiones Regii Collateralis Consilii circa nullitates*,
31 Pragm. 28. de offic. S.C. §. 3. *refertur, & interpretatur*, & num. 33.
32 *Testes quando dicantur a Judice incompetenti nulliter recepti*, & num. 34.
35 *Decretum Regii Collateralis Consilii circa necem proditoriam.*
36 *Remissio, Concordia, & Pax, in quo differunt.*
37 *Pax quomodo celebretur.*
De Esau, ac Davide exemplum adducitur, ibid.
38 *Pax injuriam tollit, & amicitiam inducit.*
39 *Praxis decretorum, quæ in hac Civitate in rixis interponi solent.*
40 *Macchabæorum exemplum circa pacem refertur.*
41 *Magistratus ad pacem subditos adstringere valent.*
42 *Ritus M.C. 275. interpretatur.*
43 *Pax inter Nobiles est loco remissionis.*

SAcrosanctum Amicitiæ nomen adeo tenere colendum est, ut nullam admittat labem nullamque nebulam. Hinc qui se temere amicos profitentur, intimis medullis iniquum animum foventes, non inepte serpentibus, qui sub viridi herba noxio veneno pleni latent, sunt comparati; & omnia jura eos, qui sanctæ amicitiæ specie damnum, injuriam, cædemque in amicos patrarunt, exquisitis pœnis plectendos censuerunt; Quid enim sperent extranei homines ab illo, qui alios animi conjunctione sibi junctos offendere non dubitaverit. Quamobrem jura civilia atrocius, quam reliquos criminum Reos castigandos decreverunt: canonica vero asyli auxilio, quod delinquentibus quibuscumque patet in Ecclesiis, privandos scripserunt. At quoniam hæc adeo severe sancita sunt in eos, qui vere amici, tali vinculo sociatos offenderunt, hinc dubitatum est, an idem sit dicendum in inimicis reconciliatis, ubi pax inter eos facta est, ubi multa in præsenti themate animadvertenda sunt. Et quamquam hæc nova non sit quæstio, noviter tamen nos aliqua ponderando, novam resolutionem a Magna Curia prolatam, & a Supremo Reg. Collaterali Consilio confirmatam in facti contingentia referemus: In hac enim Civitate, & propte in Burgo Divæ Luciæ Maris Petrus Pupo, & Hieronymus Stantione piscium venditores, puerorum ludum respicientes, prædicti occasione conviciis ad invicem se affecerunt, imo Petrus lapidem in dictum Stantionem injecit, quem non offendit; ob hanc causam Franciscus Stantione, Hieronymi patruus ita locutus fuit (*occidete uno di detti Purpi, che ho buoni cento ducati da spendere*); hinc spatio duorum dierum transacto, eodem in Burgo, Hieronymus Stantione in Michaelem Purpo, enunciati Petri patrem irruit, & eum cultro mortaliter sauciavit, quapropter tam dictus Franciscus, quam Hieronymus, in carcere Magni Admirati quamplures per menses mancipati fuere; tandem cum Michael Purpo vulneratus convaluerit, facta pace, & obligatione ad invicem de non offendendo, etiam cum verbo equitum, de non lædendo præstito, excarcerati fuerunt, & tamquam amici spatio mensium octo conversati, ad invicem se loquendo, ac pisces unus ab alio, ut illic moris est, mutuo accipiendo: at die decimo Octobris 1692. nulla alia inter eos differentia orta, eodem in loco dormiente dicto Francisco Stantione enunciatus Petrus prohibito cultro duos punctim ictus injecit pectori ejus, & læthaliter duobus vulneribus sauciavit eum, quorum causa infelix ille die 12. ejusdem mensis ultimum efflavit spiritum. Procedente Magna Curia vigore rescripti Suæ Excellentiæ, uti Delegata, attenta proditorii qualitate, cum abbreviatione dierum viginti contra dictum Petrum absentem, quoad forjudicationem. Et proposita Causa cum Fisci instantia pro forjudicatione, considerabamus primo, quod proditorium a verbo *prodere* derivatur, quod est detegere, 1
& manifestare ex *pro*, & eo lit. D. interposita, ut explicavit Calepinus, & ex *Isid. Orig. lib. 10. lit. P.* confirmavit *Reverend. Pater Hippolit. Crasset. lib. Anatome necis proditoria*, §. 9. *num.* 15. ubi inquit: *Proditor derivatur a verbo prodere, cujus germana, & præcipua significatio est detegere cum & ipsum veniat a pro, quod significat in publicum, & manifestum dare: bene itaque proditor detrctor: sane detegere pertinet ad arcana, & occulta; deteguntur autem arcana nostra ab iis, qui illa sciunt: sciunt, quibus nos manifestamus: manifestamus, quibus confidimus: confidimus amicis*, juxta illud *Joan.* 15. *Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi a Patre meo nota feci vobis. Ergo prodere proprium est amicorum: & quoniam ex detectione arcanorum infertur nobis damnum; quid enim prodesset studiose celare, si non obesset detegere; hinc factum est, ut per translationem quamdam omne damnum nobis ab amicis sub*

amicitiæ nomine dolo illatum proditio, & ipsi etiam
amici damnum inferentes proditores nuncupentur,
amici inquam nomine, re tamen inimici; juxta illud
Amicus solo nomine amicus. Ecclesiast. 27. *in princip.*
2 & quia in hac proditione, seu detectione, non solum
damnum ab amico illatum, sed naturalem, & debitam
fidem promissionemque, a proditore infractam considera-
ramus, quo qui Patriæ Consilia Hosti enunciant, Pa-
triæ fidem, & Regia violant; hinc bene per quandam
translationem omnes, qui amicitiam fraude dimittunt,
fidem violant, promissionem non servant, *Proditores*
dicuntur, ideoque Judas Iscariotes quum cohorti Ju-
dæorum Jesum Dominum nostrum osculo demon-
stravit, ut eum apprehenderent, *Proditor* dictus est,
& quia detegit, & quia fidem debitam violavit, ut
scriptum est in Evangelio *Lucæ cap.* 14. ibi: *Quem-*
cumque osculatus fuero ipse est, tenete eum Lucæ cap.
22. ibi: *Jesus autem dixit illi, Juda osculo Filium*
hominis tradis.

3 Secundo, quod illud homicidium, quod est patra-
tum ab eo, a quo occisus præcavere non debebat, ut
puta ab amico, vel ab eo, qui nullo præcedente ran-
core amicitiam simulabatur familiariter loquendo, co-
medendo, vel in itinere associando, unum in ore,
aliud gerens in corde, sicut fecit Jahel uxor Haber
Cinæi, qui Sisaram persecutum a Barac maetu ami-
cum recepit in tentorio suo, & ut salvum faceret
eum pallio operuit deinde clavum, & malleum assu-
mens occidit, *Judicum cap.* 4. a nemine dubitatur
proditorium esse. Sed de illo in thesi posita non pa-
rum ambigitur, & illud esse proditorium *DD.* non
sunt concordes, ratio enim dubitandi consideratur
4 triplicitet; Prima, nam cum diversus sit unus casus
ab alio non eandem, sed diversam determinationem
habere debet.

5 Secunda, quia *Ecclesiastici libro cap.* 12. *num.* 10.
scriptum est: *Non credas inimico tuo in æternum:*
Sicut enim æramentum æruginat nequitia illius, &
6 *si humiliatus vadat curvus adige animum tuum, &*
custodi te ab illo; quia enim semel compertum ex
7 occisi cadavere coram occisore sanguinem profluere,
& in vindictæ signum fervescere: quamplura recen-
sentur exempla a *Rev. Laurentio Beyerlinc lit. S.* & si-
cut late in *decretorum mea praxi cap.* 8. *num.* 37. vi-
dere est, id quod Divino confirmatur verbo, ut in
Genesi cap. 4. *n.* 10. *Vox sanguinis tui clamat ad me*
de terra, inimicum igitur pertimescere oportet, & ab
eo præcavere.

Tertia, quæ supradictæ accedit, & est quia memo-
riæ receptæ injuriæ continuo cor premit, & iram con-
citat, ut *Poeta lib.* 1. *Æneidos*.

Cum Juno æternum servat sub pectore vulnus,
Inde fit, quod vindicta, & si post longum tempus
8 sequatur, in minuenda tamen pœna, tanquam incon-
tinenti facta habetur, teste *Consil. Grammat. decis.* 5.
Grazvel. dec. 18 *Bart. dec.* 132. *Ursil. ad Affl. dec.* 289. *n.*
236. *Genrba consil. criminal.* 86. *n.* 20. & pax quæ se-
quitur, parum operatur, cum id, quod naturale est
immutari nequit, sicut & cautio, quæ ut inquit *J. C.*
in §. novissime autem instit. de suspectis Tutoribus,
& Curatoribus, propositum malevolum non mutat.
9 *& in lib.* 6. *ff. eod.* ibi: *Quia satisdatio propositum tuto-*
ris malevolum non mutat, sed diutius grassandi in re
10 *pupillari facultatem præstat*, maxime si offensa in ho-
nore fuerit illata, quum æqua lance honor, & fama
perpenditur cum vita, *l. justa causa, ff. de manumiss.*
vindicta l. 2. *ff. de orig. Juris*. Imo honor quia eo nihil
11 pretiosius rebus, ac vitæ anteponendus est, ut bene
J. C. Paulus in l. isti quidem, §. quod si dederit, ff. de
eo, quod metus causa profitetur. ibi: *Quod si dede-*
rit ut stuprum patiatur vir, seu mulier, hoc dictum
locum habet cum viris bonis; iste metus major, quam
mortis esse debeat.

Ratio dubitandi confirmatur exemplo, etenim ob
stuprum Dinæ Jacob filio a Sichem filio Hæmor prin-
12 cipe Hevæi patratum, Simeon, & Levi Dinæ fratres
post concordiam inter eos initam, ut Sichem, & po-
pulus ejus, juxta eorum ritum circumcideretur, cir-
cumcisione, & Dinæ conjugio sequuto, juxta pactum,
& requisitionem, Sichem Hæmor, & masculos omnes
circumcisos occiderunt, ut in *Genes. cap.* 35., & an-
getur Doctorum authoritate, etenim occidentem ini-
micum reconciliatum non esse proditorem profitentur
Dom. Episcop. Ricc. decis. 168. *Curia Archiep. Neap.*
Joan. Bapt. Ciarlin. contr. ann. 33. *Vermigl. consil. crim.*
93. *Rev. P. Diana lib.* 1. *tract.* 1. *de Immunit. resol.* 53. *Dom.*
Reg. de Marin. lib. 1. *resolut.* 174. *R. P. D. Thom. de Bene*
de Immunitate Ecclesiast. tom. 2. *cap.* 16. *dub.* 20. *sect.*
3. *vers. Quamvis Auctor, Novar. super pragm.* 2. *de abo-*
litionib. collect. 3. *n.* 25. *& Consiliar. Prata lib. resp. re-*
spons. 13. in qua M. Curiæ decisionem affert; ea moti ra-
13 tione, quia proditorium tunc dicitur, quando nullo
præcedente rancore, sed simulata amicitia patratur, &
supradicto casu contrarium consideratur, nam pro-
pter præcedentem inimicitiam adhuc præsumitur
odium durare, & ut ajunt, inimicitiæ reliquiæ re-
manent, ideoque amicus reconciliatus æquipollet ini-
mico, ac *Bart.* dicto per *Dom. Riccium*, *& Novar.*
relato *in l.* 1. *ff. ad Syllan.* nempe *inimicum reconcilia-*
tum uti pestem esse fugiendum.

E converso: quod promissio, & fides omnino est
observanda, huic perbelle *Arist. ad Alexand.* inquit:
14 *Per fidem hominum Congregationem fieri, & Civi-*
tatum habitationem, virorum communionem, & Re-
rum Imperium per fidem, & Castra teneri, Civitates
servari, Reges dominari: Siquidem tolles fidem, cun-
cti homines ad statum pristinum revertentur, brut-
orum videlicet instar, cave ergo fidem fallere; hinc *Ul-*
pian. lib. 4. *ad edictum Quid enim tam congruum fidei*
humanæ, quam ea servare, quæ inter eos placuerunt;
adeo quod etiam Infidelibus promissiones, & pacta
servanda sunt, maxime juramento confirmata, & com-
15 probatur exemplo; legimus enim *Josue cap.* 9. *&* 10.
quod Josue amicitiam initam cum Gabaonitis infideli-
bus, & Idolatris, quanquam mendacio extortam, re-
ligiose observavit, itaut non modo vitam, quam pa-
cti erant, eis concederet, sed ut auxilium contra alios
Reges inimicos daret., & pro Gabaonitis pugnando
ut victoriam consequerentur, Deus operatus est, ut Sol
16 non occideret ita fidem datam, & pactum a Josue
eis initum confirmando. Cæterum nil turpius, nil
detrectabilius quam non stare promissis, & fidem fran-
gere, imo inhumanum est, quia contra jus gentium
est, hinc cum Rex Saul contra pactum Gabaonitas
interfecerit, iratus est Deus, & facta est tempore Da-
vid fames in Israel, consuluit David Dominum, di-
xitque, eam evenisse propter Saul, & Domum ejus
sanguinum, quia occidit Gabaonitas, quo factum est,
ut Rex David septem viros de filiis Saul Gabaonitis
17 dederit, quibus interfectis placatus est Deus *lib.* 2.
Reg. cap. 21.

Secundo, nam qui pacem cum inimico contrahit,
non præsumitur eam simulate contrahere, ut ulci-
18 scatur, sed ut Dominum nostrum Jesum Christum
imitetur, qui in Cruce pro offensoribus Patrem ora-
vit, ut *Lucæ cap.* 23., & ut suorum criminum re-
missionem recipiat, ut quotidiana oratione depreca-
mur, ibi: *Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus*
debitoribus nostris: ac ut ejusdem Domini nostri præ-
ceptum exequatur, qui ita vult, jubet dicendo: *Audi-*
stis quia dictum est, diliges proximum tuum, &
odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis
diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt
vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus
vos, *ut in Evangelio Matthæi* 5. sicut fecit David in
Saul, & in Absalon, Stephanus pro inimicis lapi-
dantibus deprecatus est, & Paulus Anathema cupit
esse pro persecutoribus suis, ut ponderat *Divus Hie-*
ronymus respondendo iis, qui putant hæc esse impos-
sibilia, cum diligere plus sit, quam humana natura pa-
tiatur, & satis sit non odisse inimicos. *lib.* 1. *in com-*
ment. cap. 5. *&* 6. *Matthæi*. Hinc Venceslaus Bohemiæ
Dux Boleslaum aggressorem habens sub pedibus ejus
non tantum occidere noluit, sed fraterna charitate
admonuit, licet ille malus semper et perfidus fuit
ut *Aen. Sil. in Boem.* Porro qui hoc facit, tanquam
filius Patris cœlestis honore, & gloria dignus est, ibi:
Ut sitis filii Patris vestri, qui in Cœlis est. Ideoque
majori affectu inimicum reconciliatum haberi conve-
19 nit, Hinc bene Cicero: *Ut cum omnes summa reli-*
gione, & fide servanda sint, tum maxime, quæ ex
inimicitiis revocata sunt in gratiam.

Tertio

Tertio, nam qui humana fragilitate delinquit, & proximum suum offendit, aut occidit, ne quoque ipse pereat, & novum Reipublicæ adferatur detrimentum, & hominum consortium conservetur, alius modus in mundo non reperitur, quam, ut pax inter offensos sequatur, cautio de non offendendo præstetur, sive alicui potentiori ita promittat; Pax enim
20 inimicitiam tollit, & denuo amicitiam inducit: Cautio de non offendendo attenta hominis cupiditate aurum, & argentum habendi, & non amittendi multum operatur, sicuti promissio alicui potentiori facta, quum timor futuri mali animum conturbat: hæc utique securitatem inducunt, & proditorii qualitatem, quod proditorium non consistit in offendendo incautum, videlicet de retro, aut dormientem, ut aliqui autumant, quorum opinio non est recepta, sed in ratione non præcavendi, quæ ratio bene consideratur
21 in Thesi nostra, quinimo majori turpitudine cum gravissimum sit pactum non servare, & fidem rumpere, hæc fidei ruptio est delictum, quod alio delicto non accedit, nempe non habetur ut genus, & species, quia sine homicidio consideratur, proditio hæc utique operatur, ut ulla habeatur ratio de offensa pri-
22 mo receptaque remissione, & pace obliterata censetur.

Quarto, quod Doctores in numero hanc probant
23 „ sententiam, ut ex Angelo, Baldo, Alexandro, Jo-
„ anne Andrea Hostiense, Vulpellio, Deciano, &
„ Julio Claro, Prosper Farinac. consil. 168. num. 75.
„ vers. Nihilominus, & ex Caball., Giurba, Burlat-
„ to, Vermigl. Caralann, aliisve, R. P. Hippol.
„ Graffet. tract. Anatom. necis proditoriæ §. 12.
„ num. 4. Rev. Episcop. Barbosa lib. 2. Juris Eccles.
„ univers. tit. de Immunitate cap. 3. n. 91. vers. Nec
„ gaudet, *& egregie* Consil. Marius Cutelli lib. de
„ Immunitate quæst. 35.

Hæc postrema sententia uti rationibus majoris ponderis fulcita, & tamquam Reipublicæ favorabilis, illo præsertim fundamento ne humana solvatur societas, & Doctoribus in numero approbata amplexa fuit
24 per M. C. & decretum *quod forjudicetur*, & argumentis, ac rationibus in contrarium ponderatis, fuit responsum,.

Primum nempe argumentum, quod diversus casus diversam habere debet determinationem, procedere
25 quando in uno, & altero casu eadem non inest ratio, sed in presenti eadem consideratur ratio, quæ constituit idem, scilicet proditorium.

Secundum illud *Ecclesiast. c.* 12. intelligi deberi, & *non composito fœdere*. Tertium illud videlicet, quod
26 delinitur a natura vindictam impellente inter bruta,
27 & non inter homines locum habere, homo enim non a sensu, sed ratione dominatur. Quartum scilicet, Di-
28 næ exemplum non fuisse a Jacob approbatum, ut in eodem *cap.* 34. *Genesis*, ibi: *Turbastis me, & odio sum fecistis me Chananeis, & Pherezeis: & cap.* 49. *num.* 5. *Simeon, & Levi fratres, vasa iniquitatis bellantia maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura, dividam eos in Jacob, & disperdam eos in Israel.* Auctoritatibus Doctorum eos varie locutos fuisse; etenim *D. Riccius* quoque in *d. decis.* testatur, quod plene non constabat de pace, ibi: *num.* 7. *quod cum non constaret de pace ipsa, quæ ad evitandam proditionis qualitatem evidenter probari debet, proinde in dubio debebat sumi interpretatio, quæ delictum excludit, l. merito ff. pro socio, Rev. P. Diana* quamvis *in tract.* 1. *dicta resolutione*, ita teneat, tamen *in p.* 4. *tract.* 1. *de Immunitate resol.* 34. dictum procedere, si postea stricta amicitia non extitisset, ibi: *Si inter occisum, & occisorem post dictam reconciliationem, & fidejussionem strictam amicitiam minime extitisse. v. g. comedendo, alloquendo, commorando, & Dom. Reg. de Marin.* in hoc quoque sensu locutus fuit, ibi: *num.* 4. *Tam etiam quia supponimus homicidium sequutum esse, non aliter simul comedendo, alloquendo, vel commorando*; & ita quoque *Rev. Thom. del Bene cit. loco, R. P. Cistelinus, & Auditor Novar.* sententiam ap-
29 probant, in inimico de recenti reconciliato, doctrina *Bart.* erronee est adducta, inquit enim *Bart. cit. loco*, quod nulla mortalior pestis est ad nocendum, quam familiaris inimicus, ex quo dicto contrarium deducitur, & loquitur de teste domestico non recipiendo, neque M. C. decisio a *Cons. Prato resp.* 13. adducta, cum ibi inter Nicolaum Cardillo occisorem, & Joseph de Januario occisum, pax non intervenerit erant enim cujusdam mulieris rivales, & pro hac caussa iis a M. C. fuit ad eam de non accedendo pœnale mandatum injunctum, quo spreto Januarius clanculo accedebat, & sic novam zelotipiæ caussam Nicolao præbuit.

Adversus supradictum decretum fuerunt nullitates propositæ ab excusatore Petri Purpo cum rescripto
30 Regii Collateralis Consilii in forma consueta: quod *si sententia forjudicationis non fuerit lecta, lata, aut publicata M. C. V. de justitia provideat super nullitatibus propositis, aut proponendis, & si fuerit in voto, vel decreverit illas non recipere, vel non obstare, relationem faciat in Reg. Collaterali Consilio.* Quarum tres referemus hic uti magis urgentes, duas ordinis, primam videlicet, quia in citatione non fuit observata forma præscripta a *Reg. Pragmat.* 48. *de officio S. R. C. cap.* 3. qua est dispositum, quod quando citatio fit in domo, Nuncius in relatione exprime-
31 re debet personæ nomen, cui prodita fuerit, ibi: *Et si forte fiet in domo, exprimatur nomen personæ, cui fuerit facta*, & quod in præsenti retulerat citasse domi præsentibus personis ejusdem domus, quæ forte esse poterant non benevolæ, aut auditu carere, aut casu in illa domo extitere, hinc citatum uti certiorem factum contentorum in ea non haberi, quando Curia verisimilitudinem de hoc habere convenit, nempe quod contenta in citatione ad citati notitiam perveniant, & suspicio in contrarium omnino abesse debet.

Secundam, quod M. C. in dicta causa erat Judex incompetens, quia Petrus Purpo uti Miles Militum Tribuno erat subjectus, & Franciscus Stannione uti
32 nauta foro Magni Admirati subditus, idcirco testes contra eum a M. C. nulliter erant recepti, ut post Antiquiores tradit *Farinac. de testib. quæst.* 80. *num.* 108. nulla igitur citatio, atque forjudicatio cum nullus major defectus, quam Jurisdictionis id, quod indubitati juris est.

Tertiam justitiæ cum homicidium non erat proditorium, tum quia præcedenta gravissima offensa Patri facta, quæ ipsi filio facta videbatur, qua attenta, ultimo supplicio puniri non poterat, si fuisset præsens, idcirco neque forjudicari, ut absens: verum
33 M. C. decrevit nullitates non obstare: Nam ad primam fuit dictam esse nuncio credendum, cujus industria in citando, ac alia exequendo a Judice est electa, & approbata, quod familiares prætium debebant benevoli, & non male affecti, & quia in Civitate expleta erat intimatio, unde si malevoli fuissent, malevolentia Judici innotesceret, nam quæ in Civitate fiunt, Judici panduntur, qua ratione etenim limitatur supradicta *pragm.*
34 Ad secundam, quod *Farinacii*, aliorumve doctrina procedit, quando testes sunt recepti a Judice nullam Jurisdictionem habente, uti est Judex laicus in clericum, qui est prorsus incompetens, cuique jurisdictio prorogari nequit, secus quando Judex de Jure communi est competens, sed ex aliqua privilegii caosa ejus forum declinatur, tunc testes non dicuntur nulliter recepti, sicuti est Tribunal M. C. Vic., cum sit Judex contra omnes in toto Regno competens, & ordinarius, eoque magis, quod Milites de Jure communi pro delictis militaribus tantum cognoscuntur a Judice militari, *l. Magisterii Cod. de Jurisdictione omnium Judicum l. certi juris, & l. si quis postea Cod. de judiciis*, pro delictis communibus a Judice ordinario, *l. final. ff. de accusationibus, l.* 1. *C. ubi Senatores Clarissimi leg. Desertorem, ff. de re militari*, teste *Dom. Præsid. decis.* 88. *Gaball. resolut.* 294. *Guazzin. ad defens. cap.* 39. aliisve unde Milites non sunt ad instar Clericorum, quando etiam in hoc Regno Milites novæ militiæ tam pedestres, quam equestres, vigore *prag.* 2. *&* 16. *de militibus*, delinquentes in eorum Patria puniri debent per Officiales ordinarios, si extra Patriam, & in actu servitii, tunc per Militares, licet hodie per *pragm.* 20. aliter sit dispositum, hinc testes recepti a M. C. contra Petrum Purpo Militem novæ militiæ fuerunt rite re-

cepti, & accedente deinde rescripto S. E. quo cognitio contra eum delegata fuit eadem rite, & recte processit in eum citando, atque forjudicando.

Ad tertiam, quod clara attentis rationibus supra ponderatis erat justitia contra eum, ideoque pronunciatum, nullitates non obstare, & facta relatione decretum fuit confirmatum, ut subsequenti rescripto.

CAROLUS DEI GRATIA REX.

„ Illustres, & Magnif. Viri Regii Fideles Dilectissimi. Avendo intesa la relazione fattaci da cotesta „ G. C. della Vicaria nel Regio Collateral Consiglio, „ referente il Magn. Giudice Ignazio d'Amico della causa delle Nullità proposte avverso la sentenza „ di forgiudica contra Pietro Purpo del Borgo di San-
35 „ ta Lucia a Mare, inquisito d'appensate ferite mortali con coltello acuto, contra la forma della „ Reg. Prammatica, anco con qualità di proditione, „ in persona di Francesco Stanzione, a morte dapoi „ seguita, ci è parso fare la presente, con la quale vi „ dicemo, ed ordinamo, che nella causa predetta dobbiate fare giustizia, che tale è la nostra volontà. „ Datum Neap. die 23. mensis Julii 1693.

EL CONTE DE S. ESTEVAN.

Vidit Miroballus R. Vidit Soria R.
Vidit Moles R.
D. Dominicus Florillus Secr. Vidit Jacca R.

Die 28. Junii 1693. f. v. in M. C. V. Delegata.

Exequatur ordo Sua Excellentia, ejusque Collateralis Consilii, pro cujus exequutione procedatur ad ultimam sententia forjudicationis contra Petrum Purpo.

Remissio vero fit offensori ab offenso, & uti spontanea dicatur, & uti non extorta fieri debet coram Judice, seu Officiali, videlicet juxta formam *Reg. prag. 6. cap. de compositionib. traditam*, qua ita ad-
36 pleta non solum injuria, sed rancor, & odium remissum censetur; concordia est rerum controversarum compositio, licet ætimologia animorum, siva concordium unionem dicat, hæc ut plurimum a communibus amicis fit, & præsertim inter equites procedit; nam orta controversia, vel rixa hic Neap. a Dom Regente M. C. concordia duobus Equibus committitur, a quibus re composita fit relatio in scriptis, & juxta relationem M. C. providet, aut quod verbum præstent Regium de non offendendo, aut mandata ordinando, sive aliquam, aliamve cautelam: quibus adimpletis si forte iis pro rixa mandata domi, vel per palatium, aut Civitatem fuerunt injuncta, tolluntur; quæ praxis de jure communi descendit, ex *text. in l. unica C. de Limenarchis lib. 10. ex cap. incliti Regis Ferdinandi Primi*, de quo meminit *Dom. Reg. de Ponte de Potest. Proreg. fol. 4. num. 6.*

Pax vero fit inter partes offensas, aut coram communibus amicis, vel coram Judice cum amplexu, &
37 osculo, ut notant *Speculator cit. de Tregua, & num. 3. Sebast. Guazzin. eod. tract. cap. 4. n. 4.* osculum enim remissæ injuriæ est signum, & novæ amicitiæ, sive amoris igniculus, ac fomes, & comprobatur exemplo Esau, qui Jacob fratrem ex Mesopotamia ad Cananeam redeuntem complexus flenc flentem osculatus est, ut *Genes. cap. 33. & 2. Regum. cap. 14.* Da-
38 vidis exemplo, qui Absalon deosculatus est, in signum remissæ offensæ; Pax itaque modo celebrata & injuriam tollit, & amicitiam inducit.

Hinc non prætermitto, quod in hac Civitate magnanimi plena Populo quoties rixantes a Scribis M. C. ducuntur ad Judices, qui audita discordia compositoque interesse, si hoc causa rixæ fuit, si par est offensa, persuadent ad pacem, si impar est, facta of-
39 fenso humiliatione, & prompti ad pacem, si amplectuntur, ac deosculantur, ex decreto interposito, videlicet, *stante pace factu coram me, non molestentur, verum fiant mandata ad invicem de non offendendo*, a Judice, coram quo ducti fuere dimittuntur, quæ mandatorum cautela non semper, sed ut plurimum adhibetur, & mandatorum defectus ego solebam ordinare esse solvendos a majori culpato in ejus pœnam, & alterius satisfactionem; hoc quoq; noto, quod si in carcere reperiuntur juxta delictorum qualitatem detenti, decretum aut interponitur, si par est offensa, *quod pacificentur, & excarcerentur*, cujus decreti vis est, quod si una pars prompta est ad pacem, altera vero renitens, tunc quæ prompta est excarceretur, mandato injuncto de non offendendo; aut interponitur, *quod facta pace coram Commissario excarcerentur*, si impar est offensa, & hujus decreti vis est, quod offensor, & magis culpatus non excarceretur, nisi obtenta remissione, aut data aliqua satisfactione offenso, & cum effectu pace intervenientie excarceretur, mandato ad invicem de non offendendo, quæ pro bono regimine practicanda sunt.

Item modo quo inter Nobiles pax quoq. celebrari solet hinc inde dexteras dando, prout fiebat antiqui-
40 tus, sicut legitur in *lib. 1. Machabæorum cap. 16. num. 58. ibi: Nunc itaque demus dexteras hominibus istis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum: dextera enim testis fidei, & pacis pignus est*; & notavit *Glossa in cap. fundamenta 17. de electione in 6. verbo Dexteras*; & addicio, pro quie-
41 te enim Reipublicæ Magistratus ad pacem subditos adstringere valent, ut ex *Custaldo de imperio qu. 110. privil. 102. Baldo, Felino aliisque*, teste *Dom. de Ponte de Potestate Proregis fol. 44.*

Quomodo autem pax probetur in hoc Regno, adest *Ritus M. C. 275.* quo statuitur pacem per instrumentum esse probandam, & ibi *Caravita, & Dom. Petra versic. Ideo*, ita testantur sicuti ex *Carolo, Bajardo, Vulpell. Farinac. Vermigliol. & Guazzin. Consiol. lib. resolut. crim. verbo Pax. resol. 11. n. 3.* ubi ita servan-
42 ti Romæ, Urbini, Perusiæ, & in Marchia Anconitana; verum supradictus *rit.* procedit, quando agitur de componendo crimine cum Regio Fisco, & præcitati Doctores loquuntur, quando agitur de incurrenda pœna ob violatam pacem, nam tunc pro pœna oportet stipulationem fieri, secus quando agitur de puniendo homicidam, uti proditorem, nam tunc pax bene probatur per testes, prout de jure communi probatur, ut tradunt *Carav. cit. rit. 275. num. 15. verb. Quarto quæro, Catald. de Sindic. num. 90. Vulpell. de pace q. 66. num. 4. & 5. Caball. resolut. crimin. & alii*; Insuper licet pro componendo crimine, aut pro gratia a Principe obtinenda sit necessaria remissio expressa juxta formam enunciatæ *pragmat.* tamen inter
43 Nobiles loco remissionis satis est pax seu concordia inter ipsos celebrata, de qua testantur, quibus a Dom. Regente, ut supra dictum est, commissa fuerit.

Et tandem in ultimo dubio, pro opinione negativa, nempe quod occidens inimicum de recenti reconciliatum, proditor non dicatur, est *Franciscus Baronius tract. de effect. inimicitiæ effect. 19. Joann. Maria Novarius super prag. tit. de abolitionib. collect. 3. n. 31. vers. vel poterit distingui, Vermigliol. cons. crim. 45.* nec dissentit *R. P. Joann. Baptista Ciarlin. controvers. 151. nu. 33. & ex Marsil. & Cancerio Dom. Præses Menoch. de præsump. lib. 1. q. 89. num. 57.* ubi affirmat, quod per reconciliationem de recenti non censetur sublatus inimicitiæ effectus, & *Dom. Præses Didacus Covarruvias practic. quæst. cap. 18. num. 3.* ubi quoque profitetur, quod per reconciliationem quoties ea nuper contigerit, testis aut Judex non erit idoneus, qui modo erat inimicus, sed expectandum sit, ut amicitia longo tempore sit confirmata, & obliterata, ac oblivioni tradita omnia inimicitiarum vestigia, affert bonum *Text. in cap. accusatores causa 3. quæst. 5.* cujus sunt verba: *Accusatores, & testes esse non possunt, qui ante hesternam diem, aut nudius tertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, vel læsi se ulcisci velint, inoffensus igitur accusator, & testium effectus quærendus est, & non suspectus*; & respondet ad *text. in l. Athleta §. dat remissionem ff. de excusationibus tutorum*, & ad *text. in §. inimicitiæ institutionibus eod. tit.* ubi habetur, quod inimicitia dat remissionem tutelæ, nisi intervenit reconciliatio ante testamentum, nam reconciliatione, & morte secuta, sive injuria consideretur testatoris, sive tutoris rancor videtur extinctus, nisi tutor in testamento datus, esse videatur, ut ex eo onere vexetur, ideoque, ut inquit, ratio-

pro-

propter quam inimicus olim, nuper tamen reconciliatus repellitur a testimonio, cessat, quia fides detrahitur testimonio ob veteris, & pristinæ inimicitiæ radicem, & confirmant ratione, quia in inimico reconciliato de recenti præsumitur, quod odium adhuc durat, quod non sit radicitus extinctum, & quod in eo rancoris remanent reliquiæ, quam rationem comprobo exemplo, nam licet ignis a cinere separetur, hæc tamen per aliquantulum temporis spatium ignis calorem retinet, & lucerna licet extinguatur, fumum in signum caloris tradit, quinimo aliquando licet lux inextincta remanet ignis, qui si illico inflatur, eadem reviviscit lux, hinc cum iratus esset Esau contra Jacob, & minatus est, ut occidat, quia fraudulenter a Patre benedictionem acceperat, & primam genituram usurpaverat, certiorata Rebecca mater Jacob, inquit ei: *Fuge ad Laban fratrem meum in Haran habitabis cum eo dies paucos; donec requiescat furor fratris tui & cesset indignatio ejus, obliviscaturque eorum, quæ fecisti in eum*, *Genesis c. 27. nu. 44.* Consilio igitur Rebecca debet inimicum reconciliatum inimico non confidere, sed præcavere, donec conquiescat furor, unde bene sequitur, quod reconciliatio de recenti proditionem non inducit.

Pro affirmativa pugnat *Rev. P. Hyppol. Crassetti lib. Anatomes necis proditoria* §. 10. & 13. quoniam pace osculo sequuta, & fide data, ac cautione præstita de non offendendo, habita quoque consideratione, quod offensus secundum nostræ Fidei Catholicæ articulum sub mortali peccato injuriam tenetur remittere, teste *Dom. Præsid. Covarruvias variar. resolut. lib. 2. cap.* 10. & *Navarra in manuali cap.* 14. inimicus reconciliatus, sive reconciliatur, sive reconciliatio fit de recenti, aut antiqua motivum non habet præcavendi, quam opinionem veram existimo, & primam procedere, quando reconciliatio est tacite inducta per dissimulationem, ut puta insimul loquendo, comedendo, vel salutando, aut insimul, & pertunctorie videtur gesta, unde si homicidium sequatur, proditorium non est dicendum, cum facilitate occisi sequatur, quando concordia, & remissio, si injuriam remittit, & inimicitiam excludit, amicitiam non includit, & doctrina *Lucæ de Penna in l. sed si unius §. si ante ff. de injuriis*, & *Marci Antonii Surgentis de Neapoli Illustrata lib. 1. cap. 21. num.* 25. aliorumve affirmantium; quod per confabulationem, ludum, risum, & salutationem videtur remissa injuria, & pax inducta meo arbitrio tantum procedit in inimicitia non capitali, alioquin eorum opinio mi valde larga non est amplectenda, & *decis.* relata a *Dom. Reg. Sanfel' dec.* 241. *tom.* 2. ubi Carolus de la Valle, & Antonius Lambertus, qui prius apertis capitibus consalutatum Prosperum de Tuso interfecerunt, tanquam convicti de homicidio proditorio Immunitate Ecclesiastica gavisi non fuerunt, in hac intelligentia amplecti debet.

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXXVII.

Occidens inimicum reconciliatum ut indulto, & Ecclesiastica Immunitate sit privandus, & remissio, concordia, & pax in quo differant, & circa alia,

SUMMARIUM.

1 *De homicidio post reconciliationem divisio.*
2 *Pax, & concordia, an differant remissive.*
3 *Proditio triplex.*
4 *Quid sit Proditor, & prodere.*
5 *An Proditor gaudeat indulto, seu abolitione.*
6 *Formula rescripti Collat. Cons. quod M. C. relationem faciat, & quod confirmatur decretum M. C.*
7 *In delicto proditionis debet probari appensamentum, & alia, &c.*

1 De homicidio post reconciliationem hæc in compendium habes per Auctorem, scilicet, vel homicidium fit longo tempore intercedente post reconciliationem, item vel reconciliatio est facta per auctoritatem Judicis, aut per dexteram, sicuti Nobiles, vel est reconciliatio tacita per ludum, per jocum, per salutationes, &c his cognitis facili methodo *Auctoris* sententiam habes in promptu, verum nota, quod *Cons. Prat. respons. crim.* 13. *num.* 25. *cum seqq.* ait cessare proditionem in amico reconciliato, qui censetur præsumptus inimicus, & si sibi non caverit sua culpa est.

2 Pax autem, & concordia an differant, vide *de Angelis de delict. cap.* 66.

3 proditio triplex, vel enim Patriam prodit, vel hominem cui debet pietatem, & fidem, ut Patrem, Dominum, Propinquum, &c. vel in fidem receptum.

4 Proditor dicitur ille, qui sine alia causa, & sine diffidatione eum, qui de ipso confidebat, vulnerat, percutit, & interficit, *Bart. in l. respiciendum*, §. *delinquet, ff. de pœnis*, & alii citati ab eodem *loco citato*, & infra ait *cum ille vero proditor sit, qui inimicus est, & se amicum fingit*.

Prodere autem est, vel armis, vel veneno, vel similibus, cæterum si inimicus inimicum, vel telo, veneno, vel a tergo, vel per insidias occidit, non est proditorium. *ibid.*, *n.* 22. *ad* 12.

5 Proditor nec gaudet indulto, seu abolitione generali; quando non sit expressum in indulto, quod etiam proditores abolitione gaudeant. De socio proditoris, vide ibid.

6 Hic *num.* 30. habes formulam rescripti Collateralis Consilii, quod M. Cur. relationem faciat in Collaterali Cons. & *num.* 35. formulam rescripti, quo confirmatur decretum M. Curiæ.

7 In hoc delicto debet probari appensamentum, & actus benevolentiæ, & amicitiæ, ex quibus occisus non se præcavens redditur occisori incautus.

RE-

RESOLUTIONIS TRIGESIMÆOCTAVÆ

ARGUMENTUM.

An citatus pro crimine usuræ per procuratorem comparere possit? & nonnulla de crimine usuræ, ac præsertim a principio in contractu mutui interesse conveniri possit, & ad quam rationem?

SUMMARIUM.

1 *Facti series enarratur.*
2 Ritus M. C. V. 269. *dispositio traditur; & num indistincte loquatur?* n. 12.
3 *Usura est crimen publicum, & grave* n. 15.
4 Ritus M. C. V. 269. *in quibus criminibus procedat.*
5 *Inquisitus auditur per procuratorem, quando criminis pæna est mere pecuniaria, &* n. 6.
7 *Inquisitus de usura per procuratorem comparere valet, &* n. 8. 9. *&* 10.
11 *Defensiones quando esse possint extra carceres.*
13 Decisio 237. Reg. Sanfelic. *exponitur.*
14 *Actio criminalis fundatur in dolo, vel hominis culpa.*
16 *Causa usuraria habet annexum crimen.*
17 *Usura quid sit? &* num. 18.
19 Constitutio Regni Usurariorum nequitiam *de quibus usuris loquatur.*
20 *Contrahens contra formam Bullæ, de qua in pragm.* 1. de censib. *& contra formam* prag. 2. eod prag. tit. *tamquam usurarius non punitur.*
21 *Vendens rem dimidio pluris, quam valet, non dicitur usurarius.*
22 *Usurarius non dicitur ille qui facit actum communiter licitum existimatum, licet secus sit.*
23 *Contractus de usura suspectus non judicatur usurarius, si in Regno frequentatur.*
24 *Consuetudo loci operatur, ut evitetur pæna in lege contenta.*
25 *Lucrum pro eo quod interest ex omni contractu, etiam ex mutuo percipi potest.*
26 *Interesse lucri cessantis, & damni emergentis licitum est.*
27 *Interesse in mutuo num a principio conveniri possit, indicantur contrariæ opiniones* n. 28. *&* 29.
30 *Interesse in mutuo ad quam rationem taxandum sit?*
31 *Accessiones ex mutuo ratione damni emergentis, & lucri cessantis, quando percipi possint, &* n. 32.
33 *Delictum usurarium in probatione est privilegiatum.*
34 *Usuraria pravitas probatur ex tribus testibus, etiam singularibus, & in facto proprio deponentibus.*
35 *Usura si probanda esset in specie, non sufficiunt testes singulares.*
36 *Testis in propria causa deponens renunciare debet repetitioni usurarum.*

BEneficia eo usque læta sunt, dum videntur exsolvi posse, ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur, ut inquit *Tacit. lib. 4. Annal.* hoc in præ-
1 senti evenit Alexandro Gattulla Patritio, Nobilique Cajetano, qui cum propriam pecuniam pauperibus piscatoribus dederit, ut pisces vendendos Romam asportarent, viverent, & lucrifacerent, pacto, ut post quatuor menses de eadem pecuniæ quantitate Cedulam Bancariam Romanam ei forent consignaturi; non solum hanc a compluribus eorum non accepit, sed de usura accusatus, instante Fisco, capta informatione, fuit citatus ad informandum, atque deinde carceratus accedente etiam omnium bonorum sequestro: sed tandem re maturius per S. C. perpensa, fuit mandato excarceratus. Quæ autem lectu digna tractata fuere, ne occulta remanerent, Tironum gratia hic annotare placuit. Accusati, & Fisci justitia circa duo circumferebatur.

Primum, quia citatus ad informandum petiit audiri per procuratorem, quæ petitio, ut procederet, Regiam decretationem a Regio Collaterali Consilio, ut moris est, sub hac obtinuit forma: *Magna, Curia Vicaria super supplicantis de justitia provideat*, Diffi-
2 cultas erat in *Ritu* ejusdem M. C. 269. quo citatus in causis criminalibus non auditur, nec ulla exceptio admittitur per procuratorem, nisi fuerit infirmitatis, absentiæ, aut captivitatis, hinc cum usura crimen
3 publicum sit, Alexandrum pro eo citatum minime esse audiendum, Fiscus aiebat:

Et pro Alexandro infrascripta ponderata fuerunt.

Primum, quod *Ritus* loquitur de delictis, quorum
4 pœnæ corporis afflictivæ, non vero quorum pœna, attento Jure Regni, nempe *Constitutione*, quæ incipit, *Usurariorum nequitiam*, cujus sunt verba: *Ut quicumque fænerator in Regno inventus fuerit, omnium bonorum suorum tam mobilium, quam stabilium publicatione damnetur.* Hoc posito ad probandum posse audiri per procuratorem, sic arguebatur.

5 Quoties pœna delicti non est corporis afflictiva, sed mere pecuniaria toties inquisitus potest audiri per procuratorem, sed usurarii pœna excitata *Constitu-*
6 *tione*, est mere pecuniaria: Ergo. major hujus syllogismi per authoritatem probatur.

Primo, incipiendo a *Glos. in cit. Constitutione*, cujus sunt verba. *Sed an poterit intervenire procurator in hoc crimine; & videtur quod non: quia est crimen publicum, vel dic quod sic, ubi pœna pecuniaria imponitur.*

7 Secundo, hujus opinionis est *Afflict. in cit. constit. Usurariorum nequitiam.*

Tertio, *Caravita tit. 21. num. 8.* sic inquiens. *Ex eo quod pœna usura est bonorum, & sic potest in causa usuraria intervenire procurator.*

Quarto hoc ipsum firmat *Muscatell. de cognitione delicti in genere de privileg. & pœnis usura criminis, sub num. 11.*

8 Et verba; *Quartum privilegium erit, nam licet crimen usurarium inter publica delicta connumeretur, ut in dicta Constit. Usurariorum, sitque in eo non possit procurator intervenire, ut in l. accusatore §. ad crimen ff. de public. judiciis, ubi Bart. & omnes attamen in usurarum crimine, esti publico, procurator, intervenire potest; Et ex eo quod pœna est omnium bonorum ademptio, & si pecuniaria poterit Reus per procuratorem comparere, ut tenuit Glossa in alleg. constit. Usurariorum, in verb. deserendi, & ibi Afflict. num. 34. ubi declarat, propter magnitudinem præjudicii, ex quo causa ardua dicitur, mandatum speciale requiri, nec sufficere generale, hocque esse in privilegium causæ additum, secundum Alexand. in l. cum rem Cod. de procuratorib. & refert, ac sequitur Caravit. &c.*

9 Quinto, huic opinioni se subscribit *Angel. Scialoya in praxi forjudicat. cap. 1. n. 40. & 41.* cujus verba hæc sunt: *Unde dum in Regno nostro contra usurarium sit imposita pœna publicationis omnium bonorum, Const. Regni Usurariorum, & Rit. 21. 190. & 237. & prag. 3. de usuris, si quis sit reatus de usuraria pravitate, potest comparere per procuratorem speciale mandatum habentem ad se defendendum, Caravit. rit. 21. num. 8. nam procurator admittitur, quando agitur de pœna pecuniaria, & si imponatur pœna privationis omnium bonorum, Farinac. quæst. 99. num. 42. & seqq. & hoc procedit, etiam si ultra hanc pœnam publicationis omnium bonorum imponatur etiam pœna infamiæ, Boss. in prax. crimin. tit. an in crimin. judiciis num. 4. & Farinac. d. q. 99. num. 202. cum tribus seqq. Et quando criminalis causa incidit in civilem, & pecuniariam, procurator admittitur, Thesaur. decis. 265. n. 8. Imo si quis sit bandiendus in pœnam pecuniariam, & ex forma Statuti, talis sit banditus, possit impune offendi, in tali casu admittitur procurator Hyppol. de Marsil. d. §. sequitur post num. 40.* & vide *Farinac. d. q. 99. n. 64.*

*99. num. 64. cum duobus seqq. sed nonnulli tenent,
quod de Jure communi Reus citatus de usuris tenetur
personaliter comparere, & non potest comparere per
procuratorem, ita Martue. vota 70. movetur ratio-
ne; nam usurarius punitur pœna extraordinaria,
&c.*

Quiquidem *Martue.* loquitur, attento jure com-
muni, secus de jure Regni, ubi pœna est mere pe-
cuniaria.

Sexto, comprobatur doctrina *Benedicti Carpzov. par.*
10 *3. q. 105. num. 77.* ubi dicit *Procurator juxta
communiorem, & receptiorem opinionem interveni-
re queat in publicis judiciis, ubi nec capitalis, nec
alia pœna corporis afflictiva venit irroganda, Andr.
Rauh. har. & Vessemb. constitut. 41. Julius Clarus in
pract. §. ultimo, qu. 31. Nicolaus Reusner. lib. 1. dec.
10. qui plures allegat.; Etenim potissima ratio prohi-
bitionis, cur procurator scilicet in causis criminali-
bus non admittatur, hæc est, ne judicium reddatur
elusorium, dum pœna corporalis executioni mandari
queat; Quæ ratio deficit in levioribus criminibus,
quæ mulctam tantummodo pecuniariam merentur,
quales absente etiam Reo ex ejusdem bonis fisco appli-
cari potest; at licet alia prohibitiones existant, atta-
men, quia in criminibus levioribus tantum Reipu-
blicæ præjudicium non versatur, nimis durum vide-
tur rei procuratorem hoc casu a judicio repelli.*

Septimo, quia ipsa ratio dictat: nam supposito
quod pœna est pecuniaria, etsi alia infligatur, inju-
11 stitia est, quia est supra pœnam a *Constitutione* præ-
scriptam, & defensiones esse debent extra carceres,
& non intus, neque potest torqueri, ad quid ergo
comparatio personalis? ubi vero pœnæ sunt corporis
afflictivæ, debet utique citatus personaliter compare-
re, ne judicium reddatur elusorium: nam pronuncia-
ta damnatione, si delinquens non esset intra, sed ex-
tra carceres non esset, qui capite feriendus sit, vel
corporaliter alio modo puniendus.

Vice versa pro Fisco dicebatur, quod *citat 269.*
12 indistincte loquitur, ideoque indistincte in causis cri-
minalibus procurator non erat admittendus, ut quo-
que advertit *Caravit. in ritu 108. num. 3. vers. Sed
quia.*

Secundo, quod ita fuit judicatum per M. C. ut pe-
nes *Sanfelic. dec. 237. num. 6.* ubi fuit denegata au-
13 dientia procuratori; & provisum, quod Marcus An-
tonius Columna, citatus ad solvendum pœnam in
mandato contentam, remaneat contumax, & quam-
vis idem *Sanfelicius* decisioni non consentiat, hoc
fuit, quia erat citatus, ut legitime compareat, & per
verbum *legitime* jam, ut inquit, electa erat via civi-
lis, quo casu admittitur procurator, ita alias fuit
dictum per M. C. contra Virum Vinaccia citatum
etiam pro pœna in mandato contenta, & decretum
confirmatum per Regium Collaterale Consilium, ut
notavi in prima Decretorum parte, *Decret. 9. n. 66.*

Et jure merito, quia Civilis actio oritur ex contra-
ctu, Criminalis vero fundatur in dolo, vel hominis
14 culpa, unde cum diversa sit origo, diversimode est
agendum, nempe in civili causa, ut citatus compa-
reat per procuratorem, in criminali minime, sed de
persona, ut relictis propriæ domus, & Civitatis com-
modis, itineris, ac alia incommoda sentiat, nec non
verecundiam coram Judice comparendo.

Ad hæc, quod usuræ crimen non est de levioribus,
in quibus Reipublicæ præjudicium non versatur. Cri-
men enim usuræ est grave omni jure prohibitum, ut
15 inferius dicemus, & in eo de jure communi tortura
locum habet, ut consuluit *Soc. Junior cons. 219. n. 4.*
nec non ultra usurarum restitutionem aliæ pœnæ sta-
tutæ sunt, ut in *cap. quia in omnibus, extrav. de
usuris, & in cap. quamquam de usuris in sexto;*
16 Item quia causa usuraria, non est mere civilis, sed
crimen habet annexum, *Anania in cap. quia in omni-
bus colum. 19. de usuris.*

Secundo, an factum continebat crimen? pro fisco
fuit primo ponderatum, quod Nobilis hic pecuniam
pauperibus piscatoribus mutuabat, & pecuniæ resti-
tutionem paciscebatur in cedulam Bancariam Roma-
nam, quæ si Romæ est ducatorum centum, in præ-
senti vero in Regno est valoris centum, & triginta,
ad quam summam tenebatur indefectum, ideoque usu-
raria negotiatio, quia recipiebat lucrum ex mutuo,
& lucrum quoque erat in excessiva summa; definitur
17 enim usura, ut per *Covarr. lib. 3. cap. 1.* hoc modo,
usura est voluntas capiendi ultra sortem lucrum ali-
quod temporaneum, & causa mutui principaliter, hæc
est prohibita *Deuteronomii 23.* non fœneraberis fra-
tri tuo ad usuram, *Exodi cap. 22. Lucæ 6.* mutuum
date nihil inde sperantes, *S. Hieronymus in Ezechie-
lem lib. 6. cap. 18.* putant quidem usuram tantum
esse in pecunia, quod prævidens Divina Scriptura,
omnis rei aufert superabundantiam, ut plus non
recipias, quam dedisti. Hinc *text. in cap. Navi-
ganti de usuris*, naviganti, vel eunti ad nundinas
certam mutuans pecuniæ quantitatem pro eo, quod
suscepit in se periculum, recepturus aliquid ultra
sortem, usurarius est censendus, *Constitutio Regas
Usurariorum nequitiam, ibi: quod nemo audeat
imposterum pecunias suas mutuo sub magnis, vel
minimis usuris fœneri dare.* Est quidem omni jure
vetita usura ex mutuo, quia pecunia sui natura est
sterilis, ut ex *Aristotele 4. Ethicorum cap. 1. &
primo Politicor. cap. 6. 7. & 10. l. 1. Cod. de usu-
fructu, & earum rerum quæ usu, &c. §. 2. In-
stitutionum, de usufructu*, & ubertas consideratur
in hominis industria. Hinc ob laborem, & indu-
striam alicujus recipere lucrum, est utique iniquum,
cum per mutuum rei mutuatæ dominium trasferatur
in mutuatarium: & penes ipsum rei mutuatæ usum,
& consequenter mutuans recipiendo rei mutuatæ
lucrum, recipit lucrum pro rei alienæ usu, quod
iniquum est, & contra commutativam justitiam.

Sed pro parte Nobilis dicebatur, quod usura est
18 voluntas capiendi ultra sortem aliquod lucrum
temporale, vi, & causa mutui principaliter, juxta
notata a *Covarr. resol. lib. 3. cap. 1. num. 2.* unde
lucrum, quod immediate a mutuo provenit, hoc
est ex præciso usu pecuniæ, usura est, quæ com-
probatur a *D. Thom. 2. 2. qu. 78.* ubi habetur,
quod pretium, sive lucrum, ex pecunia aurea, vel
argentea commodata ad ostentationem, vel ornatum,
non sit usura, quia lucrum non provenit ex mutuo,
quo dominium transfertur, adest *Capitulum* in Ci-
vitate *de usuris*, & in hoc loco loquitur nostra *Con-
stitutio.*

Lucrum enim, quod Nobilis hic percipiebat, non
quidem ex mutuo, sed ex alio, nempe loci mutatio-
ne, qua fit, ut cedula Bancaria Romæ ducatorum
centum Gaetæ sive majoris quantitatis, & in præ-
sentiarum ducatorum centum, & triginta, in qua
negotiatione lucrum recipiebat Nobilis, & piscato-
res nullam sentiebant jacturam, quia summa duca-
torum centum in cedula enunciata erat pretium pi-
scium Romæ venditorum, reliqua proveniebant ex
mutatione loci sine periculo piscatorum, & si jactu-
ram passi fuerunt ob consignationem cedulæ non la-
ctam, hæc erat per accidens, & ob eorum meram
culpam, & ratam voluntatem non restituendi domi-
no pecuniam mutuatam, qua pisces emebant,
& lucrifaciebant.

Unde cum hoc lucrum immediate ex mutuo non
perveniebat, usurarius non potest dici Nobilis hic,
19 & juxta Regni *Constitutionem* plectendus: loquitur
Constitutio de usuris principaliter ex mutuo depen-
dentibus, & consequenter non extendenda ad alia
lucra, licet excessiva. Hinc qui contrahit contra
20 formam Bullæ, de qua in *Prag. 1. de censibus*, re-
cipiendo pura quindecim pro centenario, & contra
formam *Pragm. 2. eod. titulo* dicta pœna non est
puniendus, cum jam statuta sit in *d. pragm. 1.* nem-
pe amissionis pecuniæ, & unciarum centum, ut
ibi; & alio comprobatur exemplo: nam vendens
rem dimidio pluris, quam valet, contra *textum in*
21 *l. 2. Cod. de rescind. vend.* non dicitur usurarius, &
pœna in *Constitut.* contenta puniendus. Propterea
Nobilis hic, qui mutuo non contraxit, census ad
vitam non dedit, annuos redditus supra formam
Bullæ non recepit, non erat inquirendus, cum alio
genere contractus contraxerit: in quo si peccaverit
per excessum in lucri receptione civiliter agere debe-
bant piscatores pro restitutione excessus: non autem
cri-

criminaliter. Præter quam quod enunciata negotia-
tio orta fuit cum ipsa Civitate Caetæ, ea loci cir-
cumstantia; quia cum sedeat super scopulum, non
habent Cives alium modum industriose vivendi,
quæ negotiatio fuit frequens antiquitus, & est hodie
frequens: hinc confesunt a *Dom. Reg. Rovet.* notata
in prag. 5. de censib. num. 110. cujus sunt verba:
Quod si quis faciat aliquem actum, qui existimetur
22 *communiter licitus, contrarium tamen sit in ve-*
ritate, quia usurariam sapiat labem, ex hoc non di-
citur usurarius, cujus dictum notandum censuit Sa-
licet. propter legem statuentis in materia usurarum,
hinc etiam si contractus sit suspectus, tamen non de-
bet fœneratitius judicari, si in Regione communiter
23 *frequentatur, & inter bonos servatur; & apud*
Mercatores, ut per Nact. cons. 586. in instramen-
to num. 9.

Hinc ut evitetur pœna in lege contenta, & deli-
24 cti infamia, operatur loci consuetudo, ut post *Joann.*
de Ananea in cap. finali, de Consuetudine, Alex. ad
Bartol. in l. si quis sit fugitivus, §. apud Labeonem,
ff. de edilitio edicto, Decium in cons. 170. & 175. Plo-
tum cons. 19. num. 122. Laurellottum Canonic. In-
stitut. lib. 1. tit de Jure Divino §. finali, Gloss.
appellanda, tenet *Barrell. cons. 63.* ibi: *Ut in ca-*
su nostro in hoc Regno a pœnis Constitutionis Usura-
riorum nequitiam, & tantum tenetur ad solutio-
nem damnorum, & interesse, teste Augustino Berro
in cons. 167. vol. 1.

Cæterum ex qualibet contracta, etiam ex mu-
25 tuo, lucrum percipi potest, pro eo quod mutuan-
tis interest, nempe pro lucro cessante, & damno
emergente, quorum respectu usuræ dicuntur com-
pensativæ, vel pœnales propter moram, idest pro-
pter retardatam solutionem, juxta notata a doctissimo
Lonardo de usur. quæst. 71. n. 3. cujus verba refer-
re libet, & propter ejus authoritatem, & propter
leges, quibus ejus fundatur opinio: *Et in primis*
tradenda est definitio ejus quod interest, id ergo quod
interest, generaliter definire, vel describi potest, ne-
cessitas sinis ratione ejus quod amisimus, vel lucrari
non potuimus adversarii culpa, ex vulgatissima l.
si commissa, ff. rat. hab. in qua Paulus ait: Si com-
missa stipulatio est, in tantum competit actio, in
quantum interfuit, idest quantum mihi abest, quan-
tumque lucrari potui, ubi addo potest l. si mulier 21.
§. verum ff. de act. rer. amotar. l. generaliter, ff. de
regul. juris, l. ultima, ff. si mulier ventris; nam
& d. l. 1. §. ult. de eo quod certo loco.

Id ergo quod interest, quod non ex nuda obliga-
26 *tione, vel ex solo tempore tardæ solutionis provenit,*
ut usura, sed ne ex suis rebus damnum sentiat, &
ne creditori officium suum damnosum sit, interesse
lucri cessantis, & damni emergentis vulgo dicitur,
id omni jure licitum est, & licite peti, & exigi po-
test, ita enim constat ex l. 1. 2. & 3. ff. de fidejuss.
d. l. unic. C. de sentent. quæ pro eo, & l. si vero,
§. si mihi, ff. mandati; ubi Ulpian. ait, Æquissi-
mum esse hujus rei rationem habere, l. atqui natu-
ra, ff. de negot. gestis, & d. l. 2. §. ult. de eo quod
certo loco, & aliis locis plurimis, ex quibus ita ple-
rique sentiunt apud Menoch. de arbitrar. cap. 119.
num. 1. quibus consentiunt Rebuff. d. l. unic. in
princ. num. 15. ubi ait, id jure naturali, & gen-
tium licitum esse, Rodericus de ann. redditib. lib.
3. q. 7. num. 1. Jo: Bapt. Lupus in l. curabit, §. 6.
num. 1. Sigis. Scaccia d. comm. §. 1. q. 7. p. 3. am-
pl. 8. num. 96. Surd. cons. 485. num. 4. ubi ait om-
nibus permissum esse, etiam Hebreis, & Ugolin. de
usuris cap. 8. §. 3. & 7. & Theologi omnes apud
Sales eod. lib. de usuris dub. 18. & 19. inter quos
Salon. q. 78. art. 1. contr. 9. ubi ait hanc esse vocem
quandam naturæ, & primus omnium scripsit Theod.
Balsamon. ad can 17. Concil. Nicæni, ubi notat, ca-
nonem hunc, quo usura omnis Clericis interdicitur
(nota) non prohibere exactionem ejus quod interest
ob moram debitoris, ut ergo usura illicita est, &
Christianis legibus prohibita, ita id, quod interest
apud omnes gentes, & in omni foro merito receptum
est & notata a Lelio Zach. de usuris cap. 4. Rev. P.
Gibalino de usur. lib. 2. art. 4. c. 5. a Cons. Theod.
alleg. 40. a Roderico de redditib. lib. 3. qu. 7. n. 22.

Difficultas vero circa duo versatur: Primum, an
27 in mutuo a principio conveniri possit interesse? Se-
cundum, ad quam tamen rationem? Circa primum
scissæ sunt DD. sententiæ, quamplures enim innu-
mero negant, & acquirunt moram, qua conside-
28 rant, aut damnum passum, aut lucrum non acqui-
situm, ac insimul de utroque desiderant probatio-
nem veram, & non præsumtam, ut videre est pe-
nes doctissimos Consiliarium *D. Thomam Carleval-*
de Judiciis tom. 2. disp. 8. sess. 6. D. Joseph de Rosa
meum amantissimum fratrem *consult. 54. & Ill. D.*
Carolum Petra ritu 20. qui ob ejus merita titulo
Ducatus Valli Gitardi fuit in hoc anno 1690. insi-
gnitus, & quia indefinite dicuntur, ab arbitrio pru-
dentum certam recipiunt æstimationem, ut *in l.*
ult. ff. de prætor. stipulat. l. 17. D. de usuris, l. Fi-
stolas §. frumenta, ff. de contrahendis emptionib. l.
5. ff. de nautic. fænor. l. hereditatem ff. ad l. fal-
cidiam.

Quamplures alii affirmant, & fundantur, quia si
29 mora est causa lucri, aut damni, super quod a
principio constat de causa, non est curandum de
mora, & continenti sunt in hoc de probatione præ-
sumpta, maxime in mercatore, & eo loco, quo
promptæ sunt emptiones, ut in hoc Regno Neapolita-
no, ut videre est penes *Gaitum de credito tit. 7.*
quæst. 2. cap. 2. Castillum lib. 2. c. 1. num. 67. Rev.
P. Gibalinum de usuris lib. 2. art. 6. c. 3. Dom.
Cons. de Rosa tom. 2. a me impresso *consult 13.*
Dom. Card. de Luca de usuris, & interesse discursu
12. & 19. Et hæc opinio est Reipublicæ favorabilis
propter commercia. Hinc confert illud: *Nec quies*
gentium sine armis, nec arma sine stipendiis, nec
stipendia sine tributis haberi possunt: & congruenter
dicemus, *nec tributa sine commerciis, neque com-*
mercia sine usuris. Hinc cum Tiberius Cæsar usuras
Romæ restringere voluerit, statim inopia rei num-
mariæ cœpit commoto simul omnium ære alieno
teste *Tacito.*

Circa secundum, interesse est taxandum, & re-
30 gulandum, juxta *text. in l. unica C. de sententiis*
quæ pro eo, quod interest, proferuntur, ibi: *Cum*
sciamus esse naturæ congruum, eas tantummodo pœ-
nas exigi, quæ vel cum competenti moderamine pro-
feruntur, vel a legis certo fine conclusæ statuuntur,
& hoc non solum in damno, sed etiam in lucro no-
stra amplectitur constitutio.

Competenti moderamine, idest quod interesse non
debet illas usuras excedere, quæ communiter, &
frequenter in Provincia colliguntur, vel legis cer-
to fine, juxta *textum in l. 3. Cod. de fiscalibus usu-*
ris, ibi: *Ut ipse etiam fiscus ultra dimidiam cen-*
tesimæ partem a debitoribus suis minime exigat. Et
in hoc Regno juxta varietatem temporum, ad ratio-
nem septem, sex quinque, & ad præsens qua-
tuor super Bancis, & Arrendamentis.

Sed dices, si colore interesse damni emergentis,
31 vel lucri cessantis, ex puro mutuo excessiones per-
cipi possint, non daretur in Mundo crimen usuræ,
quæ jure Divino est prohibita, ut *Luca 6. Mutuum*
date, nihil inde sperantes, jure positivo, ut per
Canones, per Concilia, & in hoc Regno per Con-
stitutionem, quæ incipit; *Usurariorum nequitiam*,
ibi: *Nullus*, inquit, *in posterum pecunias suas*
per se, vel per alios mutuo sub magnis usuris,
vel minimis dare fænori audeat publice, vel oc-
culte.

Respondeas, jura procedere, quando pecunia da-
32 tur fratri, aut pauperi, aut cum magno fœnore,
secus personis industriosis, vel divitibus, qui pecu-
niam recipiunt, ut cum ea lucrifaciant, vel alia ha-
beant commoda, & hoc comprobant verba *pragm.*
4. de Usurariis, ibi: *Præsertim quia magistra re-*
rum experientia docuit, quod pauperes, qui ut plu-
rimum dictarum usurarum sarcina gravantur, &
corroduntur, propter illorum impotentiam, &c.

Hoc enim delictum in probatione est privilegia-
33 tum: nam præcedente fama probatur, si tres testes
fide digni jurati testificentur, non obstante, quod
sint singulares, & quod in eorum causis proprius
de-

deponant, ut dicit *Reg. pragm.* 1. *de usur.* per quam in Regno hoc expeditum esse, notat novissime *D. Nicolaus Vincentius Scoppa*, vir quidem licet juvenis, de Jurisprudentia tamen benemeritus *in annotat. ad Sarn. in prax. crimin. par.* 2. *formul.* 4. *num.* 8. Hæc tamen circumstantia, ut sint fide digni, est a fisco probanda, & non sufficit, quod non sint a parte repulsati, quia *pragm.* sub hac conditione hanc requirit qualitatem.

Item non solum probant in genere, ut volunt
35 Doctores allegati a *Reg. Rovit. super pragm.* 1. *de usuris num.* 2. Sed etiam in specie, usuram ab aliquo cum aliquo fuisse commissam; alioquin frustratoria esset dicta *Reg. Pragm.* quod intellige, si testes isti singulares deponant de actibus ad eamdem usuræ speciem tendentibus.

Testes vero, qui in eorum propriis causis deponunt,
36 renunciare repetitioni usurarum debent, ut post *Foller. in prax. tit. de usur.* tradit idem *Reg. Rovit. super. d. pragm.* & notat laudatus *Dom. Scoppa in addit. ad Nicolin. in prax. judiciar. pag.* 127. *lit.* G.

In præsenti causa fuit denegata audientia Procuratoris, referente in plena Aula M. C. Vicariæ *Dom. D. Julio Cæsare Banito*, nobili genere orto, olim hujus Regni Secretario, Regalis Patrimonii Fisci patrono, & Regiæ Cameræ Præside, nunc S. Claræ integerrimo Consiliario, & Decano dictæ M. C. titulo Ducatus Insulæ decorato, ac Domino Baroniæ Boneti, cui hæc nobilissima familia, aut nomen dedit, vel ab ea nomen recepit.

LEONARDI

RICCII

OBSERVATIO

Una cum Additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXXVIII.

Citatus pro usura an per Procuratorem comparere possit, & an in contractu mutui interesse conveniri poterit, & alia.

SUMMARIUM.

1 *An debeat admitti excusator, & an debeat admitti Procurator pro crimine usuræ.*
2 *Quæ dicatur usura.*

AN debeat admitti excusator, habet passim in præcedentibus Resolutionibus, & in superiori *res.* n. 30. *& lib.* 2. *res.* 33. & Author hic agit, an debeat admitti Procurator citati pro crimine usu-
1 ræ, & longius disputata causa an deberet admitti Procurator, præcipue quod allegabatur, quod in hoc crimine defensiones deberent fieri extra, tamen hic fuit decisum, Procuratorem non admitti, & insimul *num.* 1. habetur fuisse accusatum carceratum, verum ibidem Dominus Auctor testatur, quod maturius per S. C. re perpensa mandato excarceratus, quæ S. C. determinatio potest vel ad totum negotium referri, vel ad partes, scilicet, quod defensiones deberent fieri extra, sive quia in illa specie non erat vere punibilis, secundum constitutionem usurariorum, sive ad aliud, de quo disputatur hic.

2 Usura dicitur fœnus, quasi fœtus, & est accessio ad sortem mutuo datam, mutuum autem contractus est, quod fit re, & de dante transit dominium ad accipientem, mutuum enim, quia de meo tuum. Plura notabis de privilegio probantium in hoc crimine a *num.* 33. *cum seqq.*

Item explicationem constitutionis *nu.* 31. *&* 32.

RESOLUTIONIS XXXIX.

ARGUMENTUM.

Stuprans virginem qua pœna punitur? promissio de contrahendo matrimonium, an vere, & legitime sit probanda? vel satis sit, ut præsumptive probetur.

SUMMARIUM.

1 *Decisio S. C. adducitur contra stuprantem virginem honestam.*
2 *Stuprum commissum in personam Virginis, vel Viduæ honestæ est punibile de jure civili.*
3 *Fœmina qualibet nascitur virgo, & ita reputatur contrario non probato.*
4 *Stuprum conjecturis, & argumentis probatur.*
5 *Promissio matrimonii a stuprante facta est præcise coacta ad illud contrahendum.*
6 *Promissio de contrahendo matrimonium præsumptive probatur.*
7 *Stuprator renitens contrahere matrimonium cum stuprata corporali pœna punitur de jure Canonico.*

DUæ sunt veneficæ voces hominum captatoriæ, Thesaurus nempe, atque maritus: Quis auri vim ignorat, quis ejusdem hominis cupiditatem? Auro perficiuntur Bella, & Regna acquiruntur. Spe aurum habendi sæpe prudens deluditur homo. Renitens fit honesta puella, at cum ei adolescens se prebeat in maritum, amore capta insimul victa manet: ideoque frequentia in hac Civitate magno nimis plena populo sunt stupra, & merito stupratores conjugia promittentes ad ea a nostra Magna Curia etiam corporali pœna coguntur, sicuti me ibi existente tanquam judice, & fisci patrono, ac postmodum ejusdem Consiliario Decano, quamplurimi ad triremium pœnam, vel ad Relegationem condemnati fuere, & in præsentiarum, ad futurum exemplum hic mihi referre placeat qualiter.

Joseph Oronsius de Errico de Terra S. Viti Provinciæ Licyensis, uti inquisitus de stupro cum ingravidatione in personam Theodoræ Mencollu ejusdem Terræ, fuit per illam R. A. condemnatus ad nubendam, vel eam dotandam: de quo decreto prædicta Theodora appellavit ad Magnam Curiam, per quam fuit condemnatus ad inserviendum in bello per triennium in eo casu, quo dotandi viam elegerit, ita Reg. Audientiæ decretum moderando, & cum etiam appellasset ad S. C. ubi petiit omnino illud adstringi debere ad matrimo-

 nium

nium corporali pæna triremium, compilato processu, me referente, per majorem partem Consiliariorum fuit pronunciatum bene appellatum, &
1 male judicatum per M. C., & proinde Joseph Orontius de Errico condemnetur ad nubendam, vel dotandam Theodoram Mencolla, verum si elegerit viam dotandi, solvat ei ducatos bisceentum, atque remiget per septennium interveniente Domino D. Felice de Lanzina Ulloa Regente Sac. Regii Consilii Præside, magnæ probitatis, & doctrinæ erudito viro, ac numquam satis laudato, ac etiam doctissimo viro Consiliario Vincentio Vidman.

2 Etenim plene constabat de illius honestate, quæ totius materiæ est basis, & facit stuprum de Jure Civili punibile, ut ex text. *in l. item lex Julia de publicis judiciis*, ibi: *Sed eadem lege Julia etiam stupri flagitium punitur, cum quis sine vi, vel virginem, vel viduam honeste viventem stupraverit*, & ex text. in *l. si ea, ac in l. quæ adulterium 26. §. 1. Cod ad l.*
3 *Juliam de adulteriis*. Necnon prædicta reputabatur virgo: nam contrario non probato erat in sua naturali possessione conservanda, cum quælibet fœmina nascatur virgo, ut late DD. auctoritate comprobavimus in 2. *cap. de stupro par. 2. decret.*

Contra vero prædictum Orontium fuisse Theodoræ stupratorem, multi testes de vicinitu deponebant de practica in domo Theodoræ, quia compater suæ sororis, ac de amoribus erga eam, de refugiatione ad Ecclesiam, atque vehementi fama: necnon cum noctu fuisset asportata ad Terram Campi, ut ibi pareret, Testis parvus Orontii deponebat, qualiter
4 de ordine nepotis Theodoram asportaverat; quæ probatio sufficiens videbatur, cum hoc crimen ob verecundiam clanculo committatur, & liquido probari nequeat sed conjecturis, & argumentis probetur, ex text. *in l. non omnes §. a barbaris, ff. de re militari*, & conferunt jura *in cap. præterea de testibus, & attest. cap. 3. loco de præsump.* ubi *Glossa in cap. litteras eod. tit. & glos. in cap. Dixit Dominus 32. qu. 1.* affirmat *Mascard. concl. 1343. P. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 41. Farinac. q. 37. Caball. cap. 388. Guazzin. defens. 30. cap. 40. Fontanella de pactis nupt. clauf. 5. par. 2. num. 80.* præsertim in hoc Regno, ubi Judices superioris ordinis ex indiciis indubitatis etiam valent ad mortis naturalis pœnam devenire juxta *Regiam Pragm. 10. de offic. Judicum*, qua antiqua Doctorum controversia remanet determinata, ut in arbitrio Judicantium sit ad prædictam descendere pœnam.

Difficultas consistebat, quia nulla aderat probatio
5 circa promissionem matrimonii, ideoque corporali pæna ad illud contrahendum adstringi durum videbatur; coactio enim præcisa ad matrimonium fundatur in illa promissione, & fide, qua mulier præbuit corpus suum, ut probavimus in præcitato *cap. 2.* ubi decisiones Sacræ Rotæ Romanæ adduximus, & videre est penes *Fontanell. de pactis nuptialibus clausul. 5. glos. 5. par. 2.*

Sed vice versa fuit dictum, quod Theodora erat
6 juvenis non disparis conditionis, & stante ejus honestate erat valde verisimile, hanc promissionem intercessisse, qua corpus suum tradiderat; quod comprobatur fortissimo argumento ex communiter accidentibus sumpto, cum sæpissime hoc pacto fœminæ in hæc incidant mala, ut munere judicandi experti sumus.

Argumentum enim ex communiter accidentibus desumitur, ex text. in *cap. prudentiam vers. ut solet extra de offic. deleg. in l. certi conditio §. si nummos, ff. si certum petat.* ibi: *cum quotidie l. si pactum, ff. de prob.* ibi: *plerumque* Illud commendat *Bald. cons. 171. vol. 6. & 619. eod. & in l. observare §. proficisci q. 13. de offic. Proconsulis*, ac *Menochius in singulari primo* plures referens, prædictus prædictam evitavit pœnam matrimonio jam contracto.

Item notare volui, qualiter U. J. D. Carolus Trisone
7 inquisitus de stupro in personam cujusdam puellæ ex civilibus parentibus ortæ promissione matrimonii, quod contrahere renuit, fuit condemnatus ad nubendum, vel eam dotandum, & in casu quo dotare eligeret, ad exilium a Provincia per quinquennium, infrascriptis probationibus, nempe depositione puellæ cum juramento recepta, depositionibus multorum testium, qui de illius honestate ante stuprum, ac de bona parentum qualitate testati fuere, quod per multum temporis spatium viderunt prædictum Carolum in platea stantem, & cum puella alloqui, in fenestra suæ domus existente, de mutuo amore, & eorum correspondentia, de auditu ob matrimonii causam, necnon eum pluribus vicibus vidisse etiam de nocte puellæ domum introire, de fama publica dicti stupri, ac denique depositionibus aliorum duorum testium, de confessione extrajudiciali, scilicet Carolum stuprum commisisse promissione matrimonii, quod is contrahere volebat.

A quo decreto appellavit ad S. C. ubi per Magnif. U. J. D. Bartholomæum Griscenio M. C. primæ classis Advocatum, & olim Auditorem etiam cum honore Togæ propter ejus merita, Tria in ejus favorem deducta fuerunt. Primum, quod licet de jure civili pro stupro sine violentia in virginem, vel viduam honeste viventem patrato lex Julia, publicationem partis dimidiæ bonorum imponat, si honesti sunt stupratores, & corporis coercitionem cum relegatione si humiles, ex *text. in §. item lex Julia instit. de publicis Judiciis*, tamen dicta pæna ab usu recessit, & solum stupratores alternative tenentur, Scilicet dotare, aut nubere, quæ pœna præsertim a Canonistis desumpta est *a cap. 1. & 2. de adult.* & uti magis conformis, & æqua tam in foro Ecclesiastico, quam sæculari practicatur. Secundum quod probatio, & non accusatio, quæ constituit Reum, quod judicium a probatione est regulandum, non idem sumendum ex probatione perfecta, & concludenti, idem ex vera, & reali, & idem ex probatione præsumpta, quod certe absurdum, atque injustum contineret, siquidem hac in re idem non est, si testes deponant de visu, marem in fæmina libidine commissum; & in ipso actu naturali, nam tunc realiter probatur copula, ac si de visu in loco secreto, tantum marem cum fæmina loquentem, nam in hunc casum præsumptive indicatur, & consequenter non idem Judicium sumendum, scilicet non eadem pœna in utroque casu practicanda, quod Doctores qui fatentur stupri crimen, & adulterii ex indiciis, & præsumptionibus violentis probari se fundant in *l. consensu, & glos. in l. de repudiis de testibus, & attest. cap. litteras, & cap. tertio loco de præsumpt. & in Glos. ibi*, quæ jura loquuntur in judicio civili, & non criminali, scilicet in repudio, in divortio, & thori separatione, aut in exceptione adulterii opposita ad finem, ut mulier remittat dotem, & non in imponenda delicti pæna, ideoque falluntur, sicut tenet *Augustinus Arriminensis in tract. Angel: de malefic. in cap.* incip. *quod fama publica num. 31. ex Matthesii. not. 118. Benedictus Carpzov. qu. 60. num. 41. par. 2. Farinac. q. 64. num. 238. & 239.* ubi testatur quod in judicio criminali testes singulares non probant adulterium, stuprum sive alium coitum, *Simanc. in tract. de hereticis tit. 64. Muscatell. de cogn. & prob. delicti rubr. de privil. stupri, & adulterii num. 11. & 12.* sed solum in Judicio civili, ut puta quando agitur de privando mulierem de dote, de repulsando testem, vel quando agitur de probando inhonestatem fæminæ in genere, ut evitetur stupri pæna, secus quando agitur de probando tale delicto in specie de quo inquiritur, ut puniatur. Tertium, quia non tenebatur ad matrimonium, quia dispar erat conditionis, quo casu cum vir sit fæmina dignior injuria, seu fæminæ damnum non tanti existimatur, & deflorator construendo dotem integre damnum reddit, & etiam quia puella præsumere debebat promissionem nubendi a digniori sibi factam non esse veram, sed fictam, proinde decepta non videtur; sed potius se finxisse deceptam, juxta *Rev. P. Stephanum Fagundez in 6. Præceptu Decalogi lib. 6. cap. 5. num. 23.* Carolus Trisone J. U. D. almi

Col-

Collegii Neapolitani Medici filius, & dives, puella non in tali conditione erat.

Nihilominus Domini Consiliarii de Aula, quia in numero quatuor fuerunt in pari voto, tantum circa tempus exilii, duo enim condemnationem moderati fuere ad triennium, attenta longa carceratione duorum annorum, quam passus fuerat, quæ etiam continet pœnam, *l. omnes* 23. *Cod. de pœnis*, qui *text.* licet loquatur in exilio extenditur ad relegationem, & deportationem, quæ sub hoc verbo comprehenduntur juxta text. *in l. auxilium* 5. *ff. de interdictis, & releg. l.* 2. *de publicis Judiciis*, & de re in crimine non atrocioni etiam in infligenda pœna ratio habenda est, ut ex *Gram. decis.* 16. *in fin.* & ex *Odofredo*, *Cino*, *Angelo*, *Alberico in d. l. omnes*, & ex *Tiraquell. de pœnis temperandis causa* 41 probat *Dom. Reg. Capyc. Latro decis.* 177. *num.* 26. *lib.* 2. & ex eodem in omni pœna: in hac causa in S. C. abstinui me a suffragio, quia votum præstiti in M. C. ubi ad deducta per Mag. Advocatum ita respondebam. Ad Primum, quod *lex Julia* stupratoribus honestis scilicet nobilibus publicationem dimidiæ partis bonorum irrogavit, & cum dicta pœna, quoque relegatio intelligi debet, quia humilibus, scilicet ignobilibus cum relegatione corporalem coercitionem imposuit, quæ cum nobilibus non sit proportionata in ejus locum supra dictam pœnam pecuniariam irrogavit, alioquin d. lex æquabilitatem non contineret, ut quoque *in* 2. *par. Decretorum cap.* 2. Doctorum auctoritate probavit. Secundo, quatenus supra dicta interpretatio non substineret, quod prædicta pœna a *l. Julia* reperitur imposita pro stupro voluntario, sed pro stupro stupratoris importunitate, & matrimonii promissione perpetrato, quod violento comparatur, ut ex *l. unica Cod. de raptu virgin.* propter deceptionem, & malitiam, quam leges abhorrent, exacerbanda est. Tertio, quod pœnam quam Doctores ex nunciato *cap.* 1. *&* 2. colligunt, & in stupratoris arbitrio reliquerunt, nempe dotandi, vel nubendi, quæ in foro sæculari etiam usu recepta est, tanquam Reipublicæ utilis, cum mulier dote legitimum virum habere possit, procedit etiam in primo casu, in secundo vero casu, quando stuprum præcedente matrimonii promissione ast commissum procedit alia Doctorum sententia, quæ est, quod stuprator, & matrimonii promissor valido medio ad illud contrahendum cogatur, & loquuntur DD. de præcisa coactione, quæ animum conturbat, & mærorem afficiens ad id efficax esse potest, & probatur primo ex *text. in l.* 1. *ff. de pactis* ubi *Jurisconsultus*, inquit: *Hujus edicti æquitas naturalis est: quid enim tam congruum fidei humanæ, quam ea servare, quæ inter eos placuerunt*; Vir mulieri matrimonium promisit, mulier viro matrimonii contemplatione corpus suum dedit, justum est igitur, ut ad servandam concordiam cogatur; Secundo, ex *Tex. in c. quod semel de reg. Juris*, *Quod semel placuit amplius displicere non potest. Et in cap. mutare eod. tit. Mutare consilium, quis non potest in alterius detrimentum.* Vir igitur voluntatem non potest mutare, & pro matrimonio promisso dotem mulieri dare: detrimentum enim a muliere passum dote non compensatur, longe quidem distat existimatio a pecunia, existimatio semel perdita iterum sicut pecunia minime acquiritur. Tertio, per *Tex. in cap.* 2. *de adulteriis*, ponderando illa verba: *Aut si renuendam putaverit, corporaliter castigatus, excommunicatusque in Monasterio retrudatur*, juncta *glossa ibi*. Quarto comprobatur plurimorum Doctorum authoritate, & Sac. Rot. Romanæ Decisionibus, ut late videre est *in* 2. *par. Decretorum cap.* 1. *a num.* 6. *& cap.* 2.

Ad secundum respondebam: Primo, quod *Joann. Andreas*, *& Abb. Panormitan.* firmiter tenent, *cap. præterea* non solum loqui, prout *Glos.* intelligit, nempe quod conjecturæ admittuntur, quando tractatur de probanda copula ad impediendum matrimonium, vel ad probandam adulterii exceptionem, vel quoad totum, sed etiam quando tractatur de separando matrimonio, id quod non est modici præjudicii, ut *Joan. Andr. in d. cap. num.* 11. *vers. Tu autem secure teneas*, *& Abb. ibid. n. num.* 5.

Secundo, quia ratio obquam citata Jura Canonica in narratis casibus violentas admittunt conjecturas est, quia adulterii crimen abdita committitur & rarissime directo probatur, qua ratione attenta leges justitiæ cultrices in judicio criminali in dicto crimine, & in omni alio, quod sui natura clam committitur, ne impunitum remaneat cum Reipublicæ detrimento, illas quoque admittere, ut *d. l. non omnes* 5. §. *a barbaris ff. de re milit. l.* 2. *C. quorum appell. non recipiuntur*, *l. indicia C. de rei vend. l. cap.* 1. *de homicid. in* 6. aliaque jura, quibus probatur, quod non solum ex testibus, sed ex conjecturis, & argumentis etiam clare veritas colligi potest, quod comprobatur doctrina Divi Thomæ *lib.* 1. *contra gentes cap.* 5. ubi inquit: *Non omnis veritatis manifestandæ modus est idem, disciplinati autem hominis est, tantum de unoquoque fidem capere quantum rei natura permittit*, hac in re probant præcitati Doctores, & ex *Menochio casu* 116. *& præs.* 41. *Mascard. conclus.* 57. *Farinac. q.* 55. *Mynsingerio resp.* 1. *& Dom. Reg. Valenzuola in Aureo consil.* 28. probat *D. Emanuel Gonzalez in commentar. tit. cap. præterea.*

Conjecturæ vero, & argumenta juxta eorum qualitatem, & pondus, si multum, aut minus urgent ad delicti pœnam ordinariam valent, aut ad exilium, aut ad pœnam pecuniariam, prout disciplinato Judici videbitur; ego autem contra de stupro inculpatum, & concludentem existimo probationem, amores probantur, si conversatio interfuit, si occasio ad stuprum congrua demonstratur, si alterius hominis mulier amore minime capta fuit, si querelæ, sordes causa non est; cum narratæ probationi alia valde urgens consentiat, nempe libidinis fomes, qui marem, & fœminam ad conjugium impellit.

Ad Tertium, ultra adducta, & ponderata in secunda parte decretorum *cap.* 2. *num. quinquagesimo nono*, facto serenissimi Regis Manfredi Respondebam: Rege enim in Civitatem Baroli manente Eques Emilius de Amolisio Regis Cubicularius pulcherrimam puellam Civem nocte defloravit, Insraganti a Patre, & puellæ Fratribus detentus, & Justitiarii ordine in carcere detrusus, Quamquam dotem unciarum auri quatuorcentum puellæ obtulisset, tamen omnino voluit Rex, ut matrimonium contraxisset, quo sequuto ita illi loquutus fuit *non erat conveniens, a Eques, ut puella bonam fortem amitteret, quam ei Deus pulchritudine dederat: fœminæ solum pro sobole procreanda creatæ fuere, & filii amorat alii sagaciores sunt eoumque pulcherrimi; nunc Emilius est ita bonus eques, prout antea erat*, atque illi terram Albernonæ sitam in Provincia Capitanatæ dedit: matrimonium fuit celebratum cum gaudio, propter quod mulierum & Populi Benevolentiam Rex aquisivit, ut videre est in Historia, seu vita dicti Serenissimi Regis Manfredi: hæc tandem paritas non fuit dirempta, quia inquisitum mors prævenit, & omnia solvit.

LEONARDI RICCII OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. XXXIX.

Stuprans Virginem qua pœna punitur, & promissio de contrahendo matrimonio an præsumptive probari possit.

SUMMARIUM.

1 *Quid sit stuprum.*
2 *Quomodo probetur stuprum in genere.*
3 *Commissa cognitione stupri obstetricibus, si fuerint discordes, quid faciendum.*
4 *An possit stuprum vi factum puniri sine querela, & stuprum sine vi ad cujus querelam punitur remissive.*
Privilegia probationum in hoc crimine.

1 Stuprum est inordinatus concubitus, quo virginalis integritas corrumpitur *cap. lex. illa 26. qu. 1. Vivius dec. 299. nu. 2.*

2 Stuprum in genere probatur, sicuti est praxis, per obstetrices, de quorum depositionis forma vide *Angel. de delictis par. 2. cap. 124. nu. 7.* quamdifficillimum sit cognoscere integra sit necne mulier; de quo vide *resolut. 2. Domini Auctoris* post praxim civilem, & *Cujac. ad tit. 15. decret. de frigid. & malef. c. pen.* testatur decepisse obstetrices majores nostros; nullum enim est hymen sive septum, sive membrana, attactu dicunt dijudicare de virginitate. *Sed inquit, non etiam temere credi oportet obstetricibus; si quæ quæratur, Virgo sit nec ne, quod tamen deprehendi posse dicunt, & plerique omnes credunt ex aspectu, & attactu hymenis, quasi integra, hymen argumentum sit virginitatis. disrupta autem mulierbritatis, qua opinio facit, ut hujus rei investigandæ causa vulgo auctore judice obstetrices adhibeantur, & consulantur cap. ult. infra hoc tit. cap. pen. & cap. ult. sup. de probat. quamquam eorum oculi sæpe manusque fallantur, ut ex Cypriano scriptum in d. cap. pen. & can. aliqua 27. quæst. 1. sed si nulla est hymen, nulla membrana, nulla sepes, quæ virginali prætenditur, ut Oribasius sentit, & hodie medici atque etiam Judices non pauci verum esse comprehenderunt decepere hac in re obstetrices majores nostros, quibus persuaserant de ea quoque se ex aspectu, & tactu hymenis quæ nulla est aut fuit nunquam, judicare posse, virgo aliqua sit necne. Adde quod Ambrosius scribit epist. 94. &c.* idem dixerat ad *cap. 4. de probat.*

3 Verum commissa obstetricibus cognitione, si una dixerit puellam virginem, alia corruptam; creditur potius dicenti integram, & virginem, nisi aliæ erunt obstetrices, quæ de veritate cognoscant *de Angel. loc. cit.*

4 Stuprum vi factum an possit sine querela puniri a Judice, & quid in stupro sine vi, & ad cujus querelam, vide ibi per eum, ubi multa alia, & præsertim an continuatio inducat tacite concubinatum, vel non, & an emendet vim commissam in stupro, ita ut eximatur a pœna violentiæ, & an blanditiæ inducant vim, & similia, ut videre est per eum.

De privilegiis probationum in hoc crimine habes hic apud Auctorem, & alibi per eundem.

RESOLUTIONIS XL.

ARGUMENTUM.

Furtum modicum in Civitate, aut Suburbiis commissum, num ultimo supplicio puniatur? ad interpretationum *Reg. Prag. I. de furt.*

SUMMARIUM.

1 *Aggressores nocturni in Civitate, & Suburbiis puniuntur pœna mortis, quamvis furtum sit minimum.*
2 Pragmatic. 1. de furt. *est in viridi observantia, Sed de quibus furibus loquatur, & 3.*
3 *Aggressor quis sit.*
4 *Latro publicus dicatur.*
5 *Animus, & non rerum valor attenditur in furto.*

Quidam pauper cum noctu maneret in taberna, audito campanello, quo Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento debitum præstamus obsequium, abiit. ajendo, nunc est tempus furandi faculam ceream, prout in effectu cuidam famulo domum redeunti post debitum obsequium, faculam valoris carolenorum septem circiter furatus fuit, & illico captus, sponte confessus, per M. C. fuit morti traditus vigore *Reg. Pragm. 1. de furtis*, qua Manticularii nocturni pallia furantes, sive alia iter
1 agentibus in plateis Civitatis, & Suburbiorum morte plectuntur, tanquam veri latrones, & viarum grassatores, nulla ratione habita de rerum valore, ibi: *Comandamo, che niuna persona ardisca di assaltare alcuno per rubbare cappe, ne cosa alcuna dal potere di quelli, che di notte vanno per le strade di questa Città, e Borghi sotto pena della vita, e comandamo alla Gran Corte, che lo debba eseguire, e proceda, e tratti detti derubatori, come veri derubatori di strade, e grassatori, e li punisca con ultimo supplicio, non avendo alcuno riguardo al valore delle robbe rubate, &c.*

2 Quæ Pragmatica est in observantia, ut testatur *Reg. Sanfel. decis. 40.* ibi: *Verum intus Civitatem, & Suburbia de nocte aggredientes Viatores furandi causa, quamvis minimum sit furtum, ultimo supplicio puniuntur, ut disponit Reg. Pragm. de furtis, ubi Reg. Revert., & pluribus observatum, & novissime sub die 25. Junii 1625. per M. C. in Collaterali Consilio fuit ad furcas condemnatus in loco delicti Amantus, qui aggressus fuit cum aliis in platea publica intus Civitatem, & duos carolenos nunquam socius furti tam in prima instantia, quam in causa reclamationis, facta relatione in Collaterali Consilio accedentibus votis Dominorum Regentium.*

Nihilominus justitia hæc nimis rigorosa fuit visa Populo Neapolitano: cum in processionibus, quæ fiunt in majori Hebdomada passim furta facularum cereatum committuntur, & attenta furum industria quasi per locum immulcta remanent, eoque magis quia fur iste nulla alio crimine erat notatus; item quod ultimum supplicium nunquam fuit practicatum contra committentem furta in via publica sine armis: cum derobatus derobatori re-
3 sistere æque possit, & Regia Pragmatica loquatur contra eos, qui præmeditato viatores aggrediuntur, ut in proemio: *Che l. assultano*, & in fine
4 *niuno ardisca assaltare*, aggredi anim, ut ex *l. quo naufragio, ff. de incendio, ruina, & naufragio*, est cum vi, quæ proprie dicitur de publica, quæ est manu armata: cum arma quam magis aptiora sint ad necem, tam magis audaciores reddant aggressores, & quod Regia Pragmatica committentes furta
5 in pla-

5 in plateis Civitatis æquiparet latronibus, isti dicuntur, qui in via, seu in mari manu armata viatores aggrediuntur, ut notat *Decianus lib. 9. tit. de la-*
6 *tron. & privatis cap. 29. numer. 4.* Ibidem quia si animus, & non rerum valor erat attendendus, quia si fur plus reperisset, plus rapuisset, animus illius pauperis non fuit, nisi faculam furari, quod exemplum a *R. Sanf.* adducunt, cum crimen illud a pluribus, & armata manu fuisse commissum apparebat, & considerabatur, quod faculam rapuerat non armatus a famulo ante armato: hinc ultimum supplicium minime est exequendum, ac justitia a populo non ast bene recepta, alioquin non transit ad exemplum. In præsentiarum tu dicas, quod fuit ad exemplum, ne in posterum auderent obsequium Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento debitum perturbare. Attamen melius erat misericordiam Domini imitari, qui uti Judex adulteram non condemnavit, & in Cruce pro offensoribus oravit, si Deus benignus est, ut quid Sacerdos ejus austerus? melius est propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem *cap. allegat. causa 26. quæst. 7.* non enim semper rigida mortis pœna est exequenda, maxime si de Jure Divino, & Com. non reperitur determinata, quia humanum est peccare, & exiguo tempore nullus erit, est ergo lenitas cum severitate miscenda *cap. disciplina 9. & cap. omnis distinct. 45.* quando quidem summus rigor, summum Jus pro summa injustitia quoque habetur, ideo remittendum & aliquantulum de severitate, cum male accipi a populo summa justitia possit.

LEONARDI
RICCII
OBSERVATIO
Una cum Additione ad hanc
D. CAROLI ANT. DE ROSA
RESOLUT. XL.

Furtum modicum in Civitate *Prag.* 1. *de furtis.*

SUMMARIUM.

1 Pragm. 1. de furtis *explicatur.*
2 *Quid sit furtum.*
3 *Fur clancularius, latro, sapientes Piratæ, & alii differunt inter se.*

1 Dominus Auctor bellissime disputat pro intellectu *pragm. 1. de furtis*, qui utinam scripsisset talia ante, forsan miserrimus ille, de quo agitur hic, quique cereum furatus erat, non fuisset mortuus.

2 Furtum est contrectatio rei alienæ mobilis fraudulose, & corporalis invito domino lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel usus etiam ejus, vel possessionis. *l. 1. in fine de furtis.*

3 Differunt autem inter se fur, clancularius, & latro, & qui vim, & qui rapinam exercet, & Piratæ, & Abactores, & plagiarii, de quibus apud *De Angelis, & ff. tit. de plagiar.*

RESOLUTIONIS ULTIMÆ
ARGUMENTUM

I. An procedi possit contra mandantem non constito de mandatario, scilicet non liquidata persona per nomen, & cognomen, qua percutit.
II. An mandatarius ab ordinaria pœna sit excusandus, si mandans ob aliquam causam excusetur.
III. An statutum contra facientem locum habeat contra mandantem.
IV. An qui ratum habuit crimen, quod suo nomine fuit patratum, ordinaria dicti criminis pœna plectendus sit, &
V. Mandatum quando censeatur inductum, & an pro mandato præsumptio, sive implicite inducto eadem pœna ordinaria sit practicanda, & quomodo probatur.

SUMMARIUM

1 *Mandatario non liquidato contra mandantem procedi nequit.*
2 *Accusatio in Adulterio, quæ continere debet, & expenditur* tex. in l. libellorum, ff. de accusationibus, ac tex. in l. licet gratis, §. possumus, ff. Nautæ, Caup. & Stabularii.
3 *Mandatario non liquidato vagaretur inquisitio, & expenditur* text. in l. Prætor edixit, ff. de injuriis, & famosis libellis.
4 *Mandatario non liquidato, contra Mandantem non est procedendum, & de ratione* ab Hyppolit. de Marsil. *adducta.*
5 *Mandatarius causam propriam habens, & si alias esset facturus, mandans de mandato non tenetur.*
6 Tex. in l. si is, qui rem, §. si tum Titius, ff. de furtis, *ponderatur ab Auctore circa mandati materiam.*
7 *Mandatario non cognito, quare contra mandantem procedi nequit, rationes per Auctorem ponderantur,* & num. 8.
9 *Incertitudo a Jure detestatur, & impotentiam procedendi infert.*
10 *Plures homicidium in rixa committentes, si ignoratur, a quo vulnus mortale fuerit illatum, omnes a pœna legis Corneliæ liberantur.*
11 *Diligentiæ, quæ in mandati verificatione sunt adhibendæ, & nonulla per Auctorem expleta in facti contingentia,* & nu. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18 19. & 20.
21 *Mandatario non liquidato etiam procedi potest contra mandantem, secundam alteram opinionem.*
22 Glossa in cap. libellorum affert, & Text. in cap. 25. q. 1. *ponderatur.*
23 *Nomen occisi non est necesse, ut per nomen, & cognomen liquidetur.*
24 Glos. in d. cap. libellorum *interpretatur per Auctorem.*
25 *Praxis procedendi contra præsentem delinquentem, quando testes ignorant nomen ejus, & cognomen, sive contra absentem.*
26 Text. in l. licet gratis §. possumus ff. Nautæ, Caupones, & Stabularii *declaratur.*
27 *Mandans non obligatur accessorie propter delictum a Mandatario patratum, sed principaliter.*
28 *Mandans ficte, & interpretative delinquere videtur, Mandatarius autem vere delinquens est.*
29 *Mandatario etiam non cognito, contra Mandantem procedendum est, & de vera ratione.*
30 Farinacii *distinctio circa procedendi modum in qu. 3. quando persona mandatarii non est liquidata refertur, & ab Auctore improbatur.*
31 *Decisio Regii Collateralis Consilii, quod sit procedendum contra Mandantem, etiam non liquidata Mandatarii persona adducitur in casu ab Auctore relata*

Dom-

Dom. Reg. Jauuarius de Andrea laudatur ibidem.

31 *Mandatarius ab ordinaria pœna an sit excusandus, si mandans ab ea excusetur, adducuntur* text. in l. non solum §. si mandato meo ff. de injuriis, & text. in l. non ideo minus C. de accusationibus.

33 *Mandans, & Mandatarius sunt correlativi, ideoque eadem pœna puniendi sunt.*

34 Text. in l. denunciasse §. finali ff. ad l. Jul. de Adulter. *ad propositum; quod si mandans excusatur, Mandatarius quoque excusandus est.*

35 *Mandanti quod licitum est, quoque Mandatario erit.*

36 *Mandans si ab ordinaria pœna excusetur, Mandatarius excusari debet, ut dissonum evitetur.*

37 *Mandans si attenta causa excusatur a pœna ordinaria, Mandatarius hac excusatione dignus non est.*

38 *Regula, nempe, quod licitum est Mandanti, & quoque Mandatario, declaratur per Auctorem numer. 40.*

39 *Factum, quod accidit Medico Serenissimi Regii Ferdinandi Primi, mandanti interfice uxorem refertur.*

41 *Doctrina* Dom. Didaci Covarr. *circa regulam quod occisio uni permissa possit alteri demandari, expenditur.*

42 Text. in l. servus si heredi 34. ff. de statu libera *ponderantur circa id, quod uni est permissum, alteri demandari potest*, ac text. in l. fugitivus 19. ff. de solutionibus ibidem.

43 *Opinio, quod Mandatarius non sit excusandus a pœna ordinaria Criminis, quamvis mandans aliqua de causa excusetur, est Reipublicæ favorabilis, ut ponderat Auctor, qui militatur n. 44.*

45 *Statutum loquens contra facientem, locum habet contra Mandantem, & communiter tenent DD. ubi pœna determinata est a jure communi, ubi vero imponit pœnam, aut propter qualitatem auget, cum distinctione loquatur n. 46.*

47 *Causa semper intuenda est, & effectus a causa regulatur.*

48 *Mandans tenetur delicto, & ejus qualitati si delicto inhæret, secus si personæ.*

49 *Statutum an comprehendat mandantem, DD. distinguunt, an loquatur in rem, aut in personam, aut verbis generalibus, & communibus, aut non.*

50 *Statutum stricte intelligi debet, non extendendum de uno ad alium casum nu. 51. etiam si eadem considerata ratio n. 52.*

53 *Constitutio Regni si aliquis, titulo de percussione illicita ad mandantem non extenditur.*

54 *Pœna pro vulnere illata est Judicis arbitraria, & quandoque practicatur pœna a Statuto imposita contra arma deferentem, si major est ea, quæ pro vulnere illato imponitur.*

55 *Pragmaticæ contra delinquentes armis igneis mandantem non comprehendunt, ut de ratione* ibidem.

56 *Pragmatica* 5. de ictu Scopictæ, & 32. de Armis *referuntur n. 58.*

57 *Statuto si locus est interpretationi, hæc facienda est, ut minus lædat jus commune.*

59 *Auxiliator, qui non est causa delicti, jure pœna ordinaria plecti non potest, quæ opinio uti æquaamplectitur per Auctorem* ibidem.

60 *Pragmaticæ* 5. de ictu Scopictæ, & 32. de Armis *comprehendunt solum armis igneis assistentes.*

Dom. Philippus Campana, Fisci Patronus Provinciæ Salerni laudatur, ibidem.

61 *Decisio* Thori *in verbo mandans, quo mandans non comprehenditur in dispositione Regiarum Pragmaticarum titulo* de ictu Scoppictæ, & de Armis *per Auctorem ponderatur.*

62 *Opinio, quod Statutum contrafacientem amplectitur mandantem ultra rationes per DD. adductas, alia per Auctorem comprobatur.*

63 *Supplicia exacerbantur, ubi frequentia sunt delicta.*

64 *Pœna exasperatur ob circumstantiam delicti.*

65 *Judex ex circumstantiis augere pœnam, & minuere valet, quæ sententia uti vera per Auctorem quampluribus comprobatur auctoritatibus*, ibidem.

66 *Statutum augens pœnam si rationem non excedit, rigorosum sive odiosum non dicitur, sed favorabile.*

67 *Statuta Ferraria loquentia in personam censentur scripta in rem.*

68 *Pragmatica* de ictu Scoppictæ, & de Armis, *quia non exorbitant a jure communi, odiosæ non sunt existimanda.*

69 *Mandans comprehenditur sub statuto contra facientem promulgato per rationem ab Auctore ponderatam.*

70 *Ratihabitio mandato æquiparatur, id circo secundum unam opinionem, ratum habens crimen, ordinaria pœna plectendus est.*

Text. in capitulo ratihabitionem de regulis juris in *6. adducitur* ibidem.

72 Text. in l. cum decem, §. si fidejussor ff. de solutionib. & liberationib. ac Text. in l. Prætor ait §. sed etsi ff. de vi, & vi armata *circa ratihabitionem expenduntur nu. 72.*

73 *Ratum habens, quod ordinaria pœna sit plectendus, adducitur.* Text. in cap. cum quis de senteut. excommun.

74 *Ratum habens tenetur ad damni restitutionem, & incurrit in irregularitatem secundum unam opinionem.*

75 *Ratum habens, quod ordinaria pœna plectendus sit, quamplures per Auctorem DD. authoritates afferuntur, atque ponderationes.*

76 *Ratum habens secundum alteram opinionem, prout verius existimat Auctor, ordinaria pœna plectendus non est.*

Capitali pœnæ locus non est, nisi cum appensamento crimen, & præcedente tractatu perpetratum sit ibidem.

77 *Ratum habens non est vera causa, & efficiens delicti patrati.*

78 *Ratum habens ordinaria pœna plectendus non est, quia in eo vera culpa non consideratur.*

79 *Ratum habens secundum alteram opinionem ad damni restitutionem non tenetur, neque in irregularitatem incurrit.*

80 Text. in cap. ratihabitionem de regul. jur. in 6. *interpretatur.*

81 Text. in l. cum decem §. si fidejussor ff. de solut. *in delictis non loquitur.*

82 Text. in l. Prætor ait, § sed etsi, ac text. in l. Prætor ait §. hoc interdictum, ff. de novi operis nunciatione *per Auctorem interpretantur, ut locum non habeant pro pœna ordinaria contra ratum habentem.*

83 *Vim inferens cum armis* lege Juliæ de vi publica tenetur, & relegatione, *vim vero inferens sine armis* lege Julia de vi privata, & in pœnam bonorum publicationem incurrit.

84 Text. in cap. si quis de sentent. excommunic. *pro ratihabitione inductus, tripliciter interpretatur.*

85 *Ratum habens, quod ab ordinaria pœna excusetur, DD. authoritates, & ponderationes per Auctorem afferuntur.*

86 *Ratum habeat, ut de rato teneatur, duo sunt necessaria.*

87 *Ratihabitionem quæ verba inducant, adducuntur scripta per* Farinac. q. 35. num. 9. *ac alia ponuntur per Auctorem.*

88 *Mandatum quocumque verbo inducitur.*

89 *Mandatum dupliciter inducitur, primo expresse, secundo implicite.*

90 Tex. in cap. ex litteris de excessibus prælatorum, & subditorum *circa mandatum implicite adducitur.*

91 *Bartoli exemplum circa mandatum implicite datum* in l. si quis mihi bona §. Pater ff. de acquirenda hereditate *refertur, & per Auctorem ponderatur, atque improbatur n. 96.*

92 *Inquisitus de mandato implicite indicto pœna ordinaria puniri nequit, nisi de ejus voluntate aliunde constat eam cum eventu fuisse conformem.*

93 *Regula ponitur, qua Judex voluntatem inquisiti demandan-*

mandato implicite inducto eum fuisse, cum eventa conformem urguere valeat.
94 *Gaudium, & lætitia mandantis voluntatem declarant in mandato præstito.*
95 *Ratihabitione declarantur verba dubia circa mandatum.*
96 *Mandatum conjecturis probatur.*
97 *Mandatum connumeratur inter crimina, quæ eorum natura occulte fiunt.*
98 *Indicia, quæ a jure non respuuntur non minoris probationis, quam instrumenta continent fidem.*
99 *Indicia, si multa sunt in eorum genere concludenter probata, si urgentia, & non levia sunt juxta auctores monitum, etiam ad pœnam ordinariam sufficiunt.*
100 *Indicium, mutus quidem testis, sed omnibus vocem habentibus potentior est.*

SCriptum in Sacra Pagina reperitur, *nihil occultum, quod non manifestatur*, hinc licet studeat homo omni conatu occulte committere crimen & uti sæpius alteri mandando, quod tamen Sole justitiæ oriente commissum, detectum remanet, legitur enim *peccatum meum contra me est semper.* Quæ autem circa mandati materiam doctores in controversiam posuere, & eorum quæ sententiæ uti magis veritatem attingentes, amplecti debent, & sequendæ, pro bono publico hic mihi adnotare placuit in dubiis supradictis.

In hoc primo dubio bipartitæ sunt Doctorum sententiæ, ut videre est penes *Hyppolit. de Marsil. conf. 94. Marcum Antonium Natta conf. 422. &*
1 *Prosperum Farinac. cæteros colligentem in praxi tit. de inquisitione q. 3.* qui negant, fundantur primo *in text. in l. libellorum 3. ff. de accusat.* ubi de principali reo liquere debet, ibi *Lucius Titius professus est se mediam leg. Julia reum deferre, quod dicat, eam cum Cajo, Sejo in Civitate illa, Domo illius, mense illo, Consulibus illis adulterium commisisse, utique enim, & locus designandus est, in quo adul-*
2 *terium commissum est, & persona, cum qua admissum dicitur, & Mensis, & concordat tex. in. l. licet gratis 6. § possumus ff. Nautæ, caupona, & stabulorii*, ibi: *ut certe hominis factum arguamur*; in hac enim specie constito de mandatario, inquisitus de mandato probare potest, et mandatum non dedisse, imo cum sui esse inimicum, quod homicidium per mandatarium non fuit secutum, sed per alium cum tali tempore a loco is abesset, cæterum non liqui-
3 dato mandatario inquisitio vagaretur, & inquisito de mandato defensiones auferrentur contra *tex. in l. Prætor edixit ff. de injuriis, & famosis libellis*, ibi: *quin qui famosum actionem intrudet, non debet vagari cum discrimine alienæ existimationis, sed designare certum, & specialiter dicere quam te injuriam passum contendit, & ibi Glos. in lit. C. designare certum scilicet hominem, injuriam inferentem, bene Hyppolit. in cit. conf. num. 12. 13. & 14. inquit, cum non appareat quoquo modo de principali delinquente, nescio videre, nec cogitare quomodo sit pos-*
4. *sibile procedere contra aliquem, tanquam contra mandantem, id quod habet rationem naturalem in se, nam si mandans esset præsens, & Judex vellet, ut is responderet, an dedit mandatum ad occidendum, vel vulnerandum N. N. esset necesse, quod exprimeret nomen, & personam illius, cui mandatum dedit, aliàs tanquam interrogationi incertæ, & ambiguæ non teneretur respondere, ut multorum*
5 *Doctorum authoritate probat*: aliamque ego excogito rationem, nempe quod mandatarius potest habere causam propriam, & quod sine mandato etiam erat occisurus, quo casu mandans ea delicto non tenetur propter mandatum, *at in cap. sicut dignum, §. qui vero extra de homicidio, Gloss. in l. sæpe, §. item dubitatum vers. condigni ff. de verbor. significat. Glos. in l. non solum §. si mandato in verbo volenti ff. de injuriis in sua ultima opinione*, & late *Decian. lib. 9. cap. 36. num. 14.* imo justam habere causam, quo casu non tenetur, *confert tex. in l. si is qui rem §. si tu Titium ff. de furtis*,
6 ubi habetur, quod si commendasti mihi Titium dicendo, quod erat idoneus, & quod secure poteram ei mutuare, & ego ignorans, qui sit Titius, mutuavi cuidam alii, puta Seju pauperi, quem dixisti vocari Titius, & ipse Sejus in hac fraude fuit, dicitur, quod furtum facis, & teneris furti, & etiam ipse Sejus, secus si Sejus hoc ignorat, nam hoc casu tu non teneris furti, sed actione in
7 factum. igitur, sicuti in hoc casu, primo cognosci debet de delicto Seji, qui recepit pecuniam, si is in fraude fuit, vel ne, ita in nostra specie, si mandatarius habuerit causam propriam, ut supra ponderavi, quæ cognitio utique fieri nequit, non constito de mandatario deliquente: atque aliam, nempe si interfectus duos haberet inimicos, & æque ab uno, & æque ab altero interfici posset, quia non impar causa, & potentia in altero considerari potuisset; hinc eruditus *Casonus tract. de causis tit. 4. num. 4.* inquit, *concluditur, quod si Petrus probabit alium æque potuisse occidere, non torquendus aliter sit, ut animadvertit Cicero lib. 2. tit. 1. de inventione, qua defensione usus est pro Muræna, & Roscio*; ut ergo procedi possit contra mandantem, necesse est, ut primo constet de principali mandatario delinquente, ut eo cognito cognoscatur, cujus sit famulus, cujusve fa-
8 ctionis, ut certa contra Titium formetur inquisitio: nec condemnanda est ponderatio, quæ ab experientia est desumpta, scilicet si ignoratur a quo paratum sit homicidium, regula est, ut præsumatur ab eo, qui potentiorem causam, & ulciscendi facultatem habet, & hæc regula etiam sæpe fallit, quia quamplures reperiuntur homines, qui injuriam levem reputant gravem, & ad eorum animum revocant; variæ siquidem sint hominum complexiones, alii enim mites cordis, aliique crudeles: atque alia, scilicet, quia multæ sunt causæ, quæ ad maleficium inducunt etiam latentes, & ignotæ, cum nemo reperiatur, qui metuat, oderit, speret, & irascatur, preter quas delinquitur causas, ut notat idem *Eruditus Opiterginus dicto capit. num. 4. & tract. 11. de indiciis cap. 1. num. 18.* ibi *sed hæc opinio non placet, maxime quando offensus habet alios inimicos, ac etiam quia plures sunt causæ, quæ inducunt homines ad maleficia ultra inimicitias* plane incertitudo detestatur a jure, ut *in l. 1. institution. de usucapionibus*, &
9 in potentiam procedenti infert juxta *text. in l. scientiam §. si stramenta*, ibi *si stramenta ardentia transilient, duo concurrerint, amboque ceciderint, & alter flamma consumptus sit; nihil eo nomine agi poterit, si non intelligitur, uter ab utro eversus sit, confert Glos. in l. 1. §. cum arietes ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur l. 5.* ibi *sed quid si non appareret, quis fuerit aggressus? Respondetur neuter alteri tenetur*, quæ est communiter recepta.
10 Hinc si plures in rixa homicidium commiserunt, & ignoratur, a quo vulnus mortale fuerit illatum ratione incertitudinis, omnes a pœna legis Corneliæ liberantur, quia sanctius est nocentem absolvere quam innocentem condemnare *l. absentem ff. de pœnis l. Pomponium §. sed de reivindicat.* Unde cum in Civitate Rossani Provincia Calabriæ Citra quidam Nobilis læthaliter vulneratus fuisset, & in Caupona Oppidi Selliæ Provincia Calabriæ Ultra crudeliter Tabernarius, & Tabernaria verberati, & inculparetur de mandato vir ea magnatibus Regni valde potens, pro capienda informatione jussu Domini Proregis Calabriam contulissem, prædicta ponderando pro verificatione sequentes egi diligentias.

Pro vulneribus informationem cœpi, qualiter die vigesima quinta Augusti 1993. in Oppido Sancti Demetrii, quo die celebratur festum Divi
11 Adriani in Monasterio Reverendorum Patrum Sancti Basilii Græci ritus, & in eo concurrunt conventus Populi Quidam Nobilis in contemptionem devenit cum quodam Pagano cucumerum venditore circa illorum pretium, & ille ne in contemptione prædicta a Nobili offenderetur, nomen Domini cujus erat Vassallus in clypeum opposuit, hoc non obstante baculo in capite verberatus, & leviter vulneratus fuit, de quo facta

pla-

plures testes habui contestes, de visu, tum in genere, tum in specie. Die vero tertio Septembris, dum prædictus Nobilis manebat in Civitate Rossani, & proprie in platea nuncupata (Santo Nico) a sex hominibus alienigenis armatis fuit irrutus, quorum quatuor erga ejus personam arma ignea propugnaverunt, alii vero duo cum cultris eum in capite lætaliter vulneraverunt, & in brachio sinistro, quo remansit mancus, recepi depositionem vulnerati, qui Dominum ejus, quem ipse prædicto die in tello Divi Adriani percussit, ob prædictam causam inculpavit. Quatuor peritos examinavi, deponentes in genere de lethalibus vulneribus, ac cum brachium remansisset læsum, procuravi armatos percussores ignotos liquidare, & hoc opus, hic labor fuit: tandem liquidavi eos
12 per plures testes de visu per nomina, cognomina, ac Patriam uniuscujusque: examinavi quatuor testes deponentes, quod prædicti cum illo Nobile vulnerato nullam habuerunt rixam, neque causam, & qualiter prædictus erat homo pacificus, & solum prædicto die cum enunciato Pagano rixam habuit, nec non, quod Paganus ille erat homo vilis, & impotens, itaut non poterat mittere ad
13 vulnerandum sex homines armatos, insuper quod prædicti armati inserviebant ejus Domino, nec non quatuor alii testes, de discessu dictorum armatorum, ac de recessu ad locum, ubi commorabatur Dominus, & de visu, quod ante discessum
14 sum, quam post recessum illorum aderat in suo Castro; item recepi depositionem percussi a Nobile, qui deposuit, quod vespere diei, quo fuit percussus redeundo ad suam Patriam fuit a Do-
15 mino interrogatus de facto, quod ægre tulit, viginti quatuor testes tandem examinavi omnes fidei integros, decem in Civitate Rossani, qui deposuerunt prædictos sex homines armatos vulnerasse Nobilem ob causam, quod ipse percusserat encamerorum venditorem de ordine & mandato
16 N. N. Domini prædicti venditoris, septem in Oppido Sancti Demetrii, & alios septem in loco, quo is Dominus inculpatus commorabatur. Pro verberibus informationem recepi qualiter in anno
17 1689. mense Martii duo Vassalli prædicti N. N. pernoctaverunt in Caupona Selliæ cum eorum equis oleo oneratis, & quia Tabernarius pro expensis cupiebat oleum, & nolebat pecuniam, & e contra viatores illi pecuniam, & non oleum dare intendebant, in rixam devenerunt, ob quam a Custodibus Baronis in eadem Caupona existentibus fuerunt ligati, & postea mane soluti abierunt, quod factum habui ab uxore Tabernarii, qui mortuus erat, & ab alio, qui etiam illa nocte aderat in Taberna; die vero octava Aprilis Veneris Sancti accesserunt ad Tabernam Baricellus prædicti N. N. aliique decem armati cum uno ex duobus viatoribus, fuerunt a Custodibus ligati, & acriter verberaverunt Tabernarium, ejusque uxorem, quia Custodes Baronis non aderant, ita quod Rustici illius loci supra Cutrum ad Terram Simeri duxerunt: duos examinavi peritos, qui de livoribus in eorum corpora, & de ossium fractura deposuerunt, ac Rusticos illos, qui ad Simerim prænominatos duxerint, & quia notitiam habui, quod post facinus illa nocte percussores per Terram Cutri transierant, & quod cum duobus excubias fa-
18 cientibus in dicta Terra allocuti fuerant, procuravi illos examinare, qui deposuerunt de eorum jactantia, quod dicta nocte Veneris Sancti de ordine, & mandato N. N. verberaverant Tabernarium, ejusque uxorem ob prædictam causam, & quod illos in Taberna reliquerant exanimatos, qui etiam testes Baricellum, aliosque duos, ac viatorem illum per nomina, & cognomina liquidaverunt. Item plures recepi deponentes de
19 paupertate illorum viatorum, quod facultatem talem faciendi vultionem nequibant, & de conquestu, ac de injuriis iis facta in Taberna, Domino lacta ajebant, tandem nonnullos alios de fama publica, de mandato contra N. N. in convicinis locis, & quia inculpabatur etiam de morte Taber-
20 narii nonnullis peractis diligentiis cum reperissem illum esse mortuum, non ex causa verberum post Menses, sed ex alio morbo, & post acquisitam sanitatem non fuit mihi grave recipere testes de hac veritate considerando, quod justitia veritatis socia est inseparabilis in hac informatione diu, noctuque per spatium quadraginta dierum elaboravi, cum meo maximo incommodo ob magnam nivis copiam: N. N. quia reperiebatur in Castro Novo detentus, fuit particula monitus per M. C., examinatus, verum cum obtinuerit remissionem Tabernariæ, & Nobilis vulneratus non instetit post nonnullos menses mandato fuit excarceratus.

Qui vero affirmant, se fundant primo in Glos. enun-
21 *ciati capitali libellorum in verbo Cajo, Sejo lit. B* tenent quod accusatio sustinetur etiam, quod non liquet de Adultero per nomen, & cognomen ibi: *ideo nomen exprimitur, ut secundum qualitatem personæ puniatur magis, vel minus, sed quid si igno-*
22 *retur, quæ sit illa persona? Videtur quod nihilominus ipsum accusare possit, ut lib. 5. q. 1. cap. 2.* in quo habetur, quod ille, qui famosum libellum in alterius injuriam scribit, si non apparet, moneri debet ut appareat, si vero celaverit se, excommunicari debet, ibi: *si vero quia latet, & quasi eam nesciens tenere ad disciplinam, & supradicta Glos. a quamplurisbus approbatur Doctoribus, ut videre est penes Marc. Ant. Natta cit. consf. a num. 6.* Secundo quia etiam per-
23 sona occisi non est necesse, ut liquidetur per nomen, & cognomen: verum meo judicio dicta Glossa intelligi debet tantum in principali delinquente: nam aut est præsens, scilicet carceratus,
24 & isto casu nihil refert, quod testes qui facto interfuerunt, ignorant nomen ejus, & cognomen; sed satis est quod factum deponant, & in faciem jurent, si testes post factum ad alios actus extraneos non se divertant, quia tunc oportet, ut eum con-
25 frontent inter consimiles, aut est absens, & tunc si testes, qui interfuerunt delicto, deponunt, quod si viderent eum, recognoscerent, nempe ex facie atque corporis statura, capillatura, & vestimento, eum ita designando, & isto casu relaxatur ordo, ut capiatur, & ut dicitur, mandatum de capiendo ad finem recognoscendi captus postea per eosdem textus est recognoscendus in confrontatione positus inter consimiles *juxta Praxim, de qua late dixi in cap. 9. decretor. a nu. 17.* facta enim recognitione, & confrontatus Judex facile cognoscere potest, si principalis sit, & causam propriam delinquendi habuerit, aut uti mandatarius deliquerit, cæterum vagaretur inquisitio contra mandantem; ideoque non admittenda tamquam contra erratum *Text. in lege licet §. possumus ff. Nautæ, Caupone, Stabularii,* qui *Textus* non procedit, ubi adest incertitudo circa personam offensi, & injuriam passi, ut quoque ponderavit *Natta citato consf. n. 15.* quo loco sibi contradicit, affirmans quod inquisitio generalis non admittitur ubi adest incertitudo delinquentis, per dictum *Text.* ibi: *ubi autem incertitudo versatur circa personam delinquentis, habet locum ille textus qui in his terminis loquitur,* & hac ponderatione respondeo ad secundum fundamentum. sane non valet argumentum de occiso ad occisorem, nam si reperiatur homo mortuus, & apparet quod scelere alterius hominis ille periit, nihil refert, quod non constet de ejus nomine, cum certum sit delictum, & ut non remaneat indultum, Judex tenetur investigare delinquentem, a quo patratum sit.

Tertio se fundant, quod mandans non obliga-
26 tur accessorie propter delictum a mandatario patratum, sed principaliter propter mandatum, mandatario injunctum, & ab eo executum, & quod illud, quod dicitur, nempe, ubi non constet de principali, non potest constare de accessorio, considaratur in auxiliatore juxta doctr. *Bart. in l. si is qui rem §. si in Tritiam num. 2.* ibi: *ultimo ex isto §. nota practicam maleficiorum, quod procederetur contra aliquem, quando ipse præstitit opem, vel auxilium ad aliquod maleficium, oportet, quod prius constet de maleficio principalis, & oportet, quod* con-

constet in processu, quod si contra auxiliantem, quo casu debet primo constare principalem deliquisse, quod dictum omnes sequuntur, ut etiam testatur *Alexander* ibi: Sed respondeo, quod in jure mandans dicitur principalis, uti criminis princeps, in facto vero principalis est mandatarius, qui propria manu percutit,
28 adeo quod secundum multorum sententiam statutum contra committentem non comprehendi mandantem, quia iste ficte, interpretative ille vere delinquere videtur. Quarto quia alioquin delicta remanerent impunita, imo multiplicarentur in reipublicæ perniciem, etenim studerent homines malæ voluntatis maleficia demandare personis incognitis certitudine impunitatis,
29 quod quidem permittendum non est, quæ ratio semper potens mihi visa fuit, eamque considerat quoque *Farinac. dict. qu. num. 20. in fin.* ubi ita inquit: *ultera est ratio, quia si aliter diceremus, sequeretur, quod qui posset mandare homicidium, puta persona incognita, & ea non existente in fortiis Curia ipsum non molestari de mandato, quo casu delicta remanerent impunita, quod non est dicendum*, & hac in re ita in dicta quæstione distinguit, nempe aut mandatarii perso-
30 na est cognita, & ut procedatur contra mandantem, & auxiliatorem nominanda est persona principalis, quando inquiritur contra mandantem, & non oportet, quod de principali constet plene, & concludenter, ut præsupponunt Doctores ab eo citati, sed in practica satis est, quod constet per indicia (de quo dicto ego non dubito) aut penitus est incognita, & nomen ignoratur, & isto casu, quod Judex inquirere habeat de ætate, statuto, vestimento, aliisque signis ipsius delinquentis, de quibus testes in processu deponere debent, ut in *dicta quæst. in fin. in verbo sublimitando*, ubi allegat *Text. in l. ad recognoscendas 10. Cod. de ingenuis, & manumissis*, sed credo quod potius voluit allegare *text. in l. certum 6. ff. de rebus creditis qui est ad propositum, nam in l. ad recognoscendas* habetur, quod nomina sunt inventa ad recognoscendum, non ad faciendum quem servum, vel ingenuum, in *l. vero certum* habetur, quod illud est certum, quod nomine suo ostenditur, aut ea demonstratione, quæ nominis vice fungitur, ibi: *nam Padius lib. 2. de stipulationibus nihil referre ait, aut proprio nomine res appelletur, an digito ostendatur, an vocabulis quibusdam demonstretur*, quod dictum etiam sit secundum sententiam eorum, qui negant meo judicio sane procedere, si testes deponerent, videlicet de visu contra Titium de mandato alicui personæ dato, cujus nomen, & cognomen, Patriamve ignorant, sed eam describunt, arduè designant, ac postea delicto secuto testes, qui interfuerunt, delinquentem quoque eodem modo designent, tam tunc factum certi hominis habetur, & quando per designationem mandatarii, mandantis notitia haberetur: & concludit *Farinacius*, quod hæc inquisitio contra mandatarium sumenda est, ut valeat, & procedat contra mandantem, ibi: *nec utique inquisitio valebit tanquam carens delinquentis certitudine*, quæ opinio mihi non placet, nam si persona, quæ scilicet occidit, non fuerit visa, quia homicidium fuit de nocte, aut in nemore perpetratum, hoc casu, remaneret impunitum delictum, contra quartam rationem ponderatam, quæ magni ponderis est, hæc consideravi pro utraque sententia, quod vero in hoc articulo per nostram M.C. fuit resolutum, quodve per Regium Collaterale Consilium decisum in sequenti casu, amice lector videbis.

31 In anno 1678. quarto Octobris Neapoli, & proprie in Platea Divi Augustini Reverendorum Patrum Discalceatorum circa secundam horam noctis fuerunt sclopporum ictibus necati Antonius Janniello, & Jacobus de Philippo ducti ad dictum locum a Dominico de Lia eorum amico, prætextu, & colore quod is quamdam meretricem verberare habebat, commorantem loco prædicto, de quibus homicidiis fuit inquisitus N. N. cui erat famulus prædictus Dominicus, probationibus, quæ sequuntur.

Primo fuerunt examinati Catherina Michelotta uxor, & Angela Janniello, Antonio sorori principales querelantes, quæ Mag. Curiæ notitiam dederunt, qualiter dictus N. N. sæpe alloquebatur cum prædictis Antonio Janniello, & Jacobo de Philippo, quod postea variis de causis ad colloquium noluit admittere, qua de re prædicti de dicto N. N. conquerebantur, qualiter Dominicus de Lia famulus die 3. Octobris certioravit Antonio dictum mandantem fore ei soluturum certam pecuniarum quantitatem, & quarta die uti amicus fuit in domo ipsius Antonii, ubi aderat Jacobus de Philippo, cum quibus tractatum habuit, quod illa nocte quandam meretricem commorantem in quarterio Divi Augustini verberare habebat, quo tractatu habito insimul abierat, quod nocte reversus fuit domum Antonius lethaliter vulneratus, & quod ante mortem ipsius Catherinæ, & Angelæ asseruit, quod mandato prædicti N. N. fuerat vulneratus, & quod Jacobus erat jam mortuus in dicto loco opera Dominici de Lia.

Secundo Antonia Sano Antonii Noverca examinata uti testis fuit in facto contestis: Tres famuli dicti mandantis testes examinati, secundus annorum sexdecim, tertius annorum quindecim deposuerunt de visu allocutionem prædictam cu dicto N. N. de auditu causam, qua cum eodem non alloquebantur quod prædicto die 4. Dominicus non fuit obsequutus, ut assolebat, per Civitatem dictum N. N. sed quod mutato vestimento eum viderunt alloqui secrete cum quodam Clericali habitu induto, & Vespere associatum cum Antonio Janniello, & Jacobo de Philippo: quod postea is secundam circiter noctis horam domum reversus secrete locutus fuit cum Domino, qui die sequenti ad suum Rus parum distans ab hac Civitate se contulit cum dicto Dominico, ordine relicto, quod si ab aliquo esset requisitus, responderent ipsum in longinquas regiones ivisse: de auditu prædicta homicidia fuisse patrata de mandato eorum Domini, & de auditu ob causam prædictam, & de judicio, quod Dominicus ad illum locum occisos duxerit, duo alii testes de absentatione ab hac Civitate dicti Domini, & Dominici famuli, aliique duo de visu de eorum refugiatione ipsius ad Ecclesiam, & omnes prædicti quatuor de auditu de causa, aliusque testis de confessione extrajudiciali prædicti N.N. qualiter suo ordine ictibus sclopporũ occisi fuerunt uti valde insolentes.

Præsens causa ter fuit proposita in Magna Curia ob Doctorum contrarietatem, & rationes hinc inde, & tandem per eandem resolutum, ex quo non constabat de mandatariis, non esse relaxandam citationem ad informandum, & ad Capitula contra mandantem, quæ præambula est sententiæ forjudicationis, sed ordinata fuit ejus captura, a quo decreto Dominus Januarius Andrea, tunc temporis extrenuus Fisci Patronus, nunc Regiam Cancellariam Regens meritissimus, recursum habuit ad Dominum Proregem, ne Fiscus in tanto gravi delicto, & in articulo generali remaneret præjudicatus, & ut in eo in futurum suas regularet instantias, & obtento rescripto, quod M. C. coram eodem Excellentissimo Domino relationem faceret, ea expleta per Regium Collaterale Consilium contrarium fuit decisum, ut videre est ex sequenti rescripto.

CAROLUS DEI GRATIA REX.

Illust. & Magnifici Collateralis Regii fideles dilectissimi.

AVendo intesa la relazione fattaci nel Regio Collateral Conseglio da cotesta gran Corte della Vicaria della Causa dell'omicidi con scoppetta in persona di Antonio Jannello, e Giacomo di Filippo, contro N. N. & altri come mandanti in essi ci ha parso fare la presente, con la quale dicemo doversi ammettere il ricorso di mandato per il Magnifico Avvocato Fiscale di cotesta G. C. nella Causa predetta, e vi ordinamo così lo debbiate eseguire, atteso tale è la nostra volontà. Datum Neapoli die 17. Decembris 1678.

El Marques de los Velez.

Vidit Galeota R. Vidit Carillo R.
Vidit Valero R. Vidit Calà R.
Marchio Crossi Secret.

In Partitarum 47. fol. 40.

Anastasius.

Et ita exequutum, ut per decretum, quod sequitur die 9. Junii 1679. per Magnam Curiam delegatam facto verbo per Magnam Cur. Vic. De viso retroscripto Suæ Excellentiæ per Regium Collaterale Consilium fol. 43. fuit

Kk pro-

provisum, & decretum, quod N.N. inquisitus de mandato in homicidiis in personam Antonii Jannelli, & Jacobi de Philippo, ut in actis, & Dominicus de Liu ejus famulus inquisitus de tractatu, & cooperatione, etiam cum qualitate proditionis in supradictis homicidiis, citentur ad informandum, & ad Capitula cum abbreviatione, delegatione, & pœnis Regiar. Pragmaticarum etiam cum assecuratione aliorum delictorum, quatenus opus sit, hoc suum, &c.

Paladinus, &c. Calà, &c.
Bartolinus, &c. Ledesma, &c.

32 In secundo dubio, an mandatarius ob ordinaria pœna sit excusandus, si mandans ob aliquam causam excusetur, pro affirmativa prima ponderatur tex. *in l. non solum, §. si mandato meo, ff. de injuriis, & tex. in l. non ideo minus, Cod. de accusationib.* ubi ita tenetur, & punitur mandans, ac mandatarius, ergo pari modo si aliqua de causa excusatur mandans, excusatur mandatarius. secundo, nam idem quod operatur propositum in proposito, operator oppositum in opposito, & cum mandans, & mandatarius sint correlativi,
33 eadem pœna, quæ benigniori judicio lata est pro mandante, eadem excusanda est pro mandatario, & conferunt jura in *l. si Præses, & l. respiciendum, & l. penultima ff. de pœnis, & tex. in cap. in pœnis de regul. juris, in 6., ubi in pœnis semper benignior interpretatio facienda est.*
34 Tertio tex. *in l. denunciasse §. fin. ff. ad l. Juliam de adult. ubi quia Adulter, & Adultera correlativa sunt, si Adulter est absolutus, Adultera quoq; absoluta censetur.*
35 Quarto, quia nonulli Doctores Gravissimæ auctoritatis hac in re conclusionem constituunt, quod licitum in mandante licitum est in mandatario, ut videre est apud laboratissimum *Farinac. q. 121. nu.* 83. quam conclusionem præcipue fundant *in l. cum fundum ff. de vi, & vi armata.*
36 Quinto, quia dissonum foret, quod mandans, qui est criminis Princeps, & plus delinquit cum in occisum delinquat, & corrumpat mandatarium, minus sit puniendus, magis vero mandatarius.
37 Pro negativa. Primo, quia causa, quæ delictorum est Regina, & ea semper intuenda est, non eadem, sed diversa consideratur in mandante, & in mandatario, in mandante aliquando consideratur causa potens, ut ab ordinaria pœna excusetur, ut puta in injuria, & offensa accepta, quæ omni tempore impellit ad iram, & consequenter ad vindictam, qua de causa excusatur ab ordinaria pœna, in mandatario vero prædicta causa non consideratur, sed aut complacentia, aut lucri spes, aut alicujus favoris, quia non est venia dignus, sed majori pœna, hac ratione supradicta diluuntur argumenta.
38 Secundo, quia conclusio supra posita, nempe quod licitum est in mandante, licitumque quoque est in mandatario, primo procedit in eo casu, quo mandans de delicto ullo modo tenetur lege permittente, ac factum approbante, ut in marito, cui, quia licet occidere uxorem in adulterio cum adultero deprehensam, licet quoque alteri demandare, ut uxorem, & adulterum occidat, sicuti refert fuisse decisum *Consil. Matthæus de Afflict. in Constit. Regni si maritus in Curia Regis Ferdinandi Primi*, ubi de hac conclusione fuisse dubitatum in facti contingentia,
39 quando Dominus Salvator Sanctifer, Medicus dicti Regis per alios interficere mandavit uxorem, & adulterum insimul de nocte repertos in Camera domus dicti Salvatoris, quod maxime procedit si sit mandans impotens, puta debilis, vel senex, vel infirmus, ut animadvertit idem *Consiliar. citato loco num 3.* sicuti quoque Apostilla, quæ est *Bolognetti in d. l. cum fundum ff. de vi, & vi armata, Glossam declarans*, ibi: *ista Glossa est singularis ad hoc propositum, quod facultas capiendi propria authoritate, vel faciendi vindictam de offensa, potest exerceri per alium non solum per nosmetipsos, quibus competit ista facultas, quod verum intellige in concessione legali, secus in vindicta permissa alicui a statuta, quia non potest alteri com-*
40 *mitti, & per alium explicari*: dubium vero nostrum est, quando mandans aliqua justa causa, humano modo loquendo, excusetur a tanto, & non a toto; præterquam quod dicta conclusio, nempe, quod est licitum mandanti est quoque mandatario licitum, & oc-

casio uni permissa possit alteri mandari non est communiter amplexa, quum DD. etiam magnæ authoritatis, ut videre est penes *Dom. Didacum Covarruviam*
41 *titul. de matrim. part. 2. cap. 7. §. 7. num. 5. 7. & 8.*, qui opinionem contrariam tenet, aliosque DD. cumulat, ponderatur primo, quod *tex. in l. Gracchus* dat facultatem tantum Patri, atque filiis ibi: *itemque filii ejus, qui Patri paruerunt*, imo juxta interpretationem *Dom. Covarruv.* intelligi debet, quando filii auxilium Patri præstant adulterum occidendi, ibi; *cum loquatur de filiis, qui munere eorum patri adulterum occidenti auxilium præstiterunt, veluti socii causa coadjuvandi Patrem, quo casu diversum censeri debet.* Filii enim in eadem causa sunt: Secundo, quia *Regni Constitutio si maritus*, tantum marito permittit occi-
42 dere uxorem, & adulteram. Tertio ad propositum, ponderatur *tex. in l. servus si heredi 34. ff. de statu liberis*, ubi servus jussus est, esse liber, si det decem hæredi: hæres eum vendidit, & postea decessit, quæritur cui servus debeat, Emptori, an hæredi heredit vero dandus est, si heres servus non alienasset, & rationem assignat *Papian.*, quia duæ sunt causæ, per quas in hæredis primi persona conditio impletur, Domini ratio, itemque personæ demonstratio, prior causa transit in omnem successorem, ad quam pervenerit statu liber per dominii translati continuationem: sequens personæ dumtaxat ejus, qui demonstratus est, adhæret. sane Patri filiam, & marito uxorem in adulterio occidere licet: alii vero non quia personæ domtaxat Patris, & mariti demonstratæ sunt a lege; Item *text. in l. fugitivus 19. de solutionibus*, quo habetur; quod Dominus tenetur servare id, quod servus fugitivus egit, puta si debitor fugitivo solverit, debitorem liberare, sed non tenetur servare, id quod alius jussu servi fuit exequutus, ibi: *ipse exigendo liberabit debitorem delegando autem, non idem consequitur*, ponderando hæc ultima verba.
43 Hæc postrema sententia mihi videtur Reipublicæ favorabilis, ut in ea nova evitentur scandala, etenim offensus dicere poterit, Titius justam rationem habebat contra me ulciscendi, sed Sempronius, qui mandatum Titii est exequutus, nullam mecum habebat causam, ad eum vindicta non pertinebat, ideoque novæ inimicitiæ, si escusaretur mandatarius, excitarentur inter offensum, & offensorem eorumque consanguineos, & ita ut prohibitorum mandata nemo exequi audeat sicuti quoque servis est interdictum *l. ad ea ff. de regulis Juris*, ubi *Ulpianus*: *ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris, vel sceleris, ita ignoscitur servis si vel Dominis, sive iis, qui vice dominorum sunt veluti tutoribus, & curatoribus obtemperaverint*, at tamen remitto me saniori judicio.
44 Prima vero si mandans impotens est, & mandatarius amicus magis æqua videretur, amicus enim, ut *Cicero in lib. de amicitia*, inquit, verus amicus idem alter est, & *Ovid. in 4. de trist.*

. . . *hi duo corporibus, mentibus unus erant.*

In tertio dubio an Statutum loquens contra facientem, locum habeat contra mandantem, post antiquiores quæstionem tractant *Præses Menoch. casu 343. Comes Tyber. Decian. tractatu criminali lib. 9. cap. 33.* ex nostratibus *Consil. Thomas Gramm. decis. 28. & Dom. Reg. Merlin. controv. 47.*, qui primo profitentur, quod ubi
45 statutum reducit nos ad Jus Commune, scilicet ubi pœna, quæ est committenti indicta a Jure Communi est determinata, & tunc proculdubio comprehendit quoque mandantem *juxta text. in l. 1. §. defecisse, de vi, & vi armata l. et damnum de regul. Juris, l. non solum §. si mandato de injuriis l. non ideo minus C. de accusat. cum concordantib. per glos. in cap. de cætero de homicidio.* Ubi vero aut novam procedendi formam inducit, aut propter qualitatem auget, vel novam imponit pœ-
46 nam, & tunc tenet, quod aut qualitas inhæret delicto, aut inhæret personæ, si inhæret delicto, & comprehendit mandantem ea ratione, quia cum mandans sit primum movens, & prima causa, effectus quoque primæ causæ attribuitur, ex regula quod causa influit in causatum, pro qua regula in jure confert *tex. in l. si quis domum §. hic subjungit potest ff. locat.* ubi si ille, qui habeat usumfructum in fundo, locavit eum per quinquennium, intra quod tempus decesserit fructua-

ri

rii heres ad interesse non tenetur, sed tantum ad mer-
cedis exonerationem, nisi fructuarius locaverit uti Do-
minus fundi; & confert etiam *text. in l. necessario §.*
ultimo de periculo, & commodo rei venditæ, ubi si
47 usufructuarius vendat usumfructum, & statim moria-
tur, extinguitur morte venditoris, si jus tantum
tum utendi, & fruendi habeat, secus si fundus ven-
ditoris est, & sic effectus regulatur a causa, quæ in-
tuenda est an Dominus fundi, an simplex fructuarius
erat. Secunda ratio est, quia cum mandans teneatur
ex delicto propter mandatum, consequens est, ut te-
neatur ad omne totum, quod ex delicto propter man-
datum consequens est, ut teneatur ad omne totum,
quod ex mandato secutum est.

Tertia ratio adducitur, quia mandans cum possit,
debeat cogitare qualitatem aggravantem, & sic in
48 odio ipsius, hinc qualitates temporis, & loci, puta
si de nocte, vel in foro mandatarius delinquit: quo ca-
su pœna reperitur aucta; nam cum mandans cogitare
deberet, tenetur quoque ad dictam pœnam ratione
qualitatis, quæ delicto inesse videtur, aut qualitas
inhæret personæ, & tunc comprehendis mandan-
tem, hinc si mandatarius est plebeus, qui graviori pœ-
na punitur, & mandans Nobilis, statutum eum non
comprehendit, ut pœna plebei puniatur, quia man-
dans non obligatur ex persona facientis, sed tantum ex
delicto, propter mandatum, ideoque ex delicti qualita-
tibus obligatur, & solum obligaretur ex qualitate per-
sonæ inhærente, quando mandanti qualitas innote-
sceret.

49 Tertio distingitur, aut statutum loquitur in rem,
ut quando pœna delicto est imposita, aut in personam,
ut quando contra delinquentem pœna dirigitur, ut pri-
mo casu comprehendas mandantem; Secundo vero non
ea ratione, quia mandant non proprie, sed ficte, &
interpetrative delinquere dicitur, aut generalibus ver-
bis, & communibus, quibus non solum committentes,
sed auxiliator, vel mandans comprehenditur, aut
verbis ita non generalibus. Secundo casu mandantem,
aut auxiliatorem statutum non amplectitur, nam cum
exorbitet a Jure communi, stricte intelligi debet. *Ca-*
50 *pit. Odin de regul. jur. in 6. l. de interpret. ff. de pœ-*
nis, & l. cum quidam ff. de liberis, & posthumis, ubi
facilius in re institutur, & in alia re exheredatus *Scæ-*
vola respondit recte exheredatus non videri, quia ut
ponderat *glos.* institutio est benigna, & favorabilis, &
ideo non est mirum, si amplietur, scilicet ut valeat in
una re, exhereditatio autem non est adjuvanda, imo
51 restringenda, Statutum utique uti pœnale odiosum,
non est extendendum de uno ad alium casum non
expressum *juxta tex. in l. 3. ff. de prævaricationi-*
bus, ubi pœna indicta contra accusatorem prævarica-
tum non extenditur contra accusatorem a querr-
monia desistentem, & ita communiter DD. tenent,
etiam si eadem consideraretur ratio, ut post *Fari-*
52 *nac.* qui more solito DD. cumulat *quæst. 135. n. 133.*
testatur idem *Dom. Reg. Merlin. cit. loco num. 9. ubi*
allegat text. in Authentica de administrand. offic. in
sacris appellationibus cap. 9. ubi adest bona *glos.* quæ
incipit, *quoniam*, ibi: *nota ubi legem correctam non*
invenimus expresse, antiquam dimittimus, figura sic
Cod. de testamentis l. sancimus, & Cod. de appell. l. præ-
cipimus. hinc Regni constitutio sub titulo de percussio-
ne illicita, quæ incipit *si aliquis*, ubi habetur quod si
53 percussor armis vulneraverit, & vulneratus minime
moriatur, manum, cum qua percussit, amittat, in man-
dante locum non habet, ut decisum refert *Consil. Gram.*
dicta decis. 88. ubi Magnificus Joannes Antonius Gam-
mota inquisitus per M. C. quod mandaverit vulnerari
Alexandrum Castiglia, fuit ad exilium biennale con-
demnatus, ex ratione, quia *Constitutio* loquitur in per-
sonam, & non in rem, ut late a *num. 29. usque ad 32.*
54 quæ pœna non practicatur, nam si vulnus mortale est,
aut ex eo remanet cicatrix in ignobili, pœna est tri-
remis, in Nobili relegationis, & Judici arbitraria, at-
tenta causa vulneris, si mortale non est, regulatur a sta-
tuto, pœnam contra asportantem arma prohibita inte-
rente, si asportationis pœna major sit pœna delicti, quod
procedit etiam quod vulnerans non sit cum armis ap-
prehensus, etenim æquitas illa, quod deferens arma non
puniatur asportationis pœna, nisi sit apprehensus, ces-
sat ratione delicti, ita decisum refert *Dom. Sanfelic.*
dec. 47. & ita practicatur.

Hinc etiam quia Regiæ Pragmaticæ, quarum vigore
M. C. & Reg. Audientiæ procedunt contra delinquen-
tes armis igneis, uti delegatæ Proregis omni appella-
55 tione remota, & ad forjudicationem circulo anni non
expectato, sed solum cum termino dierum quindecim,
nec non ad pœnam ducatorum mille, contracta contu-
macia, quia valde exorbitant a Jure Communi, &
in personam loquuntur, ibi, *quelle persone, che com-*
mettono simili delitti con le dette scoppette, & alibi *a*
quelli che delinquono con tale armi, quæ verba omni-
modo personalitatem important, ut ponderavit *Dom.*
Reg. Merlin. num. 21. citato loco, sicuti loquitur ulti-
ma *Reg. Pragm. 29. tit. de armis* ponderando verba, ibi:
contra committentes ictum, ac alibi *a quelli, che sparan-*
do dette armi de fuoco, in præfatione, & in dispositio-
ne, ibi: *che faranno sparate armi mandando fuora le*
palle, ac alibi, *il che s' intenda di quelli, che attual-*
mente feriscono, mandantem non comprehendunt, ut
per M. C. *teste D. Reg. Merlin. citat. loco num. 5. vers.*
veruntamen, decisum fuit die 15. Februarii 1933. in
causa Hieronymi Farrajolo Civitatis Aversæ inquisitus
de mandato, nempe esse agendum contra ipsum ordi-
narie expectato anni circulo *juxta Regni constitutio-*
nem pœnam eorum, & in præfata fuit adducta *alia de-*
cisio lata per S. R. C. junctis duabus Aulis in Regio Col-
laterali Consilio in anno 1615. in causa Caroli de Palma
inquisiti de assistentia in homicidio cum ictu scoppit-
tæ, nam fuit judicatum esse procedendum ordinarie,
servata forma dictæ constitutionis, verum post hanc
posteriorem decisionem fuerunt promulgatæ aliæ *Prag-*
matica 5. scilicet de ictu scoppitta, & 32. tit. de ar-
mis, quæ expresse contra assistentes, & auxiliatores lo-
quuntur, verum enim vero cum dicta *Pragmatica 5.*
56 ita loquatur, *Vogliamo, che in tutti li delitti, che si*
commetteranno in questa Fedelissima Città, e Regno de
Napoli con arme di fuoco, la detta G. C. e Regie Au-
dienze procedano come specialmente delegate da noi a
quanto sarà di giustitia, omni appellatione remota, con
le preeminenze de detta G. C. e con la sudetta abbrevia-
tione del termine di giorni quindeci, tanto contra li
delinquenti, con dette arme di fuoco, conforme stà di-
sposto per altra Pragmatica, quanto contro gli assisten-
ti, o ausiliatori a i detti delitti, che commetteranno
con dette armi de fuoco in quei casi, però il delitto sia
appensato, quia loquitur cum dictione, aut alterativa,
& auxilium consideratur ante delictum, utputa quando
delinquenti arma accomodantur, ut occidat: in deli-
cto ut quando delinquenti assistentia præstatur: & post
delictum, ut quando aliqui delinquendum associant, ut
illum ponant in tuto, dubium oritur, an comprehen-
dat omnes hujusmodi Auxiliatos, quod agitur, cum
enunciata *Pragm.* 35. ita quoque loquatur, *ordeniamo e*
comandiamo, che la pena sudetta de docati mille (quæ
erat imposita contra delinquentes) *si esequa contro*
tutti gli assistenti, e ausiliatori a qualsivoglia di loro
procedendosi contro tutti con l'istessa delegatione, ed ab-
breviatione del termine ordinato come di sopra, &c.
ponderando verba omnes, & quemlibet eorum, quæ
generalia sunt, ac etiam aliud dubium, an *dicta Pram.*
comprehendant Assistentes armis etiam non igneis,
quibus dubiis respondendo dico, quod *Pragm. 5.* licet
loquatur dictione *aut*, hæc sumenda est pro conjunctiva,
va, & in hoc puncto declaratur per enunciatam *Prag.*
32. quæ loquitur cum particula, & conjunctiva, ibi:
Si è difficoltato se contro detti ausiliatori, ed assistenti,
ac alibi *si esequa contro tutti gli assistenti, ed ausilia-*
tori, non est enim novum in Jure, quod una lex per
aliam declaratur, & cum enunciatæ *Prag.* clare non
loquantur, & impetrari possint, interpretatio facienda
57 est, ut minus ledat Jus Commune juxta *Text. in capi-*
tulo cum dilectus §. cæterum de consuetud. & ibi Gloss.
verbo Juri Communi, ubi enim Statutum aliquid a Ju-
re Communi discrepare videtur, reducendum est ad
Jus Commune, si potest fieri ne pereat, ubi interpreta-
tio locum habere potest, ut communiter Doctores; di-
cendum est ergo, quod ex comprehendant tantum au-
xiliatores delicto assistentes, quorum assistentia prin-
cipales delinquentes redduntur adjutores, cæteros vero
non juxta *text. in l. unica § pœnas C. de raptu virginum*,

cujus sunt sequentia verba *panas autem, quas prædiximus, idest mortis, & bonorum amissionis non tantum adversus raptores, sed etiam contra eos, qui hos
58 comitati, in ipsa invasione, & rapina fuerint, constituimus; cæteros autem omnes, qui conscii, & ministri hujusmodi reperti, & convicti fuerint, vel qui eos susceperint, vel quicumque opem eis tulerint, sive masculi, sive fœminæ cujuscumque conditionis, vel gradus, vel dignitatis pœnæ tantummodo capitali subjicimus, &c.* & ut hac in re nihili prætermittam, ponderando, verba Pragmaticæ *contra tutti gli ausiliatori, e qualsivoglia di loro*, & referendo non solum ad conditionem auxiliatoris, sed ad qualitatem auxilii, arbitror sub censura, quod illæ non comprehendunt etiam eum auxiliatorem, qui non fuit causa delicti, quando principalis delinquens sine illo quodque esset executus, & ita delictum executioni mandatum, ac si nul-
59 lum intervenisset auxilium, quo casu ab ordinaria pœna auxiliator excusatur, ut late videre est penes Prosperum *Farinac. q. 130. n. 63. q. 129. n. 125. C. 126. & q. 130. n. 42.* pro qua opinione est *text. in l. 1. Cod. de nili aggeribus non rumpendis*, ubi rumpentes nili aggeres, vel ejus aquam ultra solitum occupantes concremantur, ejus autem criminis participes deportantur, ibi: *conscios & consortibus ejus deportatione constringendis*, quam opinionem uti æquam semper amplexus sum; præsertim in causa multorum inquisitorum, excusando a mortis pœna juniores, aliisque criminibus non
60 labefactos. Secundo dubio, dico quod Pragmaticæ solum comprehendunt assistentes armis igneis in odium, quarum promulgatæ fuerunt, assistentibus autem aliis armis verba *Pragmaticæ* non conveniunt, & per consequens, neque eorum dispositio, ut late probat *D. Consiliarius Campana ref. 1. pater D. Philippi Campana*, qui post multos Regios Magistratus cum laude exercitos, munus Fisci patroni Regiæ Audientiæ Salerni adeptus est, & ut locum habeant non oportet, quod constet delictum in genere, nempe quod dicta arma sint pilis plumbeis onerata, prout autumat prædictus Consiliarius, sed satis est, quod constet delictum in genere, delicti patrati, quo adhibuerunt.

61 Contra supradictam decisionem, nempe, quod mandans non comprehenditur in dispositione Regiarum Pragmaticarum *d. tit. de ictu scoppictæ, & tit. de armis*, sæpe allegari solet decisio relata a *Thoro in compendio decis. verbo mandans*, Regiæ Audientiæ Consentinæ per Reg. Collaterale Consilium confirmata; sed adverto, quod Regia Audientia processit cum delegatione rescripto Domini Proregis in causa illorum de alimentis in rem, & in dictam causam loquente, ut ex illa colligitur.

Cæterum opinio, quod statutum contra facientem amplectitur mandantem, ultra rationem supra adductam, nempe quod mandans uti causans tenetur de causato, & cum teneatur de delicto propter mandatum consentaneum est, ut quoque teneatur de qualitate delicto inhærente, ut quoque sentiunt *RR. PP. Leonardus Lessius lib. 2. de justitia, & jure cap. 13. de cooperante ad damnum dub. 3. & Thoma del Bene tract. moral. tract. 6. de causa materiali parlamenti dub. 3. quibus in locis*, uno ore ajunt: *quia ita jubet, seu mandat, ut alterum ad crimen moveat, censetur damni causa, imo inter causas præcipua, quia non est efficacior modus, quo quis moveatur, quam per mandatum*. Per aliam sustineri potest, scilicet quod aut statutum pœnam auget, ob delictorum frequentiam, ut eorum audacia in illa regione comprimatur, aut ob aliquam aliam circumstantiam, quæ de-
62 lictum gravius reddit, & utroque casu statutum non est dicendum rigorosum: ob frequentiam enim exasperatur pœna, *ut in l. aut facta §. evenit ff. de pœnis, & §. nonnunquam* (qui in alium sensum non bene mihi videtur reassumptus) *nonnunquam eve-
63 nit, ut aliquorum maleficiorum supplicia exacerbantur, quoties nimium multis personis grassantibus exempla opus sit, Glossa ibi nimium, alias nimirum, & Gothofredus l. 10. supplicia augenda sunt nimirum criminum, ad quæ multi sunt proclives, & in l. 1. de Abigeis in fin. 1. ff. de Abigeis*, ibi: *cum durissime puniantur ad gladium damnari solent; puniuntur autem durissime non ubique, sed ubi frequentius est id genus maleficii, & ubi Glos. lit. B.* alia jura concordantia congerit, sicuti circumstantia attenta,
64 ut *in l. aut facta §. locus ff. de pœnis, l. sed & quæsita, §. 1. ff. de injuriis, l. Prætor edixit §. atrocem ff. eodem, & in l. furem ff. ad l. Cornel. de Sicariis*, Porro circumstantiæ, sicut grave crimen reddunt, ut citatis Juribus, & leve ut in *l. auxilium §. in delictis ff. de minoribus. l. divus ff. de termino moto §. si diutino de pœnis, l. si quis gravi §. maritus ff. ad Senat. Consult. Syllanian.* gravem pœnam, aut levem con-
65 stituunt, & generaliter, quod Judex attenta delictorum frequentia, & circumstantiis augere pœnam, & minuere valeat ultra a me adducta in capit. decimo decretorum Praxis, est *Text. in l. 3. C. ex quibus causis infamia irrogatur*, ubi Imperatores Severus, & Antoninus aiunt, *& si severior sententia dici debuit tamen cum Proconf. vir clarissimus certis rationibus motus mitiorem sententiam dixerit, & ordine decurionum te biennio abstinere jusserit transacto tempore, non esse te in numero infamium, palam est, Vulpian. in l. 13. ff. de pœnis*, ita inquit, *Hodie licet ei qui extra ordinem de crimine cognoscit, quam vult, sententiam ferre, vel leviorem: ita tamen ut in utroque moderationem non excedat, & Gothofredus ibi moderationem scilicet, rationem restatut Dom. Præses Covarruvias variarum resolut. lib. 2. cap. 9. n. 8. Reverend. Pater Sanchez consiliorum moralium lib. 9. dub 21. Reverend. Pater Baptista Fragoso de regimine Reipublicæ Christianæ parte 1. lib. 4. disput. 11. §. 1. num. 243. & Reverend. Pater Joseph Gibalinus de universa rerum humanarum negotiatione tom. 2. lib. 6. cap. 2. num. 36. aliique DD.*, ubi igitur Statutum a Principe, vel Republica promulgatum, vel
66 delictorum frequentia, vel alia aliqua circumstantia attenta novam procedendi formam introducit, vel pœnam auget, si non exorbitat, scilicet si rationem non excedat, rigorosum dici non debet, & uti Reipublicæ bonum concernens, aut odiosum, sed favorabile, idcirco, & si contra committentem tantum loquatur, contra mandantem est extendendum, & hac ratione attenta existimo, quod in Civitate Ferra-
67 riæ viget statutum, ut refert *Dom. Præs. Menoch. casu 353. in fine*, quod statuta loquentia in personam, censeantur scripta in rem, & punientia facientem, intelliguntur etiam contra mandantem; Hinc in nostro Regno *Regia Pragmatica titulo de ictu scoppictæ, & titulo de armis*, licet loquantur in personam, & contra committentes delictum ictu scoppictæ, supradicta illata ratione existimo, quod comprehendat mandantem cum correcta *Pragm. 1. de ictu scoppictæ*, qua non sequuto vulnere etiam pœna imposita erat, aliæ
68 supradictæ Pragmaticæ non exorbitant, idcoque odiosæ non sunt existimandæ.

Atque per alios, etenim cum prius a mandante delictum sit excogitatum in corde suo, & mente ruminatum, credibile est, quod is, qui mandatum dedit,
69 modum quoque præstitit, quod in dubium mihi non videtur, si ambo eodem commorantur loco, quo casu, & si mandans modum non præstiterit, tamen de modo a mandatario certior factus præsumitur.

Et ita judicatum per Magnam Curiam, ut ex relata decisione apparet, & licet in informatione constet ex unico teste de confessione extrajudiciali, nam mandatum, & modum dedisse, attamen sine dicta probatione, ita quoque Magna Curia decrevisset.

In quarto dubio videtur affirmandum, primo per *Text. in cap. ratihabitionem 10. de reg. jur. in 6.*
70 ubi Summus Pontifex ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari inquit, & per
71 *Text. in l. sam decem ff. de solutionibus, & liberat §. si fidejussor*, qui obligatus erat pro certo tempore si infra tempus solverit Procuratori, sive vero, sive falso, quamvis creditor post tempus ratum habuerit, nec repetere potest, nec minus agere ad versus Reum mandati, quoniam habetur, ac si tunc scilicet tempore, quo solverit, creditori præsenti dedisset, ponderando illa verba *tex.* ibi: *quam si tunc præsenti dedisset*; Igitur cum ratihabitio æquiparatur mandato, quia fingit lex ratificantem loco, & tempore actus ratificati fuisse præsentem; sicut mandans de delicto propter mandatum sequuto tenetur, ita ratum habens deli-

delictum propter ratihabitionem.
Secundo per tex. in l. Prætor ait §. sed, & si ff. de
72 vi armata, ubi expresse habetur, quod ratum habens
etiam interdicto tenetur, ibi: Sed & si quod alius
dejecit ratum habuero: sunt qui putent secundum
Sabinum, & Cassium (qui ratihabitionem mandato
comparant) me videri dejecisse, interdictoque isto teneri,
& hoc verum est, recipit enim dicitur in maleficiis
ratihabitionem mandato comparari, ac per Text.
in l. Prætor ait 20. §. hoc interdictum ff. de operis novi
nunciatione, ubi interdictum locum habet non solum
eum, qui opus fecit, sed adversus eum, qui
factum ratum habuit, quod dolo malo factum
est.
Tertio per Tex. in capitulo cum quis, de sententia
Excommunicat. lib. 6. ubi eum qui ratificat percussio-
73 nem Clerici nomine suo factam, in excommunica-
tionis pœnam incidere.
Quarto quia qui ratum habet tenetur ad damni resti-
tutionem, ut probat Novar. titulo de participantibus
74 in damno dato, cap. 17. num. 133. & Vasquez cap.
9. §. 1. num. 18. alios referens, & in irregularitatem
quoque incidit idem Novar. titulo de irregularitate
ex homicidio cap. 27. num. 233. Molina de justitia,
& jure tom. 4. tract. 3. disput. 33. membro 4. Mojo-
lus de irregularitate lib. 5. cap. 48. §. 6. aliique.
Quinto quod ordinaria pœna irrogatur, tenet in pun-
cto Ludovic. Cancerius in verbo sequitur de ratum
habente n. 24. alios referens Bald. in l. observare §.
post hæc ff. de officio Proconsulis num. 16. dicit quod
75 est communis opinio Farinac. q. 135. num. 64. &
84. ubi loquitur de ordinaria delicti pœna contra
expresse ratum, de quo etiam ego loquor, & affirmant
Moralistæ, nempe Reverend. Pater Lessius tit. de coo-
perante ad damnum dub. 3. verbo respondeo, ibi: Item
respectu pœnæ in foro externo, quia ille qui ratam ha-
bet maleficium, punitur, sicut qui mandavit; Pa-
ter D. Thom. del Bene tract. 6. de causa materiali
parlamenti dubit. 3. num. 6. verbo respondetur, ibi:
Item comparari mandato respectu pœnæ in foro exter-
no, quia per Judicis, vel legis sententiam, qui ra-
tum habet delictum, punitur, sicut qui mandavit,
vel jussit Glos. in l. 1. §. dejecisse ff. de vi armata, quæ
communiter est recepta Dom. Cardinalis de Lugo de ju-
stitia, & jure titulo de cooperantibus positive, in
particulari §. 1. de mandante num. 33. ibi: quia
leges juste in pœnam possunt ratum habentem obli-
gare ad restitutionem, ne detur occasio scelerum,
sub spe ratihabitionis facturæ sequuturæ. Pro hac
sententia etiam noto, quod licet ratihabitio retro
trahitur, & retrotractio fundatur in naturali æqui-
tate, ut in l. sciendum, ff. ex quibus causis majo-
res, & in l. retroceditur, & in l. post liminium de
captivis, & post liminio reversis, & in §. si ab ho-
stibus, & in §. sequenti institutionibus quibus modis
jus Patriæ potest. solv. ubi si captus revertatur ab ho-
stibus, fingitur eum nunquam fuisse captum, sed sem-
per in Civitate stetisse, & ex captura remanet illæsus,
& omnia jura sua recuperat, & sic in beneficium, &
in favorem procedit fictio, & non autem in odium,
fundatur tamen in verisimilitudine, nam si Franciscus,
qui occidit Antonium, Caji nomine dixisset Cajo, volo
occidere tuum inimicum Antonium, verisimile est,
quod respondisset, rem gratam habeo, cum naturæ
humanæ insita sit vindicta, & natura impellit semper
odio habere inimicum, in hac enim verisimilitudine
meo judicio fundatur fictio, scilicet retrotractio, quæ
a lege inducta est, in qua, & si consideretur æquitas
respectu ratum habentis, tamen verificatur respectu
Reipublicæ, cujus interest, ne delicta remaneant im-
punita.
Sed contrarium verius existimo duplici ratione, pri-
ma quia capitali pœnæ locus non est, nisi cum ap-
76 pensamento et animo patratum sit, vel præcedente tra-
ctatu, si a pluribus sit perpetratum, ut communiter
Doctores, qui tractatus hic deest, secunda, quia Ca-
77 jus ratum habens non est causa vera, & voluntarie
movens, & efficiens, ut Franciscus occidat Antonium,
sed tantum est causa finalis, quia putavit Cajum sibi gra-
tificaturum, occidendo ejus inimicum, & sic finis fuit,
ut gratificaretur, cum jam homicidium sit illatum a
Francisco, vera culpa non consideratur contra Cajum,
cujus nomine damnum, sive homicidium factum est,
78 uti mandans, qui vere damni, sive homicidii causa
efficiens est. Sed tantum extraordinaria pœna, & hac
ratione attenta ad restitutionem non tenetur, nec in
irregularitatem incurrit, ut in hoc dubio affirmant P.
79 Lessius loco cit. num. 3. in fin. D. C. de Lugo d. disp. 18.
num 32. & 34. P. D. Thomas de Bene d. tract. 51. dist.
3. num. 4. P. Diana tract. 2. de irregularitate resol. 13.
Doctores in numero referens.
Jura superius allegata, & primo Tex. in C. ratihabi-
tionem de regulis juris in 6. intelligi debet in judiciis
80 potius, & in contractibus, qui alterius nescien-
tis nomine celebrantur, ejus consensu, a quo pendent,
ratihabitione confirmantur, quam in delictis, in qui-
bus vere non datur potentia ad actum præteritum, vel
intelligendum est, quo ad culpam, & non quoad sicut
existimat P. Diana in d. resolut. ubi inquit. Adde quod
ratihabitio mandato æquiparatur quoad culpam, non
autem quoad pœnam, si superior aliter non disponit,
sicut disposuit respectu percussionis clericorum in cap.
cum quis de sent. excommunicat.
Text. in l. cum decem §. si fidejussor ff. de solut. in delictis
81 non loquitur Text. vero in l. Prætor ait, §. sed, & si
de vi, & vi armata, ac tex. in l. prætor ait §. hoc
interdictum, ff. de novi operis nunciatione intelligi
debent quoad culpam, & non quoad pœnam, & hæc
82 remaneat Judici arbitraria; & huic opinioni, quippe
non obstant, nam ille, qui vigore dictarum legum in-
cidit in interdictum, tenetur aut lege julia de vi pri-
vata, aut de vi publica, si cum armis, ut in §. sed
ex constitutionibus factis instit. titulo de interdictis,
& pœna hujusmodi legis est tertiæ partis bonorum pu-
blicatio, si sine armis, & relegatio si cum armis, ut
in §. item lex julia de vi publica, l. de publicis judiciis,
l. 2. & l. quoniam C. ad l. jul. de vi publica, & l. hos ac-
cusare §. omnibus ff. de accusat. quæ cum non sint de
gravioribus pœnis de facile a jure Cons. ad ratum ha-
bentem fuerant extensæ.
Præterea qui hoc interdicto tenetur, uti ratum ha-
83 bens, cum factum permanens sit, scilicet cum ad-
huc possessio penes dicentem permaneat in violentia
esse videtur.
Text. in cap. cum quis de sentent. excommunic. qui
84 magis urgent tripliciter est respondendum, primo,
quod ideo ratum habens percussionem factam clerico
incidat etiam in excommunicationem, quia injuria di-
citur facta clerico, ac ordini Ecclesiastico, cui etiam
per ratihabitionem infertur, ut ponderat D. Præses
Covarruvias tit. de homicidio mandato ad id, & ra-
tihabitione num. 5. vers. quibus illud, secundo, quia
excommunicatio potius medicinalis est, quam pœna-
lis, ut in proposito considerat Bald. in l. observare §.
post hæc num. 16. ff. de offic. proconf. & leg. Tertio,
& torquendo ab eodem textum sumptum, ideo enim
ratum habens censuram contrahit, quia hæc pœna in
dicto jure exprimitur, ergo cum in alio casu pœna
criminalis ordinaria non reperiatur expressa nec jure
C. nec jure civili contra ratum habentem, illa remanet
extraordinaria, quo argumento utuntur D. de Lugo
citato loco num. 34. in fin. P. Diana ut supra, & P.
Thom. del Bene d. dubit. 3. num. 7. probando, quod
licet ratumhabens vigore dicti capituli incurrit in ex-
communicationem, non tamen incidit in irregulari-
85 tatem: Hanc postremam sententiam tenet firmiter
P. Covarruvias dicto tract. vers. nos autem in hac con-
troversia, & Bald. d. num. ubi quæritur; num quid
de ratificat. quis possit criminaliter puniri, & ita ar-
guendo inquit: delictum dat causam ratificationi,
non autem ratificatio delicto, ergo ratificans non pu-
nitur. Item qui ratificat, non est Princeps delicti, sed
sequax. Item ex sua ratificare, vel non augetur, nec
vel effectus minuitur, ergo non tenetur; Item istud
est potius delictum mentale, quam actuale, & si qua
pœna deberet imponi, deberet esse levior, & extraor-
dinaria, non autem ordinaria, & hæc est ipsa veritas,
licet communis opinio sit in contrarium.
Et ultimo pro hac opinione confert ponderatio, sci-
licet quod in fieri non facilis est resolutio, hinc si Cajo
dixisset volo occidere Antonium tuum inimicum, for-
tassis vel ob Curiæ timorem, vel erga Dei amorem
re-

respondeter, nolo ut occidas, post autem factum famulus sequitur ratihabitio, ita humana vindictæ gloria
impellente propter obligationem, in qua natura occisori amico constituit: sicque ab ordinaria pœna excusandus est, & hæc opinio utræque est amplectenda.

Et juxta Glos. in enunciato §. sed & si, ff. de ve, & qui armata in verbo ratum habuero, quæ est commu-
86 niter recepta, duo sunt necessaria, ut ratum habens
teneatur. *Primum, ut inquit, quod meo nomine gestum sit, alias ratum habere non possum, & si habeam, non teneor, ut infra de deprec. l. si servus; Secundum quod habeam ratum tanquam nomine meo factum alias secus ut si audieris nomine meo factum dixi dolo, quod nomine meo est factum, nec sic ratum habeo, sed alias bene gaudeo, hoc enim gaudium non comparatur mandato: multo minus ergo teneor, quando non meo nomine actu prædicto modo gaudeo*, aut ut notat *Farinac. qu. 35. n. 60. gaudeo bene egisti tibi obligatus ero, nunc gaudeo, & contentus sum, pro hac vindicta, quam pro me egisti*, aut alia verba protulit, quæ concurrentem voluntatem indicant, uti si inquit: *tibi teneor, domus mea erit tibi semper aperta, quia eximisti me ab obligatione*, vel si certioratur de facto, *nuncium sive occisorem amplexus fuit, dixitque ei gaudeo, & approbo, quod pro me egisti*, eoque magis si ante vindictam de animo ulciscendi appareret, secus si dixit *gaudeo, sed non jucunde, & lente, vel carum mihi est*, quia complacentia potius arguitur, quam ratihabitio habetur; expressa quidem meo arbitrio requiritur, præsumpta sufficiens non est ratihabitio: & licet alii contra, *ut Farinac. q. 24. n. 141. per Text. in l. Paulus. ff. rem ratam habet, tamen contrarius sibi est qu. 135. num. 63.* ratione ut ibi *tex.* loquitur in casu civili.

In quinto dubio dicendum est cum *Jur. Consulto in l. 1. ff. mandati* quo mandatum ex quocunque verbo cen-
87 setur inductum, ibi: *Item sive rogo, sive volo, sive mando, sive alio quocumque verbo mandati actio est*, cum
88 quo tantum concordat *Text. in l. si quis mihi bona 25. §. sed quid si mandavit ff. de acquirenda, vel admittenda hereditate.*

Secundo cum *R. P. Leonardo Lessio de Justitia, & Ju-*
89 *re cap. 13. de cooperante ad damnum dubit. 3. & R. P. Thoma del Bene tract. 6. de casu materiali parlamenti num. 6.* dico, quod dupliciter mandatum inducitur, primo expresse, ut si dico, *volo, ut occidas*, Secundo implicite, ut si dicas, *utinam hoc mihi obsequium quis præstet, vel quis mihi carus erit, si hoc fuerit*, aut simili modo quorum dicto bene adstipulatur *Text.* qui in re criminali loquitur, *nempe in ca-*
90 *pit. ex literis de excessibus prælatorum, & subditorum*, ubi habetur, quod quidam inculpatus de furto obtulit purgationem ferri candentis, dicendo, quod si in eo judicio deficeret suspendio puniretur. & quia evenit, quod ferrum accipiens combustus est Judex patefactus Episcopum, qui eo loco jurisdictionem habebat, consuluit, quid sibi super hoc videretur, & cum Episcopus responderet, *quod si fur sic evaderet, malum esset*, fuit laqueo suspensus, Episcopus vero propter dictum imalicitum mandatum punitur, aliaque referunt DD. exempla præsertim *Bart. in d. l. si quis mihi bona §. Pater ff. de acquirenda hereditate ubi num. 2.* simile mandatum recenset, ibi; *Quidam nobilis de Florentina dixit famulo suo, quod receperat quamdam injuriam,*
91 *nunquam redeas mihi domum, nisi ego non sentiam aliquid de illa negotio, ille famulus ivit, & interfecit injuriantem: quæritur an dominus videatur mandasse: Hic erat casus quod sic, & ita fuit ibi observatum, & amputatum fuit illi militi caput tempore D. Francisci de Eugubio.*

Tertio ad dubium resolutive respondeo, inquisitum de mandato, implicite inmisso, ad pœnam ordinariam minime condemnari posse, nisi aliunde constat cum,
92 scilicet mandantem ita voluisse, prout postea mandatarius fecerit, & ratio evidens est, nempe differentia quæ est inter mandatum expressum, cujus verba continent crimen, quod mandatum est, & exequutum, præsumptum, cujus verba licet sint ad male agendum, referre tamen possunt ad majorem, vel minorem ultionem, scilicet majus, vel minus crimen, merito aliunde de voluntate, & mandantis desiderio apparere debet, ejus quod mandatarius fecit.

Hanc enim voluntatem, & desiderium bene prudens Judex arguere potest ex qualitate mandantis, eo-
93 rumque morum qualitate illatæ injuriæ, vel alius rei, qua movetur ad ita mandandum, & confert ad propositum *Text. in l. unica C. si quis Imperatori male dixerit*, ibi: *Unde integris omnibus hoc ad nostram scientiam referamus, ut ex personis hominum dicta crasemus, & utrum prætermitti, exquiri debeant, censeamus*: Item ex actibus qui sequuntur, nempe gaudium, & lætitia de re gesta, quæ & si non haben-
94 tur pro ratificatione, ut consulit *Marcus Ant. Natta cons. 493. num. 14. in fine*, in delicto nomine alterius gesto, bene tamen in hoc casu declarant mandantis desiderium maxime ratihabitione secuta, quæ consideretur, in enunciato capitulo ex litteris de excessibus Prælatorum, ubi *Episcopus* postquam protulit verba
95 ut supra, fuit in suspendio præsens, ut in *Text.* ibi: *& sic Episcopus, & Judex Villam cum multitudine sunt egressi, in quorum præsentia prædictus fur est suspensus*, & hac consideratione attenta fuit Episcopus punitus, scilicet Episcopatu privatus; & in casu relato a *Bartol.* ita quoque evenisse credo, scilicet Nobilem illum, factum a famulo gestum alio aliquo actu approbasse, alioquin sententia fuisset rigida *Bartol.* opinio valde aspera, & periculosa, utique non amplectenda, etenim verba erant dubia, & licet injuria facta famulo censeatur illata Domino, tamen rei veritate inter unam offensam, & aliam magna adest distantia, ita quod ab injuria famulo illata, mandatum ad occidendum per illa verba non erat inducendum.
96 Tandem circa probationem dico, quod si mandatum expresse non appareret datum, vel implicite inductum; ne remaneat impunitum conjecturis recte probatur; etenim de raro palam mandatum datur, frequentius ve-
97 ro in secreto committitur, natura inhærente clanculo fieri crimen, ut pœna vitetur, & quia frequentius est probationis difficilis, idcirco conjecturis probatur, juxta *Tex. in l. non omnis, §. a Barbaris de re militari*, ibi: *quod enim liquido probari non potest, argumentis probatur*, & juxta *Tex. in l. 2. C. quorum appellat. non recipiuntur, & Tex. in l. judicio, C. de*
98 *rei vindic.* ibi: *indicia certa, quæ jure non respuuntur, non minoris probationis, quam instrumenta, continent fidem*: aliaque citant Glosæ concordantia Jura, ut videre est, & ultra a me in mandati probationem adducta in primo dubio, probatur aliis indiciis nempe inimicitia, nimir interfectoris occultatio-
99 ne, ac aliisque ex re prodeunt, quæ si multa sunt, si in esse probationi concludenter probantur, & inesse indicia non sunt levia, sed multum urgentia, ita quod morali certitudine, juxta notata in *cap. 1. Decret. Prax. num. 32.* Capitem scilicet fuisse mandantem demonstrent, & ex ita circumspectum, & discretus Judex motum animi sui, ut tradit *Calestinus 3. in cap. præterea 27. de testib. & attestat.* non solum ad torturam, & ad pœnam extraordinariam, sed quoque ad ordinariam valida sunt: sicut in crimine falsi, quod grave est, & connumeratur inter crimina difficilis probationis, probat *D. Joannes Bapt. Lirrea alleg. p. 2. alleg. 96. num. 13. 14. 15. & 16.* ponderando, quod licet in criminalibus causis oporteat probationes esse claras, tamen claritas juxta qualitatem causæ, & pro-
100 bationis ex indiciis bene haberi potest & *num. 27. ex Divo Joanne Chrysostomo in homilia 2. Davidis de indicio, inquit mutus quidem testis, sed omnibus vocem habentibus evidentior.* David enim, ut Saulum certum redderet, qualiter in spelunca eum interficere potuisset, si voluisset, signum propriæ vestis ab eo scindisse Sauli ostendit *lib. 1. Regum cap. 24.* confessio enim, aut metu extorta, aut erronea esse potest; sed quid mirum? testimonia ab extrinseco proveniunt, indicia vero ab intrinseco scilicet ex eadem re prodeunt.

Cum a M. C. ad S. Consilium, ubi mihi non est otium, redeam, finem impono: & dicta sunt ad gloriam BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ, quam humiliter deprecor, ut Rosæ meæ, quæ infirmitate arescunt, pluvia suarum gratiarum reviviscant.

LEO-

LEONARDI RICCII

OBSERVATIO

Una cum additione ad hanc

D. CAROLI ANT. DE ROSA

RESOLUT. ULT.

Quinque argumenta explanantur.

SUMMARIUM.

1 *An procedi possit contra mandantem, si ignoretur mandatarius.*
2 *An mandatarius excusetur a pœna ordinaria, si mandans excusatur.*
3 *An statutum pœnam imponens contra facientem extendatur contra mandantem.*
4 *An habens incurrat in pœnam delicti.*
5 *An mandatum possit induci, & ex mandato inducto oriatur pœna.*

1 IN pluribus membris dissecta, & divisa, & varie tractata dissertio habetur, & primo si procedi possit contra mandantem, quando ignoretur mandatarius, ignorari autem mandatarius, sive is, qui commisit homicidium pluribus modis potest, etenim, vel omnino ignoratur quis iste fuit, vel nomen ignoratur, attamen aliis signis constare potest, de qua re diffuse differit Dominus Auctor more suo *usque ad num.* 32.

2 Secundo an mandatarius eb ordinaria pœna sit excusandus, si mandans ob aliquam causam excusatur, & hic notat, an mandans mandaterio sit conjunctus, vel amicus, vel nec conjunctus, nec amicus, & an mandatarius sit impotens, vel potens, & an permissum sit mandanti a lege, sive toleratum illud crimen, ut merito contra Adulterum, &c. an solum excuset a tanto, non autem a toto, quibus distinctis & cognitis facili ordine suam prosequitur dissertationem *usque ad num.* 44.

3 Tertio, an statutum, in quo aliqua pœne imponitur contra facientem extende debeat contra mandantem, de qua re consideratur: vel statutum refert se ad jus commune, vel aliquid novi imponit: item vel contra personam sua dirigit verba, vel contra factum, qualitatemque facti, ubi considerat, etiam si frequentia sint illa delicta, & si statutum, quamquam excedat jus commune, non excedet rationem. & pariter si mandatarius, & mandans sint in eodem loco, quo casu credibile dicit, quod mandans non tantum mandatum dedit, sed etiam modum præstitit, cum prius in corde suo delictum excogitasset *usque ad n.* 70.

4 Quarto dubitatur, an ratum habens incurrat in delicti pœnam, & putat distingui inter minora delicta, & gravia, item putat videndum, an expressum sit in lege teneri ratihabentem, vel non expressum; item aliud est, si quæras teneri ad pœnam ordinariem, aliud si ad extraordinariam, quæ dixerit, & exemplificat *usque ad num.*

5 Quinto autem argumento duo habes mandatum ne ceoset posset inductum, & in mandato inducto pœna sit ordinaria, vel quomodo, & ait quocumque verbo mandatum induci, pro pœna vero putat observare mandantis tacite mentem, scilicet quod potetat optare, ut majus, vel minus delictum fieret a tacito mandatario: & merito de voluntate mandantis, & desiderio apparere debet, quod Judex arguere posset, & varie, & ubi plura dixit de indiciis, *usque ad finem.*

Hac velut phrasi sumus in hac ultima resolutione contenti in longum disputata re a Domino Auctore. Cæterum si in omnibus ipsum consulas maximum consulas hominem. Ego autem pro viribus, vel explanavi, vel addidi, vel adverti, & adnotavi, vel quæ sentiebam docui, nec per hoc aliis finem recte opinandi, vel sentiendi posui.

Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.

F I N I S.

IN-

INDEX GENERALIS

LOCUPLETISSIMUS

Totius Operis D. Caroli Antonii de Rosa. Addita per D. Leonardum Riccio, hoc Asterisco ✠ distinguuntur.

Au-

Cita-

D

De-

G

In-

rum

 dan-

Pro-

Prin-

Pro-

tens

Stu-

✠ Stu-

Tex.

F I N I S.